

Estante 34 Pluteo 3
Burgos.

MHSI 7º

PATRON MANJON
ENCUADERNADOR
BURGOS

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU

HISTORIA SOCIETATIS JESU

7500-4

VITA

IGNATII LOIOLAE

ET

RERUM SOCIETATIS JESU

HISTORIA

AUCTORE JOANNE ALPHONSO DE POLANCO

EJUSDEM SOCIETATIS SACERDOTE

TOMUS QUARTUS

(1554)

COMUNIDAD DE JESUITAS
BIBLIOTECA
BURGOS

COLEGIO
DE LA MERCED
BURGOS

MATRITI
EXCUDEBAT AUGUSTINUS AVRIAL
via S. Bernardi, 92.
1896

JHS

CHRONICON SOCIETATIS JESU

ANNUS 1554.

DE DOMO ET COLLEGIIS ROMANIS.

1. Initio hujus anni Societas nostra septem provincias distinctas habebat; prima erat India, in qua duodecim in locis nostri residebant, scilicet: Ormuzii, Bazaini, Tanae, Goae, Cochini, Caulani, Comurini, apud S. Thomam, Malacham, Maluchum, Amangucium et Bungum; 2.ª erat Brasilia, ubi quatuor in locis nostri residebant, scilicet, in Baia Salvatoris, Spiritus Sancti, Portus Securi et S. Vincentii; 3.ª provincia erat Portugalliae, ubi in quinque domibus nostri residebant: Ulyssiponae (domus professa apud S. Rochum, Collegium apud S. Antonium), praeterea Conimbriae, Eborae et apud S. Felicem; 4.ª erat provincia Castellae, ubi septem in Collegiis nostri resi debant, scilicet: Ognatensi, Burgensi, Vallisoletano, Methymnensi, Salmanticensi, Complutensi et Cordubensi; 5.ª erat provincia Aragoniae, ubi quatuor collegia inchoata erant, scilicet: Valentiae, Gandiae, Caesaraugustae et Barchinonae; 6.ª provincia erat Italia, citra Romam, et in octo collegiis nostri habitabant, scilicet: Venetiis, Patavii, Ferrariae, Bononiae, Mutinae, Florentiae, Perusii et Eugubii; 7.ª provincia erat Siciliae, ubi tribus in collegiis nostri versabantur, scilicet: Messanae, Panormi et in Monte Regali.

2. Reliqua collegia et domus sine distinctione provinciarum a P. Ignatio regebantur, scilicet: in Italia, Neapolitanum et Tiburtinum, praeter domum professorum ac Collegium Romanum et Germanicum; in Gallia Parisiense; in Belgio Lova-

niense; in Inferiori Germania Coloniense; in Austria Viennense. Itaque in quinquaginta duobus locis Societas versabatur, omissis missionibus magni Congi et Corsicae et aliis [1], ubi nondum erat firma nostrorum [2] habitatio.

3. Erant autem initio hujus anni professi numero triginta tres, et, ex decem primis, sex superstites erant, qui in praedicto numero comprehenduntur [3]; nostrorum autem numerus, quamvis in Portugallia fuit hoc anno praeterito imminutus [4], ubique fere in tota Societate augebatur.

4. Romae partim ex admissis, qui satis multi erant, partim ex his, qui studiorum gratia vel alias ob causas Romam evocabantur, magnopere [nostrorum numerus] creverat; et cum mense Maio hujus anni centum et viginti ex nostris plus minus essent, et ad nova Collegia, ut inferius dicetur, plurimi missi essent, nihilominus sub anni finem ad centum et quadraginta ascendebant; nec enim tam multi alio mittebantur quam admittebantur [5].

---

[1] Ut Anconae, ubi erat P. Nicolaus Bobadilla; Morbenii, ubi P. Andreas Galvanellus; in urbe Astensi (Jerez), ubi PP. Gaspar Lopez et Christophorus de Mendoza, etc. etc.

[2] Verba *duobus* paulo superius et *nostrorum* hic addita sunt a Polanco.

[3] Mense Aprili praecedentis anni 1553 professi omnes, praeter quinque ex primis Ignatii sociis, qui superstites erant, scilicet, PP. Laynez, Broët, Salmeron, Rodriguez, et Bobadilla, viginti et unus numero erant. Vide supra, t. III, pag. 13, annot. 1.

Iis, qui omnes initio hujus anni 1554 vivebant, adjuncti sunt eo ipso anno 1553 PP. Gundisalvus de Sylveira, Antonius (olim Tiburtius) de Quadros et Gundisalvus Vaz, qui Ulyssipone in manibus P. Hieronymi Natalis die 1.ª Octobris 1553 professionem emiserunt. Vide supra, t. III, pag. 404, n. 891. Nec ullum alium professionem emisisse reperimus ante 24.am diem Junii, in qua P. Melchior Carneiro Romae in manibus P. Nicolai Bobadilla professionem emisit. Quare, ni quorumdam memoria ita evanuit ut nullibi, nequidem in veteri codice *Professi et alii ad 1570* (Vide supra, t. III, pag. 405, annot. 1) eorum nomina locum habuerint, dicendum est hujus anni initio non triginta tres, ut scribit Polancus, sed triginta tantum professos in tota Societate fuisse.

[4] Vide supra, t. III, pag. 390, n. 854.

[5] "Di qua tutti stiamo assai bene per la Divina gratia, fuora di Mtro. Pietro Silvio, quale però sta manco male che soleva.

"E venuto Mtro. Giovan Coviglion de Spagna, il quale è naturale de Lila, et adesso legge una lettione di Theologia, nel Collegio nostro, de due che leggeva il Dottor Olave. Sono sessanta persone nel Collegio juste, et più presto speriamo si augmenterà il numero che calerà, quantunque de Spagna fin' adesso non ha venuto provisione alcuna di denari, che pare si trattiene questo Collegio per lo Spirito Santo. Nella casa siamo etiam incirca 50, et sono tanti fiamenghi che un dì potriano combattere con un essercito di lutherani, pur con quella spada che dice S.to Paulo quae est verbum Dei. „ Polancus, *ex com.*, Patri Bernardo Oliverio, 23 Januarii 1554.—De numero autem nostrorum, qui Romae sub finem hujus anni erant, saepius facta mentio reperitur in litteris praesertim in quibus exponitur penuria, qua toto hoc anno laborarunt Romana domus et Collegia.—Observa etiam de hujus anni fine et non de initio intelligi debere ORLANDINI verba, dum ait: "Censebantur *iam* Romae capita ferme centum et quadraginta...„ *Historia Societatis Jesu*. lib. XIV, n. 1.

5. Laborarunt fere quadraginta ex nostris morbo quodam, qui in Italia hoc anno satis molestus fuit, catarrho, scilicet, febribus admixto, inter quos fuit ipse P. Ignatius [1]. Horum [2] major pars et selectior in Collegio habitabat, ubi praedicto mense Majo septuaginta de nostris erant: postea numerus crevit: aliqui in Collegio Germanico versabantur, ut eos juvenes vel regerent vel adjuvarent [3]; reliqui in domo professorum erant; et multi ex Inferiori Germania, Lovanio scilicet et Colonia, missi; non pauci etiam ex Hispania, ut tam multis muneribus susceptis posset satisfieri, evocabantur; reliqui ex Italia Romam accedebant, nam probationis gratia fere non alibi quam Romae admitti id temporis solebant.

6. Hoc anno cum P. Simon [4] Romae versaretur et male se acceptum fuisse ab aliis de Lusitania quereretur; cum etiam essent Romae P. Ludovicus Gonzalez et P. Melchior Carnero, qui eorum, quae gesta erant in ea provincia, culpam in eum rejiciebant, visum est P. Ignatio quibusdam sacerdotibus Societatis professis, qui apud ipsum versabantur, negotium hoc committere ut, scilicet, auditis his, quae utrinque dicebantur, definirent penes quam partem culpa esset, ut P. Ignatius deinde, quod facto opus esset, constitueret. Placuit autem designatio horum sacerdotum, qui judicaturi erant, tam P. Simoni quam aliis jam nominatis [5]; et, rebus diligenter discussis ac Deo commendatis, apud P. Simonem culpam esse et non apud alios pronunciarunt; et cum praesens esset ipse P. Simon dum hoc pronunciaretur, humiliter, genibus flexis [6], admittere sen-

---

[1] "In questo mese d' Aprile (cosa che mai ha soccesso alla Compagnia nostra in Roma) nella casa nostra et Collegio si hanno amalato più di trenta delli nostri (vero è che per gratia del Signore la maggior parte sta in convalescendo et non sono infermità pericolose), tra li quali vi sono Nostro Padre, il P. Mtro. Polanco, il licentiato Madrid col suo fratello, et due delli già destinati per Genova...„—Alius a Polanco (Joannes Philippus Vito?) *ex* Ignatii *com.*, Patri Jacobo Laynez 26 Aprilis 1554.

[2] Horum centum et quinquaginta, qui Romae sub anni finem degebant.

[3] Eorum unus erat P. Andreas Frusius, qui hujus anni initio duplici munere fungebatur, Rectoris videlicet Collegii Germanici et lectoris Scripturae Sacrae in Collegio Romano. Lectiones tamen in anni decursu intermisit, ut uni ex duobus theologiae tractatibus seu libris conficiendo incumberet, quos expetierat Rex Romanorum.

[4] P. Simon Rodriguez.

[5] Designati ab Ignatio judices fuere PP. Emmanuel Miona, Martinus de Olave, Joannes de Polanco et Pontius Cogordanus.

[6] "Mtro. Simon, que estaba asentado, se descubrió la cabeza, y se hincó de rodillas, de suyo movido; y diciéndole que se levantase se excusó, mostrando que por su devocion quería así oir lo que le quedaba de la sentencia.„ Ita in *actis* signatis a quatuor judicibus et a PP. Carneiro et Gonzalez, in Archivo Soc. Rom.

tentiam se significavit; postea tamen quod non omnino animo conquievisset, satis prae se tulit, et P. Ignatius Regi Portugalliae scribens initio Junii mensis [1], ipsum admonet quod quamvis evitari non potuerint, propter ingenium hominis et affectum, quem ex Portugallia attulerat, aliquae molestiae, jam tamen omnia esse composita et utilem [2] operam ad id Legatum Regis Dominum Alfonsum de Allencastro, qui majorem praeceptoriam ordinis Christi habebat [3], et Cardinalem Carpensem [4] protectorem contulisse, et jam ipsum P. Simonem ad omnia, quae obedientia praescriberet, paratum esse; et quia Hierosolymas ille [ire] constituerat, litteras ei patentes [5] et socium [6] ac viaticum P. Ignatius providendum curavit. Cum tamen Venetias pervenisset, partim adversa valetudine, partim aliis de causis [7], in itinere progressus non est.

7. Socius ipsius [8], P. Melchior Carnerus, 24 Junii in manibus P. Nicolai de Bobadilla [9] professionem 4 votorum emisit, cum designatus esset non solum in socium sed etiam in coadjutorem Patriarchae [10]. Sed et quidam alii, ad hanc ipsam missionem Aethiopicam destinati, professionem hoc anno trium votorum Romae emiserunt, inter quos fuit P. Joannes Bochiu, belga, et P. Michaël Barul, valentinus, Perusio ad Aethiopicam missionem evocatus, de qua paulo inferius [11]. Professionem etiam emisit 14 Septembris P. Christophorus de Mendoza in manibus P. Laynez, cum ex Hispania Romam venisset et in Afri-

---

[1] Has Ignatii ad Regem Portugalliae litteras nondum reperimus. Alias vide 26 Julii datas in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 251.

[2] *et utilem* inseruit manu propria Polancus.

[3] *qui majorem praeceptoriam ordinis Christi habebat*, Comendador mayor de la Orden (militar) de Cristo. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 245. Vide etiam infra, n. 14, annot. 2.

[4] *Carpensem* additum a Polanco. Is erat Rodulphus Pius de Carpi.

[5] Eas vide in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 458 et 186.

[6] Is erat quidam Sebastianus, ex Guipuzcoae in Hispania provincia, clericus, qui Petro de Zarate famulatus fuerat. Ita in Polanci, *ex com.*, litteris ad P. Simonem Rodriguez.

[7] Inter alias causas una fuit et quidem praecipua, quod tuta non erat propter turcas hispanis navigatio in *Terram Sanctam*. Vide infra, nn. 261-269, et corrige Orlandinum, qui soli adversae Simonis valetudini tribuit (*Hist. Soc.*, lib. XIV, n. 6) quod Hierosolymas tandem non perrexerit.

[8] P. Simonis Rodriguez in itinere ex Portugallia.

[9] Aegrotabat Ignatius, qui magnam hujus anni partem lecto decumbens exegit.

[10] Patriarchae Aethiopiae, sc., Patris Joannis Nuñez.

[11] Num. 15.

cam mittendus esset; quamvis ea missio effectum sortita non est, ut dicemus [1].

8. In ecclesia domus professorum frequens admodum diebus dominicis et festis erat hominum concursus ad verbi Dei praedicationem et vespertinam lectionem; quotidie autem ad Sacramenta confessionis et communionis plurimi accedebant; et quia fructus imminui, propter ecclesiae capacitatem exiguam, videbatur, P. Ignatius, qui prius, quoad ejus fieri poterat, templi angustias dilataverat, cum omnino dilatatio hujusmodi magna esse non posset, nec multitudini confluentium satisfacere, de nova ecclesia aedificanda sollicitus erat; et quamvis jam ab eo tempore, quo Romae fuerat P. Franciscus [2] anno jubilaei, primus lapis positus et fundamentorum pars jacta erat; quia magistro viarum videbatur platea magis esse dilatanda, et situs ex consequenti mutandus erat, alia jam ratione et loco inchoata ecclesia secundo fuit [3], et primus lapis in novis fundamentis denuo ponendus fuit. Die ergo Octobris sexta, Cardinalis D. Bartholomaeus de la Cueva, ad hunc lapidem benedicendum et ponendum rogatus, advenit, cui et Legatus Regis Portugaliae [4] aderat et alii viri non exiguae auctoritatis; aderant et religiosi domus nostrae et collegiales romani Collegii et etiam Germanici. Contendebat autem Cardinalis pro sua humanitate cum P. Ignatio, ut qui primum lapidem spiritualem in aedificio Societatis nostrae posuisset, primum etiam materialem in hoc templo Societatis poneret. Cum autem recusaret, ut par erat, P. Ignatius, benedictum lapidem voluit Cardinalis ut simul cum ipso P. Ignatius poneret. Dedit etiam duos pretiosos lapides non exigui pretii, ut ferebatur, Cardinalis, ut sub lapide primo ponerentur ab architecto; quamvis, si pretium eorum P. Ignatius intellexisset, non permisisset fortassis in fundamento poni, quamvis devotio Cardinalis omnibus aedificationi fuerit.

---

[1] Vide infra, dum de rebus Siciliae agitur.

[2] P. Franciscus Borgia. Vide supra, t. II, n. 21, pag. 13.

[3] "La chiesa nostra non si è cominciata per li grandi travagli che ci hanno dato li vicini, quali però coll' aggiuto divino sono già quasi finiti. Io aviserò la R. V. quando si cominciarà a far qualche cosa.

„Mtro. Lorenzo suo sta occupato in accommodar la Torre Rossa e ha riuscito un bonissimo religioso et molto essemplare, et fa quello che tocca all' arte sua molto bene et quasi ci pare non si potrebbe migliorar. Fa etiam molto bene l' uffitio della porta; di modo che non so chi potessi per questi doi uffitii esser più al proposito in questa casa.„ Polancus, *ex com.*, Patri Joanni Pelletario, 31 Martii 1554.

[4] Alphonsus de Alencastre, Vide supra, n. 6, pag. 7.

9. Ad augendum etiam situm domus nostrae professorum, postquam domus Turris rosciae empta fuerat [1], et professorum habitationi conjuncta, aliae quaedam domus, e regione illius positae, nomine Collegii Romani emptae sunt, quod via, quae interjacebat, satis lata simul cum illis haberi, ut ferebatur, poterat; sed vicinus quidam nobilis Romanus, idem scilicet ille, qui Turrim rosciam vendiderat, [cum] per litem id impediret, et sibi domunculas emptas eodem pretio assignari contenderet, non existimavit P. Ignatius contentionibus hujusmodi sine magna necessitate esse incumbendum; et cum Auditor Rotae, Dominus Achille de Grassis [2], qui judex erat, rogaret ut vicino, qui Dominus Mutius Mutus erat, domum illam, via intermedia sejunctam a nobis, ipsi vicino conjunctam relinqueret, eodem accepto pretio, quo empta domus, ei reliquit.

10. Collegium nostrum hoc anno non solum numero et talentis collegialium florebat, sed etiam externorum auditorum frequentia; in classibus enim Rhetorices, litterarum humaniorum et grammatices plurimi auditores erant; sed etiam in superiorum facultatum gymnasiis; nam singulos philosophiae cursus et etiam facultatum theologiae satis multi, prout illa tempora ferebant, sequebantur [3]. Sed illi, qui praeceptores egregios consolabantur, ut operae pretium in laboribus suis assiduis habere sibi viderentur, nostri erant collegiales ex Collegio Ger-

---

[1] Vide num. praec., annot. 2.

[2] Erat is etiam Episcopus Montisfiasconis. Vide supra, t. III, pag. 22.

[3] En quaedam de Collegio Romano sub hujus anni initium: "... in Roma, come sa V. R., c' è bonissima commodità di farsi grandi Theologi; habbiamo tre lettori nel Collegio nostro di Theologia; uno è il Dottore Olave, altro il P. Andrea Frusio, altro è il P. Mtro. Giovan fiamengo (Cuvillon) et ogniuno legge ogni dì, et le dispute et esercitii sono molto frequenti. Nelle arti sono etiam tre lettori..." Polancus, *ex com.*, Patri Paschasio Broët, 30 Januarii 1554.—"Hieri, hoggi et domane al Collegio si tengono conclusioni publiche di Theologia, Philosophia naturale et morale, Dialettica et Rhettorica, et si recitano molti versi et un dialogo che di nuovo ha fatto il P. Mtro. Andrea (Frusio)." Polancus, *ex com.*, Patri Everardo Mercuriano, 3 Februarii.

Pauca quaedam in anni hujus decursu immutata sunt, quae narrat Polancus Doctori Olave sub finem (24?) Martii. "No hay otra novedad en casa ni en el colegio, sino que luego despues de Pascua comenzarán á oir theologia Mtro. Guido y Mtro. Rogerio, y sucederán Pisa y Torres en sus lugares. Ntro. Padre ha querido que no se dejen las lecciones del Maestro de las sentencias, y hemos ordenado que, reservada la materia de Sacramentis para V. R. cuando tornare, lea las distinciones últimas del 4.° Mtro. Juan con Santo Tomas, que tambien es materia fácil. Mtro. Andrea proseguirá sus lecciones sólitas. Hay gran miés en confesion y en los sermones de la Passion, donde Mtro. Benedicto ha traydo todo su auditorio á quanto ha querido; y Mtro. Victoria la predicó y tambien Mtro. Neyra en diversos lugares."

manico, qui, cum in inferioribus facultatibus solida fundamenta jecissent; ad proficiendum in superioribus magis erant idonei [1]. Cum autem successu temporis externi, qui profecerant in philosophicis, ad theologiam accedere coeperunt, fructus etiam in eis uberior capi potuit. Auxit autem bonum odorem Collegii octo dierum publica disputatio in templo nostro, sub finem mensis Octobris: triduo enim positiones theologicae ex novo et veteri testamento et scholastica theologia defensae fuerunt; quatriduo positiones logicae, philosophiae naturalis, moralis, mathematices et methaphysices defensae fuerunt; dies octavus rethoricis et linguis datus est, latinae scilicet, graecae et hebraicae; et tanta fuit disputantium frequentia, ut nec nostri nec collegiales Germanici Collegii argumentandi locum habuerint, qui praeparati fuerant, si externi defuissent; et cum adessent viri graves, late patere coepit bonus odor non minus doctrinae quam modestiae collegialium, qui positiones defendebant; fue-

---

[1] Occasione Collegii *Provincialium* Viennae instituti, de quo quaedam non admodum laeta Romam perlata fuerant, haec de Collegio Germanico scribit, *ex com.*, Polancus: "Il Collegio delli Provinciali se fosse governato al modo di questo nro. Germanico, meritamente si potria aspettar buona riuscita, come di questo si aspetta eccellente, tirandosi suavemente li animi loro alla pietà et accostandosi al gusto delle cose spirituali; perche tutti loro, non essendo obligati senon una volta il mese, volontariamente si sono ridutti a confessarsi ogni settimana et molti di loro etiam communicarsi, et nelli costumi fanno non manco frutto che nelle littere, et tanto li scholari di Theologia quanto dell' altre facultà inferiori danno molto buona espettatione; perche la frequentatione di sentir il verbo divino et lo accostarsi alli sacramenti et il buono essempio et conversatione delli nostri bastano per ridurli al stato che ho detto, del qual erano prima molto discosti; ma il Collegio delli Provinciali di Austria intendiamo...„ Patri de Lanoy, 2 Januarii 1554 (In *Regesto,* fol. 22, olim 28 v.° est *1553*; sed error hic in quem facile primis cujusque anni diebus ab attentissimis inciditur, evidens est). - Et eadem die Patri Canisio: "Le due lettere di Nouembre et dicembre di V. R. ho ricevuto. Venne etiam quella per il Collegio Germanico, quale mi parse assai al proposito loro et credo non sanza frutto sarà letta. Resta che facci diligenza la R. V. per mandarci alcuni Tudeschi, perche di qua il fauor' di questo Collegio cresce et l' opra si mostra tanto insigna et honoreuole che, oltra il principal fine del diuino seruizio, pare il secundario dell' honore che ho detto moua assai.„

Litterae autem, quas Canisius dedit Polanco mense Decembri 1553, et aliae, quas sub idem tempus scripsit Germanico Collegio, periisse videntur; non enim eas profert diligentissimus Braunsberger in opere, quod nunc edit, *Canisii Epistulae et Acta,* et nos eas nullibi offendimus.

Vide etiam in *Cartas de San Ignacio,* t. IV, pag. 4-7 et 409-411, litteras quibus Collegii Germanici status describitur, quarum litterarum exemplar cum Patri Adriano Adriaenssens, ut et caeteris Superioribus, mitteret Polancus, haec aiebat: "Mitto litteras de Collegio Germanico agentes, quas ostendere posset V. R. iuvenibus qui apti uidebuntur ut huc mittantur, et oppurtune *(sic)* primo hoc uere mitterentur in comitatu eorum quos huc mittere de nostris statuit V. R., aut seorsum, ut uidebitur.„ 2 Januarii 1554.—Eadem fere iterantur in litteris ad P. Leonardum Kessel eadem die datis, quibus adduntur quaedam in litteris ad P. Nicolaum de Lanoy, 23 Januarii.

runt autem positiones impressae et catalogus lectionum, quae inchoatae fuerunt sub initium Novembris [1].

11. Quod ad temporalia subsidia attinet, spe bona collegium hoc in tanto numero, ut septuaginta, quemadmodum diximus, et amplius essent, alebatur. Et cum sponte sua ad tam insignis operis fundationem nullus moveretur, curavit P. Ignatius per nostros, qui in Hispania erant, ut princeps Philippus, novus Angliae Rex, Summo Pontifici, Julio III, collegii hujus fundationem commendaret, cujus bonus odor quoquoversus spargebatur [2]; et cum legatus Imperatoris [3], eo tempore Senensi bello occupatus, extra Urbem esset, Secretarius Montessa [4], qui ejus loco negotia principum illorum agebat, Summum Pontificem 16.ª Decembris hujus anni allocutus est, et litteras Regis Angliae Philippi ei dedit; et tam propter pietatem quam ob Regis commendationem, se optime animatum Pontifex ostendit; et cum adderet Secretarius Regem pro affectu, quo pium hoc opus prosequebatur, scribere quibusdam Cardinalibus amicis suis de re eadem, qui suam Sanctitatem allocuturi erant, respondit Pontifex se ipso effectu ostensurum quam bene cupiat Societati et religiosis ipsius. Cum igitur ea de re ageretur sub finem hujus anni quinquagesimi quarti, et cum commisisset Pontifex quibusdam, qui ad id videbantur idonei, ut viderent qui reditus ad dotationem hujus collegii possent applicari, dum initio anni sequentis id tractatur, Summus Pontifex in aegritudinem incidit, et 23 die mensis Martii anni 1555, ex hac vita migrans, fundationem hanc, ut et caetera, successoribus reliquit cogitanda [5].

12. Collegium Germanicum initio hujus anni et in ejusdem progressu satis feliciter procedebat; sexaginta in eo, expensis Pontificis Julii III et Cardinalium, alebantur; et tamen P. Igna-

---

1 "Edita sunt concertationum spectacula in templo domus Professae, vulgatis tum primum praelo thesibus de disciplinis omnibus, quas tradi a Societate per eius institutum licet; nam priore anno Theologicas dumtaxat, quas Olavius sustinuit, praelo subjecerunt.„ ORLANDINI, *Hist. Soc.*, lib. XIV, n. 1.

2 Vide quae de iis Philippi, Hispaniarum Principis et, propter initum cum Maria matrimonium, Angliae Regis, dicta sunt in *Cartas de San Ignacio*, t. V, pag. 12, annot. 3.

3 Joannes Manrique de Lara. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. V, pag. 17, annot. 2.

4 Ferdinandus Montesa.

5 Quid pro fundatione Romani Collegii praestare habuerit in animo Summus Pontifex Julius III, enarrat Ignatius Gundisalvo Perez, Philippi II primo Secretario, litteris datis 12 Februarii 1555, quas habes in *Cartas de San Ignacio*, t. V, pag. 62.

tius Lovanium, Coloniam et Viennam scripsit, ut alios adhuc juvenes ad idem Collegium transmitterent, qui bona indole praediti et ad institutum ejus collegii idonei viderentur. Tam autem qui theologicis quam qui inferioribus disciplinis incumbebant, assiduo lectionum et disputationum usu progressus in litteris magnos et non minores in bonis moribus et studio pietatis faciebant; et in concionibus et orationibus latina et vernacula lingua se exercebant. Nec solum in Societate nostra sollicitam in ipsorum institutione charitatem, verum et Summi Pontificis et praecipuorum Cardinalium piam in se liberalitatem experiebantur; et ut valetudinem ad labores studiorum tuerentur, bis in hebdomada a prandio extra Urbem, recreationis gratia, educebantur ut vegetiores ex hac remissione et alacriores ad studia redirent. Scribebatur autem si ex Superiori Germania omnes mitti non possent, ex Gueldria, Clevia et Frisia mitti posse eos, qui dotibus insignioribus praediti essent, et saltem in humanioribus litteris eruditi ad logices studium statim admitti possent. Ex Superiori Germania permittebatur etiam minus provectos in litteris mitti; ex Anglia etiam, Dania, Gozia, et aliis Septentrionalibus regionibus mitti quidem posse aliquos, sed nullum, qui bono ingenio et indole praeditus non esset [1].

13. Hoc anno, ex praescripto P. Ignatii, concinnatum fuit directorium confessariorum et impressum [2].

---

[1] Vide supra, n. 10, annot. 1, pag. 11, et *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 4 et 409. —"Nos domi valemus et in Collegio nostro et Germanico, ad quod mitti magnopere cupimus insignes aliquos juvenes ex Germania superiore (ut scripsi), vel ex Gueldria, Clevia, Phrisia, Dania, Gocia, Anglia et aliis septentrionalibus regionibus; serio enim tractatur de hujus Collegii augmento.„ Polancus, *ex com.*, Patri Adriano Adriaenssens, 23 Januarii 1554.

[2] "*Breve directorium ad Confessarii ac confitentis munus rite obeundum concinnatum per M. Joannem Polancum Theologum Societatis Jesu*. Romae, apud Antonium Bladum, MDLIIII, 8.° ff. 92, slt (sans la table).—Lovanii apud Joan. de Winghe, ann. 1554, pet. 8.°, ff. 89 (Privil. de Bruxelles, 16 Mars 1553.) Dans la préface, il dit que cet ouvrage, composé par l'ordre de S. Ignace, ne devait s'imprimer que pour l'usage des membres de la Compagnie, mais que Mgr. Archinto, Vicaire du Pape, qui l'avait vu, voulut qu' il fût livré au public„. SOMMERVOGEL, *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus*, t. VI, col. 939, art. POLANCO, n. 1.—Vide P. Arnoldi Hezei litteras ad S. Ignatium datas Lovanio 23 Aprilis hujus anni 1554, in *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 592 et seq.—De hoc *Directorio Confessariorum* scripsit Polancus: Una commune per tutti li Collegii, 13 Januarii 1554.

Huic libello addita quaedam fuere Lovanii hoc ipso anno 1554. Vide Polanci, *ex com.*, litteras ad Patrem Adrianum Adriaenssens, 23 Maii 1554.

Versus etiam est hoc ipso anno in italicum et lusitanicum sermonem. "Quod attinet ad Directorium Lovanii excusum, accepimus quidem et formula ista exterior satis placet, sed revera per otium non licuit hisce diebus quae mutata fuerunt expendere. Ex-

14. Eodem [tempore] actum est de expeditione Patriarchae, quam Rex Portugalliae serio admodum P. Ignatio suis litteris commendaverat, qui rem contulit cum viris gravibus, tam ex Collegio Cardinalium, inter quos fuerant Cardinalis Stae Crucis, Compostellanus, et de Puteo [1], quam ex aliis. Inter caeteros tamen Legatus Regis Portugalliae multum huic negotio contulit [2], et inter caetera ille curavit ut Patriarcha subjectus Societati maneret, quod Pater ille, cui subjici deberet, in India et non in Aethiopia esse deberet; si enim in Aethiopia aliquis fuisset cui Patriarcha subjiceretur, nimia subjectio visa fuisset [3].

---

pendam vero cum vacabit. De convertendo in gallicum aut theutonicum idioma V. R. id, quod senserit in Dno., suadebit eis, qui consilium exquirunt; si tamen evulgatum est opusculum, difficile erit prohibere si quis vertere voluerit, ut in italicum Perusii a Vicario Cardinalis Perusini et in lusitanicum a Cardinale, Regis fratre, ut audio, verti curatum est. Revera tamen confessariis et non vulgo liber ille editus fuit et sacerdotibus non laicis ex usu videtur futurus.„ Polancus, *ex com.*, Patri Adriano Adriaenssens, 24 Julii 1554.

Excusaene sint hae versiones an non hoc anno 1554 nescimus. Primam enim gallicam, cujus meminit *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus*, t. VI, col. 943, ita describit SOMMERVOGEL: "Directoire des Confesseurs, tres brief par lequel, tant le Confesseur que le Penitent pourront se regler à bien parfaire et accomplir ce qui est de leur devoir au Sacrement de Penitence, composé en latin par le R. P. Jean Polanc, Docteur en Theologie, De la Compagnie de Jésus. Et mis en François par N. D. S. plus un sommaire des Pechéz et Cas de conscience, recueilly des Docteurs Canonistes et Sommistes. P. M. Gvillavme Gazet Curé de S. Mariae Magdelaine à Arras. A Dovay, chez Jean Bogart, M. D. LIX. 12.° pp. 248.„—Primam autem lusitanicam: "Mestre João Polāco, Directorio de Confessores e Penitentes, tirado do latim em linguagē portuguez, por hum religioso da Ordem de S. Hieronymo, por mandado da Serenissima Infante Doña Maria, por Alvaro de Torre. Lisboa, en casa de Joannes Blavio, et por Marcos Borges, 1556, 8.°„—Italicam: "In Venetia, appresso Damiano Zenero, 1579.„—Theutonicam (germanicam?) autem nullam meminit.

Vide etiam *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 411 et 24.

[1] Scilicet, Cardinalis Marcellus Cervini, tit. Sanctae Crucis, Cardinalis Joannes Alvarez de Toledo, O. P., primum tit. S. Sixti, mox S. Clementis, tandem S. Pancratii, Archiepiscopus Compostellanus, et Cardinalis Jacobus de Puteo, tit. S. Simeonis, Archiepiscopus Barensis.

[2] Alphonsus de Lancaster (ab aliis *Alencastre*). "En todo ha hecho el Comendador Mayor lo que con diligencia y cuidado se ha podido hacer.„ Ignatius, Regi Portugalliae 23 Februarii 1555. *Cartas*, t. V, pag. 98. *Majorem Commendatorem* Legatum appellat Ignatius, quia hac dignitate pollebat Lancaster in militari Ordine Christi. "Em Fevereyro de 1554 era Embayxador em Roma o Commendador-mór: consta por carta del Rey pera hum Cardeal.—XIII. L. 1 °... Consta que neste anno de 1554, e per Outubro estava em Roma o Commendador-mór da Ordem de Christo.—XIII. L. 1.°„ FR. LUIZ DE SOUZA, *Annaes de el Rei D. João terceiro*. Memorias e documentos, 1554, pag. 443.

[3] Circa hoc videnda omnino annotatio 1.ª ad epistolam DCXIV in *Cartas de S. Ignacio*, t. V, pag. 82.—Prius tamen quam decerneretur ut Indiae Provinciali, tamquam Aethiopiae Visitatori, subjectus aliquo modo foret Patriarcha, cogitatum fuerat ut de Societate unus eum comitaretur Syndici Officio functurus. "Et ceciderat quidem super me sors, ut cum officio syndici aliis annumerarer, qui in Aethiopiam proficiscerentur. Noluerant enim sancti illi Patres in sui promotionem ad eas dignitates consentire, nisi aliquem Praepositus generalis de Societate adiungeret, qui ipsis nomine Societatis ad-

Quia tamen ipse Patriarcha ex Tituano, oppido Africae, evocandus fuit [1], cum de rebus Portugalliae agetur, quod superest, dici poterit. Roma tamen missi fuerunt duo Episcopi qui Coadjutores Patriarchae et successores futuri erant; hi fuerunt P. Andreas de Oviedo et P. Melchior Carnero, ut paulo ante diximus [2], cum aliis quibusdam Roma missi: caeteri ex Lusitania bona ex parte sunt adjuncti; et nova Provincia, ac novus Provincialis in Aethiopia institutus fuit, et ad id nominatus P. Tiburtius de Quadros. Fuit etiam instructio a P. Ignatio ad Patriarchae auxilium Roma missa, quae magnopere, ut nostri scripserunt, Regi Portugalliae placuit [3].

15. Agebatur etiam hoc anno de nostris in Africam mittendis; nam praeter id, quod superiori anno retulimus [4] de principe Gelvensium, Xequen vocant (quae dignitas regia minor inter saracenos est), qui Imperatori Carolo se subdere volebat, et ad id duos filios obsides in Siciliam miserat, et arcem, quam habebat, eidem tradere et aliam aedificare volebat; at ex Goleta prope Tunetum, vel *Tunez*, ut vocant, praefectus ejus praesidii [5] aliquos de Societate ad se mitti urgebat, et ibidem et Tuneti fructum uberem sperari posse affirmabat. Ut autem facilius rebus Africae consuli posset, in Sicilia agebatur de collegio quodam, ubi lingua arabica addisceretur, et aliqui pueri africani instituerentur, ubi locus aliquis distinctus esset ad eorum usum, qui ad fidem converterentur, ut ad modum catechumenorum in fidei fundamentis instituerentur. Aliqui etiam ex nostris in Collegio Messanensi in lingua arabica jam exercebantur, et, si res progressum habuisset, Melitae Collegium admitti posse videbatur, quod Episcopus ejus Insulae (cujus incolis arabica lingua vernacula est), ut admitti posset [urgebat] [6].

---

esset, et cum quo possent conferre et consilium communicare. Unde et hinc natum puto votum simplex, quod professi facta professione emittunt, quod tenebuntur audire, casu quo promoveantur ad dignitates, consilium eius, qui adsit de Societate.„ OLIVERIUS MANAREUS, *De rebus Societatis Jesu Commentarius*, c. VIII, § 23.

[1] Vere evocandus non fuit; nam, ad captivorum negotia curanda, sponte ipse Tituano Ulyssiponam hujus anni initio venerat, et quominus in Africam rediret impeditus Ulyssiponae subsistere coactus est. Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 586.

[2] Supra, n. 7, pag. 8.

[3] *Instructionem* hanc dabit, Deo volente, Nova Series litterarum Sancti Ignatii.

[4] Supra, t. III, pag. 229, n. 505.

[5] Dominus Alphonsus de la Cueva. Vide infra, n. 396.

[6] Supra, t. III, pag. 228, n. 503.

Quamvis autem de P. Bobadilla Melitem mittendo, et de quibusdam aliis Goletam, inter quos erat P. Christophorus de Mendoza, ageretur, rerum dispositio sic mutata est ut haec opera in aliud tempus rejicienda fuerint.

16. Superiori anno Nuncius Apostolicus Hieronymus Martinengus, qui scripserat P. Ignatio de Viennensi Episcopatu admittendo, cum vidisset repugnantem in eo P. Ignatii voluntatem, destitit prorsus, et paulo post in Italiam revocatus fuit [1]. Successit alius Nuncius [2], qui cum Rege Romanorum Ferdinando, aliis etiam consilium praebentibus, egit, ut a Summo Pontifice tacite [3] impetraretur ut in virtute obedientiae P. Canisio injungeret ut Episcopatum Viennensem admitteret; et ita Romam ad D. Didacum Lassum, Legatum Regis, et ad quosdam alios Cardinales, etiam ad Pontificem ea de re scriptum est. Legatus quidem Cardinales adiens, cum illi sine Societatis nostrae consensu non judicarent a Summo Pontifice petendum quod Rex commendabat, adiit ipse Legatus Pontificem et Regis Romanorum desiderium et necessitatem dioecesis Viennensis explicat; et, cum eo pervenisset ut supplicaret quatenus in virtute obedientiae P. Canisio [id] imponeret, respondit Pontifex se quidem piae voluntati Regis Romanorum cupere satisfieri, sed sine Societatis consensu se id minime facturum: "nam, inquit, indigemus opera horum Patrum, et eos afficere hac molestia nollemus; sed cura, inquit, ut obtineas Praepositi Generalis consensum, et tunc faciemus quod petis„. Respondit Legatus perinde hoc esse atque nihil concedi; quia P. Ignatius nunquam esset consensum praestiturus. Tunc Pontifex aliam ineundam esse rationem dixit, qua nostri possent adjuvare episcopatum illum, cum ipse non judicaret contra voluntatem Societatis hoc onus illi esse imponendum; et re collata cum quibusdam aliis, hoc suggessit Legatus ut saltem unum annum administrator

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 254, n. 569, et pag. 264, n. 590, et infra, in hoc vol. IV, n. 560.

[2] "Julius III litteris Roma 20 Novembris 1553 datis Ferdinando significaverat se in vicem Martinengi nuntium mittere Zachariam Delfinum (Delfino), episcopum electum "Pharensem„ (Lesina, insula dalmatica) et praelatum suum domesticum (ex * litteris archetypis quae sunt Viennae in archivo aulae caesareae, Romana 1553, n. 43). Delfinus id munus Viennae administravit annis 1553 | 54-1557 (aliqua a. 1555 parte excepta) et 1560-1565 (*W. E. Schwarz*, Briefe und Akten zur Geschichte Maximilians II, 2 Th. [Paderborn 1891], p. XIX)." BRAUNSBERGER, *Canisii epistulae et Acta*, t. I, pag. 478, annot. 8.

[3] Hoc est, inscio Ignatio ejusque sociis.

fieret P. Canisius; et tunc Legatus, alioqui amicissimus, rem totam, quae gesta fuerat eo nesciente, P. Ignatio aperuit [1]; et fatebatur egregiam remunerationem ipsi fuisse promissam si obtinuisset a Pontifice, quod petierat; et obtinuit a P. Ignatio ut P. Canisius administrationem Episcopatus susciperet ad unum dumtaxat annum. ita tamen ut de reditibus nihil attingeret, nec in usum alicujus de Societate illi converterentur, sed in opera pietatis per bonorum virorum manus fructus dispensarentur [2].

17. Alia etiam in re bonum suum animum et favorem erga Societatem Summus Pontifex his diebus ostendit. Juvenis enim quidam Neapolitanus, de quo superius mentio facta est [3], cum annum integrum et amplius in Societate fuisset, et ex Sicilia Romam evocatus fuisset, ejus pater, qui prius, videns filii constantiam, probaverat ejus electionem, Romam venit, et a Summo Pontifice impetravit ut negotium hoc Cardinali Theatino [4] committeretur. Erat autem ille Cardinalis amicitia parentibus illius juvenis conjunctus, et eas a patre rationes audierat (quae fere carni et sanguini innitebantur), ut monitorium quoddam P. Ignatio miserit, ut juvenem parentibus restitueret sub qui-

---

[1] Rectius haec disponerentur hoc modo: *Patri Ignatio rem totam, prout eo nesciente gesta fuerat, aperuit.*

[2] "Gia V. R. forse sarà avisato come Nostro Padre, vedendo la voluntà della M.tà Regia tanto efficace acciò la R. V. pigliasse la administratione del veschovato di Vienna, è stato contento per un' Anno in tanto che si trova un' altro. Ma quanto alle entrate è parso a Nostro Padre et così s' ordina a V. R. che non s' aggiuti di quelle pocho n' assai la Compagnia nostra n' huomo di quella; et così, oltra quello che per la spesa di V. R. et un suo coadjutore si spenderà, tutto il resto dell' entrate si spenda in opere pie per mano di persone publiche et d' autorità, et habbia patientia la R. V. in portar questa croce un' Anno, et, se gli preme, cerchate *(sic)* con diligenza qualchuno che sia al proposito, et forse in Lovanio o Colonia o altra parte si trovarà facilmente persona che satisfaccia alla M.tà Regia et faccia il debito suo. Officiali si cerchino buoni.„ Polancus, *ex com.*, Patri Canisio, 21 Nov. 1554.—"Quanto alla cura d' administratore del veschovato di Vienna, Nostro Padre dice che si consulti fra gli tre dottori quello conviene circa il modo di stare di V. R., quando gli sia imposta questa cura, se viverà nel Collegio, o altrove, et se pigliarà la sustentatione per se et per un' altro, o due, o tre, o nessuno in modo che si tenga conto con la edificatione, et pur non entrino danari delle intrate in mano di V. R. ma quello medesimo per cui mani si dispensaranno in altre opere pie, dia quello è necess.o per la spesa di V. R., benche in grosso et non minutamante. Pur di quello che risolueranno, uuole N. P.e essere auisato.„ 30 Novembris.

Quae in hoc n. 16 continentur, enarraverat Polancus Patri Francisco de Villanueva litteris, *ex com.*, datis 25 Novembris 1554. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 376.

[3] Octavianus, saepe Octavius, Cesari. Vide supra, t. III, pag. 169, n. 355, et pag. 190 et seq., n. 401 et seq.

[4] Is erat Joannes Petrus Carafa, Neapolitanus Archiepiscopus.

busdam censuris [1]. Hoc tamen facile remedium habuit [2]. At cum recessisset Roma pater juvenis, mater ejus Romam venit, quae filium hunc inter complures alios unice diligebat. Haec ergo per domos Cardinalium et palatium ipsum Pontificis discurrens, et pro affectu suo informationes veritati contrarias spargens, ad commiserationem viros primarios commovebat; et Cardinalis ille, qui monitorium decreverat, eidem favebat; demum P. Ignatius hac de re Pontificem est allocutus, et rem, prout sese habebat, narravit. Statim autem Summus Pontifex Julius affirmavit Cardinalem illum, a quo monitorium confectum fuerat, in hac parte ratione destitui; et cum peteret P. Ignatius ad hujusmodi controversias, si quae acciderent, Cardinalem designaret unum vel alterum, qui non facile precibus aut favore ullo ad unam vel alteram partem inclinaret, id statim Pontifex fecit [3]. Et usui fuit haec designatio ad duos vel tres alios nobiles italos [4], propter quos, cum aliqui apud Cardinales et ipsum Pontificem magnum rumorem spargerent, postquam ad res hujusmodi Cardinales aliquos designasset, cum illi juvenes examinassent et constantes in vocatione invenissent, rumoribus finem imposuerunt; et Ducissa Florentiae, quae pro uno eorum instabat [5], usque adeo ejus constantia commota est, tantumque aedificationis accepit, ut eum felicem diceret, et ejus imitandi desiderium, si sexus et status id pati potuisset, prae se ferebat. Cardinales etiam, ante quos juvenes examinati fuerunt, de eorum vocatione et in proposito firmitate quam optime sentiebant.

18. Narravit etiam Cardinalis Carpensis P. Ignatio, quod

---

[1] Integrum erat Cardinali Carafa haec agere, quia Inquisitoris officio tunc temporis Romae fungebatur. Fuerat etiam ei cum Cardinalibus Carpi et Sancti Jacobi hoc Octaviani negotium commissum.

[2] Hoc est: allocutus Pontificem Ignatius facile obtinuit ne monitorio parere teneretur.

[3] Cardinales a Pontifice ad hujusmodi controversias dirimendas designati fuere Joannes Baptista Morone et Sebastianus Pighini, praeter Cardinalem Rodulphum de Carpi, Societatis Protectorem. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 359, et Polanci *ex com.*, litteras ad P. Hieronymum Domenech, Siciliae Provincialem, 9 Junii hujus anni 1554 datas, in quibus fuse haec omnia enarrantur.

[4] Eorum unus fuit Joannes Ricasoli, florentinus, pro quo, ut infra dicitur, institit Eleonora de Toledo Florentiae Ducissa. De eo plura invenies in *Cartas de San Ignacio*, t. IV et V, et infra, nn. 331 et 348. Alter fuit Lucius Croce. Ait enim Polancus Patri Salmeron, *ex com.*, scribens: "Acerca de Octavio se scrive á su madre y al Confesor del Duque de Monteleon (is erat P. Franciscus de Miede seu de Medde); no creo que el Papa le concederá que lo traigan á Nápoles, porque en cosas símiles no ha consentido á tres Cardenales, que le hablaron por el sobrino del Obispo de Tívoli: „ 28 Januarii 1554.

[5] Is erat Joannes Ricasoli, florentinus, de quo vide etiam dicenda infra, n. 348.

cum ageret de Collegio Lauretum mittendo, cum Summo Pontifice (cui pergratum id fuit) in colloquium de Societate inciderunt; quodque Cardinalis Pontifici dixisset, ex hoc Collegio Romano, brevi Suam Sanctitatem operarios esse habiturum ad confundendam haereticorum contumaciam; respondit Pontifex admirandum esse Societatis hujus incrementum, et comparabat cum religionibus Sancti Benedicti, Dominici et Francisci, affirmando quod, tam brevi tempore, tantos progressus illae non fecissent; addebat et alia quibus optimam suam existimationem et affectum erga Societatem declarabat [1].

19. Acceperat hoc anno Pontifex Reginae Mariae Angliae manu litteras latinas scriptas, quibus eum Christi Vicarium agnoscebat, et duodecim aut tredecim viros insignes in Episcopos praesentabat et ut auctoritate Apostolica eos institueret petebat. Legit quinquies, et semper cum lacrymis, has litteras Pontifex summa laetitia, propter reductionem illius nationis, affectus, in qua jam catholico more homines passim vivebant, et litteras apostolicas pro illis Episcopis sine sumptu expediri jussit [2]. Erigebat etiam et Pontificis et hominum catholicorum [animum] Austria, ubi haeretici inquiri atque puniri incipiebant, et nostri in praedicatione frequens auditorium, et multos ad confessionem accedentes habebant; et cum animadverteret ex variis locis, etiam septentrionalibus, nostrae Societatis homines expeti, eo propensior ad res nostras fovendas reddebatur [3].

20. Expetebatur ex Poloniae Regno aliquis Societatis nostrae concionator, ut Reginae [4], quae filia erat Regis Romanorum, verbum Dei praedicaret. Episcopus etiam Varmiensis, vir doctrina et pietate insignis et suis scriptis contra haereticos percelebris, D. Stanislaus Osius, decem ex nostris ad collegium inchoandum in Prussia (quae Provincia ultra Poloniam mari septentrionali adjacet et tartaris est vicina) expetebat; et quamvis non potuerit ei satisfieri eo tempore, sequentibus annis satisfactum ei est, cum Bransbergae Collegium admissum est [5].

---

[1] Vide *Cartas de San Ignacio*, tom. IV, pag. 378.

[2] Vide RAYNALDI, *Annales ecclesiastici*, an. 1554, nn. V-IX, et *Cartas de San Ignacio*, t. V, pag. 348 et 19.

[3] Vide infra passim, dum de Collegio Viennensi agetur.

[4] Catharina (1533†1572), nupta 1543, 17 Mart. Francisco, Duci Mantuae, post, a. 1553, Sigismundo Augusto II, Regi Poloniae. Vide infra, n. 540.

[5] Vide infra, nn. 550, 551 et 574.

21. Bavariae Dux Albertus, cum Secretarium suum [1] Romam misisset, P. Ignatio mense Majo scripsit [2], et per eumdem Secretarium verbo, sicut et scripto, id agebat, ut restituerentur ipsi theologi Ingolstadio Viennam translati, ut Collegium ibidem Societatis institueretur, quod erigi coeptum dicebatur; sed P. Ignatius, promptam voluntatem se habere ad ejus obsequium significans, probavit magnopere Ducis deliberationem, quam ad Dei honorem fore sperabat, ut augeretur in Bavaria bonorum et fidelium operariorum numerus. Laudabat etiam quod a Secretario intellexerat, agere Ducem de collegio alio, in modum Germanici, Ingolstadii erigendo; interim autem, dum illud instituebatur, si vellet in Germanicum Collegium Urbis aliquos juvenes indole bona praeditos mittere, curaturum se recepit ut in moribus et litteris diligenter exculti, ac proinde verbo et exemplo suis utiliores futuri, in Bavariam mitterentur [3].

22. Agi coeptum est de Ungarico Collegio Romae, ad modum Germanici, instituendo, ad illius provinciae spiritualem utilitatem; et Dominus Didacus Lasso, Legatus Regis Romanorum, animum propensissimum ad hoc negotium curandum ostendebat, et ipsemet, si opus esset, ad Regem Romanorum se missurum pollicebatur ut centum ejus nationis juvenes institutione eadem, qua germani, separato in loco, tenerentur; sed res haec, propter varietatem temporum subsecutam et alias difficultates, id temporis non ad maturitatem venit [4]. Quaedam tamen collegia hoc anno erecta fuerunt, tam in Italia et Sicilia quam in Hispania et Gallia, de quibus seorsum agetur; hoc tamen hic dicam quod quamvis integrum Collegium Genuam et Lauretum Roma missum sit, in quibus fere triginta ex nostris fuerunt, et fere totidem alii in varias provincias transmissi, numerus nihilominus nostrorum sub finem hujus anni longe quam in principio auctior erat [5]. Et inter eos, qui missi fuerunt, fuit P. Quintinus Ciarlart [6] cum P. Antonio Blucheto [7] et P. Adria-

---

1 Henricum Schweicker.

2 Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 503.

3 Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 465 et 210, et infra, n. 545.

4 Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 231, annot. 1, et STEINHUBER, *Geschichte des Collegium Germanicum Ungaricum in Rom.*, pag. 28.

5 Vide supra, pag. 6, n. 4.

6 Vide *Litterae Quadrimestres*, t. I, pag. 505 et 682, annot. 1.

7 Sic; alias tamen saepius et, ut videtur, rectius *Bouclet*, *Boucleto*. Vide supra, t. III, pag. 283, annot. 2.

no Candido [1] in Belgiam missus; et quidem P. Quintino concessa fuit facultas professionem emittendi ubi se canonicatu tornacensi abdicasset, qui collocandus et non temere relinquendus videbatur [2].

23. Romanorum Rex postulaverat quidem hoc anno novum Collegium in Metropoli Regni Bohemiae, Praga, [erigendum], et ea de re P. Ignatio scripsit [3]; et quamvis illud admittere P. Ignatius hoc annò non potuit, rescripsit Regi Romanorum promittendo quod intra unum annum illud esset admissurus [4], et ita effectum est; et qui tunc Rector aliorum est missus, hoc anno Collegii Germanici mense Novembri Rector effectus erat [5].

24. Obtinuit etiam Dominus Petrus de Zarate, miles Sti. Sepulchri, vir strenuus et officiosus et ad pietatis opera valde propensus, a P. Ignatio ut Collegium erigeret in oppido Vermeo, in provincia Biscaiae, non ignobili, cum primum domus quaedam et ecclesia cum quibusdam reditibus Societati ab eo populo in usum collegii donarentur; sed quamvis hujusmodi erectio scripto obtenta fuerit [6], quod conditiones illae impletae non fuerint, occupato aliis in negotiis eodem Domino Petro, et deinde morte praeoccupato, ad effectum istud Collegium non pervenit.

DE COLLEGIO TIBURTINO

25. Collegiolum hoc, initio hujus anni sic se habebat ut, cum in domo conductitia scholas teneret et pauci ex nostris admodum ibi versarentur [7], tamen rebus necessariis ad vitam

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 146, annot. 2.
[2] Vide infra dum de initiis Tornacensis Collegii agetur.
[3] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 532.
[4] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 484 et 374.
[5] Ursmarus Goysson, Vide *Cartas de San Ignacio*, t. VI, pag. 132.
[6] Erectionis testimonium habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 332.
[7] Collegio praeerat P. Desiderius Girardin, Lotharingus; erat et frater Antonius de Robore, qui an scholasticus an coadjutor esset non satis constat, licet temporalibus rebus curandis incumbebat praecipue; et admissus etiam est hoc anni decursu Antoninus de Henricis "qui multis deinceps annis, et initio in pueris quoque infimae classis

traducendam destituerentur. Litteras ergo P. Ignatius Rectori scripsit ut prospiceret loco S. Mariae del Passo aliquem heremitam inveniendo, cui domum et ecclesiam illam, quae extra urbem est et Societati fuerat applicata, committeret; et ut significaret amicis nostros omnes brevi etiam Tybure revocandos, ac demum ut populo valediceret, gratias agendo de beneficiis ab eo acceptis. Admirabatur populus et aegre ferebat hunc nostrorum recessum et eos apud se retinere cupiebat, nam fere omnes Societatem amabant; sed cum militiae caput ac priores, qui magistratus civitatis trimestres sunt, agi de revocandis nostris intelligerent, P. Ignatio scripserunt fructum assiduarum praedicationum et exhortationum Societatis nostrae commendando, atque rogando ut, quandoquidem non petentibus benigne hujusmodi operarios concesserat, ipsorum rogatu eosdem, quamvis alibi necessarii essent, relinqueret; et potius alios vellet adjungere, quam illis Tybur privare, cum magnopere ipsi similibus auxiliis indigerent. Quod si in rebus necessariis minus quam par erat nostris fuisset prospectum, id juxta civitatis mentem minime fuisse, quae, ut constabat ex publicis decretis, semper, quod collegio opus erat, praebere jusserat; sed, propter varias civitatis inimicitias, lites et alia incommoda, minus diligenter quae necessaria erant, fuisse curata, et in posterum aliter nostris prospectum iri. Constituerunt etiam ut pretium locatae domus ex publico solveretur; et ita P. Ignatio visum est collegium non esse inde revocandum; quin potius ad excitandos civium illorum animos videtur de abducendis inde nostris egisse [1].

26. Schola interim nostrorum aperta fere semper fuit, et centum scholastici ad eam accedebant, quamvis propter varias occasiones, ut pauperibus accidit, parum assidui complures eorum essent; et, suis statis temporibus, de peccatis confitebantur. Erat autem eo tempore P. Desiderius Gierardinus Collegii Rector, et idem magister scholae primariae; nam altera, quae pueros legere docebat, a quodam sacerdote gallo, P. Petro Pradene, regebatur; vir hic pius in Societatem admitti

---

edocendis elaborans, Tiburtinum Collegium fideli atque irrequieta opera et sanctitate vitae magna ex parte sustinuit„. ORLANDINI, *Hist. Soc. Jes.*, lib. XIV, n. 20.—Vide n. sequentem.

[1] Iis congruunt quae Polancus, *ex com.*, scripsit Patri Desiderio 8 Januarii 1554.

Romae petebat; sed quia sacerdos et parum eruditus erat, missus fuit Tybur ut P. Desiderium in scholis juvaret, ut ita periculum fieret an ad Societatem idoneus futurus esset; ille vero cum aliquandiu diligentem operam pueris navasset, vota Societatis sponte sua emisit, et ita retentus ibidem multos annos, Deo in Societate Tybure inservivit; et cum optima aedificatione domi et foris se gessit. Tertius erat Antonius de Robore. Et ita primos menses hujus anni tres dumtaxat in eo collegiolo fuerunt, quamvis Roma valetudinarii et qui ex morbis convalescebant eo sanitatis gratia mitterentur. Cum autem Neapoli evocatus esset P. Andreas de Oviedo, ad Aethiopicam missionem destinatus [1], dum res ad illam expeditionem necessariae Romae conficiebantur, Tybur, ubi aliquando cum magna aedificatione versatus erat [2], missus est, ubi aestatem hujus anni exegit.

27. Erat Tybure hoc tempore D. Laurentius de Castello, vir pietatis operibus deditus, et propter illa P. Ignatio valde amicus [3]. Cum hic domum Tybure haberet, significaverat ei P. Ignatius rem perutilem ad spiritualem multorum profectum facturum esse, si domum Societati emeret, quia in conductitiis eatenus habitaverat. Cum ergo P. Andreas Tybur venit, et D. Laurentium nomine P. Ignatii inviseret, statim ille fructum instituendae juventutis coepit laudare, et P. Desiderium valde commendare, quamvis propter quamdam in pronunciando difficultatem (praeterquam quod natione Lotharingus non perfecte italicum idioma callebat), alium qui perfectius a scholasticis intelligeretur, et qui ad partes conciliandas inter cives idoneus esset [4], Tybur mittendum censebat. Sed et ipse P. Andreas onus grave existimabat scholae et Rectoris officio simul satisfacere, cum, praeter haec duo munia et conciones de christiana doctrina habendae et confessiones multorum ab eodem audiendae forent; et minimum quinque personas stabiles eo in collegio esse debere arbitrabatur, quorum duo praeceptores, totidem coadjutores essent, cum nimio premeretur labore Antonius, qui tunc

---

[1] Vide infra, n. 396.

[2] Anno scilicet 1551. Vide supra, t. II, pag. 166, an. 1551, n. 8.

[3] Hic ille esse videtur, quem ORLANDINI, l. c., n. 19, *Laurentium de Virilibus* appellat, "sacerdos, patria Tiphernas, qui propter eximia pietatis officia percarus erat Ignatio„.—Vide etiam *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 207.

[4] Vide supra, pag. 22, n. 25, ubi penuriae, quam nostri his primis annis Tybure passi sunt, in causa fuisse dicitur *varias civitatis inimicitias, lites*, etc.

solus erat; et praeter hos quintus Rector esse debere videbatur. Laborabat tunc Roma coadjutorum penuria, cum ad varia collegia mittendi essent, et ita fuit P. Andreae ac Desiderio scriptum ut aliquem ipsi coadjutorem sibi quaererent. Antoninum [1] ergo illi ad probationem admiserunt; ejusmodi enim probationes in laboribus multis domi ac foris tunc erant; quamvis qui indole majori praediti videbantur, Romae probarentur [2].

28. Sed ad D. Laurentium de Castello redeundo, significavit ei P. Andreas Societatem diligentius providere collegiis, quod ad lectores et sacerdotes attinet, cum ea dotationem ac fundationem haberent; paucos illos Tybure teneri in gratiam D. Ludovici de Mendoza, qui locum illum S. Mariae del Passo donaverat [3]; et, si aliquis fundator existeret, operarios plures haud dubie et magis idoneos mittendos esse praeter eos qui, valetudinis gratia, eo mitterentur. Coepit etiam de utilitate fundationis collegiorum agere, et quid juxta constitutiones Societas erga fundatores praestaret, quae omnia valde D. Laurentium et consolata sunt et animarunt, ut quod aliquando se facturum significaverat, de domo in usum collegii emenda et aliqua dotatione addenda, exequeretur. Illud imprimis etiam ipsi gratum fuit, quod P. Andream hac aestate Tybur missum potissimum ejus gratia intellexit. Coepit autem idem P. Andreas consuetis Societatis operibus vacare, et in cathedrali ecclesia S. Laurentii diebus dominicis ac festis concionari. Quemdam etiam vulneratum inter alios invisit, cui, quia mors imminere dicebatur, postquam confessionem audivit, sanctissimum Eucharistiae sacramentum ut viaticum impendi curavit, et adduxit ut secrete ac publice veniam vulneranti condonaret.

29. Eo tempore tres scholae praecipue Tyburi erant; nostra, scilicet, et praeceptoris cujusdam, quem civitas suis expensis conducere solebat; ad id erat tertius magister Cardinalis Ferrariensis [4], qui, praeter grammaticam, facultates etiam

---

[1] Vide supra, pag. 21, n 25, annot. 7.

[2] Vide Ignatii litteras ad Laurentium del Castillo, 30 Junii 1554, in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 463 et 207, et litteras eadem die datas ad Patrem Desiderium Girardin.

[3] Vide supra, t. II, pág. 17, n. 31.

[4] Id est Magister a Cardinale Ferrariense designatus et conductus. Ferrariensis autem hic Cardinalis erat Hippolytus de Este, cui quantum debeant Tyburtina civitas ejusque vicinia notum est. Vide UBERTI FOLIETAE, patritii Genuensis, *Tyburtinum Hippolyti Estii, Cardinalis Ferrariensis.*

superiores pollicebatur, ut mathematices ac philosophiae moralis. Quamvis autem discipuli, qui ad nostras scholas accedebant, majori cum libertate in aliis versari poterant, qui erant provectiores aetate malebant disciplinae nostrorum subdi; et prorsus ad ea, quae virtutis sunt, propensiores videbantur multi juvenes quam seniores eorum parentes, a quibus non tantum in litteris sed etiam in moribus interdum impedimentum profectus habebant.

30. Undecima die Julii D. Laurentius domum quamdam, in loco admodum salubri sitam, trecentis ac triginta ducatis ad usum collegii emit. Ille quidem trecentos tantum obtulerat, et amici quidam triginta addiderant; sed voluit D. Laurentius totum pretium ipse solvere, et ut triginta illi aurei ad reparationem ecclesiae, quam postmodum nostri habuerunt, impenderentur [1].

31. Eodem fere tempore allocuti sunt P. Andreas cum P. Desiderio parochum, qui tres ecclesias Tybure habebat [2], quarum una, scilicet Salvatoris, vicina emptae domui erat, et illam ab eo in usum collegii postularunt; Episcopum etiam, D. Joannem Andream Crucium, nostri, tunc scholastici, Lucii Crucis fratrem, de ecclesia illa, translata animarum cura et reditibus, Societati donanda; et tam Episcopus quam parochus, nomine Dominicus Ciaccia, perlibenter quod ab eis petebatur concesserunt; nam Episcopus benevolum admodum et beneficum semper se nostris exhibuit, longe aliter quam ipsius patruus, qui ante eum Episcopus fuerat, se gesserat [3]. Vigesima octava Julii, ecclesia Sti. Salvatoris libere a possessore in Episcopi manus resignata, collegio Societatis nostrae applicata fuit; et quia ferebatur unita ecclesiae parochiali Sti. Pantaleonis, quam idem Dominus Dominicus possidebat, quamvis non id constaret, ad cautelam tamen ea unio dissoluta fuit, et ita ecclesia, cum habitatione et situ, quem habebat, collegio fuit unita; cura vero animarum cum reditibus ad vicinam ecclesiam Stae. Mariae fuit translata, et possessio, cum Episcopi et resi-

[1] Vide infra, n. 33.

[2] "Praeerat tribus paroeciis Sancti Salvatoris, Sanctae Mariae Montis Arsicii, et Sancti Pantaleonis, unus idemque parochus Joannes Dominicus Ciaccia." Orlandini l. c., lib. xiv, n. 19.

[3] Vide supra, t. II, pag. 18. nn. 33 et 34.—Marco Antonio Croce successerat in Tyburtina Sede Joannes Andreas 20 Februarii hujus anni 1554.

gnantis [1] beneplacito, eodem die accepta fuit, et testis esse voluit Dominus Laurentius de Castello. Et quia in ecclesia Sti. Salvatoris capellania quaedam erat instituta cum onere quarumdam missarum, et illa etiam ab Episcopo, quod nostri id expeterent, in aliam ecclesiam, cum consensu eorum quorum intererat, fuit translata. Existimatum itaque fuit [quod] in tota ea civitate ecclesia tam idonea ad collegii usum inveniri non poterat; tam conjuncta enim erat emptae domui ut omnino eidem uniri posset, spatio quodam vel situ exiguo, quod interjacebat, a civitate donato, quod illa libenter fecit; et muro situs clausus et domui conjunctus fuit.

32. Quamvis autem domum emerat, ut diximus, Dominus Laurentius, quia suo nomine id fecerat et non collegii, ut transferret in collegium litteris suis formulam hujus concessionis a P. Ignatio postulavit, nam quam purissimam aut sine ulla obligatione aut pacto volebat; et se magna laetitia affectum affirmabat ex quo illam emerat, et gratias agebat Deo, qui ad eam emendam inspiraverat, et P. Ignatio qui ad id fuerat exhortatus, seipsum demum et sua amanter offerebat. Ipso autem die, qui Sto. Laurentio sacer erat, donationem domus, per publicum instrumentum, fecit liberam omnino, promittens in eodem instrumento se vel viventem, vel saltem post mortem, reditus eos esse relicturum, ad quos relinquendos eum Deus inspirasset. Occasionem dederat P. Ignatius hujus promissionis faciendae, cum ei scriberet fundatores collegiorum, praeter domum et ecclesiam, aliquos reditus applicare debere, et saltem ad unius sustentationem se reditus relicturum esse ut promitteret adhortatus est. Simulatque ergo die Sti. Laurentii domus fuit applicata et haec promissio facta, tamquam fundatori candelam Rector collegii, P. Desiderius, cum ipsius insigniis et nomine Jesu, ei praesentavit, et quidem tam pulchram et ornatam ut cuivis principi et maximi Collegii fundatori offerri poterat, et missae pro eo celebrari coeperunt; et cum intellexisset per totam Societatem tantumdem faciendum, mirum in modum laetatus est. Dedit et collegio suo opera D. Augustini, et spiritualia exercitia facere constituit, quae P. Andreas illi dedit.

33. Ecclesia autem nostra Stae. Mariae del Passo, quia cum

[1] Parochi, Joannis Dominici Ciaccia.

labore eundum et redeundum erat quotidie ad eam aperiendam et claudendam, claudi coepit aliis diebus quam dominicis ac festis. Tectum autem ecclesiae [1] ex illa pecunia sarciri coeptum est, quam amici ad emptionem domus addiderant, in qua novus fundator praedicari cupiebat, nam in cathedrali ecclesia id fecerat P. Andreas; sed paulo post fundatori est satisfactum. Confessiones quidem non paucae in nostro templo audiri coeperunt cum a P. Desiderio tum a P. Andrea, qui satis multas etiam generales audivit, et ex eis ac praedicatione non poenitendum fructum in horrea Domini intulit; habebat autem satis frequens auditorium, quod cum aedificatione et attente ipsum audiebat.

34. Cum adhuc ageret Tybure idem P. Andreas, ei significatum est quod in Aethiopiam ut Patriarchae coadjutor et successor iturus erat. Scripsit autem P. Ignatio se quidem profectionem in Aethiopiam perlibenter admittere et usque ad mortem se totis viribus in ea vinea Domini laboraturum juxta institutum Societatis nostrae. Non recusabat etiam se nominari coadjutorem Patriarchae, quod ad ministerium attinet et laborem juxta institutum Societatis. Duo tamen alia non admittenda censebat, scilicet, successionem in dignitate patriarchali, et interim, dum viveret patriarcha, episcopalem dignitatem. Nec in manu Regis Portugalliae aut ullius Generalis [2] esse affirmabat similia officia viris religiosis injungere, nec jubere eos posse ut talia munia subditi subeant; et demum, solum Pontificem id posse praecipere; et quia onus hoc difficile et periculosum ipsi videbatur, rogabat P. Ignatium ut, si hac de re directe aut indirecte Societas ageret, facultas ipsi P. Andreae concederetur alloquendi vel scribendi eis, qui talia tractarent, et etiam Summo Pontifici, cum praesertim ex parte ipsius Societatis etiam hoc difficile sit, cum officia hujusmodi jurisdictionem habeant, et talia exercentes ab obedientia Societatis essent eximendi; et quamvis Patriarcha sub obedientia maneret alicujus commisarii apostolici de ipsa Societate, non esset obedientia illa Societati sed Apostolicae Sedi impensa [3]. Orabat ergo ne hac de re

---

[1] Sancti Salvatoris. Vide supra, pag. 25, n. 30.

[2] Generalis Praepositus seu Superior alicujus religiosae familiae seu ordinis.

[3] Non enim apostolicus de Societate Commissarius seu Visitator jurisdictionem ullam in Patriarcham habere poterat quatenus de Societate et ab ipsa Societate constitutus, nisi Apostolicae Sedis auctoritate ad id muneris subeundum fulciretur.

tractaretur, alioqui se recursum ad Summum Pontificem habiturum affirmabat. At P. Ignatius non solum aequo animo tulit quod P. Andreas scribebat, sed eumdem per litteras hortatus est ut, quoad ejus fieri posset, resisteret, et sui electioni ad praelati officium non consentiret. Sed Rege Portugalliae per Legatum [1] id supplicante, Summus Pontifex, in virtute Obedientiae, non solum ipsi P. Andreae, sed et P. Joanni Nugnez, Patriarchae designato, et P. Melchiori Carnero, in Episcopum et Patriarchae successorem post P. Andream electo, praecepit ut quisque onus, quod ei imponebatur, susciperet.

35. Commendatum fuerat eidem P. Andreae ut tractatum de frequenti usu communionis conficeret; et, quamvis occupatus, illud, cum esset Tybure, aggressus est; non tamen absolvit; ideo Doctor Christophorus Madridius, post ejus recessum, ex obedientia hunc tractatum confecit [2].

36. P. Desiderius, diebus dominicis, post missae sacrificium christianam doctrinam explicabat, et scholastici et alii etiam ad eam audiendam accedebant; deinde aliquorum audiebat confessiones et etiam hospitale ad hoc ipsum visitabat. Sed P. Andreas experientia comperiebat, propter hanc lectionem doctrinae christianae, dominicis diebus post sacrum explicatam, impediri confessionum et communionum ministerium; et cum suggessisset P. Ignatius ut post meridiem diebus dominicis ea explicaretur, quamvis nostrorum arbitrio res ipsa relinquebatur, visum est id Tybure parum succedere; nam experientia

---

[1] Legatum suum seu oratorem in Romana curia, Alphonsum de Alencastre. Vide supra, pag 7, n. 6, annot. 3.

[2] Sermo est de libello, de quo haec P. Sommervogel: "Christophori Madridii, Societatis Jesu, libellus de frequenti usu Sacramenti Eucharistiae. Neapoli, 1556, 4, ff. 7. — C'est la première édition qui fut suivie d'un grand nombre d'autres. Orlandini (*Hist. S. J.*, lib. 16, n.° 46) dit: editus hoc anno (1556) Neapoli, et Caesaraugustae evulgatus.—Le P. Polanco, dans une lettre de 20 Juillet 1556, dit: quidam amici illum Neapoli imprimendum curarunt... Cet opuscule a été souvent joint au *Directorium* du P. Polanco.„ *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus*, t. v, col. 278.--Jam vero ex hoc *Chronici* loco deduci posse videtur libellum hunc auctores habuisse Andream de Oviedo, a quo incoeptus, et Christophorum Madridium, a quo confectus fuit. Verum ex litteris, e quibus excerpta quaedam afferemus infra, n. 385, apparet jam hoc anno fere medio Patrem Alphonsum Salmeronem Patrum testimonia congessisse, quae hanc Eucharistiae frequentationem in tuto ponunt: et hoc ejus opus fundamentum praecipuum fuit operis Patris Christophori de Madrid.—Ab ipso etiam Patre Bobadilla hoc eodem tempore *De laudabili et fructuosa Eucharistiae frequentatione libellus* scriptus est et Bononiam, ut ille Salmeronis, ad Patrem Franciscum Palmium missus. Vide infra, n. 385, et BOERO, *Vita del servo di Dio, Padre Nicolò Bobadiglia*, pag. 198, et SOMMERVOGEL *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus*, t. I, col. 1554, 4.

docuerat paucos eo tempore huic lectioni interesse, et aegre scholasticos a pomeridiana lectione avocare [1], et ita, permissione P. Ignatii utentes, in dies veneris post meridiem ea lectio rejecta est; et sic Rector [2] ad ministerium sacramentorum diebus dominicis et festis relinquebatur. Tota autem familia Domini Laurentii octavo quoque die ad sacramenta accedebat; et cum ipse D. Laurentius nostrae quidem familiae se adjungere cuperet, sed non renunciare bona sua, quia propter senectutem ad laborem religionis idoneus non erat, contentus fuit ad gratiarum participationem Societatis admitti [3].

37. Cum evocaretur Romam ad initium Septembris P. Andreas, prius admonuit confirmationem Sedis Apostolicae obtinendam videri, quia defectus aliqui fortassis in collatione ab Episcopo facta accidissent, sed et curatum est ut denuo Episcopus suis litteris, juxta formulam Roma missam, ecclesiam Sti. Salvatoris Collegio applicaret, et ita denuo haec collatio 23.ª Septembris facta est, et ejus possessio septima Decembris hujus anni denuo accepta.

38. Cum ultimam concionem in cathedrali ecclesia 26.ª Augusti P. Andreas faceret, [egit] de fundatione ac fundatore collegii, Domino Laurentio, et de eo, qui ecclesiam resignaverat, Domino Joanne Dominico, et de ipso Episcopo, qui cum magna charitate, quod in ipso erat, semper praestiterat (aderant autem hi omnes, de quibus agebatur). Addidit etiam quaedam, quae opportuna videbantur, de Societate nostra et ejus nomine, populo declarans quod Theatinorum religio a nostra Societate Jesu diversa erat [4]. De profectione etiam sua in Aethiopiam populum commonuit; quae omnia populo pergrata fuisse apparuit; cui valedicens, Romam ad praescriptum tempus venit.

39. Quia vero significaverat Dominus Laurentius de Castello aliquem sibi videri [mittendum], qui ad quaedam opera Societatis Tybure exercenda idoneus esset, missus est novus Rector P. Joannes Laurentius Cavaglierus [5], qui successit P. Desi-

---

[1] Sic; sed fortasse mendum est et scribi oporteret *aegre scholasticos ad pomeridianam lectionem avocari*. Agitur enim de dominicis diebus.

[2] Sic; et forte sensus est *Rectori tempus..... relinquebatur*.

[3] In quo haec gratiarum participatio consistat dicetur infra, n. 569.

[4] Vide supra, t. III, pag. 181, n. 384.

[5] "Intendendo Nostro Padre per una del fratello Antonio (de Robore) che il

derio, optimo viro, sed qui, propter linguae defectum, minus in quibusdam ministeriis praestare posse videbatur; et simul cum officio Rectoris et superintendentia scholarum, munus christianae doctrinae docendae et concionandi in nostra ecclesia illi est injunctum; quamvis hoc ultimum arbitrio Domini Laurentii fundatoris P. Ignatius relinquebat, postquam eum privatim audivisset. Confessionum etiam audiendarum et aliorum piorum operum exercitatio ipsi est commendata, et ut Episcopi in primis, et deinde aliorum benefactorum, rationem haberet.

Et haec de Tyburtino Collegio sint dicta, in quo numerus etiam nostrorum paulatim crevit.

DE COLLEGIO GENUENSI

40. Hoc anno Collegium Genuense Octobris initio inchoatum est; erat tamen primis hujus anni mensibus ea in civitate P. Jacobus Laynez; necdum enim inde recesserat, ex quo anno proxime praeterito eo venit [1]; et quamvis aliquando adversa uteretur valetudine et conciones dominicis ac festis diebus habitas interrumpere cogeretur, non tamen eas omittebat; et in septuagesima apud S. Syrum conciones, tota quadragesima continuandas, erat inchoaturus [2].

41. Qui deputati fuerant a Republica Genuense ad res collegii tractandas [3], sperabant subsidium aliquod certum ab ipsa

---

Rdo. M. Laurenzio (del Castello) dimandava quando s' havessino a mandar in Tibuli quelli che hanno a fermarsi costì, il che mostrava voluntà che ciò si faccessi presto, si è risoluto di mandare hoggi il Padre Joanne Lorenzo Cavallier, Napoletano, esercitato in casi di consciencia et versato etiam nelle lettere d' humanità et nella sacra scriptura et ha talento competente nel predicar et conversare, come vederanno, et quello che più importa, è persona molto virtuosa et essemplar. Questo Padre per adesso resterà colla cura del Collegio, et V. R., come sia stato due o tre giorni insieme con lui per farlo capace delle cose che s' apartengono alla sua cura, potrà venirsene a Roma. Se pur fossi necessario qualche dì di più, V. R. avisi.„ Polancus *ex com.*, Patri Desiderio Girardin, 20 Septembris 1554.

[1] Nona die Octobris 1553 Genuam P. Laynez pervenerat. Vide supra, t. III, pag. 74, n. 135, et BOERO, *Vita del servo di Dio, P. Giacomo Laynez*, § XII, pag. 138.

[2] Vide tamen infra, n. 43.

[3] Thomas Spinola, Augustinus Lomellinus, Stephanus Regius (Ragius?), quibus adjunctus est Franciscus Cataneus Bava. ORLANDINI, lib. XIII, n. 11, et *Cartas de San Ignacio*, t. III, pag. 230, 265, 267.

Republica se impetraturos. Res praeterea Corsicae, quae satis erant illi civitati molestae, et variae occupationes ne res tam maturae [forent] ac illi optabant effecit.

42. Sacerdotes illi cortonenses [1], qui animum ad Societatem adjicere videbantur, non invitandi videbantur Patri Laynez ut ad Societatem accederent, donec collegium eo venisset, et constitutiones Societatis ostendi eisdem potuissent, vel saltem illae, quae in collegiis observandae sunt; et tunc quidem eum, qui primas inter eos tenebat, Romam esse mittendum, ut ibidem Societatis institutum melius addisceret et melius ipse cognosceretur, censebat [2].

43. Recidebat aliquando in aegritudinem P. Laynez et calculo molestissimo laborabat; et tamen praedicationibus dare operam pergebat. Scripsit autem civis quidam genuensis, Franciscus Pinellus Adornus [3], charitate motus, P. Ignatio timendum esse, si praedicationis laborem P. Laynez in quadragesima susciperet, ejus imbecillam valetudinem laborem hunc tolerare non posse; et ita P. Ignatius eidem scripsit ut amplius quam ter, singulis hebdomadis in quadragesima, non concionaretur [4]; sed cum id magna incommoda habere Patri Laynez visum fuisset, cum summopere cives genuenses eum audire, et quotidie quidem, cuperent, ejus arbitrio res est commissa, dummodo medicus non repugnaret; et ita secunda dominica quadragesimae apud S. Syrum quotidianas conciones, cum vix utcumque a suo morbo relevatus esset, aggressus est. Erat nihilominus tantus animi vigor eo in Patre in magna corporis imbecillitate, ut, cum audisset agi de collegiis inter infideles instituendis [5], sua desideria, crebro recurrentia, P. Ignatio per litteras exposuerit, vitam illis in locis Dei obsequio consecrandi. Sed ad conciones redeundo, frequens et nobile auditorium hac quadragesima habuit, et magna cum satisfactione et commotione eum audiebant; et importuna quodammodo eorum devotio, praeter quotidianas conciones, ad confessiones etiam audiendas eum-

---

[1] Sic perspicue in ms.; alibi tamen scriptum est *Tortonenses*.

[2] De iis scripsit Polancus, *ex com.*, Patri Laynez Genuam, 6 Januarii et 14 Martii.

[3] Is ille esse videtur, qui infra, n. 62, Franciscus Adornus appellatur et hospitali incurabilium praeesse dicitur.

[4] Litteris a Polanco, *ex com.*, ad Laynez datis 6 Januarii 1554. Vide etiam infra, n. 45, annot. 5.

[5] Vide infra, nn. 261 et 359, et supra, t. III, pag. 5, n. 1.

dem urgebat; ejus autem auditores ex primariis ejus urbis erant. Placuit autem Domino valetudinem et vires conservare, cum acciderit nocte una sexdecim calculos ejicere, et tamen unicam dumtaxat concionem propter hujusmodi dolores omisit. Crescebat autem, simul cum numero, fructus etiam tam concionum quam confessionum, quas audiebat.

44. Cum autem deputati [1] incalescerent in his, quae ad collegii initium pertinebant, et multos ex primariis civibus valde affectos erga Societatem viderent, decreverunt consilium eorum magistratuum, qui Reipublicae locum tenent, de firmis reditibus applicandis alloqui. Dissuadebat P. Laynez ne id facerent, si timeri probabiliter poterat ne ex publico subsidium, quod petebant, negaretur. Illi [2] nihilominus, belli corsici expensis gravati, se, quod ad publicum attinebat, excusarunt; privati tamen multi et locupletes viri omnia necessaria ad collegium inchoandum et deinde sustentandum offerebant, hi pecuniam, illi reditus aliquos perpetuos; inter quos fuit qui trecentos aureos annuos offerret; alii alias summas ad aliquot annos offerebant.

45. In loco idoneo inveniendo major erat difficultas; nullus enim sine animarum cura, qui Collegii instituto idoneus esset, inveniebatur. Agebant autem aliqui primarii cives de monasterio Sti. Syri impetrando, et interim de aliqua conductitia domo accipienda, et ita P. Ignatio significavit P. Laynez, et deputati etiam ab ipsa civitate mense Aprili suis litteris ad mittendum collegium eumdem P. Ignatium sollicitabant, et viaticum etiam ad itineris expensas ad id transmiserunt; sed referre magnopere admonebant si P. Jacobus Laynez aliquandiu apud ipsos maneret. Constituerat quidem P. Ignatius mense Majo collegium hoc mittere; et quia, juxta promissionem Ducissae [3] factam, P. Laynez rediturus erat Florentiam, cogitabat de P. Salmerone Genuam mittendo; cum id tamen tentasset, nec a Pro-rege [4], Cardinali Paciecho [5], obtinere id potuisset [6], in

---

[1] Vide supra, pag 30, n. 41.

[2] Magistratus, qui Reipublicae locum tenent, ut paulo superius ait Polancus, vel, ut eos appellat Bartoli, "i Signori dell' ufficio di San Giorgio in Genova„. *Dell' istoria della Compagnia di Gesù. L' Italia,* prima parte, lib. III, cap. 4, vel Curia Sancti Georgii, ut FOLIETA, MARINIS, etc.

[3] Ducissae Florentiae, Eleonorae de Toledo. Vide supra, t. III, pag. 72, n. 134.

[4] Neapolitano; Neapoli enim erat P. Salmeron.

[5] Petrus Pacheco, qui Petro de Toledo successerat.

[6] Vide infra, dum de Neapolitano Collegio agetur.

autumnum censuit principium hujus collegii rejiciendum, ut tunc, vel expeditus P. Laynez Florentia, vel P. Salmeron, Genuam cum novo collegio veniret, quod deputatis probatum est [1]; quamvis eorum desiderium illud fuisset ne inde Pater [2] recederet, et Episcopus suffraganeus [3], non solum propter fructum inter catholicos ejus praesentiam expetebat, sed quia inimicus zizania seminare in agro genuensi coeperat; et initio Maji sex, qui deprehensi fuerant, abjuratis erroribus, ad triremes damnati fuerunt, qui Calvini perfidiam sequebantur.

46. Accedebat etiam quod, cum P. Laynez contra usurarios contractus serio concionatus fuisset, commoti primarii cives promiserunt suffraganeo ac Vicario Archiepiscopi se quibusdam mercatoribus auctoritate ejus reipublicae injuncturos esse ut rationes suorum contractuum explicarent, et theologi ac jurisperiti congregarentur ut de hujusmodi contractibus quid licitum esset, quid contra, decernerent. Bononiam [4] etiam mittere casus illos dubios decreverunt, et, discussione per theologos ibi facta, rem totam ad Sedem Apostolicam adferri, ut sua auctoritate quid licitum esset, quid contra rem totam definiret. Cum autem P. Laynez in hujusmodi rebus valde versatus, et subtiles etiam cambiorum et aliorum contractuum tricas callere videretur, ad examen etiam hujusmodi contractuum eum retinere valde cupiebant [5]. Alia etiam, quae utiliter in quadragesimae concionibus suggesserat, cives ge-

---

[1] "En Genova el P. Mtro. Laynez querria predicar cada dia esta quaresma y no pienso se lo consentirá Ntro. Padre ni más de tres veces la semana. El estará por allá hasta pasada quaresma y despues se hace cuenta que V. R. se venga por Roma y pase á Génova, hubiéndose visto con su amado Mtro. Simon, y que esté el verano en aquella ciudad enderezando el nuevo colegio que se enviará para entonces ó poco antes, y para el invierno se podrá tornar V. R. á Nápoles, segun se va diseñando...„ Polancus, *ex com.*, Patri Alphonso Salmeron, 14 Januarii 1554.

[2] Laynez.

[3] Genuensis Archiepiscopus erat Hieronymus Sauli. Quis autem hic Episcopus Suffraganeus, Vicarius, esset, non reperimus; neque ad id certo statuendum sufficiunt illa, quae enarrata sunt in *Cartas de San Ignacio*, t. III, pag. 231, annot. 3, et pag. 322, annot. 2, et tom. IV, pag 170, annot. 2. Causis autem confusionis, quae in iis locis exponuntur, hanc novam addimus, in *Regesto litterarum Sancti Ignatii*, vol. 1, ex quo transumptae sunt litterae editae in *Cartas de San Ignacio*, t. III, pag. 437 et 322, scriptum esse non *per il Vescovo di Calvi*, ut legerunt Boero et Lizargarate, nec *per il Vescovo di Cavorli*, ut legit Orlandini, a quo *Caborlensis* Episcopus appellatur hic Vicarius, sed *per il Vescovo di Carvoli*.

[4] Bononiensis Universitas studio praesertim juris tum civilis tum ecclesiastici seu canonici maxime claruit.

[5] Vide infra, n. 48.

nuenses non solum audisse libenter sed admisisse videbantur; et ita ante quadragesimam larvae et alia hujusmodi omissa fuerunt. Accidit uno die mille aureos, alio mille et trecentos, alio duo millia ducatorum colligi in alicujus commendati pii operis subventionem [1].

47. Cum autem absoluta quadragesima, in qua, praeter labores jam dictos, jejunium etiam quotidianum observatum fuerat a P. Laynez, rogatus fuit a Domino Nicolao Sauli, Societatis amico, ut in ipsius domum, quae in amoenissimo aëre sita erat, animi et quietis causa se ad paucos dies transferret, et, cum ei acquievisset P. Laynez, statim in illos suos dolores iliorum recidit, et expertus est aërem subtiliorem ac puriorem parum sibi propitium esse, et ita apud S. Syrum, quod aër esset crassior, melius valere.

48. Romae magni momenti existimatum fuit a viris gravibus, quod respublica Genuensis constituerat de contractibus examinandis et arbitrio Sedis Apostolicae subjiciendis, et statim Cardinalis Stae. Crucis [2] contractus aliquos, vel potius contractuum difficultates, quas a theologo quodam perito acceperat apud genuenses in usu esse, ad P. Laynez transmisit [3]. Ne tamen Genuae manere ille posset, ad hoc et ad collegii inchoandi negotium, efficiebat sollicitudo Ducissae [4], a qua, cum impetrassent [5] ut in quadragesima Genuae ad concionandum manere posset, respondit illa posse significari Reipublicae genuensi quod de domo et rebus ipsius Ducissae posset respublica illa disponere, quandoquidem illam facilius facultatem dedisset, quam retinendi tamdiu P. Laynez; et tantum hac conditione se id permittere ut, absoluta quadragesima, statim Florentiam

---

1 Vide quae de Genuensium erga pauperes et aegrotos liberalitate afferunt passim auctores, praesertim DE MARINIS, *Genua, sive Reipub. Genuensis Compendiaria descriptio*.

2 Marcellus Cervini.

3 «Hase comunicado lo de las usuras con algunos de los Cardenales principales y en estremo parece cosa de mucha importancia en el divino servicio. Aquí envío á V. R. la copia de algunos contractos que se usan en ese pueblo, que me dió el Cardenal de Santa † para inviar á V. R.; y son de una persona de mucho crédito en vida y letras, cuyo nombre va en un papelejo, y rásguele V. R. porque no se sepa, porque el Cardenal encomendó que no se supiese. Holgaríamos de entender que se concluyese esto ántes que de ahí partiese V. R., si Dios fuese servido.» Polancus, *ex com.*, Patri Jacobo Laynez, 5 Aprilis 1554.

4 Florentiae. Vide supra, pag. 33, n. 45, et infra, n. 233.

5 Genuenses.

rediret. Et cum gravida esset, et facultatem a P. Ignatio ad id accepisset, non judicavit [P. Laynez] expedire ut, quod juste alioqui de reditu ipsius expetebat, ei negaretur: tantum P. Ignatium consuluit an promittere posset genuensibus se rediturum; quod P. Ignatius promitti posse censuit, si a Ducissa facultatem ad id obtineret, non aliter.

49. Hoc tempore aliqui cives mediolanenses scripserunt amicis genuensibus, et quidem ferventer, ut curarent Patris Laynez vel duorum aliorum de Societate adventum in illam urbem, in qua novo collegio initium dari cupiebant; sed P. Laynez respondendum illis censuit in aliud tempus hanc missionem esse differendam; suo tamen tempore quod petebant concedi posse; quod ejus responsum P. Ignatius probavit [1].

50. Desierat de collegio familiae Saulorum agi. Significavit enim aperte P. Ignatius tunc quidem utrumque admitti non posse; et si alterum esset admittendum, videbatur praeferri illud oportere quod devotius expeteretur et melius fundaretur; nec tamen dissimulavit P. Ignatius quod non illi probaretur quod duo collegia eadem in civitate admitterentur, nisi forte in altero litteras humaniores, in altero autem facultates superiores traderentur; et potius probaturum se affirmabat, si collegium unum admitteretur, et, loco alterius, domus professorum, quae ex eleemosynis viveret; et ita de Collegio Saulorum nihil hoc saltem anno tractatum fuit [2].

51. Decima septima Maji Genua Florentiam versus P. Laynez profectus est, cum persuasum reliquisset quibusdam civibus, qui concionum ejus auditores fuerant, ut a cambiis supersedentes, reditus ex bonis suis emerent; quibusdam etiam congregationibus interfuerat theologorum, qui hujusmodi contractus discutiebant, et a suffraganeo rogatus recepit se scripturum quid de toto illo genere cambiorum atque contractuum sentiret, quod et fecit, et exemplum ejusdem scripti Romam

---

[1] "Quanto alla richiesta che fanno quelli di Milano parse bene qui la risposta che V. R. gli diede. Et se sarà con effetto quello che qui si è detto, che il Signor Giovan de Vega habbia d' andar per Governatore, sarà molta opportunità di mettersi in effetto tal' opera, massime che se cio sarà, Sua Ecc.ª menarà seco alcuni Padri della Compagnia, i quali vederanno quel che si potrà fare.„ Polancus, *ex com.*, Patri Jacobo Laynez, 3 Maji 1554.—Vide infra, n. 71 et 488.

[2] Desumpta sunt haec ex litteris a Polanco, *ex com.*, datis Patri Laynez 6 Januarii, et Patri Alphonso Salmeron die sequenti, et plenius Patri Laynez 13 Januarii.

misit, rogavitque ut a Sede Apostolica remedium ad tam multa peccata evitanda postularetur [1].

52. Deduxit autem secum juvenem quemdam sanguine illustrem qui, cum Principi [2] Philippo inserviret, cum aliis viris nobilibus ad bellum corsicum profectus fuerat, et ibi in morbum gravem incidens, religionem ingredi constituerat, et, Genuam veniens, et P. Laynez audiens, et cum eodem familiariter agens, Societati se addixit, nomine Federicus Manrique [3]. Cum autem Florentiam venisset, alius etiam juvenis ex familia illustri, nepos ex sorore ipsiusmet P. Laynez, nomine Aloysius de Mendoza, qui in Gallia Cisalpina militaverat, Societati se adjunxit, et uterque simul Romam missus est.

---

53. Paulo antequam Genua recederet P. Laynez, opportune ex Corsica venerat P. Emmanuel [4]. Vidimus in his, quae praeterito anno dicta sunt, quae placuit Divinae Bonitati per P. Sylvestrum Landinum et per eum ea in insula operari; et cum potestatem liberiorem a Summo Pontifice accepissent ut

---

[1] "Dum Januae morabatur annis 1553 et 1554, concionibus habendis occupatus, in ea urbe opulenta et mercatorum frequentia celeberrima saepius in suggesto de moralitate variorum negotiorum loqui coactus fuit. Id fecit eo fructu, ut non solum plurimi pecunias injuste possessas restituerent, sed etiam magistratus edictum publicaret, ut omnes mercatores libros atque schedas contractuum suorum publice ostenderent a theologis et jurisconsultis revidendas. Desideravit Lainius (palamque hoc pronuntiavit), ut certa dubia, quae circa contractus remanebant, sanctae sedi decidenda proponerentur. Interim tamen, volens incertis conscientiis directionem aliquam salutarem exhibere, hanc Disputationem exaravit in usum praecipue, ut apparet, confessariorum. Cui tamen multa adjunxit, quae lectoribus ex ipsa mercatorum classe adaptata erant, id quod praesertim de initio Disputationis, in quo generalia principia statuuntur, et de fine ejusdem valet. Hanc illamve partem forsitan ipse etiam pro concione auditoribus selectis, ad quos res pertinebat, exposuit.„ GRISSAR, *Jacobi Laynez Disputationes Tridentinae*, t. II, pag. 61, in prolegomenis ad Lainii tractatum *De usura et variis contractibus mercatorum*. P. autem ipse Laynez, in ejusdem tractatus initio haec ad rem ait: "Quia saepe saepius proposui et exaggeravi, quam expediret ad Dei gloriam et laudem atque hujus, imo totius christianae reipublicae utilitatem, si negotia frequentiora, quae a mercatoribus Januensibus exercentur, sincere et fideliter exponerentur sanctae sedi apostolicae, et ab eadem post maturam discussionem obtineretur responsum et exequutioni sub gravibus censuris mandaretur, quia, inquam, haec saepius inculcavi, nec tamen interim dixi, quid mihi videatur, ut saluti et conscientiae meae consulam, decrevi, casus praecipuos, et qui communius Januae exercentur, pertractare.„ Ibid., pag. 227.

[2] Hispaniarum.

[3] De hoc vide Polanci, *ex com.*, litteras ad Patrem Jacobum Laynez, 7 Julii, 1554, et *Cartas de San Ignacio*, t. V et VI.

[4] P. Emmanuel Gomez de Montemayor, saepius nominatus Emmanuel de Montemayor. Vide supra, t. II et III, ubi de rebus Corsicae agitur.

auctoritate Sedis Apostolicae uterentur, multa salubriter ad commune bonum, sub initium anni hujus 1554, constituerunt; et inter caetera edictum, sine expensis clericorum per Vicarios Episcoporum in omnibus parochiis promulgandum, ediderunt, cujus capita praecipua haec sunt: "In primis ne quis cum muneribus ad ipsos accederet, alioqui graviter ad aliorum exemplum puniendus: ne quis etiam religiosus praedicare, aut publice vel privatim interpretari scripturas [posset], nisi ab ipsis approbatus; irrepserant enim lupi sub vestimento ovium qui populum in errores inducebant: ut haeretici denunciarentur a quocumque, qui notitiam eorum haberet: ut intra triduum tam ecclesiastici et religiosi quam laici concubinas relinquerent, et qui duas uxores aut duos maritos simul viventes haberent, cum priore manendo, secundum repudiarent: qui in gradibus prohibitis matrimonia contraxerant, intra triduum lectum separarent, significando quod qui contraxissent in quarto, ab ipsis dispensari poterant: ut omnes parochi vel residerent, vel, si ipsi inepti essent ad curam animarum per se exercendam, suo loco capellanum coadjutorem constituerent: ut dirutas ecclesias repararent: ut usurarii publici intra triduum usurarios contractus rescinderent et restitutionem inchoarent: ut apostatae a quavis religione intra triduum ad sua monasteria redirent: qui in paschate confessi non fuissent et [1] communicassent, intra octo dies id facerent, pace cum inimicis facta si dissiderent: ut monachi vagi sine obedientia intra triduum ad obedientiam redirent: ut nullus sacerdotis aut monachi filius ad altare accederet dum celebrarentur divina officia, nec respondere Missis in ecclesia possent: ut omnes sacerdotes Missam juxta praescriptum ordinem ecclesiae dicerent, nihil addendo vel immutando: ne Missam quisquam vendat aut res sacras aut beneficia ecclesiastica: ne sepulturae traderentur eorum corpora, qui ritus gentilicos observabant in capillis et genis laniandis: ut Sanctissimum Sacramentum in honorato tabernaculo in quavis ecclesia [asservaretur]: ne quis blasphemiis aut incantationibus uteretur [2]."

54. Quamvis itaque omnia bellis essent perturbata et Corsi

[1] Rectius *nec*.

[2] Integrum hoc edictum una cum aliis monumentis ad P. Silvestrum Landinum spectantibus, infra ad hujus voluminis calcem in Appendice exhibebimus.

ad Gallos bona ex parte deficerent, dominis genuensibus relictis, nostri tamen, quacumque ratione poterant, suo fungi officio nitebantur; sed cum, tumultibus in dies crescentibus, varios nostri labores et incommoda paterentur, in gravissimum morbum tam P. Sylvester quam P. Emmanuel inciderunt. Cum tamen P. Emmanueli videretur mors vicinior imminere, post viaticum Smi. Sacramenti etiam extremam unctionem acceperat; tamen, Deo sic disponente, utcumque convaluit sub initium mensis Martii. At P. Sylvester eo tempore a medicis, de ejus salute desperantibus, jam relictus erat, et cum viginti quinque diebus praeter aquam crudam vix sex unciae alimenti ejus corpus essent ingressae, in maxima remediorum penuria et gravissima infirmitate, patientia admirabili et Christum semper in ore habendo, summa aedificatione et sui desiderio relicto, tertia die Martii in oppido Bastiae animam Conditori suo reddidit. Vir prorsus rarae pietatis et per quem Dominus ad utilitatem animarum multa praeclara gesserat; et ejus corpus in magna veneratione in eodem oppido ab incolis habetur ut viri sancti et de illius insulae hominibus optime meriti.

55. Jam a mense Augusto anni praeteriti nullas acceperat litteras P. Ignatius ex Corsica; nam cum essent, ut diximus, insulani alieno animo a republica genuensi, ita litteras eo transmitti non facile erat. Existimavit P. Ignatius utrumque dictum Patrem in Italiam esse revocandum, et ita 17.ª Martii ad utrumque scripsit ut se Genuam reciperent, et si alterum eorum Dominus ad meliorem vitam evocasset, ut qui superstes esset nihilominus Genuam iret, quandoquidem id tempus, quod concessum fuerat eis, qui postulaverant eorum opera, exactum jam erat [1]. Ante etiam quam moreretur P. Sylvester, judicaverat expedire ut ex ea insula propter perturbationes innumeras, quae spiritualem fructum impedirent, recederent. Pater ergo Emmanuel, prout a P. Ignatio fuerat praescriptum, eo fere tempore, quo de recessu versus Florentiam P. Laynez agebat, Genuam pervenit [2].

---

[1] Has Ignatii litteras habes in *Cartas de San Ignacio*, tom. IV, pag. 444 et 105.

[2] En litteras occasione mortis Patris Silvestri Landini ad Societatis per Italiam domos missas: "Habbiamo inteso per lettere di Corsica et Genova che Dio Ntro. Sig.e ha finiti li travagli et sancte fatiche del P. Don Silvestro, Commissario di Sua

56. Gratum autem fuit P. Ignatio ut ibi maneret, et interim dum collegium, sub principium Octobris mittendum, veniebat, animos hominum aliquo spirituali cibo pasceret, et quae necessaria essent ad collegium futurum praepararet; et ne solus esset, socium suum ei reliquit P. Laynez, et quidam alius, qui in Societatem admitti cupiebat, ei se adjunxit. Interim hac aestate scholam quamdam, quae in hospitali aperta erat, P. Emmanuel adjuvit. Clericus autem, qui pueros docebat, Laurentius nomine, Societatem ingredi cupiebat, et ita in autumno cum Francisco Ghiraldo [1] ad Societatem ibidem accedente, Romam a P. Laynez missus est. Adjuvabat etiam P. Emmanuel hospitale quoddam mulierum, in quo virginum monasterium instituebatur, nam septuaginta divino cultui se dedicaverunt; ut cum tam illae monachae quam aegrotantes et inservientes ad tercentum pervenirent, apud eas P. Emmanuel, post christianae doctrinae explicationem, exhortationem adhibebat. Cum accederet Augusti finis, deputati ad collegii fundationem Romam denuo scripserunt, et ut cum novo collegio P. Laynez remitteretur urgebant, quod P. Ignatius curavit et ipse P. Laynez a Ducissa [2] impetravit.

57. Eorum, qui sub finem Septembris Roma ad Collegium Genuense inchoandum missi fuerunt, caput institutus fuit P. Antonius Soldevilla; sed adesse debebat, et ibidem residere, P. Baptista Viola, qui sub finem anni praeteriti a laboribus officii, quod gerebat, Commissarii scilicet, absolutus fuerat, ut valetudini afflictae recuperandae vacaret; et cum ei videretur ad ethicam vel phthisicam propensus, et molesta tussi vexaretur, ad nativum aërem cum socio Hieronymo Galva-

---

Santità in quell' Isola. Passò di questa vita alli 3 del presente, lasciando grande odore et edificatione tanto della vita quanto della morte sua. Stette li venticinque giorni ultimi senza mangiar quasi cibo alcuno. Et benche teniamo certo che sta in loco di poter intercedere per noi, le R.e V.e pur facciano il debito della charità. Il suo compagno Mtro. Manuele, ancora è stato assai vicino alla morte, ma già sta meglio et comincia a predicare; pur Nostro Padre li ha ordinato venga in Genova (Sine die, sed certo ultima Martii).

Fusius multo quam Polancus haec, quae Patrem Landini spectant, enarrat Bartoli, *Dell' istoria della Compagnia di Jesù, De l' Italia*, parte prima, lib. III, ea rebus exornans, quas facile quisque reperiet in historicis insulae Corsicae et reipublicae Genuensis et in monumentis per nos in hujus voluminis Appendice edendis.

[1] "d'une des plus nobles familles de Florence.„ Delplace, *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas*, §. II, pag. 17. Meminimus tamen alicubi legisse hunc Ghiraldum fuisse hispanum.

[2] Florentiae.

nello missus, et inde Lucam balneorum gratia se conferens, valetudinem recuperavit; et cum aër genuensis opportunus ei valetudinis gratia fore crederetur, eo libentius a P. Ignatio eo missus est; nam ex pago Fornulo [1], ubi erat ipse, Genuam usque duorum tantum dierum terrestre iter erat.

58. Prius tamen quam eo se conferret, per Garfagnanam [2], quae provincia non procul distabat, transivit; cupiebat enim P. Ignatius ut videret quomodo se haberent illi boni sacerdotes, qui Societati se votis obstrinxerant; sed invenit duos ex illis jam mortem obiisse, qui suis facultatibus initia collegii promoturi erant: tertius erat quidam P. Marianus, qui, cum in Collegio Ferrariensi parum utilis ad ministeria Societatis judicatus fuisset, ad sua redierat et pietatis operibus diligenter vacabat. Congregavit autem cum hoc et alios duos sacerdotes, qui superstites erant, et, re discussa, judicatum fuit res esse parum dispositas ad collegium ibidem inchoandum; et si aliqui mitterentur, eos ad labores perferendos et incommoda corporis gravia aptos esse oportere. Duo autem alii parati quidem erant, quocumque obedientia eos mitteret, libenter ire; propensi tamen videbantur ad manendum in ea provincia, in qua utilem operam proximis navabant, et P. Baptistae parum idonei videbantur ad Societatis disciplinam subeundam, cum alioqui boni admodum viri in sua vivendi ratione consenuissent et callum obduxissent.

59. Monasterium oppidi Casulae existimabat sub obedientia Societatis se esse, et cum monasterium novum ingressae sunt, se intellexisse a P. Sylvestro dicebant, quod sub cura Societatis nostrae essent futurae; sed eis significatum fuit ut confessarium sibi quaererent; non itaque successit feliciter quod, praeter institutum Societatis, quamvis pie, inchoatum fuerat [3].

60. Cognatos etiam P. Sylvestri, qui duas ejus sorores in uxores acceperant, inter se de bonis P. Sylvestri certabant. Ad eorum ergo domum se contulit P. Baptista et eos conciliare

---

[1] Sic; nec dubitari potest sermonem esse de pago *Fornoli* in valle *della Lima* sito, in qua Lucensia balnea reperiuntur.

[2] Vide supra, t. III, pag. 112, annot. 4.

[3] Vide supra, t. I et II, quae de rebus a Sylvestro Landino Casulae gestis dicta sunt, inter quae sermo saepius incidit de hoc *novo* monasterio Casulae extructo.

studuit; sed et P. Ignatius, suis litteris Roma missis, hoc ipsum diligenter curavit [1].

61. Pervenit autem P. Baptista [2] Genuam quinta die Octobris et eodem paulo ante, qui Roma profecti erant, pervenerant. Invenerunt autem non solum P. Emmanuelem [3] cum duobus sociis jam dictis sed et P. Hieronymum Natalem, qui cum P. Didaco de Guzman et Doctore Loarte [4] et Magistro Emmanuele de Sa [5] cum triremibus Genuam appulerat, nec impetrare a Domino Bernardino de Mendoza, triremium praefecto, potuerat ut alios, qui parati erant ad profectionem in Italiam, admitteret: et ita illi, sicut et Joannes Paulus, comes P. Natalis, cum navibus in Italiam trajecturi erant cum primum possent. Fuit autem magnae consolationi novo collegio P. Natalem ibidem invenisse, qui eos aliquot dies ibidem expectavit; et interim a jactatione maris cum suo comitatu ipse conquievit. Substiterat Florentiae cum Ducissa post aliorum [6] recessum unum vel alterum diem P. Laynez; sed postridie quam alii appulerant, et ipse Genuam pervenit.

62. Fuerunt autem omnes in hospitali incurabilium humaniter excepti; et indigebant, etiam qui Roma venerant; nam sexaginta milliaria ultimo illo die, decem horis, et sine cibo, mari etiam jactati, confecerant; sed omnes charitate Domini Francisci Adorni [7] et Mariae de Negroni, uxoris ejus, qui hospitali praeerant, refecti fuerunt; et omnes cives, a quibus salutabantur, et praesertim deputati, magna animi hilaritate nostros excipiebant; et primis illis diebus visitantium amicorum studiis satisfaciendum fuit. Deerat tamen ecclesia et scholae nostris usibus accommodatae: paulatim tamen mobilia aut supellectilia necessaria parabantur.

63. Expetebatur ut aliquis graecae linguae professor, loco fratris nostri Gilberti Polizini, siculi, mitteretur, qui, cum ad

---

[1] Ignatii litteras vide in *Cartas de San Ignacio*, t. VI, pag. 8.

[2] P. Joannes Baptista Viola.

[3] P. Emmanuelem Gomez de Montemayor.

[4] Gasparo Loarte. Hic et Didacus de Guzman discipuli fuerant B. Joannis Avilae. Vide supra, tom. III, pag. 331, n. 737.

[5] Vide supra, t. I, pag. 188, n. 142 (ubi rectius scriberetur F. quam P., nondum enim erat Emmanuel de Saa, vel Sa, sacerdos) et t. II et III passim.

[6] qui ad Collegium Genuense inchoandum Roma cum P. Laynez iter facientes, Florentia transierunt.

[7] Vide supra, pag. 31, n. 43.

Collegium Genuense destinatus esset, Florentiae, ex morbo, in quem inciderat, ab hac vita decessit: juvenis Messana missus, ubi in litteris latinis, graecis et haebraicis valde profecerat, sed multo magis in virtutibus religioso dignis; sed *consummatus in brevi explevit tempora multa*. Visum est autem P. Ignatio, prout res se habebant, expedire ut P. Antonius Soldevilla graecam lectionem susciperet et quod opus esset ex rhetoricis profiteretur; quamvis dubitaret P. Laynez quod talentum sufficiens ad has functiones haberet [1]; sed cum et alii praeceptores ex aliis variis nationibus essent, etiam idem timebat ne italicae linguae defectus in docendo scholis noceret [2].

64. Nondum scholae concinnatae erant, et tamen multi jam scholastici sub medium Octobrem interrogaturi veniebant de scholarum initio. Domus conductitia, quam primo nostri habitarunt, praeter refectorium et culinam, decem cubicula et quatuordecim lectos paratos habebat, et oratorium satis capax cum una schola; sed aliae quinque scholae concinnabantur. Erat nihilominus obnoxia rumori maris et ad meridiem versa; et quia inferius publici furni ad panem conficiendum erant, in aestate plus satis calida futura esse videbatur [3].

65. Sub initium Novembris frater noster Fernandez [4] in cathedrali ecclesia, post vespertinum diei dominicae officium, latinam orationem habuit de studiorum utilitate ac Societatis instituto quod ad collegia attinet; et cum fere duo millia auditorum habuisset, inter quos nobilissimi cives erant, ejus tamen et actio, et pronunciandi gratia, et eruditio omnibus abunde satisfecit. Die autem lunae sequenti, ne otiosi essent scholastici, ante quam classes essent paratae, ad nostrum oratorium [5]

---

[1] "Circa el lettor di greco già si è scritto da parte di Ntro. Padre che s' accomodino questa invernata il meglio che si potrà; et il P. Soldevilla, scaricato d' altre fatiche del governo e del predicare farà il bisogno, e se non potrà leggere autori troppo difficili, legga la grammatica greca e qualche autore più facile; et se ricercassino più di quello che lui può dare, essendo auditori capaci, si potrà provedere al suo tempo, poiche due volte rompei (Iddio) il disegno primo, pigliandosi il fratello Giliberto di bo. me.„ Polancus *ex com.*, Patri Laynez, 22 Nov.

[2] Vide infra, n. 100.

[3] Novum hoc collegium ejusque primordia descripsit Laynez litteris ad Ignatium datis 1 Novembris, 1554.

[4] Is esse videtur Alphonsus Fernandez, Artium auditor, anno praecedenti Compluti admissus et hoc anno Romam missus.

[5] Ad sacellum seu parvam ecclesiam, quae in nostros usus utcumque in inferiore conductitiae domus parte concinnata erat.

adducti sunt; et fuit inter nostros constitutum ut examinarentur, et inter praeceptores pro uniuscujusque captu distribuerentur. In diversis ergo locis ejusdem oratorii quatuor lectiones publicae legi coeperunt; duae quidem mane ex orationibus Ciceronis et Aristophanis comoedia, cum praeceptores alter in eloquentiae alter in graecae linguae laudem suas praefationes praemisissent, et his lectionibus duo Episcopi et multi ex civibus, quibus abunde satisfactum est, adfuerunt. Aliae duae a prandio habebantur; et quamvis ea civitas studiis admodum dedita non sit, non exiguus tamen auditorum numerus confluebat; et ideo amici summonuerunt nostros ut cum delectu discipulos admitterent, nam in dies plures erant venturi; et paucis diebus ad centum ascenderant; et eodem mense Novembri, quo studia coeperant, fere ad ducentos numerus crevit.

66. Visum fuerat P. Ignatio sublevandum esse, non solum a praedicandi sed etiam a gubernandi occupationibus, P. Rectorem [1], ut serio lectioni rhetorices et graecae linguae daret operam; non tamen [2] facultatem aut nomen Rectoris reliquit, sed magister Petrus Canalis [3] in administratione domus eum sublevabat.

67. Conciones etiam inchoatae fuerunt, non solum a P. Laynez sed etiam a P. Emmanuele ac P. Soldevilla; interim etiam et P. Baptista Viola id praestabat, et satis frequentes auditores verbo Dei audiendo intererant; non tamen omnes diu in hoc officio perstiterunt; nam, ut diximus, Rector suis lectionibus vacare debuit; sed et P. Baptista rarius id praestabat; in adventu tamen et quadragesima, dominicis et festis diebus, non defuit huic officio charitatis.

68. P. Emmanuel philosophiae cursum, quem non audierat, expetebat, et ad concionandum et confessiones audiendum studium sibi necessarium esse affirmabat; sed ejus negotium P. Jacobo Laynez, Provinciali, commissum fuit, qui, ut pergeret in concionando eum hortatus est, dummodo nec ad speculationes nec ad casus particulares decidendos descenderet, et

---

[1] Antonium Soldevilla, qui saepius in Regesto litterarum Sancti Ignatii, dicitur Netto Soldevilla.

[2] Sic; sensus tamen et ea quae n. seq. dicuntur, et litterarum de iis rebus tenor exigere videntur ut scribatur: *ei tamen.*

[3] Vide supra, t. 1, pag. 188, n. 142.

ex Stis. Doctoribus, quae dicturus erat, desumeret, ut reddere posset rationem eorum, quae dicebat. Parum tamen acquiescebat ille hujusmodi consiliis et studia omnino expetebat, licet se obediturum tandem affirmaret [1].

69. Confessionibus etiam opera dabatur, quamvis proprium templum ad haec munia obeunda parum idoneum esset; omnes tamen scholastici [2] peccata confessi sunt, et bona ingenia et minus quam alibi obnoxia carnalibus peccatis cernebantur.

70. Scripserat Respublica Marchioni de Massa [3], penes quem erat, ut videbatur, facultas disponendi de ecclesia Sti. Syri; quamvis enim Cardinalis Ferrariensis [4] titulum haberet, pro illius temporis recepto more, in aliorum gratiam fructus capi et omnia emolumenta permittebat. Hic autem erat Marchio de Massa, ad quem ipse P. Baptista Viola cum litteris Reipublicae et Cardinalis Doria [5]. Ille autem respondit promptum esse ad suum consensum praebendum ut locus ille collegio Societatis applicaretur; sed reliquum erat a Cardinale hoc ipsum impetrare. Non tamen omnes cives ejus parochiae ejusdem erant sententiae; et ita res impedita fuit nec suum effectum sortita est. Alius etiam locus in medio urbis quaerebatur, sed ne is quidem id temporis maturuit; itaque in domo conductitia perseverarunt, adjunctis quibusdam scholis quibus, praeter lectiones litterarum humaniorum, ipse etiam P. Laynez doctrinae christianae lectionem diebus veneris explicabat.

71. Mediolani syndici, qui tunc erant Dominus Bernardus de Olea et Dominus Franciscus Paciechus, postea Cardinalis, et quaedam confraternitas, quae operibus piis vacabat, secun-

---

[1] Verba haec, *et studia omnino expetebat, licet se obediturum tandem affirmaret,* addidit propria manu Polancus. "Mtro. Manuel, scribebat ipse Polancus, *ex comm.*, Patri Laynez, 22 Nov., quanto manco predicassi, più potria attender allo studio, e pare saria utile per lui che s' essercitassi qualche tempo nelle lettere di humanità, benche la dottrina christiana crediamo potria dichiarare con poca sua distractione e con frutto non poco delli scholari.„

[2] Id est, omnes scholarum nostrarum alumni.

[3] Is erat Albericus Cibo, postea Princeps de Massa dictus. CHIUSOLE, *Genealogie delle case più illustri del mondo.*

[4] Hippolytus de Este. Sensus est ecclesiam Sancti Syri in urbe genuensi sitam, et quidem unam ex ejus urbis primariis, vi tituli seu collationis canonicae fuisse tunc possessam a Cardinali Ferrariensi; sed fructus et emolumenta vel pacto et conventione cum Cardinale, vel alia ratione, quam usus et jus tunc temporis legitimam habebant, non Cardinali solvi sed Marchioni de Massa.

[5] Desideratur hic verbum aliquod, puta *scripserat* vel *accesserat.*—Cardinalis Doria est Hieronymus de Auria, vel Doria, genuensis.

do [1] urgere P. Laynez coeperunt ut Mediolanum proficisceretur; sed quia Florentiae Ducissa constituerat simul cum ipso P. Laynez ut Florentiae, in Collegiali ecclesia Sti. Laurentii, proxima quadragesima concionaretur, et interim in hoc Adventu Genuae cum frequentia auditorum magna concionaretur, ne tunc quidem Mediolanum ire potuit. Inde sacerdos quidam, ut in Societatem admitteretur, Genuam venit; et, cum admittendus videretur, Romam missus est; et quia alii tantumdem efficere volebant, facultatem universalem admittendi et Romam destinandi P. Laynez destinavit [2].

DE COLLEGIO LAURETANO

72. Hoc anno, et quidem sub ultimo mense ejus, Collegium Lauretanum initium habuit, cujus haec occasio fuit. Protector erat hujus sanctae domus Rodolphus Pius, Cardinalis de Carpi nuncupatus, qui protector primus et hactenus Societatis ultimus fuit. Is, cum locum illum, alioqui devotione multarum regionum percelebrem, et velut alterum Italiae et Sedis Apostolicae oculum, videret minus sacerdotibus quam par esset ornatum esse; is, inquam, quo exemplo et doctrina confluentes eo peregrinos et omnium nationum homines consolari et juvare posset, a P. nostro collegium Societatis nostrae obtinere, ut illo in loco resideret, conabatur; quae res et Summo Pontifici et primariis Cardinalibus valde probabatur; et demum P. Ignatius non existimavit resistendum esse protectori id postulanti; et prima institutio Collegii ad quatuordecim de nostris alendos facta fuit; quamvis Doctor Gaspar de Doctis, qui gubernatoris officio Laureti fungebatur, ab ipso Cardinale Carpensi ibidem constitutus, brevi ad viginti quatuor fundationem extenden-

---

[1] Vide supra, pag. 35, n. 49.

[2] Male hoc ab amanuensi Polanci scriptum arbitramur, sed scribendum ita *facultatem universalem admittendi et Romam destinandi Patri Laynez Ignatius concessit.*

dam esse affirmabat; et ipse auctor praecipuus fuisse videtur Cardinali Carpensi ut hoc collegium instituere conaretur [1].

73. Quatuordecim ergo Roma sub finem Novembris [2] profecti fuerunt, quorum caput P. Oliverius Manareus, qui Agubio Romam venerat, et aliquandiu Collegio Romano praefuerat, constitutus est [3]. Prospere igitur suum iter aggressi et prosecuti sunt, in quo tamen publicis et privatis exhortationibus multos ad novam vitae rationem et peccata confitenda commoverunt, et remedia, quae contra defectus illi postulabant, et a nostris audiebant, diligenter amplectebantur. Multis etiam in locis in ipsis hospitiis parum honestae imagines, consentientibus dominis, combustae aut laceratae fuerunt; et tam his actionibus quam exemplo et Dei laudibus, quas in itinere personabant, optimum sui odorem ubique relinquebant.

74. Cum Maceratam pervenissent, Gubernatorem Laureti, qui ibidem eos expectabat, adeuntes, ab eo Legatum Apostolicum, qui Cardinalis Sabellius [4] erat, reverenter salutandum missi sunt, qui, perhumaniter nostros suscipiens, toti Piceno (*Marchiam* vocant) congratulabatur de hoc beneficio, quo P. Ignatius provinciam illam afficiebat, collegium hoc in S.tam Laureti domum mittens; et tam ipse quam prolegatus, quem etiam inviserunt, cum magna benevolentiae significatione suam operam omnem eis obtulerunt, et hospitium quidem paraverant nostris in monasterio ordinis Sti. Francisci; sed, ut maturius sequenti die proficisci ad S.tam Laureti domum possent, gubernator eos eadem in domo, in qua ipse versabatur, retinuit.

---

[1] Vide Polanci, *ex com.*, litteras ad Patrem Hieronymum Domenech, 13? Novembris, 1554.—"Dominus autem Gaspar de Dotis, Venetus, Gubernator Ecclesiae et civitatis lauretanae, auctor Pontifici fuerat hujus consilii.„ OLIVERIUS MANAREUS, *De rebus Societatis Jesu Commentarius*, cap. IX, §. 1. Auctor quidem fuit Gaspar Pontifici, sed per Cardinalem de Carpi.

[2] 25.ª die Novembris. *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 379.

[3] Nullibi omnium horum nomina, qui Lauretum ad Collegium inchoandum missi sunt, reperire adhuc valuimus. Sed ex iis quae infra, nn. 77, 78, 79 et 83, dicentur et ex *Instructione per quelli che vanno al Collegio de Loreto (Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 485 et 380), eruitur, praeter Patrem Oliverium Manareum, qui, ut ipse ait l. c., n. 1, cum in procinctu esset ut cum iis sanctis patribus in viam se daret, qui in Aethiopiam mittebantur, B. Pater N. statuit ut coloniam illam duceret Lauretum et dirigeret, missos fuisse PP. Cornelium Broghelmans, Raphaëlem Riera et Joannem Laurentium Patarinum, qui *Consultorum* munere apud Rectorem fungerentur, Patrem Joannem Mortagne, M. Berardum (Everardum? Berardi?), praelecturum humaniores litteras tum latinas tum graecas, et M. Philippum Gandiensem, scholasticum.

[4] Jacobus Sabelli.

75. Postridie igitur Lauretum pervenientes, quo praecesserat gubernator, tertia die Decembris [1] amanter excepti fuerunt ab eo et a sacerdotibus ipso in ingressu templi, in quo, postquam orassent, ab eisdem sacerdotibus et clericis prandio excepti in ipsorum refectorio fuerunt; deinde a Domino Gasparo Gubernatore in habitationem nostris paratam deducti fuerunt, quae cum potius decere principes et praelatos quam religiosos videretur, post unum vel alterum mensem, locum superiorem domus, in quo modo versantur, postularunt, et illis fuit assignatus, quia singulis singula cubicula dari poterant; et alia complura in usum culinae et refectorii et aliarum officinarum habebant [2]. Significatum tamen fuit nostris quod alibi collegium in commodiori ac salubriori loco aliquando ipsis esset tribuendum.

76. Simul atque nostri sedem fixerunt, praeter ea, quae pertinent ad privatam nostrorum disciplinam, studiis etiam humaniorum litterarum diligentem operam dabant. Praelegebantur etiam aliquae lectiones (libris ex urbe Veneta allatis) et demum nostri [3] in litteris proficiebant, et in quibus poterant, Collegii Romani formulam sequebantur; et ita in concionibus domesticis et orationibus latinis habendis se exercebant; publice etiam in platea aut vicis publicas exhortationes contra circulatores, et alias privatas exhortationes habebant; et in ecclesia etiam P. Joannes Laurentius Patarinus [4] cum aedificatione cleri et populi concionari coepit.

77. Quinque sacerdotes [5] cum novem aliis fratribus inter

---

[1] Voces hae *tertia die***Decembris* inter lineas additae sunt. "Lauretum igitur ingressi sumus 3 Decembris anno 1554, in universum de Societate 14, quorum 7 vel 8 erant Sacerdotes, reliqui Coadjutores et studiosi.„ OLIVERIUS MANAREUS, l. c., §. 1.

[2] "Quia vero ita repente fuerat de Collegio in Urbe constitutum (et quia ibi erat Gubernator; non ausi fuerunt [canonici] se opponere); in eodem triclinio seu refectorio, mensa eadem, separata tamen ab ipsis, nobis utendum fuit ad aliquot menses. Sed quia utrisque, id est, Canonicis et nobis incommodum et durum erat, tam importunis precibus ursimus Gubernatorem, ut nobis assignarit supremam contignationem palatii, ut in ea domicilium nostrum collocaremus. Erant in eo aliquot cubicula ministris Ecclesiae accommodata, qui alibi collocati sunt, et paulatim vero sufficientia cubicula ac necessaria omnia fuerunt nobis parata.„ Id. ibid., §. 2.

[3] Hic prius scriptum erat *adjuvante coeli Regina;* sed linea superducta deletum est; forte ne quis tantum fuisse nostrorum in litteris profectum existimaret, ut prodigio aut miraculo similis haberi deberet.

[4] Vocem hanc *Patarinus* superscripsit ipse Polancus.

[5] *Septem vel octo Sacerdotes* scripserat Oliverius Manareus; sed dum haec scribebat, paulo scilicet ante annum 1599, memoria exciderat numerus, ideoque dubius ait *septem vel octo*. Vide editoris praefationem ad *Commentarium* Manarei, pag. IV.

primos illos missi fuerunt, inter quos solum hic P. Laurentius italus erat [1], et theologiae operam non dederat, immo nec philosophiae; et tamen bono judicio et spiritu praeditus, et humiliter se adjuvari a sociis sinens, et, quod praecipuum est, Dei gratia adjutus, cum in sequenti quadragesima alternatim cum sacerdote illo superius nominato, Laurentio Davitico [2], qui celebris in eo munere habebatur, [concionaretur], nullo modo posterior habitus est, immo primas ei populi judicium deferre videbatur; et tamen tam exiguum tempus ad praeparandas conciones habuit, ut medium tantum diem Dominus Gubernator, antequam conciones inchoaret, eum praemonuerit.

78. Rector ipse P. Oliverius, quamvis studiorum gratia Romam vocatus erat, breve admodum tempus eis potuit Romae tribuere; nam Collegii Romani administratio etiam exiguo illo tempore studia impediebat; ejus tamen maturum et bonum ingenium ac prudentia et, quod praecipuum est, spiritus Domini plus quam longum studium ei praestitit.

79. Tertius fuit sacerdos P. Raphaël Riera [3], qui et minister collegii designatus erat: quartus P. Joannes Mortagne, natione belga [4]; quintus P. Cornelius Broghelman [5], qui Flandris et inferioribus Germanis audiendis, et aliis, qui latine confiterentur, aptus erat.

80. Ad italorum autem confessiones reliqui quatuor, quorum duo gallicam linguam vernaculam habebant [6] unus P. Raphaël etiam hispanicam; et hi quatuor confessariorum munus exercere diligenter coeperunt. Hoc enim praecipuum erat munus, in quo nostrorum charitas et eruditio desiderabatur. Habere autem coeperunt messem frequentissimam, et, noctu de conscientiae casibus inter se conferentes, in eisdem valde versati et [7] effecti sunt.

81. Promiserat Gubernator domum quamdam, in alium

---

[1] Vide infra, n. 79.

[2] Sic; saepius tamen et rectius *Davidico*. Vide supra, t. III, pag. 51, annot. 1.

[3] Hispanus, Barcinona oriundus.

[4] "JEAN MORTAGNE, né à Ligny en 1530, admis à Cologne en 1553, mort à Tournai en 1583; recteur à Tournai.„ DELPLACE, *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas*, pag. 4*.

[5] Vide supra, t. III, pag. 284, annot. 2.

[6] Manareus et Mortagne?

[7] Vocabulum est hic quoddam ita contractum ut legi haud facile possit. Est autem fere sic: *prôti; prompti?, provecti?*

usum aedificari coeptam, ut ea tamquam propria collegium uteretur, quae a marino vento tecta erat ipso aedificio ecclesiae Lauretanae, et ideo salubrior videbatur. Habebat et hortum spatiosum ad exercitationem et recreationem nostrorum, et ex eo in ecclesiam perfacilis erat transitus; quia tamen aedificio novo opus erat [1], is locus susceptus est, qui in palatio supremus erat; qui paulatim postea concinnior effectus est; quamvis non horto solum, sed et area et quovis attrito loco [2] sit privatus, cum inferiora domus aliorum usibus serviunt. Supellectilem paraverat Gubernator duodecim religiosis, totidem scilicet lectos; reliqua etiam ad vestitum pertinentia, et quae desiderabantur, paulatim eis donata fuerunt; quae ad victum pertinebant, perinde atque canonicis, in diem nostris hoc initio dabantur, quamvis seorsum in sua habitatione cibum caperent [3].

82. Aulas quasdam in usu scholarum designatas jam inde ab initio habebant, quamvis hoc anno, cujus ultimo mense Lauretum pervenerant, quod libri Venetiis nondum allati erant, lectiones publicae inchoatae non sunt, sed privatim mutuo libris acceptis utebantur nostri, ut se exercerent et proficerent ipsi. Cum autem ex P. Ignatii praescripto lectionem casuum conscientiae praelecturus esset P. Cornelius Broghelmans [4], vel P. ipse Oliverius, Rector, prout Gubernatori videretur, Oliverium ille elegit qui, post festa Natalitia, vel in domo Gubernatoris, prout P. Bobadilla facere solebat, vel in schola, eam esset praelecturus.

83. Curavit P. Oliverius ut idem Gubernator canonicis et aliis sacerdotibus tempus relinqueret, ut spiritualia exercitia suscipere possent, et omnium primum Doctor Fulvius Androtius (qui postea Societatem est ingressus) ea suscepit cum quodam alio canonico [5]. Curabatur tamen ut non quasi coacti

---

[1] quia novum aliquid in ea domo aedificari opus erat.

[2] Sic; rectius fortasse *quovis atrio aut quod atrii locum tenere posset.*

[3] "Necessaria ad vitam sustentandam subministrabantur a ministris sacrae domus, ex promptuario communi, et certa summa pecuniae decreta ad alios nostros usus fuit.„ Id. ibid.

[4] "Si farà leggere una o due lezioni di casi di coscienza a M. Cornelio.„ *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 486.

[5] "Inter canonicos erat quidam nomine Fulvius Androtius, I. V. Doctor, qui fuerat Vicarius Generalis Episcopi Camerini, vir magnae authoritatis et spectatae virtutis. Hic ita captus est amore Societatis ex consuetudine cum ipsa contracta, ut secundo

sed sponte ad haec exercitia accederent. Docuit tamen ipsa experientia quod, quamvis omnes illi initio benevolentiam non mediocrem nostris ostendebant, non tamen omnes eadem dilectione Societatem prosequebantur; quin potius perdifficile fuit plurimis annis eorum animos conciliare, licet obsequiis et quavis ratione eos demereri nostri curaverint [1]. Aliqua hujus rei conjectura ex eo sumi potuit, quod cum circulator quidam tam peregrinis quam aliis in platea coram templo B. Virginis suas nugas venditaret, missus est ex nostris scholasticis quidam, Philippus scilicet Gandiensis, qui concionando in eadem platea auditores ab illius vanis sermonibus ad res utiliores audiendas transferret. Ille autem ubi coepit sermonem de rebus ad aedificationem pertinentibus habere, totus ille populus, deserto circulatore, ad Philippum audiendum se convertit, et cum consolatione et aedificatione eum audivit. Soli sacerdotes, qui circulatorem audiebant, substraxerunt se ab exhortatione Philippi in platea. Omnes tamen et amanter et honorifice nostros suscipiebant.

84. Juvenem quemdam gallum, velut primitias Romam, ut in Societatem admitteretur, destinarunt; alterum etiam germanum Laureti admittentes, in humilibus ministeriis probare coeperunt; uterque in latinis litteris erat versatus. Aliqui alii praeterea probandi prius videbantur quam eos vel admitterent, vel Romam destinarent.

85. Hospitale ipsorum habitationi vicinum [2] quotidie invisebant, et multas ibidem confessiones audierunt, tam aegrotantium quam eorum, qui ministrabant; qui omnes, tam famuli

---

anno a Collegii incunabulis admitti obnixe petierit. Missus est Romam post facta Exercitia spiritualia et firmam animi stabilitatem, ut a B. P. N. Ignatio admitteretur et efformaretur, quod Dei et Patris beneficio obtinuit; sequuti sunt eum duo ipsius fratres Hortensius et Curtius Androtii, qui in ministerio domestico multis annis versati sunt, ille Tyburi, hic Mediolani, omnibus virtutibus spectabiles. P. Fulvius constitutus est Rector Collegii Ferrariensis, ubi et diem clausit extremum, Ducibus et toti civitati valde carus ob egregiam pietatem et raram prudentiam. Edidit aliquos tractatus valde pios et spirituales.„ OLIV. MAN., l. c., §. 8.

[1] "Adventus noster fuit Canonicis valde ingratus, quia iudicabant nostrorum accessione aliquid suis commodis detractum iri et nostra praesentia et modo agendi libertatem suam iri restrictum, proinde parum nobis propitii exstiterunt.„ Id. ibid., §. 1.

[2] "En tiempo de Paulo III se abrió y pobló el Hospital de los enfermos, que antes se había comenzado para los peregrinos, dentro del Pueblo; y fuera dél hay otro para los leprosos, que no son pocos, y todos se curan y se regalan con abundancia, amor y caridad.„ TURSELLINO. *Discursos historiales..., con los sucesos y aumentos hasta el año 1659*, por el P. Juan de Burgos, Angelopolitano de la C. de J., lib. II, cap. 36.

quam heri, viri et foeminae, confessi fuerunt. Erat autem satis necessaria illorum opera in illo, cum discordiae inter administratores vigerent, et multi confessionem omitterent, quod negligens eorum cura haberetur. Duo autem apostatae, ut ad sua monasteria redirent, dispositi fuerunt, ex quibus alter religionem deseruerat, alter post professionem etiam uxorem duxerat, et sic vivebat ut mundi faex merito propter gravia peccata existimaretur; et ita magnae aedificationi fuit populo ejus conversio. Tertio cuidam, etiam apostatae, exercitia spiritualia proposita fuerunt, qui in tribus vel quatuor religionibus fuerat; de hujus tamen constantia magis P. Oliverius dubitabat. Omnes juvenes, qui choro S.tae domus inserviebant, nostri sibi confitentes audierunt [1].

86. Omnibus qui Lauretum Roma missi fuerant, nomine P. Ignatii injunctum fuerat, ut scriberent postquam eo pervenissent; et ita fecerunt, et facile in omnibus magna animi laetitia cerni poterat, quam ipsis cum magna alacritate et profectu spirituali B. Virginem impetrasse credendum est; et ita tam ipse Rector quam minister collegii suis litteris testantur quod in omnibus videbatur sensibiliter spiritualis profectus ac fervor crescere.

87. P. Raphaël singulis dominicis ac festis diebus christianam doctrinam explicare, et pueros in ea exercere cum admiratione populi coepit; quamvis et haec et humaniorum litterarum lectiones publicae, et etiam casuum conscientiae, quam nostri aggredi voluerant, intermissae sunt; rogarunt enim sacerdotes ejus ecclesiae ut post Pascha hujusmodi lectiones differrentur; nam partim confessionum, partim concionum occupationes, tempus ad eas non relinquebant.

Et haec de initio Lauretani Collegii dicta sint.

---

[1] "Paulo III hizo en la Canónica, que fundó Martino V, habitacion antigua de eclesiásticos, un colegio de doce niños hermosos como ángeles, mandando entresacar de toda la comarca los más agraciados y de mejores voces, y dióles Maestros, que los conservasen en virtud y les enseñasen á cantar, dándoles versos y motetes para que cada dia á horas señaladas cantasen en la Sagrada Casa, confiando que estos niños, que en hermosura y virtud eran como ángeles, serían un coro muy agradable á Dios.„ Id. ibid.

DE COLLEGIO EUGUBIENSI

88. Sicut hoc anno duo nova collegia Roma missa diximus, ita Eugubinum dissolutum subdemus. Ut ex his, quae superiori anno dicta fuerunt, cerni potuit, Eugubienses, studio militari potius quam litterarum ac spiritus dediti, exiguum omnino proventum tam in scholis, quam in confessionibus, quam etiam in praedicationibus et christiana doctrina et aliis pietatis operibus referri in horrea Domini sinebant [1]; et cum alioqui nec domum propriam nec templum nostri haberent, nec reditus ullos firmos (quamvis nihil illis deesse Cardinalis Stae. Crucis humanitas sinebat), non videbatur expedire P. N. Ignatio ut nostrorum opera, quae alibi utilius collocari poterat, cum tam exiguo fructu Eugubiensi civitati impenderetur. Actum est ergo cum Cardinale Stae. Crucis, qui paterno affectu Societatem prosequebatur, et statim ille consensum suum praebuit, ut alibi majus Dei obsequium abductis nostris ex ea quaereretur [2].

89. Erant initio hujus anni in ea civitate Pater Albertus

---

[1] De hoc tamen exiguo fructu hoc admonebat, *ex com.*, Polancus Rectorem, P. Albertum Ferrariensem: "Si lamenta V. R. che perdono il tempo costì; et può essere che proceda questo del molto desiderio di fare grandi cose, o etiam de che sia vero che si fa poco; et quando le R.e V.e facciono quel che possono con li sani et ammalati, essendo ricercati et anche ricercando loro per via de conversatione, etc., non si possono lamentar de se stessi, et il resto si lasci a Dio.„ 13 Januarii 1554.

[2] "Faccio intendere alla R. V. che si è fatta risolutione col Cardinale di Santa Croce che per questa quaresima resti il Collegio nostro in Augubio, et subito fatta Pascua, ci da licentia di levarlo dove giudicarà Nostro Padre che serà più servito Iddio Nro. S.r; et questo si è ricercato de parte nostra, giudicando del poco frutto che si fa costì, che non sarebbe tanto servito Iddio N. S. del Collegio nostro ivi quanto altrove. Et benche il Cardinale non mostri haver nè credo ch' habbia altro che buona informatione et odore delle R. V., pur, come desideroso del maggior servitio divino, condescende a nostra instantia.

„V. R. tenga questa cosa appresso di se et si sforzi in questo tempo di dar ogni buona edificatione, et altretanto il P. Mtro. Augustino, sollicitamente cercando di aggiutar le anime et anche nella schola facendo il meglio che si può, acciò che si partano lassando di se quel buon nome che conviene. Et al tempo suo si scriverà dove debbia andare ogni uno.„ Polancus, *ex com.*, Patri Alberto Ferrariensi, 3 Februarii 1554.

Ferrariensis et Pater Augustinus [1] Patavinus, uterque juris doctor. Primae autem scholae praeceptor erat Joannes Antonius Viperanus, juvenis admodum [2], sed in latinis et graecis litteris apprime eruditus, unus ex eis, qui Messanae P. Annibalis [3] discipulus fuerat; sed is in latina lectione tam paucos habebat auditores ut aliquando duo vel tres tantum essent; in graeca lectione satis multos habebat [4]. Aliae duae classes numerosiores erant, nam infima fere quinquaginta, media viginti quinque habebat; et cum lectio christianae doctrinae a P. Alberto explicaretur, non paucos ex his scholasticis auditores habebat; et quamvis ludimagister [5] diceret se lectiones graecas etiam praelecturum et aliquos ea ratione retineret, satis frequentes tamen ad Joannem Antonium accedebant.

90. Quod ad conciones attinet, nullae jam habebantur: eos enim, qui ad concionandum talentum habebant [6], P. Ignatius, ob sterilitatem agri spiritualis Eugubini, inde removerat; ipse autem P. Albertus, qui in quatuor conventibus monialium et exhortationes et conciones habere solitus erat, jam ab illis abstinebat; nam tres propter eorum tentatam reformationem anno superiore, vel alias ob causas, alieno a nostris erant animo. Quartus autem conventus, ubi plus quam in reliquis idem P. Albertus laboraverat, graviter offendit ipsius animum; cum aliquae ex illis religiosis non solum contra ipsius admonitio-

---

[1] P. Augustinus de Riva, seu *de la Riva*. Vide supra, t. III, pag. 37, n. 67.

[2] Quatuordecim tantum annos natus hic erat, si adhibenda fides sit auctoribus operis *Biblioteca eclesiástica completa*, a quibus, t. XXX, pag. 388, ortus dicitur anno 1540. Hoc tamen incredibile omnino est; cum enim jam tunc tertium, ex quo Societatem ingressus est, annum ageret, in Societatem admissus esse debuisset anno aetatis suae undecimo aut saltem duodecimo; quod Societatis usui et legibus ab Ignatio a multo jam tempore latis repugnat. Quare magis vero accedere ii videntur, quibus natus Viperanus fuit anno 1535. UGHELLY, etc.

[3] Patris Annibalis du Coudrey, seu a Codreto vel Coudreto.

[4] Aegrotaverat sub finem praecedentis anni 1553 Mgr. Joannes Antonius Viperanus, et hac occasione scripsit Polancus, *ex com.*, Patri Alberto Rectori: "Et in questo mezzo che V. R. ci avisa come si trova Jo. Antonio Viperano, dice Nostro Padre non vuole che si occupi in leggere ad altri perche la sanità di esso non la stima in poco. Et se il medico dicesse non dover lui leggere per la indispositione, sarebbe sufficiente scusatione per li pochi scholari che tiene. Come si voglia, ordina Nostro Padre, come ho detto, s' astenga da leggere all' altri insino al primo aviso di qua.„ 13 Januarii 1554.— Eadem fere et "che Nostro Padre non vuole etiam che lo lassino deggiunare la quaresima, et se per qualche giorno della settimana lui facessi instantia, V. R avisi„, scripta sunt 3 Februari 1554.

[5] Ludimagister a civitate ad docendum conductus. Vide supra, t. III, pag. 28, n. 48.

[6] Patrem, scilicet, Oliverium Manareum et fratrem Joannem Baptistam Velati seu de Jesu. Vide supra, t. III, ubi de Eugubino Collegio sermo est.

nes, sed contempta etiam excommunicatione Cardinalis, tempore carnis privii ad suorum parentum domos, ubi illis diebus apud eos manerent, se contulerant; et ita P. Albertus ad eas amplius non accedere statuerat; et cum jam ipsis significasset P. Ignatius quod inde essent recessuri, et ipsi etiam frigescere coeperunt. Rogabat autem bonus et humilis P. Albertus suis litteris P. Ignatium ut, quocumque vellet, ipsum mitteret; tantum ut Rectoris titulum et onus ei non imponeret. Cardinali Stae. Crucis Eugubini scripserant nostros esse, qui recedere Eugubio volebant, nec a se id profectum; sed ex populo quidam videbantur probare nostrorum recessum, ut expensas, quas Cardinalis in nostris alendis faciebat, in virgines collocandas in matrimonio expenderet: alii aliter sentiebant et loquebantur.

91. Ipso die Purificationis P. Albertus quinquaginta fere communiones habuit, quod pro miraculo ipsi habendum videbatur. Ad abbatiam etiam Cardinalis [1], evocatus semel aut iterum, fere triginta confessiones audivit.

92. Hoc tamen non omittam, quod candidus et simplex P. ad miraculum pertinere merito existimabat. Dominica Palmarum aliquot personis spiritualibus sanctissimum Eucharistiae sacramentum ministrabat. Cum ergo sex hostias parvas consecrasset, quia totidem communicaturas esse audierat, conversus cum Smo. Sacramento ut illud ministraret, cum quinque tantum esse vidisset, duas particulas uni dare voluit, ne sacramentum in eo altari maneret; sed una ex eis particulis patenae sic adhaesit ut, quatuor digitis adhibitis, eam avellere ab ea minime posset; et cum vir bonus haereret, nec quid consilii capere deberet, statuere apud se posset, ad orationem se convertit; sed nec tunc quidem a patena avellere hostiam potuit. Ad se reversus ergo, purificationem communicantibus dedit; quod cum faceret, venit ei in mentem quamdam esse spiritualem foeminam, cui communionem ipse prohibuerat ad ipsius mortificationem; et tunc, vocem aliquantulum attollens, dixit, ut si quis vellet communicare, eo accederet; et cum semel et iterum ad orationem se converteret, et bis in sacristiam se recepisset, tandem venit pia illa foemina ut sanctam communionem acciperet cum satis magna devotione, et tunc me-

[1] quam *Vivum* vocant. Vide supra, t. II, pag. 170, n. 14.

diam partem hostiae a patena avellere potuit et illi foeminae ministrare; quod reliquum erat, in plures partes divisum, ipsemet accepit, qui nondum purificationem sumpserat [1].

93. Clericus quidam, qui a Cardinale in cathedrali ecclesia admissus fuerat, ad Societatem nostram animum adjecerat; sed Vicarius admirari se dicebat, si unicum filium patris pauperis, quem ea in ecclesia Cardinalis constituisset, admitterent, et non gratum id fore Cardinali affirmabat; et ita, quamvis alioqui videretur ad Societatem non ineptus et satis urgeret, non eum admisit.

94. Et, aliqua pecuniola accepta ab eo, qui Cardinalis negotia agebat, Eugubinae civitati vale dixerunt, et partim suis pedibus, partim aliquo equo adjuti, Romam versus venerunt [2].

DE COLLEGIO FERRARIAE

95. De duobus collegiis admissis [3] et tertio dissoluto [4] in hoc ipso anno dictum est. Jam de Collegiolo Argentae inchoato agendum erit. Sed quia ex Ferrariensi pendet tractatio Argentini, agetur prius de Ferrariensi, in quo Rector quidem erat ille, qui anno praecedenti, P. Joannes Pelletarius, qui alios

---

[1] Cum tamen hoc Romam primo perlatum est, quamdam admirationem creavit. "Quella cosa che la R. V. scrisse appartenente al S.to Sacramento è parsa assai notabile et haveriamo a caro d' intendere quello che si può di quella persona.„ Polancus, *ex com.*, Patri Alberto Ferrariensi, Eugubini Collegii Rectori, 31 Martii 1554.

[2] Fefellit hic memoria Polancum; non enim omnes Romam Eugubio, Collegio dissoluto, se contulerunt, sed, praeter Raynaldum et Simonem Romam venire jussos, P. Albertus Mutinam, Viperanus Genuam, et alii alia in loca se conferre jussi sunt, ut videre est hic suis in locis et videbitur in Nova serie epistolarum Sancti Ignatii. Nisi velimus dicere eos omnes Romam primo venisse et Roma postea in alia loca missos, quod tamen cum iis, quae Polancus, *ex com.*, scripsit, tum fratribus Joanni Antonio Viperano, Michaëli Vignes et Sebastiano, tum Patri Alberto Ferrariensi. tum etiam Patri Augustino de la Riva 21 Aprilis 1554, non satis congruit.—Unus ex eis, qui Augubii degebant, Joannes Niger, gallus, postquam Romae aliquando fuit, Ferrariam sub finem Novembris missus est, cui datae valde commendatitiae literae ad Pelletarium, 24 ejusdem mensis.

[3] Genuensi et Lauretano.

[4] Eugubino.

novem et aliquando decem de Societate secum habuit. Et nova quaedam occupatio initio hujus anni accessit; cum enim Dominus Ludovicus, filius secundo loco genitus Ducis Herculis, puer adhuc, ad Episcopatum Ferrariensem esset promotus, optavit pater ejus ut a P. Joanne Pelletario in officio dicendo et aliis, quae praelatum ecclesiasticum decent, Dominus Ludovicus institueretur; et primo die anni inchoari id omnino voluit [1]. Mane ergo sub auroram, et vespere jam quarta fere noctis hora ad eum coepit accedere; et praeterquam quod horas canonicas simul cum eo dicebat, ex epistola et evangelio interpretabatur vernacula lingua quae ad institutionem ejus facere videbantur; et recreabat animum P. Pelletarii benignitas, candor et simplicitas Domini Ludovici qui omnia, quae docebantur, perlibenter, velut mollis cera formam impressam, accipiebat; et initio quidem cum mane in lecto adolescentem inveniret, paulatim is deductus est, cum tenuiter tantum suggereretur, ut non solum vestitus P. Pelletarium expectaret, sed genibus etiam flexis totum officium persolveret; cum autem versus aliquis psalmorum ad rem ipsius facere videbatur, illum P. Pelletarius explicabat. Addita est etiam corona B. Virginis, quam facile Dominus Ludovicus est amplexus, et post officium eam pronunciabat [2].

96. Aegrotabat initio hujus anni graviter Domina Maria del Giesso, quam Factoram vulgo vocabant; et cum P. Pelletarius, motus exhortatione P. Ignatii, eidem persuadere niteretur ut teneros quosdam, licet honestos ac devotos, affectus erga

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 143, n. 289.—Quinque fuere liberi Herculis II, Ferrariae Ducis: Anna, 1531 † 1607; Alphonsus, qui in Ducatu successit, 1533 † 1558; Lucretia, 1534 † 1598; Ludovicus, 1538 † 1586. CHIUSOLE, *Genealogia delle case più illustri di tutto il mondo*, tav. CCLXXXIV, pag. 572.—RITTERSHUSIUS, *Genealogiae Imperatorum, Regum, Ducum*, etc., t. I.—Quintae, Eleonorae, 1537 † 1581. meminit Cantù his verbis: "Quando Paolo III passò da Ferrara, rappresentaronsi *gli Adelphi* di Terenzio, recitandovi i figliuoli della Renata, e facendo Anna da amoroso, Leonora da giovinetta, Alfonso da giovane, Luigi da schiavo, Lucrezia da prologo.„ *(Gli eretici d' Italia*, t. II, disc. XXVI, pag. 89); et communiter CHIUSOLE et RITTERSHUSIO recentiores.—Ludovicus igitur, quem perperam RODOCANACHI, opere infra describendo, natum scribit 1528 (fol. ult.), filiorum Herculis II secundus fuit, ut ait Polancus, liberorum vero omnium quintus et natu minimus.—"quanto alla elettione di Sua Ecc.tia che ha fatto della persona de V. R. per dir l'offitio et dar buoni ricordi al suo figliuolo, Vescovo di Ferrara, pare sia stato molto bono. L' instruttione che ricerca, Iddio N. S. la darà, come speriamo; pur havendo io un poco di tempo, dirò quello che mi pare.„ Polancus, *ex com.*, Patri Joanni Pelletario, 13 Januarii 1554.—Instructionem, quam hic promittit, sed brevissimam, misit Polancus 20 Januarii.

[2] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 547.

suum confessarium moderaretur [1], dicebat optima matrona quicquid in hoc mundo haberet se libenter daturam ut ea cruce liberaretur. Cum autem per litteras [2] eam salutasset P. Ignatius eo tempore quo timeri poterat grave vitae periculum, nec quicquam cibi praeter contusum aliquid capere posset, tantum consolationis ex ejus litteris accepit, ut statim melius habere coeperit, et, recuperata edendi appetentia, vires etiam et valetudinem utcumque brevi recuperavit [3].

97. Hoc tempore, primo Calendas Februarii, cum P. Pelletarius ad palatium et simul castellum Ducis, ad divinum officium dicendum cum Domino Ludovico accederet, ardere coeperat et conflagrare igne vehementissimo palatium adeo ut remedium inveniri non posset; et si vis ignis sequenti nocte, ut timebatur, ad eum locum pervenisset, ubi pulvis tormentarius munitionum servabatur, de ruina magnae partis timebatur; sed Domino placuit ut prius ignis extingueretur [4].

98. Intellexerat hoc eodem tempore Domina Maria praedicta quod Collegium Romanum rei pecuniariae penuria laboraret, et quod aliqua pecuniae summa mutuo quaerebatur, et statim illa centum aureos Romam misit, spem interim ostendens quod brevi domus esset propria Collegio Ferrariensi emenda [5]. Eisdem litteris fatebatur ea matrona se vitam debere P. Ignatii ultimo acceptae epistolae, quod eam sublevaverit a quadam cordis oppressione et tremore, qui aegritudinis ejus causa erat, et a quo imminere ipsi periculum mortis medici dicebant, nisi

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 139, n. 281 et pag. 140, annot. 1.

[2] Habes has litteras in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 32 et 413.—Ignorabat hanc nostram Ignatianarum litterarum editionem, imo et illam, quam saeculo XVIII exeunte P. Rochus Menchaca curavit Bononiae, F. Passini Ferrucio, qui has et alias eidem Factorae 23 Junii hujus anni 1554 datas litteras *ineditas* ait, dum anno proxime elapso 1895 opusculum edidit *J. Conti Frassoni. Memorie storiche-genealogiche con lettere inedite di S. Ignazio di Loyola, del P. Laynez e del P. Mercuriano, generali della Compagnia di Gesù*. Rocca S. Casciano, tip. Cappelli, 1895.

[3] Vide hic et n. 98 Polanci testimonio confirmatum quod ait P. Franciscus Garcia, *Vida de San Ignacio*, lib. 6, c. 3, et nos, conjectando tantum, de iis Ignatii litteris intelleximus in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 33, annot. 1.

[4] Il foco del palazzo Dio Ntro. S.or l' habbia convertito in foco di charità che delli Principi descenda a tutta la terra.„ Polancus, *ex com.*, Patri Joanni Pelletario, 18 Februarii 1554.

[5] Litteras, quibus de hoc beneficio gratias agit Ignatius, habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 202 et 461.—Eae autem hoc habent singulare, quod in opere praedicto significatum non est, scilicet, signatae sunt Ignatii nomine hoc modo: *Di V. S. servo nel S.or nostro, Ignatio:* addidit tamen Polancus: *Per non poter scriver de sua mano nro. P.e M.o Ignacio,* io, *Joanne di Polanco, l' ho sottoscritta in suo nome.*

a tristitia et afflictione animi abstineret, quod tamen ipsi perdifficile videbatur, cum tam multiplicem afflictionis occasionem vita praesens suggerere soleat; sed refrigerium ac sublevationem maximam se accipere cum suo confessario res suas conferendo, quod P. Ignatii litterae permittebant [1].

99. Scholae ferrarienses imminui paulatim et numero et nobilitate auditorum coeperunt; et tres causae hujus diminutionis observatae fuerunt. Una fuit praeceptorum mutatio, quibus juvenes afficiebantur, et alii, qui eis succedebant, nec perinde grati, nec aliquando docti interdum erant; 2.ª causa fuit, quod in scholis inferioribus Despauterii grammatica legeretur, quae satis molesta pueris videbatur, cum Varinus [2] quidam, ferrariensis auctor, interim omitteretur, qui pergratus et manibus puerorum tritus esse solebat: 3.ª ratio haec fuit, quod pueri quidam nobiles ad Societatem animum adjecerunt, et, quamvis eos praeceptor ipsorum, magister Franciscus Scipio, retinendos Ferrariae existimaret, et in spiritu et litteris magis promovendos ac confirmandos, P. tamen Pelletarius Rector et charitate fervens eos admittendos ac Romam mittendos censebat; sed ex consanguineis aliqui iniquo animo id ferebant; et cum ex ipsis adolescentulis aliqui intepuerint, nihilominus parentes aliorum discipulorum nobilium suos filios a nostris scholis abduxerunt; timebant enim ne scholae nostrae velut rete quoddam ad alios adolescentulos capiendos efficerentur.

100. Docuit etiam experientia quod in inferioribus classibus itali potius praeceptores quam alterius nationis constitui oporteret, nam aliorum pronunciatio minus grata erat; et cum explicatione in vernacula lingua opus esset, qui parum erant in ea periti, non admodum officio suo in hac parte satisfacie-

---

[1] Vide supra, n. 96.

[2] *Varnius* hic, et sub finem sequentis numeri *Varnium* scripsit Polanci librarius; sed hic, postremis quatuor litteris ducta linea deletis, quaedam haud recens manus superscripsit *inus*, ita ut legendum sit *Varinus*.—In *Regesto* tamen *litterarum Sancti Ignatii*, fol. 50, t. II, scriptum est *Verino*, ubi prius scribi coeptum fuerat *Guarino*. "Di leggere il (Gua.) Verino, o, come chiamano, il grammatico, tanto ben voluto costì, in luogo del Despauterio Nostro Padre si rimette a V. R. et secondo che li parerà meglio, puotrà far leggere un libro o un' altro.„ Polancus, *ex com.*, Patri Joanni Pelletario, 10 Februarii 1554.—Verum Varnius hic, Varinus, Verino, Guarino, eritne tandem aliquis ex nobili familia *Guarini*, qui tot viros litteris claros jam a saeculo XV Ferrariae dedit? Vide CYNTHII J. B. GYRALDI *De Ferraria et Atestinis Principibus Commentariolum*, ubi de Nicolao II agit.

bant [1]. Cum ergo prius ducenti fere, et, initio hujus anni, fere centum et quadraginta scholastici essent, in progressu ad centum et viginti redacti fuerunt; et quidem minor numerus erat nobiliorum civium quam prius inter eos qui reliqui erant; quamvis satisfactum sit eis Varnium [2] Despauterio in classibus infimis substituendo.

101. Concionabatur mane in templo consueto [3] P. Pelletarius; sed invitatus fuit ut post prandium in quadam parochia celebri aliquando concionaretur, quae D. Stephano sacra est [4]; et cum id fecisset mense Februario die quadam dominica, rogaverunt eum ut aliis diebus eodem munere fungeretur; sed cum esset variis occupationibus distentus, tantum hoc admisit, ut diebus veneris Martii mensis concionaretur; et satis frequenti auditorio verbum Dei, nec sine fructu, proponebat. Ab aliis etiam parochiis aliqui ex nostris ad idem munus praedicandi expetebantur; sed operarii pauci magnae messi satisfacere in omnibus non poterant.

102. Accessit his diebus ad P. Pelletarium sacerdos quidam quinquaginta quatuor annos natus, qui aliquandiu capellanus Domini Prioris SSmae. Trinitatis [5] fuerat; et cum videretur ad sacerdotalia munia non ineptus, et alioqui sacerdotum penuria nostri laborarent, admissus, et aliquandiu Ferrariae retentus, deinde ad Mutinense Collegium missus; tandem, conscientia tactus, confessus est se aliquot annos religiosum fuisse, quam-

---

[1] Vide supra, pag. 23, n. 27, et infra nn. 112 et 305. "Del mandar maestri italiani non credo sia cosa possibile per adesso per non rompere li studii di Philosophia delli nostri Artisti. Pare a Nostro Padre che doveria guadagnarli V. R. di là et non aspettar ogni cosa di qua.„ Polancus, *ex com.*, Patri Pelletario, 14 Martii 1554.

[2] Vide supra pag. 58 n. 99, annot. 2.

[3] Sanctae Mariae a Rosa. Vide supra, t. III, pag. 137, n. 275.

[4] "Antica Chiesa Parochiale è questa, sittuata nel principio del fondo Banezo, esposto all' occidente nella parte Superiore della Città dentro al Quartiero di San Nicolò, nominata un tempo Santo Stefano di Bocca di Canale, per un canale che avanti alla detta Chiesa transitava, cagionato da una rotta di Pò, che mediante il Ronchegallo, e Valmarina, si conduceva (come rifferisce Alessandro Sardi) nel Canal Fosco, in Valle Fosca, altrimente detta Valle di Ferrara, dov' hora si ritruova la contrata di S. Guglielmo, e la Piazza nuova, ed haveva annesso uno Spedale, dove si curavano poveri infermi. La quale si dice essere delle ragioni del Capitolo della Cathedrale, per la donazione fattagli della metà della detta Chiesa, da Samuelle Vescovo di Ferrara a 17 d' Aprile, per rogito di Gregorio Sacerdote, e dell' altra metà, da Guido Aretino pur Vescovo di Ferrara, li quali anche insieme li donarono il Corpo di San Leone Papa..„ MARC' ANTONIO GUARINI, *Compendio historico dell' origine, accrescimento e prerrogative delle chiese di Ferrara*, pag. 128.

[5] Andreae Lipomani, Venetiis.

vis non professum, inter clericos regulares Sti. Salvatoris in Lauro, qui Romae ita vocantur [1] et tamen a Societate statim dimissus fuit [2].

103. Duo tantum sacerdotes ex nostris erant Ferrariae [3], et spiritualium occupationum tantum pondus in Rectorem incumbebat, ut fere singulis dominicis diebus exactis male haberet; nam, absoluta concione, statim ad confessiones audiendas se convertere debebat. Minus tamen negotii in anni progressu quam in initio Episcopus designatus, Dominus Ludovicus, ei exhibebat; cum enim adolescens intellexisset quod, si princeps, primogenitus Ducis filius [4], filios non habebat, ipse etiam uxorem esset ducturus, animum coepit divisum et, ex consequenti, minus ferventem ad res ecclesiasticas adhibere, cum cogitaret se posse in casu jam dicto saecularem esse. Itaque plus temporis ei [5] supererat ad proprias nostri muneris functiones; et, tam praedicatione verbi Dei, quam ministerio Sacramentorum, plurimos utriusque sexus in officio continuit, et, salutaribus documentis instructos, ab hujus saeculi deliciis ad frugalem ac spiritualem vitae rationem traduxit.

104. Viduas quasdam et afflictas et egentes tam ille quam alii ex nostris non solum verbo consolati sunt, sed earumdem etiam inopiae per aliorum benignitatem consulere et vitae necessaria subministrare curarunt. Quaedam autem matronae

---

[1] "Tomó este nombre *(in Lauro)* de un Laurel, que estaba en este sitio; fundola con el Convento á ella contiguo el Cardenal Latino Ursino, y para su servicio, puso en ella Canonigos Reglares, llamados de San Jorge, que residian en Alega, junto á Venecia, y tuvieron principio, el año de mil quatrocientos y quatro, de dos Nobles Venecianos. El uno; Antonio Corario; y el otro; Gabriel Condulmiero, que recibieron el Capello de Gregorio Dezimo segundo, y este ultimo subio despues á la silla de S. Pedro, con nõbre: de Eugenio Quarto. El Santo Pio Quinto dio á estos canonigos la Regla de San Agustin, el año de mil quinientos y setenta; y aviendo padecido incendio la Iglesia, la reedificaron el de mil quinientos y noventa y cinco, y Sixto Quinto la dio Titulo de Cardenal. Ilustro mucho esta Congregacion, el Beato Laurencio Justiniano, Primero Patriarcha de Venecia.„ *Grandezas y maravillas de la Santa Ciudad de Roma,* por D. GABRIEL DÍAZ VARA Y CALDERÓN, Obispo de Cuba y la Habana, lib. VIII, cap. 11.

[2] "2.° Di quel prete vecchio mandato a Modena, non havendolo ancora mandato dalla Compagnia, che lo mandi fuora di quella per esser stato frate.„ Polancus, *ex com.*, Patri Pelletario, 5 Maii 1554. Et eadem die Patri Joanni Laurentio: "che parse bene la diligenza che lui fece in veder le lettere di quel prete che era stato frate.„— Vide infra, n. 179.

[3] Unus erat P. Joannes Pelletarius, Rector; alter fuisse videtur P. Philippus Leernus, Flander, Mutinam anno praecedenti missus et inde revocatus. Vide supra, t. III, pag. 139, n. 280, et pag. 140 sub finem numeri 281 et annotationem 1.am

[4] Alphonsus. Vide supra, pag. 56, n. 95, annot. 1.

[5] Patri Joanni Pelletario.

sanguine, sed magis etiam pietate, nobiles, Patrum ferrariensium consilio excitatae, magnis laboribus urbem lustrarunt ut eleemosynam puellis orphanis quaererent, quibus emptae eisdem domus pretium solveretur; et ex eis [1] aliqua ex laboribus in morbum incidit, quo cum graviter vexaretur, magis de opere quod interruptum pendebat, quam de sua adversa valetudine, dolebat.

105. In hospitalibus tamen et aliis quibusdam pietatis operibus minorem quam optabant fructum nostri colligere potuerunt, cum, occupationibus aliis districti, vix ad hujusmodi pia opera tempus suppeteret.

106. Inter eos autem, qui peccata confitebantur, quidam vir gravis, cum injuncta ipsi esset poenitentia, superbe is confessarium respiciens, eum detrectabat et ministrum Dei irridebat. Imposuit ei ergo confessarius ut in poenam peccatorum cantinellam quamdam maxime a mundanis frequentatam [2], et simul eum dimisit ad P. Rectorem, ut ab eo peteret an merito talis poenitentia ipsi injuncta fuisset; ille autem, ad se reversus, tantopere fuit commotus ut multis lacrymis sua peccata deflere serio inciperet.

107. Curatum fuit ut in haeresiarcas quosdam ejus civitatis animadverteretur; et edicto principis ex urbe ac toto dominio ejus fuerunt expulsi [3]. Quaedam autem foemina, quae haeresi infecta fuit, et aliquot annos extra Christi ecclesiam fuerat, eidem est conciliata.

108. Complures alii per confessiones generales totius anteactae vitae suae conscientiae consuluerunt, et inimicitiis aliisque vitiis [relictis], in viam salutis redierunt.

109. Septem mulieres, quae publice pudicitiam prostituerant, ad Conversarum monasterium, post confessionem, adductae fuerunt, et admirandus in spiritu profectus in quibusdam earum cernebatur.

110. Cum difficile correctorem scholis nostri invenirent,

---

[1] Matronis.

[2] scilicet recitandam vel publice canendam.

[3] "Le 18 mars 1554, il (Ferrariae Dux) rendit, sur le conseil du jésuite Pelletario, un ordonnance qui bannissait de ses États toutes les personnes suspectes de favoriser la réformation. *Memorie per la Storia di Ferrara, raccolte da A. Frizzi, con aggiunte e note del Conte Laderchi*, t. IV, pag. 360.„ RODOCANACHI, *Renée de France, Duchesse de Ferrare*, cap. X, pag. 235.

P. Ignatium consuluit Rector Collegii Ferrariensis an liceret per aliquem ex fratribus coadjutoribus pueros castigare, vel saltem an domi externus aliquis teneri posset, qui hoc munere fungeretur: sed P. Ignatius respondit, eatenus concessum non esse, ut nostri corrigendi manu sua discipulos facultatem haberent; sed nec externum aliquem domi nostrae ad id teneri permisisse; ac proinde ut castigarent pueros prout minus incommode fieri posset [1]. Perrexit itaque P. Pelletarius per aliquem maturiorem ac provectiorem ex discipulis alios punire nec ullas inimicitias ex eo nasci expertus est, sicut alibi experiebamur [2].

111. Consuluerat idem P. Pelletarius an liceret pueros in scribendi ratione instituere, quia nonnulli a scholis ipsius recedebant ut alibi scribere discerent; id autem permisit P. Ignatius quod Romae fiebat. Id autem erat ut qui jam admissi essent ad scholas, scribere melius docerentur; sed in posterum praescripsit ne illi admitterentur, qui saltem mediocriter scribere nescirent [3].

112. Mediam horam etiam italicae linguae praeceptores, qui itali non essent, dare praecepit ut suo munere melius fungerentur [4].

113. Cum novus sacerdos effectus esset P. Ludovicus coloniensis [5], et jam tres [6] quotidie Missae sacrificium celebrare

---

[1] "Quanto al far castigare gli putti per gli laici della Compagnia Nostro Padre sta nel suo parere che niuno della Compagnia batta di sua mano scolare alcuno; et quanto al tenere correttor nel Collegio dandogli stanza, etc., Nostro Padre insin' adesso non l' ha permesso tal cosa; sicche V. R. farà come meglio potrà.„ Polancus, *ex com.*, Patri Joanni Pelletario, 30 Junii 1554.—Vide supra, t. III, pag. 166, n. 341.

[2] Vide supra, t. III, pag. 147, n. 297.

[3] "Circa l' imparare a scribere alli putti il P. Mro. Giovanni, V. R. glielo potrà permettere con gli già ricevuti, come qui si fa nel Collegio nostro, et per l' avenire avertirà di non ricevere putti che non sappiano mediocremente scrivere „ Polancus Joanni Pelletario, 30 Junii 1554. — Vide supra, t. III, pag. 166, n. 342.

[4] "Di fare essercitare gli fratelli nella lingua italiana, qui pare bene, sicche V. R. gli potrà ordinare che mettano alcuna mezza hora al giorno a tal essercizio, accio meglio possano aggiutare il prossimo nel Signor Nostro „ Polancus, *ex com.*, Patri Joanni Pelletario, 30 Junii 1554.

[5] Quidam alius Mgr. Franciscus (is esse videtur Franciscus Scipio) praeter hunc Ludovicum Coloniensem ad sacerdotium promovendus fuit hoc anno Ferrariae. "De far sacerdoti Mtro. Francisco et Mtro. Ludovico, Ntro. Padre è contento con due conditioni: una è che loro n' habbino devotione; altra che a V. R. paia sarà ben collocata in loro la dignità sacerdotale. Quando questo sarà così, Nostro Padre si contenta.„ Polancus, *ex com.*, Patri Joanni Pelletario, 13 Januarii 1554.—"Le primitie del P. Ludovico siano accettate dalla Divina Maestà, a chi piaccia farlo servo fidele et ministro suo.„ Idem eidem, 25 Augusti 1554.

[6] Vide supra, pag. 60, n. 103, annot. 3.

possent, multo frequentiores homines ad ecclesiam nostram Ferrariae convenire coeperunt; sed quia hoc anno domum et ecclesiam propriam habere nostri Ferrariae coeperunt, ea de re aliquid dicam.

114. Mense Martio Dominus Alexander Fiaschi (qui Herculi Duci familiarissimus, et Societati, ut alibi diximus [1], amicissimus erat) agere coepit cum P. Pelletario hac de re serio et [2] aliis in locis collegia, post Ferrariense missa, proprias jam habere domus, ubi cum fructu animarum Deo inservire Societas posset, ut Florentiae, etc., et tamen Ferrariae nullam esse hujusmodi commoditatem. Effectum est ergo sub finem ejusdem mensis ut domus propria emeretur; et instrumentum emptionis stipulatum est; ad cujus emptionem Dux eleemosynam aliquam contulit et mille libras ejus monetae [3] mutuo dedit; sed Domina Maria del Jesse [4] provinciam hanc pretii solvendi suscepit, quod fere ad quinque millia librarum ejus monetae ascendebat, et major pars in numerata pecunia statim erat solvenda; ad reliquam aliquid temporis est concessum. Habitatio domus quadraginta personis sufficere P. Pelletario videbatur, et augeri situs poterat emptis vicinis quibusdam domunculis non magno pretio. Ecclesia etiam, Ducis auctoritate, habita est, quam Stae. Mariae de la Rosa vocabant, quae domui conjuncta erat [5]. Ceperunt autem possessionem hujus

---

[1] Vide supra, t. II, an. 1551, n. 42, pag. 186. Hunc Alexandrum Fiaschi ita describit MARCUS ANTONIUS GUARINI: "Alessandro, che in negozi di guerra, e di Stato riuscì molto prattico, ed intendente servì il Duca Alfonso Primo, Hercole Secondo, ed Alfonso II, per Cameriero, Coppiere, e Magiordomo per li quali maneggiò negozi gravi, ed importanti. Fu Commissario Generale nelle guerre di Reggio, e di Parma. Andò Ambasciadore a Paolo IV, a Filippo Re di Spagna, dal quale venne honorato della Croce di Santo Iago, ad Henrico Re di Francia, all' Imperadore Massimigliano, che lo privilegiò, aggiungendogli nelle arme alcuni ornamenti, alla Republica di Vinegia, e di Genova. Fu intitolato Conte del Castello di Breno, nel Melanese. Andò ad incontrar Henrico Re di Francia nel suo ritorno di Polonia, e lo servì sin' alla Corte, dove si trattenne quattro anni Ambasciador residente. S' affaticò nel negozio di precedenza tra il Duca di Ferrara e di Firenze ed altro." *Compendio Historico delle Chiese di Ferrara*, lib. II, pag. 48.

[2] Sic, sensus tamen et syntaxis exigere videntur ut aliud inseratur verbum, puta, *dolens, mirans, perspiciens,* aut quid simile.

[3] Monetae a Ducibus Ferrariae pro suis ditionibus cusae.

[4] Sic; alias *Gesso.*

[5] Quae de templo della Rosa et virginum coenobio ei adjuncto dicta sunt, melius ex sequentibus intelligentur: "Ma molto più largamente vennero sovvenuti da una tal Maria del Gesso detta la Fattora, la quale gli providde di case, suppellettili, ed ogn' altra cosa al vitto necessaria, tanto che meritò d' essere per cio nominata dal B. Ignazio prima fondatrice tra di noi del detto Collegio, nel quale vi rimase poi dopo la partita

domus mense Majo, quae prope plateam, et in medio urbis, et prope Ducis palatium, et in optimo et salubri aëre sita erat, et hortum habebat satis commodum.

115. Die autem 24.ª Maji novam domum nostri inhabitare coeperunt. Amici autem, partim eleemosynis, partim mutuo, ad domum emendam juverunt, donec eis Domina Maria del Giesse refunderet. Ecclesia autem ornamentis et rebus aliis in cultum necessariis satis instructa nobis donata est, et statim in ea suggestum confici curarunt, ex quo verbum Dei praedicari commode posset. Sacristia autem, quae latitudinis ejusdem erat cum ecclesia ad ejus augmentum cessit, et alia inte-

---

del P. Pascasio per Franzia, il Padre Giovanni Peletario, che fu il primo, che quivi si fermasse con titolo di Rettore. Questi accasatosi nella contrata detta de' Leoni si diedero con molto spirito ai soliti loro esercizi predicando, confessando, et insegnando con universale profitto, e particolarmente della gioventù. Riddottesi poi le Citelle della Rosa, che nella detta contrata vicino ai detti Padri habitavano, nella via de gli Angeli nella casa di Fiordiligi Baraffa, dove anche di presente vanno continovando, lasciarono libera l'antica stanza loro ai detti Padri, nella quale passati che furono ad habitare, in progresso di quindici anni, con gli aiuti di Barbara d'Austria Duchessa di Ferrara, di Nicola Savana suo gran beneffattore, ed altri, diedero felicemente principio alla presente chiesa, sotto il Pontificato di Pio Quinto, essendo Vescovo Alfonso Rossetti, e Giudice de' Savi Giovanantonio Rondinelli, nei cui fondamenti venne posta la pietra angolare a 3 di Novembre, per mano del gran Cardinale Luigi Estense, e del Duca Alfonso Secondo nostri Signori, nella quale leggevasi la qui sotto notata inscrizione.

Aloysius Cardinalis Estensis tit. S. Luciae in Silice Diaconus, Alphonso Estense Ferrariae Duce II. Anno Christi MDLXX.

.....

„Alla destra della Capella maggiore si vede il sepolchro di Lafranco Gipsio da Lugo, che fù Rettor dello Studio, e molto grato al Duca Hercole Secondo, e suo Fattor Generale, per il quale anche trattò varii Magistrati, come dal seguente elogio in parte si comprende:

D. O. M.

Lanfranco Gypsio Lugien.
I. C. peritiss.
qui post Rectoris Gymnasii Ferr. munus obitum
gestasq. sum. integrit.
nobiliores totius ditionis praetur.
postremo Herculi II
cui fuit acceptiss.
magn. procur. creatus
IX Magistratus anno prudentiss. exacto
natura cessit anno D. MDL. K. Jun.
aetat. vero suae XLIX

GUARINI, l. c., pag. 215-217.

Hic Lanfrancus maritus fuit Mariae Frassoni del Gesso. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 32.

rius facta est; et ita firmam habere domum et ecclesiam hoc collegium coepit. Reditus ducentorum scutorum annuorum, a Duce promissi, certi quidem habebantur a P. Pelletario; sed non ita omnino fuit a posterioribus experientia edoctis intellectum, ut suo loco videbitur; et tamen usque ad quatuordecim ex nostris mitti posse P. Pelletarius scripsit, cum prius decem aut undecim tantum essent.

116. Erat in ecclesia, antequam nostra esset, haec consuetudo, sicut et in aliis ejus urbis, ut prope portam templi arcula quaedam esset, ubi candelae cereae exiguae reponebantur, et qui mane ecclesiam ingrediebantur, unam vel alteram ex his candelis accipientes, aliquam pecuniolam ut pretium earum in arca reponebant. Consultus autem P. Ignatius removeri hujusmodi arculam ex ecclesia jussit, quod Societas nostra talem consuetudinem non habeat.

117. Postquam hunc locum firmum habuit collegium, alterum adhuc locum priori vicinum Dux Hercules Societati dare voluit, quod Sancti Spiritus dicitur. Quidam enim confratres, qui Sti. Spiritus etiam dicebantur, in quasdam discordias et lites inciderunt; sed Dux omnino nostris locum illum dare se velle affirmabat, qui in pulchro admodum situ erat. Domunculas etiam confratres et pulchrum templi frontispicium aedificaverant; et quamvis templum magnum non erat, augeri poterat et magna hominum frequentia, qui propter indulgentias, quae, ut Romae in hospitali Sti. Spiritus in Saxia, propositae erant, ad illud confluebant [1]; et ita major fructus ex eo concursu sperabatur. Aliquid etiam emolumenti, saltem ad duos vel tres ex nostris alendos, inde provenire poterat. Pro

[1] "Spirito Santo. Questa Confraternità soleva anticamente essere la medesima con quella della Cà di Dio, detta hoggidì di San Cristofaro. Ma per certo disparere nato tra li Confrati di lei si divise (1515), ricoverandosi questa per modo di provigione nella Chiesa di San Giuliano vicino al Castello della Piazza, chiamandosi la Confraternità dello Spirito Santo, titolo sotto del quale hebbe anche principio l' antica di San Cristofaro, dove prima era incorporata, il quale poi per l' aggregazione che fece alla Venerabile Archiconfraternità di Santo Spirito di Roma, le venne maggiormente confermato, vestendo la Cappa azzurra. Ella dimorò nella detta Chiesa di San Giuliano per dieci anni continovi che poi si condusse ad habitare per istanza permanente, in una tal Chiesetta detta San Benedetto, con uno Spedale, già edificata fuori della Città in capo alla via del Borgo de' Leoni, prima conceduta per opera di Bernardo Vescovo di Ferrara e del Capitolo della Cathedrale alli Monaci Comandolesi, con l' intervento del Priore dello Spedale di San Leonardo, al quale la detta Chiesa era soggetta, con quell' annua recognizione al Vescovato, ed alla sacristia della Cathedrale che nell' instromento della detta concessione si contiene, rogato per Nasimben Brini, e Pietro Pincerni a 22 d' Apri-

sua autem benevolentia, Dux impetrare quae necessaria essent a Sede Apostolica ad hunc locum Societati donandum volebat, in quo tantum unus vel alter sacerdos residere necessario debebat.

118. Non offerebatur autem is locus libere et absolute, sed ad usum perpetuum, ita ut nunquam ex illo loco nostri removeri possent sine auctoritate Ducis, qui hac de re confici instrumentum volebat, utile dominium, quamvis non directum, nostris concedendo; nihilominus reditus putabatur bona ex parte ex eleemosynis, ratione indulgentiarum datis, provenire; alioqui nullam animarum curam habebat, et libere Societas sua ibi exercere ministeria poterat. Confratres autem jus dominii directi retinebant, et ibidem suas orationes dicendi. Aegre autem ferebat Dux quod nostri cunctarentur in hac secunda ecclesia cum suo situ admittenda; sed eam P. Ignatius, qui operariis indigebat, non nisi ad tempus admitti debere censebat, id est, ea conditione ut libere dimittere eam posset. Cum autem intellexisset Dux propter penuriam operariorum recusare P. Ignatium admissionem collegioli, quod in oppido Argentae ipse institui cupiebat, quod in varia loca nostri mittendi id temporis essent, voluit ut potius necessitati illius populi Argentae consuleretur; et ita non succeperunt onus nostri ecclesiae Sti. Spiritus.

119. Quod attinet ad fundatorem Collegii Ferrariensis, sic res se habet. P. Ignatio videbatur coram Deo fundatrix esse hujus collegii Domina Maria del Giessi, cujus expensis et domus et ecclesia propria Collegio empta fuerat (nam et ecclesia ipsa empta fuit), et ita P. Ignatius pro ea, ut fundatrice, Missas celebrari jussit [1], nam, praeter domum, sua etiam

le (1376), essendo Sommo Pontefice Gregorio XI e Marchese di Ferrara Nicolo II detto il Zoppo. Ma non si essendo poi effettuato nei detti Monaci la sopra nominata concessione, e devoluta la detta Chiesa allo Spedale, ella nuovamente venne conceduta da Antonio Verini Priore d' esso ad un tal Sacerdote secolare nominato Giovan' Antonio de Nobili, con un' annua recognizione di cera al detto Spedale, come dall' istromento sopra cio stipulato si vede, rogato per Benedetto di Nurscia a 27 d' Aprile (1502), la quale poi (assentandovi il detto Nobile) venne data alla Confraternità dello Spirito santo da Trotto de' Trotti Canonico della Cathedrale, e primo Priore Comendatario di S. Leonardo, con la ricognizione alla detta Comenda, che si contiene nell' istromento rogato Giovanmaria Aldigieri a 12 di Febraio (1525), dove poi stabilita vi si dilatò con honoratissimi progressi, che indussero poi la Confraternità di Santo Spirito di Marara ad unirsi seco, e pagarle una annua recognizione di un soldo per uno, e vi edificò nel Pontificato di Clemente VII una nuova Chiesa sotto il titolo dello Spirito Santo nel medesimo luogo.„ GUARINI, l. c., pag. 192.

[1] Vide Polanci, *ex com.*, litteras ad P. Joannem Pelletarium, 28 Julii 1554.

bona Societati donaverat, quamvis eorum usufructu sibi ad vitam reservato; candelam tamen ipsi dandam non esse eo tempore censebat, partim quod ipsa, ut spiritualis Dei ancilla, non magnopere id curatura videretur, tum ne Dux Ferrariae vel parum aequo animo id ferret, vel certe refrigesceret, qui tamen fieri poterat ut fundationem ejus collegii perpetuam faceret, et tunc ipsi candelam in recognitionem esse referendam et Missam etiam dicendam; in omnem tamen eventum spiritualia suffragia D. Mariae esse impendenda, et in libro Societatis ipsam fundatricem esse recognoscendam; quod si Dux ipse fundationis ejus curam nollet suscipere, tunc etiam candelae recognitionem ipsi D.ae Mariae del Giesse deferendam esse.

120. Suggessit etiam, cum opera Societatis pluribus in locis uti vellet Dux, curandum videri ut augeretur numerus collegialium ferrariensium, ut 25 aut 30 sustentari possent; an autem oppportune id posset cum Duce tunc tractari necne, discretioni P. Pelletarii relinquebatur.

121. Admonuerat idem P. Ignatium, quod diebus veneris jejunium in Collegio nostro Ferrariensi observabatur, et litaniae ante coenam dicebantur; responsum autem est ei non videri ritum novum hujusmodi jejunium [1], dummodo unicuique collegialium liberum esset vel jejunare vel non jejunare; publice autem litanias dici et in communi, quia nova consuetudo erat, ne id fieret in posterum P. Ignatius scripsit; ex causa enim aliqua et non ex consuetudine vel ritu dicendae videbantur [2].

122. Ferrariae Ducissa infecta fermento haereseos multis annis fuerat, et ejus domus velut asylum quoddam haereticorum habebatur; et quamvis Paulus Papa III, et Julius, qui hoc tempore Summus Pontifex erat, et multi Cardinales ejus morbo remedium adhibere conati fuerant, et ipse Dux Hercules, princeps vere catholicus, aegre admodum id ferret, nihil tamen ad hunc usque annum effectum fuerat; cum enim sanguine conjuncta esset Regi Galliae (nimirum Regis Ludovici filia), sine

---

[1] Declarat hoc ad oram paginae Sacchini scribens: *Cum jejunaretur die veneris, respondit Ignatius non id prohibendum modo esset liberum jejunare vel non.*

[2] Praevaluit tamen usus hic temporis decursu et in Societatis mores inductus fuit et Congregationum Generalium auctoritate firmatus.

Regis illius consensu nihil asperius contra eam tentandum esse Dux sentiebat [1].

123. Die autem Dominica Palmarum [2], accersivit Dux P. Joannem Pelletarium et diu cum eodem de hoc uxoris suae negotio contulit; et demum imposuit ei ut ad duas ipsius filias, quae apud Ducissam erant [3], accederet postridie, et earum audiret confessiones; quod fecit P. Pelletarius cum magna ipsarum consolatione et fructu. Significarunt autem illae Duci, patri suo, quantopere eis P. Pelletarius placuisset ac satisfecisset diuturnis eorum desideriis.

124. Rediens autem ad Ducem P. Pelletarius, aliqua Duci suggesit, quae opportuna videbantur, tum ut domui Ducissae, tum etiam civitati consuleret, inter quae primum hoc fuit, ut suspectos haeresis ex illo palatio, urbe ac dominio suo expelleret [4]; et quatuor praecipue, qui omnium corruptissimi in negotio fidei esse videbantur, scilicet concionator Ducissae, eleemosynarius, et quidam filiarum magister, et quartus, senex quidam inveteratus dierum malorum [5]; deinde ut in illo palatio

---

1 Vide Ducis Ferrariae litteras ad Galliae Regem datas die 27 Martii hujus anni 1554, in *Archivio storico italiano,* prima serie, t. XII, pag. 417.—"L' original de cette lettre plusieurs fois reproduite..., se trouve à la Bibliothèque nationale, fonds français 3126, fol. 56 à 60, ancien fonds Béthune 8645.„ RODOCANACHI, l. c., cap. X, pag. 232, annot. 1.

2 Fuit hoc anno die 18 Martii.

3 Lucretia et Eleonora, Anna enim jam ante decem annos nupserat Francisco Duci de Guise, et aetate grandior multo erat iis, quas ipse Dux Ferrariae describit, dum ait: "nè mi parendo conveniente lassar che due mie figliole già grandi, una nelli XVIII l' altra nelli XVI anni, s' alevassero in questa falsa religione...„ *Litteris ad Regem Galliae datis,* ut supra, n. 122, annot. 1.—Ubi hoc quoque notandum est, sc., aut male legisse MOLINI *XVIII,* aut male scriptum a CHIUSOLE, l. c., Lucretiam natam *anno 1534,* et a RODOCANACHI anno 1535.

4 Videtur hoc decretum ab illo distinguendum, de quo supra, n. 107. Illud enim latum est 18 Martii; hoc a Patre Pelletario sequenti die, *il dì appresso* (BARTOLI, l. infra c., pag. 134), *redeunte* post Dominicam Palmarum 18 Martii (POLANCUS, hic), Duci suggestum est.

5 Nullibi horum expressa nomina reperimus; sed haud dubitari potest quosdam eorum esse, quos in sequenti domesticorum Ducissae catalogo exhibet RODOCANACHI: "Voici quel était vers cette époque (1552) le *Rôle des gentilshommes, dames, demoiselles et officiers ordinaires de la maison de madame Renée de France, duchesse de Ferrare et de Chartres* (Fonds français, 3.002, fol. 52, ancien fonds Béthune 8.527, orig.)

CHAPELLE

Maitre Hieronyme de Sienne.....	aumônier.
Jehan de Buluc.....	clerc de chapelle.
Frére Etienne.....	confesseur et prêcheur.
Jehan de Milleville.....	(que monseigneur le duc amena de France) chanteur en sa chapelle.

quotidie Missae sacrificium celebrari, et officium B. Virginis et rosarium induci juberet; praeterea ut mulieres quasdam in fide perversas separari ab ea domo juberet, et ne concionari quemquam ibidem, nisi cum ipsi videretur, permitteret; et quia Ducissa procul ab ipso Duce in distincto palatio habitabat [1], et ita liberior erat ad res hujusmodi quam oporteret, eam propius ad se accedere juberet, ut tam ipsa quam tota domus melius in officio contineretur; et quia, habito consensu a Rege Galliae, ostium apertum videbatur Duci, ut serio domum illam purgaret, hortatus est eum P. Pelletarius ut strenue officio Principis et mariti fungeretur in his, ad quae in conscientia teneri ei significaverat [2].

125. Probavit Dux omnia, quae suggesserat, quamvis deducere Ducissam a suo palatio difficile videretur, quod aliud ipsi conveniens prope Ducis palatium non esset. Statim ergo coepit exequi Dux quae P. Pelletarius suggesserat, et quatuor illi viri, haereticorum capita, expulsi fuerunt. Missae etiam sacrificium in palatio Ducissae quotidie dici coeptum est. Die autem Jovis Sti. misit eumdem P. Pelletarium ut Missam ipse diceret, et communionem filiabus impartiretur, et apud easdem con-

---

DOCTEURS, MÉDECINS, APOTHICAIRES

Antoine (Basavola).....	médecin.
Thomas de Lucques.....	apothicaire.
Francesco Porto, grec.....	docteur et lecteur.

DAMES, DEMOISELLES ET AUTRES

Renée de Thunes.....	dames de la chambre.
Hippolyte de' Putti.....	
Gabrielle Rousseau.....	
Margarite Théronneau.....	
Agnèse Naine, etc.....	

RODOCANACHI, l. c. cap. x, pag. 235, annot. 2. Vide etiam Polanci, *ex com.*, litteras ad P. Laynez, 5 Aprilis datas.

[1] In Castello Consandolo, haud longe Ferraria distante.

[2] Habes hic septem puncta *(spedienti)*, quorum meminit Bartoli, dum ait: "Questi (Dux) adunque, la Domenica delle Palme, la quale l'anno 1554, di cui è il fatto presente, cadde nel diciotto di Marzo, chiamatosi il Pelletario, e tenutolo tutto solo per più d' un' ora a stretto ragionamento sopra il come venir felicemente a capo di quell' affare, se l' ebbe il dì appresso davanti con un diviso di sette prudentissimi spedienti in un foglio, e presentoglieli a considerare. Il primo, e al quale in prima si dovea dar compimento, era, ricacciare..." *Dell' Istoria della Compagnia di Gesù, L' Italia*, parte prima, lib. 3, cap. II, pag. 134, edit. Taurin. 1825.

cionem haberet; et quia monasterium, quod dicebatur Corporis Christi [1], prope palatium Ducissae erat, et inter centum et octoginta religiosas soror ipsius Ducis ibi erat [2], et optare ipsi significaverat ut haec in suo monasterio et templo fierent, eo venerunt filiae Ducis, et tam ipse quam earum nobiles virgines postquam confessae fuerunt, audito sacro coram omnibus religiosis, sanctissimum Eucharistiae sacramentum de manibus P. Pelletarii acceperunt, et concionem simul cum aliis matronis nobilibus audierunt. Quia tamen ea omnia dicere non vacabat, quae spiritus Domini suggerebat, admonuit quod a prandio rediturus esset, quo etiam Dux ipse venire voluit; sed, repentino quodam negotio impeditus cum fuisset, Dominum Alexandrum Fiaschum misit. Duas ergo integras horas P. Pelletarius de Sanctissimo Sacramento concionatus est, et de illo sanctissimo mysterio, quae ad rem facere videbantur, habita auditorii ratione, diligenter est prosecutus. Hac concione, ut angeli laetabantur, ita hostis humani generis valde vexabatur, et in ipso medio concionis cursu foeminam quamdam nobilem, sed inveteratam in variis opinionibus haereticorum, in furorem et exanimationem convertit, quae suis clamoribus auditores coepit perturbare. At P. Pelletarius, patefactis dolis antiqui serpentis, jubet eos quiescere et bene sperare de aegrotante illa foemina, et bono animo, ut coeperat, causam veritatis peroravit.

126. Coepit autem res haec magna laetitia civitatem illam

---

[1] "Una tal Bernardina, figliuola di Gregorio Sedazzari, cittadino e mercante Ferrarese, e di Lucia, nobile Viniziana, sua moglie... diede principio da' fondamenti ad una chiesa e Monastero nella parte inferiore della Città, in luogo detto il Praissolo entro al presente quartiero di S. Romano, acquistato a questo effetto da Giacopo dalle Calze (come nell' istromento dell' acquisto si vede rogato per Nascimben Delaito a' tre di Decembre 1406) sotto il titolo del Corpo di Cristo e della Visitatione della Beata Vergine... La detta Chiesa venne consecrata a 13 di Maggio. Ma quando, e da chi non apparisce. S' ampliò poi grandemente il detto Monastero con l' occasione di alcune della Famiglia Estense, che in esso si monacarono, che furono Leonora figliuola del Duca Alfonso Primo, e Lucrezia d' Hercole Secondo, essendo il Monastero per la sua bontà, et esempio dalli sudetti Principi molto amato, e benefficiato, donandogli il Duca Hercole Primo, a questo effetto le case già confiscate a Giovanni Romei poste nella contrata di Santo Francesco dirimpetto al Palaggio già del Cardinale Hippolito Estense, hora posseduto da Galeazzo Gualengui Marchese di Busana, che havevano per confine da una parte il sopra nominato Praissolo, e dall' altra per di dietro la via detta il Pergolato, sicuro rifugio, e campofranco un tempo a' quistionanti, la quale franchigia venne poi affatto abolita dal Duca Hercole Secondo, e per levarla convenne chiuder di mura per un tempo i capi della detta strada. Trovansi nella chiesa delle dette Monache posta in clausura alcuni de' Principi Estensi sepelliti, ed altri della detta Famiglia con alcune delle mogli loro." GUARINI, l. c. pag. 283-285.

[2] Eleonora.

afficere, et injunxit Dux P. Pelletario ut crebro ad palatium Ducissae accederet, et aliquando sacrum ibi celebraret; et bis Ducissam allocutus est. Injunxerat quidem Dux ut, si oporteret disputare, nulla dignitatis ipsius Ducissae habita ratione, eam alloqueretur; sed amanter ipse et placide id fecit, et intellexit Ducissam expertem quidem esse doctrinae; sed tantum in vernacula lingua retinere quaedam loca D. Pauli male intellecta, ut haeretici solent, et quaedam dicteria, quibus instructa, etiam P. Pelletario praedicare velle videbatur [1]; cum tamen aberrabat a veritate, interrumpebat ejus verba et commonebat eam P. Pelletarius, placide tamen; et tunc eam dimisit, et Domini Ludovici, Episcopi designati, confessionem, antequam inde recederet, audivit.

127. Rediit deinde et ad duas fere horas noctis [2] cum Ducissa transegit, et ex Scripturis, quod non difficile erat, ipsam saepius convicit quod non tantum Deo obedientiam deberemus, sed etiam hominibus; et quidem Summo Pontifici sub poena damnationis aeternae; et quod conciliis generalibus legitime celebratis perinde atque Scripturis in dogmatibus fidei credere tenebamur. Non permisit [3] ut filias ipsius in cubiculo alloqueretur, prout Dux cupiebat, sed in sua praesentia. Id tamen aliquando faciebat, ex Missa dicenda sumpta occasione. Incipiebant itaque res ejus palatii melius habere, et Dux, stimulante conscientia, acrius in dies ad hoc negotium reductionis Ducissae incumbebat. Filiae autem ejus B. Virginis preces horarias et rosaria a Duce postularunt; mater tamen earum sic eo tempore

---

[1] Videant hodierni veteresque Renatae panegyristae quomodo cum laudibus, quas de Renatae doctrina pleno effundunt ore, haec Polanci et Pelletarii dicta conveniant. Nos quidem experimur quotidie, cum quis catholicae veritati adversatur, licet id explosis jam saepius erroribus mendaciisque praestet, ejus extolli doctrinam, dotes, virtutem, etc.; qui vero catholicam tuetur veritatem, ejus doctrinam integritatemque in dubium verti, despici, ignorari. — CAESARE CANTÙ Renatae, ut alii, laudat ingenium cultissimum, *il coltissimo ingegno;* sed addit: *Per verità, le lodi agli ultimi Estensi di Ferrara furono in parte postumamente prodigate per raffaccio al succeduto dominio papale.* Et infra, postquam dixit Renatam fuisse *Dotta di storia, di lingue, di matematica, di teologia, e sapendo discorrere senza annojare; aveva imparato astrologia dal napoletano Luca Guarino; parlava così bene italiano come francese; di corpo infelice, pure maestoso, di spirito sottile e dilicato,* addit, annot. 5.ª: *Queste lodi deduciamo dal guascone Brantôme, poi dal Varillas, che di quello essagera le iperbole, come un gazzettiere moderno.* L. c., pag. 89 et 101. Brantôme! Quem non pudeat ab eo similibusque diligi, laudari!

[2] ad duas fere horas post solis occasum, *a due ore di notte,* more italico horas computandi.

[3] Ducissa.

affecta erat, ut Legato Regis Galliae, qui tunc erat Episcopus Lodeve [1], numquam majorem se vidisse idololatram quam P. Pelletarium, qui praepostere Scripturas sacras intelligeret; et quamvis quotidie Missae sacrificium ejus filiae audirent, abdebat ipsa se in quoddam cubiculum, ubi ne vocem quidem sacerdotis audire posset, et conquerebatur filias nolle ipsi acquiescere nec obedire, et ne verbum quidem bonum a sua matre illae audire poterant.

128. Interim dum haec gerebantur, Ferrariam pervenit Doctor Theologiae, et haereticae pravitatis Inquisitor, cognomine Ori [2], Ordinis Sancti Dominici religiosus et poenitentiarius Sti. Petri, quem Rex Galliae Ferrariam miserat ut suo nomine Ducissam alloqueretur, et ab erroribus contra fidem eam revocare conaretur; vir magnae auctoritatis et eruditionis, quem P. Pelletarius de rerum statu admonuit. Ille autem, Regis litteras Ducissae offerens, saepius cum ea loquutus est, et ab eadem rogatus concionem habuit apud illam, et bene sperare de ejus reductione coepit. Promiserat autem ei Ducissa se Missae sacrificium audituram die quadam dominica sub initium Augusti; id tamen non praestitit. Confecit autem Doctor Ori tractatum quemdam de Sanctissimo Sacramento, quem in vernaculam linguam verti curavit, et rogavit P. Pelletarium ut verbo legeret et explicaret Ducissae; quaedam enim scholastico modo ibi dicta explicatione indigebant.

129. Rogarunt interim duae filiae Ducis, per fratrem suum D. Ludovicum, P. Pelletarium ut earum confessionem in festo Assumptionis B. Mariae audiret; sed, antequam id faceret, viros quosdam suspectos de haeresi ac mulieres, sicut exploratores cognitos, ex palatio ut expellerentur curatum est. Audivit non tantum sororum [sed] et ipsius D. Ludovici confessionem et omnium virginum; et Dominus Doctor Ori communionem omnibus in monasterio Corporis Christi ministravit, ac deinde ipsi-

---

[1] Lutevensis seu Leuteviensis Episcopus erat id temporis Dominicus du Gabre. De eo sic Ferrariae Dux Galliae Regi, l. c.,: *monsignor il vescovo di Lodeva, il qual io tengo qui ed osservo come ambasciator di Vostra Maestà.*

[2] Doctor Matthaeus Ori, seu, ut alii scribunt, Ory vel Oriz.—"I papi continuarono a tenere l' occhio sospettoso su quel semenzajo d'eresia, e Giulio III si prefisse d' estirparla coll' ajuto d' Enrico II di Francia, nipote della Renata. Questi vi mandò il dottore Oriz, suo penitenziere e inquisitore in Francia: e le Laboureur, nelle aggiunte al Castelnau, ci ha conservate le instruzioni dategli.„ CANTÙ, l. c., pag. 91.

met Duci, quod ad aedificationem non exiguam urbis cessit. Dedit autem illis virginibus christianae doctrinae libellos P. Pelletarius, et filiae Ducis, devote eos accipientes, summis desideriis optabant ut crebro eas inviseret, cum quotidie illis certandum esset cum matre; et cum id Dux intelligeret, magis in dies animabatur ad haec zizania ex tota urbe extirpanda; et pergratum fuit illi cum intellexisset P. Ignatium jam inde ab eo tempore quo Collegium Ferrariam mittebat, arctissime commendasse etiam in scriptis [1] P. Pelletario ut domum Ducissae serio adjuvaret.

130. Quod prius difficile censebat, ut, scilicet, ad se Ducissam evocaret, tunc tandem effecit, occasione proditionis cujusdam, quam haeretici moliebantur, qui comitem quemdam aut marchionem Geneva miserant, qui, habitu incognito, apud Ducissam fuerat, et usque ad sex horas noctis in suis zizaniis seminandis perstiterat et Ducissae perseverantiam in carnis esu persuaserat [2]; quod cum Dux intellexisset, eam ad Castellum

[1] Vide supra, t. II, pag. 187, annot. 1.

[2] Sermo hic esse videtur de Francisco Morel, quem Geneva Calvinus misit Ferrariam sub initium Augusti. "Cette defaillance (Ducissae) dura peu; un nouveau personnage venait d'arriver à Ferrare, dont l'influence sur les événements qui allaient se dérouler devait être décisive, le ministre français Morel, seigneur de Colonges.

"Calvin, prévoyant que la duchesse serait en butte aux plus rudes attaques et mal sûr de sa fermeté, lui avait adressé comme guide, l'un des hommes en qui il avait le plus de confiance et qui lui semblait le plus habile dialecticien parmi ses disciples. Dans la lettre par laquelle il l'accréditait auprès d'elle, Calvin disait: Madame, l'inquiétude d'esprit où j'ai été depuis que votre ancien serviteur (Jamet) passa par ici, m'a fait en la fin changer de conseil; combien que de prime face j'avais pensé pour le mieux de suspendre le voyage de l'homme duquel je vous avais écrit, il m'a semblé que, pour le moins, il ne pourrait faillir de vous offrir son service en tel besoin car, si nous laissons passer l'occasion de vous secourir, il y aurait danger d'y venir trop tard. J'ai choisi le présent porteur, Francois de Morel, M. de Colonges, comme l' homme qui sera le plus propre, à mon avis, en toutes sortes et pour la doctrine que pour l'état d'aumônier. Pour ce qu'il est gentilhomme d'honnête maison, il en sera d'autant plus mettable envers ceux qui ne cherchent qu'à reculer les bons.

.....

„Morel avait quitté Genève vers le 5 août, il dut arriver à Ferrare dix à quinze jours plus tard. Renée le vit en secret plusieurs fois.„ Rodocanachi, l. c., cap. xi, pag. 243 et 244.

En etiam quae habet Bartoli, ad melius hunc a Calvino missum designandum opportuna: "Così consigliato e secondo malizia appostosi troppo al vero, le inviò (Calvino) per le poste un certo già cavaliere cattolico (altri il chiamano Conte, altri Marchese), ma che che una volta si fosse, era al presente un ribaldo apostata, e in quella egualissima comunanza de' Genevrini, reduttosi, a non so qual mestiere meccanico, bottegajo: ma per possanza di lingua nel discorrere della Secta, riuscito una delle lance incantate, le quali Calvino era uso d'adoperare, spignendole qua e là ad abbattere, se n' avea, Cattolici di gran nome, che mal fermi si tenessero in sella.„ *Dell' istoria della Compagnia di Gesù, L' Italia, prima parte,* lib. 3, cap. 11, pag. 135, edit. Taurin., 1825.

—Circa carnium diebus vetitis esum, de quo affirmat Polancus quod comes hic seu

adduci jussit [1], ubi suum ipse palatium habebat, et libros, quos habebat Ducissa, ex ejus palatio abstulit [2], qui fere centum erant, haereseos fermento pleni. Abstulit etiam filias ab ejus societate et in monasterio Corporis Christi collocavit; abstulit etiam omnes virgines ipsius familiae, et famulos, qui pedites comitari eam solebant; abstulit vasa argentea; ac demum libertatem et commoditatem, qua non bene utebatur; et dicebat ei: sub viri potestate eris. Visitabat eam interim Dr. Ori; sed cum

---

marchio, Geneva missus. Ducissae *perseverantiam* in eo persuaserat, haec habet dictus RODOCANACHI: «Les jésuites adressaient à Rome des rapports alarmants; Renée ne fréquentait pas les églises, ne se confessait jamais, mangeait gras en carême.» Et in annotatione ad calcem paginae huic loco respondente: «Ceci n'est pas exact; Renée ne faisait paraître à sa table les vendredis et jours de vigile que des poissons (cancres, écrevisses, carpes, dorades), des œufs, etc., pas de viande. Il en fut de même durant tout son séjour en Ferrare; elle ne changea de conduite que longtemps après son retour en France (d'après ses livres de dépenses ménagères)», l. c., cap. IX, pag. 212

Haud inane quidem est argumentum ex his expensarum libris desumptum. Verum quis credat tam effrontem tamque imprudentem fuisse P. Pelletarium ut in re, quae latere alios non poterat, mentiretur, dum haec Romam scribebat? Nonne possibile est Ducissam suorum domesticorum scandalum, quod est in edendo diebus vetitis carnem, non vitasse; vitasse tamen illud quod est in emendo et ad alios permeat praeter domesticos? Ceterum haud implicitam fidem hic auctor meretur, qui, ut haeresi faveat, nihil recti verique videt in catholicis, falsi nihil et mali in haereticis, et mire in quibusdam errat, ut videre erit infra, sub n. 138.

[1] "adoperò quell' un de' sette consigli del Pelletario..., e fu, così com' era di presso alla mezza notte de' sette di Settembre di questo medesimo anno 1554, mandarsi condur la Duchesa al suo medesimo Castello in Ferrara.» *(Filippo Rodi, Annal. di Ferrara.)* BARTOLI, l. c., pag. 136.—Haec sic adornat RODOCANACHI: «Le lendemain 7 Septembre, avant l'aube, un carrosse vint prendre la duchesse au palais de San Francisco où on l'avait logée, et elle fut conduite sous bonne escorte, par l'évêque Rossetti qui avait prononcé sa sentence, et le chevalier Ruggieri, l'ancien ambassadeur du duc à Rome, au vieux château qui, depuis nombre d'années, servait de prison, plutôt que d'habitation. Un lugubre souvenir planait sur ce palais; c'est dans une de ses cours que, quelques cent ans auparavant, un ancêtre d'Hercule, le marquis Nicolas III, avait fait décapiter sa femme, la belle Parisina, une Phèdre italienne dont Byron a chanté l'infortune.

„Renée avais jadis habité cette demeure où elle revenait prisonnière; c'était au temps où, nouvelle épousée, elle arivait joyeuse dans sa future capitale, au bruit des bombardes, au milieu des réjouissances.

„Une passerelle couverte reliait la résidence du duc au vieux château, de telle façon qu'il pouvait être tenu au courant, instant par instant, des dispositions de sa femme.

„Des gardes furent placés à sa porte; on ne lui laissa que deux servantes á la dévotion d'Hercule.„ Et ita porro, l c., pag. 249.

[2] De iis ita RODOCANACHI: "On livra aux flammes sa bibliothèque dans lequelle avaient été trouvés une centaine d'ouvrages défendus, manuscrits ou imprimés.„ Et in annot. 2.ª ad calcem paginae: "Ce détail se trouve dans BARTOLI„, l. c., pag. 248.—ON LIVRA AUX FLAMMES SA BIBLIOTHÈQUE. Horrescite, populi, et de altero isto Omaro vindictam sumite! Sed BARTOLI nihil amplius asserit quam POLANCUS: "TORLE (ab ea auferre; *abstulit* ait POLANCUS), più d' un centinajo di libri, suoi maestri nell' eresia, peggior de' vivi, e parlanti.„ l. c., pag. 136.—Vide infra, n. 148, ubi tamen non asseritur combustos libros fuisse eos, qui ex Ducissae domo ablati sunt, multoque minus ejus BIBLIOTHECAM.

videret suos conatus irritos esse propter Ducissae pertinaciam, decrevit ei valedicere et in Galliam redire, significando quod acerbe dolebat quod nihil boni Regi Galliae deferre posset, quod ipsi consolationem afferret.

131. Sed ecce eadem nocte Ducissa praefectum suae domus, vocat; petit an Dr. Ori jam discessisset, et voluit ut ad ipsius domum statim iret, et suo nomine rogaret ut postridie ad Missam coram ipsa celebrandam veniret. Venit, et eum celebrantem tunc primum Ducissa audivit [1]; promisit etiam in primo aliquo festo se ad sacramenta confessionis et communionis accessuram. Hoc jam fere sub medium Septembris accidit [2]. Eodem die Dux virgines, quae ei inserviebant, restituit, non tamen filias (quas in monasterio P. Pelletarius crebro invisebat), et significavit ei gratum sibi fuisse quod fecerat ac promiserat, et quod in posterum, prout illa se gereret, ita et ipse facturus erat. Cum autem confiteri se velle diceret Ducissa, confessarium postulavit, qui tamen non esset ex sacerdotibus reformatis (sic nostros nonnulli vocabant), et nominatim P. Pelletarium excludere volebat. Cum autem Dux hoc intellexisset, statim subodoratus est veram conversionem hanc non esse; et cum Ducissam adiret, deprehendit eam sic se habere sicut prius; et, quamvis Missam audiret, quod ei non crederet, nisi ut haeretici solent; et intellexit quod bonum Doctorem Ori deceperat, qui Ferraria recesserat, sibi persuadens quod Ducissa ad viam salutis reducta esset.

132. Haec retulit Dux P. Pelletario satis afflictus et admirabundus; et cum Pelletarius ab eo peteret, num expedire judicaret ut Ducissam ipse inviseret: te, inquit, maximo odio prosequitur, ut sui laboris auctorem; et ita expectandum aliquandiu censuit. Hortatus est eum P. Pelletarius ut in conjuge restringenda perseveraret, nec ad eam suspectum aliquem hominem ingredi, nec libros aut litteras habere, sine ipsius consensu

---

[1] "Francesco Balbi, l'envoyé florentin, ecrivait à Cosme de Médicis, le 2 septembre, en ces termes: "Comme je l'ai mandé à Votre Excellence il y a plusieurs semaines, le roi a envoyé ici son inquisiteur, qui est père de Saint Dominique, pour persuader à cette très excellente dame de méner une autre vie: Finalment, après beaucoup de disputes, Son Excellence a entendu la messe ce matin, chose qu' elle n'avait pas faite depuis douze ans *(Archivio Mediceo;* Fontana, t. II, pag. 372)." Rodocanachi, l. c., cap. x, pag. 243.

[2] 2.ª septembris, ait Balbi (Vide annot. praecedentem); nisi forte error irrepsit in 2 pro 12.

permitteret, ut vexatio daret intellectum. Respondit Dux se hoc negotium non inchoasse ut imperfectum relinqueret.

133. Sed vigesima quarta [1] Septembris tandem, post peccatorum confessionem, sacramentum Eucharistiae Ducissa sumpsit; quod sic effectum est. Dux, a quo confessarium illa petebat, cum aliquandiu cogitasset, respondit alium se confessarium quam P. Pelletarium non daturum, et per Dominum Alexandrum ei significavit non videre eo tempore, cui confidere posset, nisi eidem. Sed, dum cunctatur Alexander aliquantulum, ipsa Ducissa sine cujusquam persuasione, quae quidem sciretur, postulavit a Duce ut P. Pelletarium statim ad se mitteret; qui cum ad eam accederet, laeto vultu eum excepit, et conquesta est quod tamdiu abstinuisset ab ejus colloquio, nam fere duos menses post ultimum illum congressum abstinuerat: te, inquit illa, in confessarium elegi. Ille autem prius examinandam et instruendam de fidei rebus censebat, ne se periculo exponeret.

134. Dixit ergo ei aperte quod paratus erat ex toto animi affectu ad eam cum divina gratia adjuvandam; nihilominus antequam cum illa ageret locum Dei tenens, aliquid se velle loqui ut homo, ut intelligeret in quibus erroribus circa fidem esset versata; et cum ipsam in doctrina catholicae fidei instruxisset, tum demum ad sacramentum poenitentiae se accessurum. Coepit ergo de haereticorum hujus saeculi erroribus, quos illo ipso die collegerat, ab ecclesia inchoando, eo ordine, quem Echius [2] contra Lutherum sequitur. Nec sine causa haec praemittenda censuit confessioni; nam et Duci satisfaciendum fuit, qui intelligere voluit, quem modum cum uxore tenere in hoc negotio vellet. Hoc tamen examine incipiebat Ducissa animari, et conspicue videri poterat quod Deus eam juvabat; nec enim illa negabat, quae P. Pelletario aliunde vera esse constabant; itaque

---

[1] Vigesima tertia, RODOCANACHI, l. c., cap. XI, pag. 253, et DRUFFEL. *Herzog Herkules von Ferrara und seine Beziehungen zu dem Kurfürsten Moritz von Sachsen, und zu den Jesuiten*, pag. 44. Sed Pelletarius ipse *vigesima quarta*, litteris eodem die ad Ignatium datis, quas habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 525.—Non advertit RODOCANACHI, dum haec scripsit: "Le vendredi 21 septembre, elle manifesta l'intention d'assister au service divin, de se confesser. Le dimanche matin, le Père Pelletario eut la joie de lui donner *le pain de anges*,„ nec 21.am illius anni 1554 fuisse *vendredi*, nec proinde 23.am *dimanche*.

[2] Joannes Maier von Eck. Hujus opus, de quo hic mentio fit, haud dubie est *Enchiridion locorum communium adversus Lutheranos*.

sperare coepit quod gratiam illi daret divina bonitas pure et non simulate confessionis instituendae. Serio autem eam praemonuit, quia Deum fallere minime poterat, cujus oculis omnia sunt aperta.

135. Illa ergo ad confessionem accedens, junctis manibus et, more catholico, benedictionem petens, tres fere horas in confessione multis cum lachrymis exegit, et, antequam absolutionem obtineret, Deo promisit se velle vivere et mori in sancta fide catholica, romana, et nunquam commercium ullum se habituram cum hominibus suspectis, nec lecturam libros, eorum, et alia hujusmodi, quae abjurationi aequivalent [1]; et addidit se credituram quidquid eam P. Pelletarius circa dogmata fidei doceret; et sic absoluta est a sententia excommunicationis, ac deinde a peccatis; quam tamen absolutionem ut per litteras peteret a Summo Pontifice, ad majorem ipsius humilitatem, P. Pelletarius eam hortatus est. Voluit etiam veniam petere a Duce, suo marito; sed ante communionem non potuit, quia medicinam quamdam ille sumpserat, et ideo non est eo die egressus; sed deinde eam adivit, et optime dispositam invenit, et aperte suos errores et quod decepta fuerat marito cum magna ipsius laetitia confessa est; et tota curia ejus admirabili gaudio affecta est, et ad Regem Galliae per equos dispositos missus est qui laetum hoc nuncium ad eum perferret.

136. Auxit ferrariensium laetitiam quod eodem fere tempore princeps primogenitus Ducis, qui sine patris facultate in Galliam se receperat, Ferrariam rediens, a patre exceptus est [2].

137. Visitabat autem P. Pelletarius Ducissam et suum illi rosarium dedit et libellum Joannis Gersonis *de Imitatione Christi*, quem optimum sibi illa inveniebat; alios etiam libellos

---

[1] Verba iis respondentia *quae abjurationi aequivalent,* non sunt in Pelletarii litteris vel certe in earum apographo nostro, Roma Complutum hoc anno 1554 misso, quod servatur in *Historia varia*, fol. 361.

[2] "Un événement inattendue survint vers le même temps, qui compliqua singulièrement la situation politique déjà si difficile du Duc Hercule. Son fils ainé Alphonse, l'héritier présomptif du duché, *aiguillonné de sa naturelle inclination, mais aussi du désir de voir, et acquérir honneur par les armes,* s'enfuit pour aller se mettre au service de la France (28 mai 1552)... en fin en août 1554, Alphonse, à bout de ressources, se vit obligé de revenir, *sans aucune condition, en bon fils et obéissant serviteur...* Alphonse rentra dans sa patrie le 25 septembre 1554, après deux années et demie d'absence." Rodocanachi, l. c., cap. x.

et filiae et familiares ab eo acceperunt. Alio etiam die preces horarias B. Virginis Ducissae obtulit, et cum in eo libello imagines B. Virginis essent, unam earum exosculatus est, et illi osculandam tradidit, quod et fecit illa contra haereticorum impia praescripta; quem Domina Maria del Giese pulchre compingendum curaverat [1]. Audivit autem confessiones totius fere familiae, quae eum diligebat et ne Ducissam desereret hortabatur. Cum autem in audienda Missa, quae in aula dicebatur, adesset Ducissa, et ex cubiculo suo pro more eam audiret, sed ad alterum latus portae magis inclinaret, quamvis simplici animo et ob recollectionem majorem id facere crederetur, hortatus est tamen eam P. Pelletarius ut in medio illius portae suum scabellum constitueret, ut clarius Missam et videret et audiret, quod et illa praestitit; quia tamen videbat ejus virgines genibus quidem flexis Missam audire, sed nihil dicere vel facere in signum devotionis et humiliationis, etiam tempore elevationis Corporis Domini, retulit illud Ducissae P. Pelletarius, qui et ipse Missae intererat, et eam hortatus est ut familiam illam institueret in modo ac ratione quam in Missa audienda tenere deberent. Recepit illa se id facturam, et tamen hac occasione P. Pelletarius horam aliquam postulavit commodam ut familiam ipsius doceret quae ad Dei cultum necessaria erant juxta catholicae ecclesiae ritum. Fuit autem ei assignata hora; et cum intellexisset nec articulos fidei, nec confessionem generalem aut alias orationes, memoriter tenere familiam illam, suscepit munus eas edocendi; et ita symbolum Apostolorum per singulos articulos explicare coepit; nam velut in primis rudimentis fidei instruendae videbantur.

138. Cum his diebus Episcopus Rossetus [2] Romam a Duce mitteretur, commisit ei Ducissa ut suo nomine pedes Summi Pontificis oscularetur, et aliqua ipsi diceret, quia litterae scribendae ne Cardinali quidem Ferrariensi videbantur honestas ob causas. Volebat etiam Ducissa ad vestitum et alia neces-

---

[1] Eritne hic ille *Horarum liber Ferrariensis Ducissae Renatae*, qui nunc asservatur Mutinae? Vide RODOCANACHI, l. c., cap. v, pag. 109; et Cesare Cantù, qui ait (disc. XXVI, annot. 10): "Nella bibliotheca di Modena si conserva un bel codicetto di preghiere della Renata, dov' essa è rappresentata tutta vestita d' oro e con un velo pur d' oro in testa. Vedi *Mem. della Deputaz. di Storia Patria di Modena*, vol. II, 1864.„

[2] Alphonsus Rossetti, Comaclensis Episcopus, Ferrariensis Archiepiscopatus administrator.

saria ad vestitum [1] P. Pelletario dare; et cum ille non admitteret, allegabat illa dictum Pauli quod qui seminant spiritualia metere debeant temporalia [2]. Aliquando etiam eum ad prandium retinuit, benevolentiam ei non exiguam ostendendo. Aderat autem et illa interpretationi symboli, quo per aliquot dies explicato, ne aulicus videretur, a palatio illo adeundo cessavit. Postulavit etiam Ducissa a Summo Pontifice quamdam plenariam indulgentiam in gratiam puellarum ferrariensium, quod ut testimonium acceptum est quod indulgentiis fidem haberet. Et haec de Ducissa et ejus domo dicta sint [3].

139. Sacerdos quidam venetus, quadraginta quinque annos natus, in Societatem admitti postulavit, et admissus est;

---

1 Sic; rectius fortassis *ad victum*.

2 *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus?* I Cor., IX, 11.

3 Quaedam tamen de his paulo inferius, n. 142, reperies.—Atque hic locus est lectorem monendi de quadam historia, quae in plures acatholicorum libros irrepsit, quaeque nobis non satis firmo inniti fundamento videtur, sc., contra expressam Pauli III voluntatem, cui non derogaverat ejus successor, Julius III, institutum Ferrariae, hoc anno 1554, adversus Renatam ab Inquisitoribus *processum* et latam sententiam. Hujus rei nullam, ut videmus, licet ad infima quaeque narranda descendat, mentionem habet Polancus. Fatentur quidem qui hanc narrant historiam, nullibi illius *processus acta* scripta reperiri nec ullum adhuc inventum illius temporis monumentum, ex quo talis rei notitia ne conjectando quidem erui possit. Auctor tamen recentissimus, Rodocanachi, cujus verba jam saepius exhibuimus, quasi praesens propriis omnia oculis conspexisset, rem totam describit, descriptionemque suam exornat stylo romanensibus, quas vocant, historiis non indigno: "Ce fut vers le milieu de juillet, que l'envoyé des Guises (Jamet) arriva auprès de la duchesse. Il en était grand temps. Tout ceux qui avaient entrepris de la détacher du calvinisme étaient déjà réunis autour d'elle: l'inquisiteur Ory, le jésuite Jaio de retour à Ferrare, l'inquisiteur local Girolano (sic) Papino, M. de Gabre, évêque de Lodève, ambassadeur du roi de France, et le Cardinal Hippolyte, le frère d'Hercule... Ory joua le rôle d'accusateur, l'évêque de Lodève et père Pelletario, recteur du collège des jésuites, servirent d'assesseurs au président du tribunal, qui fut, à ce qu'on peut supposer, monseigneur Rossetti, représentant l'autorité diocésaine „ l. c., pag. 242 et 248. Verum quae fides auctori habenda, qui, de rebus hisce ferrariensibus scribens, bene nosse Claudium Jaium non curavit, quem ignorat supremum diem Viennae obiisse 6.ª Augusti 1552 nec potuisse proinde *être de retour à Ferrare* quo tempore Ferrariae fuit Matthaeus Ory, anno sc. 1554? Jaium adeo ignorat ut, gallice scribens, nunquam eum Le Jay appellet, sed Jaio, nonnunquam etiam Gaio (pag. 194). Is tamen audet Patris Danielis Bartoli testimonium in dubium revocare *(Bartoli, dont l'exactitude est contestable,* pag. 194, annot. 1.), qui postquam rem totam iisdem fere ac Polancus verbis enarravit et quibusdam a Polanco omissis adjunctis exornavit, communem sibi et Polancō fontem aperit, aiens: "Tuto il fin qui raccontato hallo, con parechi altre particolarità, il Pelletario stesso in alquante sue lettere *(a S. Ignazio de 13, 20 e 24 di Sett. e del 1 di Nov. 1554),* da' cui originali l' ho tratto, e da altre scritture compilate colà sotto quel medesimo tempo „ l. c., pag. 138.

Fatendum tamen est 1.° recentissimum hunc Rodocanachi alios in instaurando hoc *processu* duces et antesignanos habuisse, praecipue vero Fontanam, qui tamen, ferrariensium rerum magis peritus, Jaium e mortuis non evocat. 2.° Hunc Fontanam affirmare, l. c., pag. 373, vol. II, se *processus* hujus habere certam notitiam; unde autem hanc certam notitiam hauserit, non aperire.

nam magna laborabant sacerdotum penuria, et inde accidebat ut nimiis laboribus nostri conficerentur [1].

140. Dux Ferrariae edictum quoddam contra haereticos sui dominii promulgandum cum P. Pelletario contulit, qui suggessit aliqua Duci ut illud severius conficeretur, nimirum de prohibendo quovis commercio cum haereticis, de signis exterioribus prohibendis, quae contrarium aliquid constitutionibus ecclesiasticis prae se ferebant, quale erat diebus festis res in officinis vendi, prohibitis cibis uti, et similia, reprobatos aut prohibitos libros habere, aut imagines contra communem consuetudinem in contemptum ministrorum ecclesiae pingi; ne libri sine inquisitoris consensu imprimerentur, ubi vel minima sententia ex Scripturis contineretur; ut unusquisque denunciare teneretur si quid tale intelligeret; convinctos de haeresi sine remissione igne comburendos, bonis eorum confiscatis; quae omnia Dux admisit et ad magistratum haec scripta deferri jussit.

141. Accidit autem ut Episcopus quidam senex graviter contra Societatem nostram obloqueretur; et cum ea de re P. Pelletarius Dominum Alexandrum alloqueretur, bono animo ipsum esse jussit; satis enim illum Episcopum notum esse Duci et multis aliis; et si quis Ferraria ejiciendus esset, inter primos illum esse debere nisi dignitas Episcopalis id impediret, et nostris nullo modo nocuisse ejus obloquia significavit [2].

142. In festo omnium sanctorum secundo confessionem audivit Ducissae P. Pelletarius, et filiarum ejus, et nobilium foeminarum, et communionem omnibus post sacrum impartitus est; et convenit cum Ducissa ut quater in anno confiteretur; et multum consolationis cepit, cum ejus familiam longe aliter quam prius Missam audire videret, scilicet, magna cum devotione et attentione, et cum sanctis ceremoniis in ecclesia consuetis. Crebro etiam eis lectiones litaniarum injungebat, ut ad invocationem sanctorum assuescerent; et quamvis cum licentia medici diebus sabbati carne vesci solebat Ducissa, deinde abstinuit, et eadem ratione victus uti voluit qua Dux, qui de

---

[1] Videndae tamen de hoc litterae, quas alius a Polanco, sed *ex* Ignatii *com.*, scripsit Patri Joanni Pelletario 21 Aprilis 1554.

[2] De hoc Episcopo, ejus suppresso nomine, et de iis, quae contra P. Pelletarium moliebatur, agit Polancus binis litteris, quas, *ex com.*, dedit ipsi Pelletario 24 et 25 Nov.

ejus perseverantia et augmento spiritus multum in Domino laetabatur. Ad Natalitia etiam festa plurimas ejus familiae confessiones audivit, et tres Missas ipse in die Natalis coram Ducissa et omnibus dixit, et communionem eis omnibus impendit, ab ipsa Ducissa incipiendo, aliqua de Sacramento praefatus. Erat autem aula amplissima, in qua haec fiebant, et multi ex urbe, eo convenientes, spectatores fuerunt. Audivit etiam confessionem D. Ludovici, designati Episcopi, et aliorum nobilium, inter quos aliqui catholicae fidei restituti fuerunt, et postea etiam in templo nostro concionibus P. Pelletarii intererant. Eo demum tempore, cum Duce loquutus, magnum in eo principe zelum divini cultus invenit [1].

---

[1] Totam hanc de Renatae *conversione* narrationem paucis compressit ORLANDINI, *Hist. Soc.* lib. XIV, n. 26. Sed AUGUST VON DRUFFEL, op. supra c., pag. 44, annot. 2, ORLANDINI testimonium, saltem in iis, quae Ducissae confessionem spectant, nullius esse ponderis declarat «Auf Orlandini's überschwängliche Erzählung, Renate habe» ingenti animi sensu multoque lachrimarum imbre, plaudentibus ut in coelo angelis, sic in terra mortalibus» bei Pelletarius gebeichtet, wird man kein Gewicht legen dürfen.» Subtili deinde ironia, ut nobis videtur, insinuat Pelletarium contra conscientiam in iis se gessisse, et addit: «Orlandini is keine zuverlässige Quelle. Wir haben es lediglich mit einer grosssprecherischen Erzählung zu thun.» «Orlandino non est fidendum. Res nobis est tantum cum fastosa narratione» Tum occasione arrepta, carpit auctorem operis *Vida del grande San Francisco de Borja*, Cardinalem Cienfuegos. Et tandem universos Hagiographos jesuitas profligans, sic ex cathedra definit; «Man darf nie vergessen, das eine von Jesuiten verfasste Biographie eines Heiligen den Zweck hat der Erbauung zu dienen, und dass sich die historische Wahrheit dieser Tendenz unterordnen muss.» «Oportet nunquam oblivisci, Sancti alicujus biographiam ab auctore jesuita scriptam, finem habere ut serviat *aedificationi* et huic fini etiam historicam veritatem debere subordinari.» Subordinatio autem haec, juxta DRUFFEL, non consistit solum in celandis iis quae *aedificationi* noceant (quod quidem, nisi cum charitas aut necessitas aliud exigat, divina lege, historicum similiter ac criticum, catholicum et protestantem, judaeum et graecum obstringente, jubemur), sed etiam in libere fingendis addendisque quae aedificationi servire posse videntur; nam in adductis Orlandini et Cienfuegos verbis non id reprehendit quod veritati historicae aliquid sit detractum sed quod sit additum, ideoque Orlandini narrationem *überschwängliche, superabundantem* appellat.

Jam vero 1.° gratias maximas rependere Domino Druffel tenentur quicumque de Sanctis, quorum vitae seu historiae a jesuitis scriptae sunt, aliquid scribere aut noscere cupiunt. Eorum enim pecuniae et labori magnopere consulitur, dum monentur, ne, si verum attingere velint, pecuniam viresque frustra insumant in comparandis legendisque quae jesuitae scripsere. Sed 2.° facilis est, verum inglorius et ingenuo homine proboque *critico* vix dignus, modus se a difficultatibus extricandi, terga adversariis, aut qui adversarii putantur, vertere quasi indignis quibuscum arma conserantur. Res enim est non supercilio sed sincera veri fontiumque, quibus verum hauritur, expositione agenda.

Verum ut ad Orlandini narrationem redeamus; aliud nihil is egit nisi selectioribus verbis politioque stylo et breviori spatio eadem, quae Polancus hic enarrat, comprehendere. Polancus autem, quae scripsit, ex Pelletarii litteris et ex aliis monumentis eodem, quo res haec agebatur, tempore confectis deprompsit; quas litteras et monumenta prae oculis habuit Bartoli dum suam, Polanci narrationi omnino similem, nar-

143. Alia interim consueta ministeria confessionum et communionum in templo nostro pro more exercebantur cum magna hominum frequentia, quamvis foeminae viros numero vincerent. Coepit autem P. Pelletarius Rector de sanctissimo sacramento Eucharistiae ab ipso festo Corporis Christi usque ad vigesimam quintam Julii disserere, et tam multa tamque apposita ea de re dicere Dominus dedit, ut fama per totam urbem suavissima sparsa sit; et quidam, qui de sacrificio Missae librum scripserat, ad confirmationem eorum, quae suo libro complexus erat, consuluit P. Pelletarium, et ab eodem non poenitendum auxilium accepit.

144. Mulier quaedam, a qua diu maritus ipsius abfuerat, et de quo nesciebatur ubi esset, alii nubere volebat; sed quidam ex nostris Patribus eam ab hac sententia, cui consanguinei favebant, avertit; et cum prius ne ad Missae quidem sacrificium illa propter conscientiae stimulum ire posset, eo adducta est ut octavo quoque die ad confessionem et communionem accederet, et fere quotidie sacro interesset.

145. Quaedam mulieres, a turpi vita revocatae, in pietatis operibus et sacramentorum frequentia, optimo exemplo aliis praelucere coeperunt.

146. Quaedam mulier, gravi paupertate oppressa, se et

---

rationem exaravit. (Vide supra, pag. 79, n. 138, annot. 3.) Adeone impudens et stultus putandus est Pelletarius, impudens qui tam aperte in re tam gravi mentiretur, stultus qui non timeret ne de mendacio convinceretur eorum testimonio, qui, praeter ipsum, de re, quae omnium animos implebat, Romam eodem tempore scribebant? Nec stultitiae notam effugere posset Ignatius, quem tamen stultum haud facile dicet auctor opusculi *Ignatius von Loyola an der Römischen Curie*. Ignatius enim tam certus erat vera esse, quae a Pelletario enarrabantur, ut ejus litteras non solum in universas Societatis domos mitteret (Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 523), sed etiam ostendi curaret tum Alexio Fontana, tum Cardinali Polo et de Burgos, qui omnes in Imperatoris curia Bruxellis agebant, ubi etiam aderat Ferrariensis Ducis legatus.

Nec solum Druffel (et qui eum imitantur; imitatores enim habet tum in Germania tum extra illam) hagiographos jesuitas tanquam nullius ponderis auctoritatisque explodit; sed cum monumenta edimus, e quibus hagiographi illi suas narrationes hauserunt, nostram in edendo fidem religionemque in dubium vertit. (Vide opus supra cit. *Ignatius von Loyola*, etc., passim, et *Herkules von Ferrara*, etc., pag. 37, annot. 2.) Nos in iis edendis nihil scienter suppressimus, nihil immutavimus, quatenus per humanam nostram tenuitatem licuit perque librariorum, quos nacti sumus, typographorumque curam et solertiam. Sed quid tandem erit quo istis sublimibus *criticis* satisfiat? Nostra sinceris veri amatoribus nulloque mentem praejudicio occupatis commendabimus.

At methodus non placet. Esto. Cunctas adhibere simul, quibus utuntur passim editores, methodos, quo cunctis placeamus, non valemus. Et quid tandem methodus officit veritati?

filiam suam cuidam diviti judaeo prostituere deliberaverat; sed cum P. Pelletarius de re tam execranda agi intelligeret, exhortatione sua mulierem ab eo peccato revocavit, et opera sua id praestitit ut ejus et filiae paupertas sublevaretur.

147. Quamdam aliam ex honesta familia foeminam, quam domi suae vir quidam dives habebat, per confessionem eo adduxit ut ad monasterium Conversarum se conferret.

148. Magnam librorum prohibitorum copiam comburendam idem P. Pelletarius curavit [1].

Et haec de Ferrariensi Collegio [2].

149. Inter varios labores et occupationes epistolam ad Romanos, in templo nostro, diebus festis, P. Pelletarius explicavit [3].

DE ARGENTINENSI COLLEGIOLO

150. Sub Ferrariensis Ducis ditione oppidum quoddam est, Argenta nomine, magnum et populo frequens, et fere duobus annis, etiam cum P. Paschasius esset Ferrariae [4], Collegium apud se institui magnopere postulabat; sed cum laborasset Societas operariorum penuria, et alioqui exigua collegia satis molesta et onerosa esse Societati jam experientia doceret [5]; cum tamen ab initio spes ipsis data fuisset quod intra biennium aliquo modo eis satisfieri posset, praeparabant illi quae necessaria essent quatuor aut quinque personis; sed Dux etiam aliquid daturus videbatur, cum nollet aliunde quam ex Societate nostra institutores juventutis eo mitti; nam fermentum haereseos per scholas in illud oppidum inferri coepisse ferebatur [6]. Cardi-

---

[1] Vide supra, pag. 74, n. 130, annot. 2.

[2] Haec in hoc loco sunt, sed transferenda videntur post n. seq.

[3] Quae his nn. 143-149 continentur ex litteris hujus anni 1554 quadrimestribus desumptae sunt, quarum primas habes in *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 545.

[4] Vide supra, t. II, pag. 495, n. 196.

[5] Vide n. seq., annot. 1.

[6] "il marito per alcun tempo tenne la Renata e ventiquattro de' suoi chiusi nel ca-

nalis etiam Sti. Angeli, cui, ut Archiepiscopo Ravennati [1], in spiritualibus oppidum subjacebat, aliquid etiam auxilii daturus dicebatur.

151. P. tamen Ignatius cum in varia loca, et magni momenti, homines mittendi essent, cupiebat differri, quoad ejus fieri posset, hujus collegioli principium; et cum id commendasset P. Pelletario [2], nitebatur ille persuadere argentinis ut per aliquot annos expectarent, cum Societas nostra valde esset aliis in rebus occupata; sed illi, magno dolore percussi, Ferrariam miserunt, nomine communitatis, et aliqui etiam privato nomine venerunt, ut Ducem alloquerentur, ut per eum aliquos ex nostris obtinerent, et persuasuri P. videbantur [3], cum ipsemet Dux eis injunxisset ut, aliis praeceptoribus dimissis, ex nostris aliquos ad se mittendos curarent.

152. Offerebat communitas domum et sexaginta duos aureos in singulos annos, et Cardinalis S.ti Angeli tantum frumenti et vini quantum nostris satis esset; a Duce etiam et a privatis quibusdam alia subsidia sperabantur; et saltem duos aut tres ex nostris sibi dari omnino expetebant; et cum Dux per suum factorem (sic vocabant praecipuum ejus ministrum) [4] commendasset P. Pelletario ut aliquos ex nostris eo mitteret, volebat ipse se aut mutinenses (nam et hi sub ipsius cura erant) [5] quibusdam spoliare, ut collegiolum illud inciperent, si Roma mitti non possent.

153. Mense Martio cum denuo argentini Ferrariam venis-

---

stello di Consandolo, distante un 30 chilometri da Ferrara: ma quivi e alla vicina Argenta essi diffusero le loro dottrine.„ CANTÙ, *Gli eretici d' Italia*, t. II, disc. XXVI, pag. 92.

[1] Is erat Ranuccius, seu Rainuccius Farnese.

[2] "Circa il Collegio di Argenta V. R. in nissun modo lo accetti; anzi quanto potrà disfaccia questo negotio, et sappia che la Compagnia nostra non ha tanta voglia di questi Collegietti, che repute gran cosa estendersi per il Stato di Ferrara; anzi dico con verità che si è pensato levar quelli che sono, se non si provede di casa et chiesa et intrate convenienti; perche tutto questo offeriscono in diversi lochi et principali de Italia, Sicilia et Spagna et Portugallo, et la Compagnia non abraccia per non haber gente simili opere. La summa è che non ci teniamo a tanto buon mercato quanto alcuni ci tengono, a chi pare fare assai di dar le cose necessarie al victo a quelli che servono in cose di tanta importanza al ben comune.„ Polancus, *ex com.*, Patri Joanni Pelletario, 18 Januarii 1554.

[3] Sic; et sensus videtur hic esse: *et Patri Pelletario videbatur eos, qui Argenta venerant, Ducem persuasuros ut ex nostris aliquos obtinere curaret.*

[4] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 33, sub finem annot. 1.—*Factor*, de quo hic est sermo ille est, qui in eo officio successit Dno. Lanfranco del Gesso.

[5] Vide supra, t. II, pag. 453, n. 91.

sent, et sine illis [1] Argentam redire coacti essent, id aegre admodum tulerunt; et promisit eis se denuo ad P. Ignatium scripturum. Cum autem Dux et ministri extrahi [2] tempus viderent, vehementer urgere nostros coeperunt; et interim argentinis scripserunt ut omnia pararent. Respondit autem P. Ignatius ut ad tempus aliqui mitterentur, inde, cum primum commode fieri posset, educendi [3]; quamvis difficile id fore P. Pelletarius admonuerat, hanc enim esse Ducis voluntatem intelligebant.

154. Sunt autem evocati Mutina Ferrariam P. Joannis Philippus flander [4] et Mag. Joannes Valerius ut Argentam mitterentur, si res necessariae, prout scripserat Dux, paratae ibi essent. Iverunt ergo Argentam, et magnam partem eorum, qui primarii censebantur, infectos haeresi intellexit, et nostrorum adventui adversari; domum a Communitate oblatam non esse idoneam, sed aliam conductitiam, quam amici, qui nostros expetebant, conducere volebant. Cum ergo res paratas non esse P. Pelletarius intelligeret, inde occasionem accepit missionem nostrorum differendi. Eosdem Mutinam remisit [5].

155. At Dominus Alexander acriter urgebat P. Pelletarium, et admirari se significabat quod Duci gratificari in re tam utili, quam ille arbitrabatur, tamdiu differret; et ita P. Ignatio etiam visum est aliquos omnino mittendos esse; et ne P. Philippum, Rectorem Collegii Mutinensis, inde removeri necesse esset, Mag. Andreas Bonainsegna, nondum sacerdos, idoneus ad hanc missionem fore judicatus est, qui in graecis et latinis litteris scholae praeesse poterat, et se Argentae in praedicatione exercere. Promotus ergo ad sacerdotium, et primo sacro Bononiae in die Assumptionis celebrato, Ferrariam venit, ut sub finem Augusti Argentam proficisceretur, ubi avidissime nostri expectabantur [6]. Quamvis autem Roma nullus missus sit ad hu-

---

[1] qui ad Collegium inchoandum expetebantur.

[2] Ubi nos *extrahi* scribimus, ms. habet *ex. id (extra id);* sed vix dubium esse potest male Polanci librarium audisse et scripsisse *extra id* pro *extrahi.*

[3] Vide quas Polancus, *ex com.*, scripsit litteras Patri Joanni Pelletario 3 Martii 1554.

[4] Hujus cognomen erat *Leernus,* quod non multo post tempore mutatum est in *Faber.* Vide infra, n. 169.

[5] Totum hoc, a voce *Iverunt,* in ora paginae, signo addito ut hic inserantur, manu propria scripsit Polancus.

[6] Infra, n. 213, primum sacrum die *Annuntiationis* B. M. Virginis Andreas obtulisse dicitur. Sed rectius hic *Assumptionis;* nam tunc de eo ad sacerdotium promovendo

jus collegioli initium, quatuor tamen scholasticos Ferrariam [Ignatius] misit, ut, ibi vel Mutinae eorum opera adjutus, P. Pelletarius facilius eis careret, qui Argentam mittebantur.

156. Prius tamen quam nostri eo mitterentur, P. Pelletarius Argentam venit ut necessaria praeparari curaret; et tam domus quam sacellum ad Missam dicendam et ad praedicandum eis assignatum est; quamvis summum templum vicinum erat, in quo nostri commodius concionari poterant; et observavit oppidum illud magnopere indigere bona instructione in rebus ad religionem pertinentibus, cum locum quemdam haeresi prorsus infectum vicinum haberet [1], et familiariter admodum cum haereticis agerent; et facile praevidit contradictionum tempestatem contra nostros exorituram. Non est autem visus idoneus locus is, quem prius communitas in usum collegii destinaverat, et ideo locus alius conductus acceptus est.

157. Missus est ergo novus P. Andreas cum Lazaro et quodam alio juvene, qui ad Societatem aspirabat et in litteris latinis et graecis versatus erat. Cum illi autem officio suo fungi coepissent et scholas aperuisent, qui de haeresi suspecti erant, impedire curabant ne discipuli ad nostras scholas venirent, sed potius ad quemdam alium praeceptorem eodem fermento, ut ferebatur, corruptum; et haec occasio videbatur P. Andreae sufficere ut nostri Argenta removerentur [2], nam tam scholastici, quam qui prius erat magister eorum, cum parentibus puerorum convenerunt, ne suos filios nostris scholis mitterent. Evocatus P. Andreas Ferrariam a P. Pelletario, simul cum ipso D. Alexandrum Fiaschi allocuti de recessu agere coeperunt; sed ille, contra Ducis honorem illud fore ratus, eidem se velle loqui respondit; et postridie hoc responsum nostris dedit, quod Dux progredi nostros omnino volebat in docendi munere, et

---

actum est, cum ad inchoandum tandem Argentinum Collegium designatus est. Haec autem designatio ante mensem Julium fieri non potuit, cum ante id tempus constans Ignatius fuerit in denegando Argentinis Collegio, vel melius in dilationis causis et occasionibus quaerendis. Renuerat etiam saepe hujus anni primis mensibus Andreas ipse ad sacerdotium promoveri, ut videre est in litteris a Polanco, *ex com.*, ipsi et Patri Philippo Leerno datis.

[1] Castellum Consandolo, ubi fuerat Ducissa Ferrariae. Vide supra, pag. 69, n. 125.

[2] Vide Polanci binas 11 Aprilis datas litteras, alias Patri Pelletario, alias Andreae Bonainsegna.

quod ipse, quod ad scholasticos attinet, curaturus erat ut ad scholas venirent [1].

158. Itaque ne tunc quidem licuit hoc collegiolum, sine P. Ignatii voluntate coeptum, sed omnino ut Ducis voluntati satisfieret, dissolvi. Ipsa quidem civitas Argentae optime in Societatem animata erat; sed ut impediretur fructus centum et quinquaginta scholasticorum (totidem enim erant), demum Sathan hoc medium excogitavit. Duo cives argentini forte in locum quemdam venerunt, ubi agebatur de quibusdam sacerdotibus, quorum congregatio ex urbe et ditione Venetorum paulo ante expulsa fuerat; et cum argentini intelligere vellent causam expulsionis, referebant illi hujusmodi Sacerdotes eos esse ut facile quemvis etiam sensatum possent pervertere. Existimabant autem argentini sacerdotes nostrae Societatis esse, et Argentam redeuntes hoc rumore civitatem implent, et ita animi Argentinensium aversi omnino a priore benevolentia fuerunt; et quo magis Dux eos suis litteris urgebat, crescentem haeresim timens, tanto illi diligentius recusabant [2]. Hoc ergo tempore nostri eo accesserunt; et cum jam domum et res necessarias haberent, si propter hunc rumorem inchoatum opus deseruissent, pessimus odor ea in civitate relictus de nostra Societate fuisset; et viri boni, qui nostris favebant, in magnas angustias redacti fuissent; et erat qui omnino, nostri gratia, solum vertere et patriam deserere constituerat. In alia etiam Italiae loca, cum quibus commercium habent hi argentini magnum, mercaturae gratia, idem malus odor spargebatur.

159. Vicarius, qui rebus spiritualibus praeerat, contrarium etiam nostris se magnopere exhibebat; et quia pro magno crimine objiciebat quod ea auctoritate nostri in absolvendo ute-

---

[1] Die 1 Decembris scripsit, *ex com.*, Polancus Patri Andreae Bonainsegna, ejus animum erigens ad contradictiones et aemulorum molestias tolerandas, eumque exhortans ut magna fiducia agat cum Cardinale Sancti Angeli, qui "sempre ci si ha mostrato molto padrone in fatti ed in parole, del che l' amicitia col Mtro. Pontio (Cogordano) è buon testimonio, il quale è procuratore di nostra casa„.

[2] "Il detto di quel frate di provar la castità delle donne et huomini in quel modo, che scrive V. R., si fonda in pensare che la Compagnia nostra sia di quelli preti, che chiamano Paulini in Milano, quali furono schacciati di Venetia et poi l' Inquisitione li ha reformati in alcuni abusi. Di loro si dice quell' atto del qual scrive V. R.; et la risposta è facile distinguendo quelli preti dalla nostra Compagnia.„ Polancus, *ex com.*, Patri Everardo Mercuriano, 24 Februarii, 1554.

rentur, quam privilegia nostra concedebant, optavit litterarum apostolicarum exemplar authenticum Argentam mitti.

160. Imputabant etiam nostris argentini quod ludimagister, cujus opera prius utebantur, nostrorum instigatione de haeresi accusatus fuisset; et demum pessime erga nostros animati argentini videbantur; et eo res rediit, ut ad sacrum dicendum vellet Vicarius nostros facultatem [ab ipso] habere ad Missam celebrandam [1]. Contulit autem se P. Andreas Ravennam, ubi erat Cardinalis Sti. Angeli, cujus aures calumniis innumeris contra Societatem tam Vicarius quam alii ejus farinae impleverant, quas Cardinalis ad finem usque legere non sustinuit. Dicebat enim homines Societatis nostrae se nosse, et bonos ac religiosos esse, et talia se credere non posse. Dubitabat nihilominus ne novitio alicui ex nostris quidquam excidisset, quod his rumoribus aliquam occasionem daret.

161. Admissus ergo ad Cardinalem P. Andreas, coepit ei explicare rerum ad victum necessariarum quam patiebantur [penuriam] et similia, et auxilium, quod pollicitus erat, ab eo exigebat. Cardinalis autem ei respondit non credere se hanc potissimam esse causam, propter quam ad se Argenta venisset, et adjecit quod scripserat ejus Vicarius nolle nostros quemquam superiorem agnoscere; jurisdictionem et commoda parochorum velle usurpare, et alia hujusmodi multa. Tunc P. Andreas id tantum nostros velle Argentae affirmabat, ut justa nostra privilegia, a Sede Apostolica ac praecipue a Paulo III concessa, servarentur; et, id cum fieret, non debere existimari nostros contra justitiam aut rationem quidquam facere; nostros autem sollicite pacem cum omnibus et charitatem tueri velle; et in hujus signum quod, postquam Argentam venerat, nullo alio ministerio se usum fuisse quam Missae dicendae [1], et quidem ad id facultatem a Vicario postulatam fuisse et concessam; quamvis conquerebatur quod parochi dicerent injuriam sibi factam fuisse, quod sine ipsorum consensu celebrandi Missam nostris facultas data fuisset. Rogabat etiam Cardinalem P. Andreas ut privilegia Societatis, quae secum attulerat, legere vellet; et tunc si quid minus licite a nostris factum esset, ut id corrigeret.

---

[1] Sic; redundat tamen aut *ad sacrum dicendum* aut *ad missam celebrandam*.
[2] Vide infra, n. 168.

Tunc Cardinalis ad Suffraganeum conversus: vides (inquit) quid respondeat: nihil aliud fecit quam quod Missam et quidem cum licentia celebravit. At Suffraganeus: aliter (inquit) scribit Vicarius, qui fidedignus videtur. Dedit ergo Cardinalis privilegia Suffraganeo legenda, quibus lectis, omnia se bene habere et a nostris bene gesta esse affirmavit; et si Vicarius privilegia vidisset, non scripturum fuisse quae scripsit; et cum Andreas visa privilegia ab eo diceret, stupebat Suffraganeus et praecipue ob id quod Paulus III privilegia concessisset. Narravit ei P. Andreas persecutionem, quam passi fuerant, et quod etiam in nostrum sacellum insolenter quaedam perpetraverant; et cum intellexisset [1] Ducem Ferrariae in eos animadvertisse, laudabat ac benedictionibus eum prosequebatur.

162. Accersitus fuit deinde a Cardinale P. Andreas, et significavit se paratum esse ad audiendum quidquid ipse dicere vellet, praemittens quod, visis privilegiis Societatis, non solum intellexerant nostros nihil errasse, sed potius injuriam ipsis illatam fuisse. Addebat se Societatem semper dilexisse, quod satis P. Ignatio constabat; et quod de omnibus optime sentiebat, et quidquid posset in gratiam Societatis praestare optabat; et quod ad reformandam suam Abbatiam de Farfa aliquem ex nostris a P. Ignatio postulaverat, qui P. Bobadillam ei promiserat [2]; se multa bona et mala de Societate audivisse, sed de malis informari voluisse; sed illud, quod malum dicebatur, in quovis bono christiano et in seipso se optasse; nec tantum fructus a Societate egredi posse ad ubique gentium, si tales nostri non essent.

163. Narravit deinde P. Andreas causam cur civitas Argentae, quae cum gratiarum actione nostros amplecti voluerat, animum mutaverat, a duobus civibus informata, quod nostri Venetiis expulsi fuissent, et illam civitatem subvertere possent, nec unquam amplius placari potuerint, et multa nostris falsa objecerant; sed quod Dux in nostris eo mittendis et ibidem retinendis perseverasset, quod intellexisset decem jam annos ludimagistrum Argentae haereticum fuisse, et quo magis illi recusabant, magis ipse instabat, ut, alio praeceptore dimisso, no-

---

[1] Suffraganeus.

[2] Boero, *Vita del Servo di Dio P. Nicolò Bobadilla*, §. x.—Vide etiam infra, n. 285.

stros acciperent. Laudabat autem Cardinalis vehementer Ducis factum, et, si tale quid [1] in suis clericis fuisset deprehensum, severe eos castigaturum esse. Tunc subdidit P. Andreas clerum ejusdem esse animi cum populo contra nostros, adeo ut, cum duo sacerdotes ex eis et tertius quidam, brevi promovendus, ad scholas nostrorum accederent, tantopere eos alii exagitabant et terrebant, ut amplius ad nostros accedere non auderent; et quod conventicula in domo Vicarii contra nostros faciebant.

164. Injunxit autem ei Cardinalis ut omnino se certiorem faceret, si in posterum tale quid illi tentarent et si qui essent inter eos, ut erant multi, male instructi in his quae ad grammaticam pertinent, velle ut ad nostras scholas omnino venirent. Animare deinde coepit P. Andream ne ab his contradictionibus daemonis terreretur, et cujusdam suae amitae exemplum adducebat, quae cum amicis dolere se significabat, quod bene de ipsa omnes loquerentur; dubitabat enim se in gratia Dei non esse, cum ejus electi calumnias et injurias pati soleant. Necessaria etiam ad debita solvenda et ad victum bonus Cardinalis prospexit, et suo Vicario scripsit ut nostra privilegia conservaret, et eis uti sineret; et P. Andreae commendavit ut de omnibus benemereri et aedificationi esse nostri curarent; et ita calumniae in aedificationem et favorem conversae fuerunt.

165. Duo adolescentes Ferrarienses, scilicet, Gabriel Bisolius [2] et Prosper Malavolta [3], prior mutinensis, posterior ferrariensis [4], P. Andream Bonainsegna, quo praeceptore usi fuerant, Argentam secuti sunt eo animo ut Societatem nostram ingrederentur; et cum aegrotaret Septembri mense, non parum eumdem sublevarunt ac recrearunt. Litteris etiam Gabriel testatus est nostrae Societatis ingressum [5]. Tertius etiam scilicet,

[1] Scilicet, quod se nostris, sicut caeteri cives, opponerent.

[2] Gabriel Bisciola. Vide supra, t. II, pag. 454, annot. 1.

[3] "Ha la detta religione (Societas Jesu) havuti molti soggetti Ferraresi di gran lettere; ed in particolare Prospero Malavolta, il quale scrisse eccellentemente del duello, ed altro." GUARINI, l. c., lib. IV, pag. 217.—In *Biblitohèque des écrivains de la Compagnie de Jésus*, auctore SOMMERVOGEL, t. V, col. 401, ubi admissus hic Prosper Malavolta dicitur anno 1555, et vere eo anno Romam venit, licet jam quasi unus e Societate aliquot menses Ferrariae egerat, nulla expressa fit mentio operis vel operum, quae eum GUARINI affirmat scripsisse de *Duello*.

[4] Hos duos, *quorum prior mutinensis, posterior ferrariensis erat*, ferrarienses tamen prius appellat Polancus, quia tunc Mutina Ferrariensis Ducis ditioni subjacebat. Vide supra, t. II, pag. 453, n. 91, et in hoc. vol. supra, pag. 84, n. 152.

[5] Intellige litteras, ut eo tempore mos ferebat, votum Societatem ingrediendi testantes. Earum nonnulla exempla dabit *Nova series litterarum S. Ignatii*.

Alfonsus Sacratus [1], ejusdem discipulus, eidem se Christi militiae addixit, non tamen eodem modo atque illi perseveravit. Sed et quartus ex Finali [2], sub ditione Ducis Ferrariae, Hercules nomine, adolescens modestissimus, eumdem Andream ejusdem vocationis ministrum habuit, qui omnes postea Romam venerunt.

166. Quamvis autem exiguum esset hoc collegiolum, voluit P. Ignatius ut singulis hebdomadis inde Romam scriberetur.

167. Habebant monąsterium Argentae religiosi Sancti Dominici, nostri amicissimi, qui lectionem aliquam a P. Andrea graecae linguae expetebant, et etiam latinam, inter quos quidam erat qui philosophiae lector fuerat. Pater ergo Andreas, qui occupatus in illo Societatis initio fuerat in aliorum auxilio, et ut tunc fieri solebat, alios docendo doctus in his litteris evaserat, et etiam subsecivis horis ex dialecticis aliquid didicerat, P. Ignatium consuluit an ab illo professore philosophiae posset lectiones aliquas audire, vel, si non videretur P. Ignatio ab externis eas lectiones audiendas, suggerebat aliquem ultramontanum, in philosophia promotum, Argentam mitti posse qui, dum italicam disceret linguam, aliquid ipsi ex philosophicis posset praelegere; sed visum non est, inter labores magnos scholae et aliarum functionum studium philosophiae huic Patri suscipiendum esse, ne, vel opprimeretur nimiis laboribus, vel officio suo deesset, et neutri studio satisfaceret, et bono animo eum esse P. Ignatius jussit, quod aliquando major ipsi commoditas studia prosequendi danda esset, nec timeret se Argentae sepeliendum aut oblivioni tradendum esse [3].

168. Spiritualia exercitia alicui bonae indolis juveni tradita ab eo fuerunt, et omnino aliquo sacerdote, a quo in rebus spiritualibus adjuvaretur, opus habebat; nam et schola in dies crescebat, et provectiores etiam discipuli inter alios erant, quamvis nondum expulsus fuerat ludimagister ille [4]. Ministerium confessionum et praedicationum partim contradictiones, partim occupationes aliae [5] cum solus esset P. Andreas nec adhuc sacel-

---

[1] Ex nobili Ferrariensi familia *Sacrati*.

[2] *Finale*, oppidum in Mutinensi tunc Ducatu.

[3] Continentur haec ad verbum fere litteris a Polanco, *ex com.*, Andreae Bonainsegna datis 29 Septembris 1554.

[4] De quo supra, pag. 86 n. 157, et pag. 89, n. 163.

[5] Desideratur hic aliquod vocabulum, forte *impediebant*.—Vide supra, n. 161.

lum ut oportebat paratum esset. Cessabant autem paulatim murmurationes postquam Ravennam ad Cardinalem Sti. Angeli se ille contulerat; punitio etiam a Duce quibusdam illata non paucos domuisse videbatur; toto tamen eo tempore, quod reliquum in hoc anno fuit, patiendi potius quam agendi occasionem dedit [1].

DE COLLEGIO MUTINENSI

169. Pauci hoc anno in Collegio Mutinensi, non tamen sine fructu, residebant, quorum Rector P. Philippus Leernus, flander, fuit; et quamvis eo Ferrariam evocato ut Argentam mitteretur, P. Joannes Laurentius de Patarinis ei substitutus fuit, cum rediit Mutinam, officium Rectoris resumpsit, et P. Joannes Laurentius in concionibus et ministerio sacramentorum proximos juvare, ut coeperat, perrexit [2]. Scholae initio hujus anni septuaginta fere discipulos habebant, quorum numerus primis mensibus crevit; quamvis enim aliqui ideo recederent quod nec legere nec scribere docerentur, alii provectiores, ad scholas admissi, recedentium numerum superabant. Et anni initio quamdam orationem de nomine Jesu, et versus quosdam tam venuste recitarunt, ut inter auditores externos, qui aderant, non pauci nec minimae notae homines, fuit qui statim ad

---

[1] Sic; syntaxis tamen cum sensu exigere videntur ut loco vocis *dedit* scribatur *habuit* (Andreas) vel *habuere* (socii), aut quid simile, nisi verba illa *toto eo tempore* mutentur in haec *totum id tempus*.

[2] Injunctum tamen est Rectori Patri Philippo Leerno ne nimis laborare in concionando P. Joannem Laurentium sineret. "deve bastar al P. Giovan Lorenzo predicare le domeniche, et se qualche festa sarà per la settimana solenne, in modo che non passi la settimana due volte, et così potrà meglio attendere al suo studio di casi di conscientia. Nelle altre fatiche etiam si servi moderatione et si ricordino che Modena è stata un' hospitale delli nostri et ha empito anche gli altri Collegii d' Italia, cioè, Firenza, Bologna, Ferrara, Venetia et Padoa, et doi sono morti, il P. Cesare et Mtro. Guerico, Dio gli habbi le anime, et il P. Commissario è assai vicino; et benche sia levata l' una occasione del loco mal sano, l' altra delle troppo fatiche non debbe restar." 20 Januarii 1551.—Nec solum concionatoris munere functus est, sed etiam *collateralis* Rectori. POLANCUS, *ex com.*, Patri Pilippo Leerno, 3 Februarii.

filium suum ad scholas mittendum inflammaretur. Altera oratio de Nativitate Domini habita fuit his festis natalitiis. Cujusdam autem pueri pater tantopere filium quemdam suum ad scholas mittere cupiebat, quem nostri non admittebant quod bene legere et scribere nesciret, ut omnem lapidem se moturum affirmans, ut filius ipsius admitteretur, gubernatorem [1] adierit, qui in sui gratiam postulavit instanter cum illo puero dispensari, quem ut filium habebat. Postquam aestus accessit, vel quod tempus ad studia minus esset idoneum, vel quod multi passim ex quodam gravi morbo Mutinae morerentur, numerus scholasticorum imminutus fuit.

170. Erant nostri in domo conductitia, et amici vehementer cupiebant et sollicite agebant de loco aliquo proprio Societati curando; nec enim libenter in vicino templo ministeria Societatis exercere permittebantur, et ad Conversarum locum, praeter quam quod parum capax erat, non libenter aliqui se conferebant, ne ipsi conversi dicerentur. De exigua quadam ecclesia D. Antonii egerunt nostri; sed, praeter quam quod angusta erat, non facile obtineri poterat [2]; ideo agere amici coeperunt de priori loco Sti. Bernardini repetendo; et quia relictus a nostris fuerat propter incommodam habitationem, fuit amicus quidam, qui suis expensis fabricare cubicula nova et altiora voluit; et P. Ignatius consultus est an locum illum admittere conveniret. Visum autem fuit P. Ignatio medicum esse consulendum, qui censuit habitationem bonam fore, si cubicula, ut dicebatur, extruerentur; et ita P. Ignatius assensum ad id praestitit, cum, multis tentatis, locus idoneus Mutinae non inveniretur. Sed haec in posteriori parte hujus anni acta fuerunt [3].

171. Quod ad fructum attinet confessionum, communionum atque concionum, non solum conservari, sed et augeri videbatur. Hortatus fuerat in suis concionibus P. Joannes Laurentius

---

[1] Is erat Comes Hercules Rangone. Vide infra, n. 194.

[2] "Circa la chiesa già si è scritto che conveneva cercarla; quella di Sto. Antonio, secondo il filo, pare piccola; pur essendo due volte maggiore di quella delle convertite, di questa parte deve preferirsi a lei: per insegnar etiam la dottrina christiana, per le confessioni et communioni pare sarebbe al proposito, perche indubitatamente conviene spicarsi delle convertite piano piano...„ Polancus, *ex com.*, Patri Philippo Leerno, 20 Januarii 1554.

[3] Vide infra, n. 201.

ad menstruas confessiones, ut inde ad easdem octavo quoque die faciendas adducerentur; et ita multitudo confitentium satis erat magna, et complures generales vitae totius confessiones faciebant. Erant aliqui, bona tamen ex parte foeminae, qui quotidie confiteri et communicare solebant; hos autem ut niterentur eo adducere, ut contenti essent octavo quoque die ad Sacramenta accedere, P. Ignatius commendavit, quod tamen difficile admodum a quibusdam impetrari poterat, qui longa consuetudine hanc devotionem confirmaverant.

172. In multis autem non poenitendus fructus per hoc Sacramentorum ministerium capiebatur. Fuit mulier quae, viro relicto, multos annos amatori turpiter adhaeserat; sed, poenitentia intime perculsa, cum nostris confessa esset, non solum turpem vitae rationem in honestam commutavit, sed divino obsequio se totam mancipare, et crebro ad Sacramenta accedere coepit. Alia quaedam, quae minus multos annos, aliquos tamen, prave vixerat, simili studio pietatis per confessionem Christo coepit inservire. Aliquot etiam juvenculae seductae, ut inter Conversas vel aliis in monasteriis admitterentur post resipiscentiam, curatum est, inter quas una etiam a scelere foetus exponendi, quod animo jam decreverat, abstinuit; et infans, quem peperit, in xenodochium, ubi expositi alebantur, deductus est. Quaedam etiam ex primariis matronis, quae diu a confessione abstinuerat, in carnis-privio, quo alii insanire solent, sapere ipsa coepit; et, divino flata numine, veterem hominem exuere decernens, cuidam ex nostris peccata confessa est et Sanctissimum Sacramentum sumpsit. Alia quaedam, generis splendore superior, cum ad confessionem et communionem aliquoties accessisset, sic Dei amore inflammata fuit et orationis studio capta, ut et ornamenta ipsa, quae in auribus appensa gerebat, sibi detrahens, nostrae ecclesiae per ancillam in eleemosynam miserit [1], et suum etiam maritum ad orationis

[1] De iis consuluit Ignatium P. Joannes Laurentius, et hoc accepit responsi: "Circa li pendenti, se cose simili non si vendesseno in Modena, non par sarebbe conveniente venderli, ma più presto guastarli; perche sebben possono usarsi in alcuni casi senza vanità, ordinariamente pareno queste inventioni di essa vanità. Se si vendono, anchora pare che non dobbiamo noi dar favore a cose che per la maggior parte si usano in vanità; sicche il romperli è più sicuro, o, se havessino troppo compassione, si potria dimandar al Vescovo che consigliaria in cose simili nella sua diocesi, et tanto si faccia, non altro.„ 19 Maji 1554.

studium impulerit, et vana quaedam, quae pro more ejusmodi matronarum sectari solebat, abjiciens, summa cum pietate rebus spiritualibus vacabat; et ejus exemplo alias nobiles foeminas ad meliorem frugem redituras merito sperabatur. Quaedam etiam alia nobilis, quam a simultate, quam gerebat cum genero ac filia, alii abducere non potuerant, tandem obstinato esse animo desiit, et eisdem post confessionem conciliata fuit.

173. Sed singulare Dei beneficium in quadam muliere enituit, quae, cum insignibus Dei donis praedita, viginti annos in quadam religione perstitisset, nec ad professionem admitti potuisset, quod aliae religiosae, dum timent ne propter ipsius virtutem reliquis praeficeretur, ut professionem emitteret non erant passae; haec, inquam, tanta fuit mole tentationum oppressa, ut monasterio eggrederetur et in gravissima peccata incideret; et in cujusdam lupi ore tenebatur, qui affirmabat nullum esse peccatum ut cum ipso filiarum Loth exemplum imitaretur. Ab ejus ergo faucibus a Domino erepta, ovili suo restituta est. Haereticus etiam qui diu sacra jejunia contempserat, sanctos non esse orandos tenuerat, Missae sacrificium et confessionem rejecerat, mira poenitentia ductus et a Patribus nostris adjutus, ad Ecclesiae Romanae gremium penitus rediit [1].

174. Spiritualia exercitia quibusdam proposita fuerunt; quod bene merendi de hominibus genus, ut Societati nostrae valde familiare, sic Roma commendatum fuerat, ut vellet P. Ignatius sibi scribi, in litteris octavo quoque die Romam mittendis, an alicui proponerentur. Inter alios autem, qui hac ratione profecerunt et ad Religionis statum accensi sunt, duo adolescentes bonae indolis in Societatem sunt admissi [2]. Ad

---

[1] Quae a n. 171 hucusque dicta sunt, continentur Patris Andreae Boninsegna, litteris, quas habes in *Litterae Quadrimestres*. t. II, pag. 601.

[2] "Circa li essercizii spirituali m' ha commesso Nostro Padre desse ricordo in ogni banda che vedessero di adoperarli con huomini et etiam donne (quali però vengano alla chiesa a pigliarli), intendendo delli essercizii della prima settimana, lassandoli qualche modo di orare secondo il capto loro; et questo s' intende senza serrare le persone, anzi che piglino alcuna hora il giorno per tal effetto; perche in questo modo si può comunicar a molti la utilità delli essercizii, insino alla confessione generale et qualche modo di orare come è detto. Et dice Nostro Padre che ogni settimana vuole si li scriva se niente si fa circa li essercizii, cioè quanti li pigliano, o vero quanti hanno mosso a farli, come anche del numero delli scholari.

„Per dar li essercizii exactamente, non bisogna estendersi tanto; anzi si doveriano

xenodochium quoque et carceres nostri pro more se conferebant, et eis in locis, cum animarum consolatione et profectu, vel concionando, vel familiariter colloquendo, versabantur, nam et a vitiis homines deterrebant et ad sacramentum confessionis adducebant.

175. Quod attinet ad res necessarias, satis solliciti erant amici ne nostris deessent, praesertim de his, quae ad victum pertinent. Pecunia etiam aliqua ab Episcopo subministrata, si quid deerat, supplebat.

176. Ipsemet Rector, diebus sabbati, de rebus ad christianam doctrinam pertinentibus sermonem apud scholasticos habebat [1].

177. Inter multos, qui a peccatorum coeno emergebant, quaedam fuit mulier non infimae conditionis, quae, favore magnorum virorum sublevata, et a marito suo seorsum agebat et multis accessum ad domum suam praebebat cum gravibus proximi scandalis. Haec ergo cum incidisset in P. Joannem Laurentium, vitam prorsus mutare, et maritum, mendicantem, domum suam reducere, et sacramenta frequentare promisit.

178. Cum facultate P. Ignatii P. Joannes Laurentius, Plazentiam, quae patria ipsius erat, se contulit, post biduum vel triduum rediturus. Ibi quibusdam Societatis, ac potissimum instituti collegiorum, rationem reddidit. Inter hos Comes Augustinus de Lando fuit qui, cum multa de Societate interrogasset, et de collegiis, quae ubique erigebantur, certior factus, petiit ab eo num trecenti aurei singulis annis donati sufficere ad collegium inchoandum possent. Respondit ei Joannes Laurentius, si commoda domus cum ecclesia et mobilia necessaria,

---

darsi solamente a persone molto capaci, come sarebbe ad alcuni idonei per la Compagnia, o altre persone d' importanza; perche alli tali sarebbero singular aiuto et si collocarebbe bene il tempo in loro. Et non si meravigli la R. V. che tanto strettamente si raccomandi questa cosa degli essercizii, perche fra li mezzi che usa nostra Compagnia, questo li è molto proprio, et per quello Dio N. S. si è servito grandemente in innumerabili anime, et la maggior parte delli buoni supposti che sono hoggi nella Compagnia si sono ridotti dal secolo a quella per questa via; di modo che pare per volerla ampliare de buoni supposti si è questa una ottima via; et per maritati et altri secolari o religiose persone etiam utilissima massime la prima settimana.„ Polancus, *ex com.*, Patri Philippo Leerno, Mutinensis Collegii Rectori, 2 Februarii. — Idem scriptum est ad omnes Societatis domos hisce diebus.

[1] "Della dottrina christiana V. R. pigli la hora che più commeda li parerà, et anche il giorno fra la settimana più opportuno; il luogo non doveria esser le convertite, ma S.to Antonio, et finalmente più presto si legga in una scuola della casa che nelle convertite...„ Polancus, *ex com.*, Patri Philippo Leerno, 10 Februarii 1551.

ac praesertim libri, donarentur, fieri posse ut collegium admitteretur. Placuit Comiti conditio et se rem tractaturum et eidem P. Joanni Laurentio per fratrem suum se renunciaturum quid constitutum esset, significavit; sed ille [1] rem totam cum P. Ignatio tractandam respondit; et non paucos optime affectos erga Societatem Plazentiae reliquit [2].

179. Interim dum hic P. Joannes Laurentius collegio praeerat, ex quibusdam inditiis deprehendit religiosum fuisse illum Venetum, de quo superius egimus, qui a P. Pelletario admissus fuerat [3].

180. Cum occupatus idem esset, et alioqui molesto catarrho oppressus, substituit suo loco ad praedicandum fratrem nostrum Joannem Ignatium, qui valde in concionando placuit, et expectationem longe superavit [4]; sed, mense Majo, cum morbus, de quo superius diximus [5], Mutinae desaeviret, intermittendae conciones fuerunt.

181. Episcopus Mutinensis quoddam collegium Viduarum, juxta formulam primitivae ecclesiae, quae non solum orationi sed et pietatis operibus vacarent, instituere Mutinae volens, D.am Constantiam Pallavicinam Cortesiam, quae fautrix collegii nostri praecipua erat, et alias ex his, quae ad collegium nostrum, vel potius ad templum Conversarum, crebro, sacramentorum et verbi Dei audiendi gratia, accedebant [6]. Illae autem, nullo emisso voto, laborem hujus operis pii non recusa-

---

[1] Joannes Laurentius.

[2] "Del Collegio di Piacenza questo dirò in generale: che la Compagnia nostra è risoluta di non accettar collegio, dove non sia cosa ferma per trattener dodici della Compagnia con doi altri che servano; et adesso ci si offeriscono più collegii assai di quelli che può abbraciar la Compagnia; pur col tempo Piacenza pare una città conveniente per havere un Collegio, et se qualch' uno si offerirà, non bisogna escluder sua buona voluntà, ma più presto notrirla con bone parole et speranza senza obbligarsi però con promessa, se non si consultassi prima col superiore nostro et lui dessi consenso.„ Patri Joanni Laurentio, 19 Maii.

[3] Vide supra, pag. 59, n. 102.

[4] Aliquid tamen in eo reprehendendum ejus Rector invenit, sive id diffidentia nimia esset sive praesumptio, ut eruitur ex litteris, quas ad ipsum Joannem Ignatium ipse dedit, *ex com.*, Polancus die 1 Decembris.—Hic Joannes Ignatius idem est qui hucusque Joannes Nieto, Joannes Gnieto, Joannes Nepos, etc., dictus est. Mutavit enim, venia a S. Ignatio habita, cognomen suum, forte quia inter varios modos quibus appellabatur, illud etiam erat *Giovanneto*. Vide litteras a Polanco, *ex com.*, datas hujus anni 1554 initio, praesertim quas Patri Pelletario dedit 3 Martii.

[5] Supra, pag 92, n. 169.

[6] Desunt hic aliqua verba, ex gr., *ad se vocavit*, vel *ut hoc opus inchoarent hortatus est*, vel quid iis simile.

runt; sed cum congregatis multis hujusmodi viduis nomine Episcopi dictum esset ut quae nostris vellent confiteri, signum aliquod darent, surgendo scilicet, major eorum pars surrexit; nec solum quae prius venire solitae fuerant, sed et aliae, quas Domina Constantia exemplo et verbo movebat (aliis enim in novo collegio praefecta erat) ad nostros accedere coeperunt. Hujus collegii statuta et canones Romam missa fuere; sed in eis explicandis non immorabor: tantum hoc dicam, quod bis coeptum fuerat hoc opus Mutinae, et propter discussiones inter viduas, quae electae fuerant, et quod sacerdos quidam illis praefectus satisfacere omnibus non poterat, dissipatum fuerat; et, ut firmius pium opus constitueretur, nostris commendatum est; quamvis aliam curam non acceperunt, nisi ut confessionibus et consiilis eas juvarent [1].

182. Aestate jam fervescente, messis spiritualis in confessionibus audiendis crevit propter aegrotantium multitudinem, quibus nostri adesse, et confessiones eorum audire debuerunt. In festis etiam Pentecostes et Assumptionis B. Virginis magna multitudo confessionum hujusmodi, inter quas generales complures fuerunt, nostros detinuit.

183. Unus et alter etiam hac aestate ad Societatem se admitti postulavit; sed docuit experientia ex his, qui admittebantur, difficile aliquos conservari posse in collegiolis; cum enim radices in pietate et mortificatione vix possent agere inter occupationes externi ministerii, tentationum tempestate oborta, non difficile superabantur; et ita aliquis ex admissis recessit.

184. Octo ex nostris Mutinae versabantur ; tres autem, scilicet, Magister Andreas Bonainsegna, Magister Joannes Franciscus, ac Magister Ludovicus Coloniensis, ab Episcopo Mutinensi ad sacros ordines benigne promoti fuerunt.

185. Cum aliqui sacerdotes externi intelligerent scholasti-

---

1. "La confraternità delle vedove, ordinata per il Vescovo, si deve creder sarà molto bene ordinata, et si deve havere consolatione grande di tutte le occasioni che nascono di qualsivoglia banda d' aiutar il divino servitio et bene delle anime. E vero che accettar in obedienza simili o altre donne non è permesso a noi per la constitutione di nostra Compagnia, benche confessarle quando verranno et consegliarle et aiutarle nella via spirituale è cosa solita alli nostri. Se non venessero, pur che vadano ad altri, tanto meglio; che avanzarà più tempo per spendere in altre cose nel divino servitio, non si mancando a quelle. A tutti aiuti et indrizzi la divina sapienza, acciò sempre camminiamo per la via di suo maggior servitio." Joannes Philippus Vito?, *ex com.*, Patri Joanni Laurentio, 19 Maii 1554.

cos nostros singulis mensibus confiteri, parum frequenter id fieri dicentes, suos octavo quoque die ad confessiones adducebant, quae res nostris perjucunda accidit.

186. Quamvis autem spiritualis fructus non poenitendus Mutinae colligeretur, favor tamen populi perexiguus erat, immo, praeter mulieres triginta vel quadraginta, censebat P. Philippus reliquos mutinenses non aegre admodum laturos, si nostri alio, relicta Mutina, recessissent; et vix ab hoc numero Episcopum ipsum excipiebat, qui parum admodum ferventem in favorem nostris praestando, praesertim ad locum proprium habendum, et ad subsidia temporalia ministranda se exhibere videbatur [1]; et monachus quidam, ejusdem ordinis Sti. Dominici cum Episcopo, de promisso etiam subsidio spem magnam non faciebat; et cum quaedam ad aedificationem pertinentia ei referrentur a P. Francisco [2] Laurentio, non dissimulavit quin diceret timere se ne nostra Societas dilaberetur; et hi religiosi ex parte ad id sentiendum ac dicendum movebantur quod Bononiae scholarum nostrarum studia frigere viderentur [3], et res etiam spirituales frigescere putabant, quod quidam ex his, qui in ecclesia nostra Bononiae confitebantur, ad ipsorum monasterium confessionis gratia accedebant. Qui autem cognitionem aliquam Societatis et benevolentiam Mutinae habebant, cum videretur eis Episcopus minus ad nostrum collegium quam ad alia pia opera juvanda propensus, et ipsi tali exemplo frigescebant, et quodammodo expectabant quid Episcopus esset facturus, et rari admodum viri ad nostrum collegium accedebant, et aliqui non infimae notae homines et qui spirituales videbantur, illud psalmi *omnis consummationis vidi finem* Societati nostrae applicabant, in qua, moriente P. Ignatio, omnia paulatim in nihilum redigenda, degenerantibus aliis, et rationibus et exemplis confirmare volebant [4]. Amici

---

[1] "Circa la poca affettione che dice V. R. hanno quelli di costì alla Compagnia, le RR. VV. non si diano fastidio, ma attendano a fare quello che è in loro; del resto supplirà Iddio Ntro. Signore, essendo l' intento nostro di piacer a sua Maestà et non gli huomini.„ Polancus, *ex com.*, Patri Philippo Leerno, 30 Junii 1554.

[2] Sic; sed error videtur et scribendum *Joanne*.

[3] Vide infra, n. 207.

[4] "Circa la prophetia di alcuni etiam spirituali che la Compagnia habbia di finirsi col capo che hoggi vive, non penso siamo obligati a crederla, nè manco in suo parlare pare di persone che mostrino molta prudentia spirituale, perche il fundamento di questa Compagnia è Christo, qui manet in aeternum, et non Nostro Padre, il qual però,

autem aliquem ex primariis ac senioribus Societatis operariis Mutinam esse mittendum, ut ibidem aliquandiu maneret, existimabant, ut sic erigerentur et excitarentur hominum animi.

187. Aliqui etiam insolentes juvenes afflictionem addebant, qui cordam campanae in ostio domus positam saepe abscindebant; et cum catena ferrea ibi poneretur, ne abscindi facile posset, et illam abrumpebant; et sive hi juvenes essent, sive alii malevoli, portam etiam collegii confregerunt [1]; quod, cum Ferrariae Dux audivisset, iratus est; et quia brevi profecturus erat Mutinam, jussit in memoriam sibi hoc redigi, et ita quorumdam castigatio alios compescuit [2]; deprehensum autem est inter illos fuisse quosdam, qui aliquando ad scholas nostras accesserant.

188. Quod ad scholas attinet, sic eorum numerus fuerat imminutus in praeterita aestate, partim propter morbos, quibus discipulorum aliqui obierunt, partim quod in villas eo tempore recederent, ut de scholis omnino amovendis a P. Ignatio sit dubitatum [3]; aliquando enim paulo plus quam triginta, omnibus numeratis, ad scholas veniebant. Senserant aliqui acerbius Magistri Andreae Bonainsegnae recessum; et cum bonus quidam frater Joannes Valerius, qui ei successerat, natione gallus esset, partim in pronunciatione, partim in accentibus, auditores aliquando offendebat; et ita aliqui querebantur evocatos esse ex scholis mutinensibus idoneos praeceptores et eos relictos, qui non bene docerent. Duo jam erant dumtaxat [4], nam paucitas scholasticorum effecerat ut tertius removeretur; quamvis, ut

---

come ci aggiuta nella terra, ci aiutarà et anche più nel cielo; d' altro canto noi vediamo cotidiani li aumenti non solamente di persone grandi et letterate, ma etiam di collegii, che si offeriscono tanti con fundamento di casa propria et chiesa et intrate che non possiamo supplire. Ben è vero che, se tutti li collegii fossino come quello di Modena è stato, facil cosa era omnis consumationis videre finem, perche li disaggi et discommoditâ..„ Polancus Patri Philippo Leerno, 25 Augusti 1554.

[1] "Circa le corde et catene della campanella che costì rompono et tagliano, due remedii qui si offeriscono; l' uno è di avertire Monsignor Rmo et sua Signoria R. potrebbe remediare con alcuna excomunica contra quelli che cio fanno; il 2.° è scriverne al P. Pelletario accio lo faccia intendere al Signor Duca, che, essendo cotesto collegio sotto la protettione sua, potrà con alcuna provisione sua Eccellenza obviare a tal inconveniente. Sicche V. R. vederà qual più tosto debbia eleggersi delli due.„ Polancus, *ex com.*, Patri Philippo Leerno, 30 Junii.—Ex sequentibus in *Polanci Chronico* patet secundum remedium a Patre Philippo electum fuisse.

[2] Vide infra, n. 194.

[3] De hoc videndae Polanci, *ex com.*, litterae ad P. Philippum Leernum 22 Septembris 1554.

[4] Franciscus Scipio et Joannes Valerius.

duo praeceptores suis studiis commodius possent incumbere, ipse P. Philippus Rector, suggerente P. Pelletario [1], quae recitabant infimae scholae pueri, audire solebat.

189. Consultus est P. Ignatius an possent admitti aliqui pueri, qui scribere nescirent, nam is mos erat mutinensibus, ut antequam pueri scribere discerent, ad altiores lectiones audiendas, puta Ciceronis et Virgilii, mitterentur; et Domina Constantia, de Collegio admodum benemerita, quemdam hujusmodi valde admitti cupiebat. Hunc autem P. Ignatius admittendum censuit; et data est facultas Rectori ad alios similes, qui scribere nescirent, admittendos, cum Rector expedire judicaret; ita tamen ut ne tam multos admitterent, ut eis propter multitudinem satisfacere non possent; sed paucos hujusmodi decrevit Rector admittere, quia praeter laborem nostrorum non videbatur successus in talibus erudiendis bonus esse [2].

190. De clericis pueris, qui numero fere quinquaginta erant, ad nostras scholas mittendis aliqui agebant, quibus festis diebus aliquid etiam ex litteris sacris praelegeretur, ut sic in timore Domini proficerent; et ita tunc, ne scholae desererentur, constitutum fuit; ad quod etiam inter caetera movit, quod Duci Herculi molestum futurum esse P. Pelletarius sentiebat.

191. P. Laurentius Patarinus, qui conciones, ut superius diximus, intermiserat, antequam eas resumeret, P. Ignatio suggessit de suo Romam adventu ut melius res Societatis Romae addisceret; posse enim exhortationibus P. Philippum sufficere; et ita, cum id concessum ei fuisset, hoc autumno Romam venit, et tamen sub finem Novembris [3] cum aliis, ut dictum est superius [4], missus est. Aequiori animo id tulit P. Philippus, quia ei affici, ut viro quadam corporis et vultus dignitate praedito, mulieres videbantur, licet in ipso nullum indicium, quod religioso sacerdote indignum quid faceret aut diceret, unquam deprehensum est [5].

---

[1] Huic, Ferrariensis Collegii Rectori, etiam Mutinense subjacebat. Vide supra, pag. 85, n. 155.

[2] "Li putti che sono ricevuti per il passato et non sanno leggere nè scrivere, V. R. li faccia insegnare; ma altri non s' accettino che non lo sappiano, come è detto„. Polancus, *ex com.*, Patri Philippo Leerno, sine die, sed certo 3 Februarii 1554.

[3] Prius erat *Septembris,* quo deleto, superscripsit Polancus *Novembris.*

[4] Supra, pag. 92, n. 169.

[5] Totum hoc, a verbis *Aequiori animo,* manu propria ad paginae oram scripsit Polancus, signo, ut hic inserantur, apposito.

192. Fuit autem Mutinam missus P. Stephanus Baroëllus, qui et praedicandi et confessiones audiendi munus obiret [1]; nam hoc autumno spirituales exercitationes, per aestatem remissiores, crescere coeperunt, et plurimorum confessiones etiam generales audiebantur; scholarum [2] etiam numerus utcumque instaurari coepit, et fere quinquaginta scholastici plus minus veniebant. In renovatione autem studiorum, quae hoc autumno facta est, ut bonus odor scholarum discipulos et eorum parentes animaret, specimen aliquod exhibendum esse Rector censuit; nam decem pueri decem orationes sic pronunciarunt, et varios versus latinos, ut spectaculum illud omnium superaret expectationem, nam lepide et eleganter officio suo functi sunt. Ecclesia Sancti Bernardini ad id ornata fuerat; et inter versus aliqui erant saphici, quos aliqui clerici tam concinne decantarunt (quamvis puer tantum in suggestu cerneretur, alii absconditi essent), ut suavissima melodia valde frequens auditorium magna consolatione perfuderit. Aderat Episcopus cum archipresbytero et canonicis et aliis doctis et primariis viris, immo nonnullae ex devotis mulieribus, quae magna spiritus hilaritate exultabant; et quia tres vel quatuor pueri eo die non potuerunt suas orationes et versus pronunciare, res in dominicum diem sequentem rejecta est. Praeceptores etiam, Mag. Joannes Valerius ac Mag. Ignatius [3], suas orationes habuerunt, quarum una juventus ad litterarum studia capessenda incitabatur, altera vero divinae bonitatis munera explicabantur. Cum autem templum auditoribus confertissimum esset, omnes lau-

---

[1] Sthephanus Baroëllus non ante finem Novembris aut initium Decembris Mutinam pervenit; quare operam ipse nullam adhibere potuit in studiorum renovatione hoc autumno facta, de qua mox fit sermo.—"Per subvenire alla R. V. nelle sue occupationi spirituali, scribebat Polancus, *ex com.*, Mutinensi Rectori die 1 Decembris, si è mandatto il P. Mtro. Stefano Baroello, cui lettere di Fiorenza e di Perugia ci mostrano che ragionevolmente a quest' hora sia arrivato in Modena; e qui va una lettera per lui.„— Ei proficiscenti patentes seu *obedientiae* litterae datae sunt Romae 10 Novembris hujus anni 1554, qua die etiam de Stephani profectione, dotibus, etc., scripsit Ignatius Patri Philippo (nunc primum in his litteris appellato) Fabro, antea Leerno. Vide supra, pag. 85, n. 154, annot. 4.

[2] Sic; sed fortassis mendum est pro *scholarium* vel *scholasticorum;* non enim constat scholarum numerum auctum hoc tempore fuisse, nec numerus, qui nunquam magnus fuit, scholasticorum seu discipulorum ad scholas venientium, id exigebat.— Vide infra, n. 203.

[3] Mag. Joannes Ignatius, antea *Nepos, Nietto, Netto,* etc. Vide supra, pag. 97, n. 180.

dare pias ac doctas exercitationes sic videbantur, ut obtrectatorum ora prorsus obtruderent.

193. Quod tamen minus frequens schola nostra fuerit, minus mirandum est, cum juventus mutinensis, ad libertatem satis propensa, ad alias scholas se conferre mallet, quae tam multae esse Mutinae dicebantur ut viginti quinque aut triginta ludimagistros ibidem hoc officio fungi constaret [1]; et ex his libertatis amatoribus molestias illas, de quibus mentionem fecimus [2], nostri passi sunt, dum petulantes juvenes nunc campanam pulsitant, nunc funem aut catenam aut ipsam portam effringunt, nunc etiam lapides in portam ac fenestras jactant, et deinde fuga se proripiunt; et quamvis nostri patientia armarentur, potius quam alia resistendi ratione, Dominus Ludovicus, Ferrariensis Ducis filius ac designatus Episcopus, ad Comitem Herculem Rangonem scripsit (huic, Ducis nomine, protectio Collegii Mutinensis commendata erat) ut hanc insolentiam non toleraret, sed diligenter in perturbatores Collegii animadverteret, et nostros omnes foveret ac tueretur.

194. Ille autem omne officium nostris offerens, eum juvenem, qui portam effregerat, in carcerem detrusit; et cum fama esset quod inde educendus et publice verberibus afficiendus esset, ecce nonnulli cives ad nostros celeriter occurrunt, et obnixe orant ne in parentum et consanguineorum dedecus puerum publice castigari permittant. Rector autem, ut injurias ferre pro Dei honore nostros paratos esse respondit, ita nec veniam esse negaturos, et eosdem cives ad Comitem protectorem statim misit ut nostri Collegii nomine veniam ac liberationem pueri precarentur, quam et impetrarunt. Comes tamen Hercules, qui et gubernator erat, per preconem in foro pronunciari jussit ne quis verbo aut facto nostris molestus esse auderet; et ita quiete satis, quod reliquum fuit hujus anni, nostri peregerunt.

195. Eodem autumno, quae remissior fuerat per aestatem, sacramentorum frequentia revocata ac instaurata fuit. Complures autem foeminae, quae multis annis in publico peccato vixerant, studio ac diligentia nostrorum per sacramentum con-

[1] Vide supra, t. III, pag. 156, n. 312, annot. 1.
[2] Supra, pag. 100, n. 187.

fessionis ex unguibus ac dentibus luporum infernalium ereptae sunt, ex quibus aliquae (praeter eas, de quibus initio hujus anni dictum est [1]), vitae non solum honestae sed etiam perfectae institutum sectari in monasterio Conversarum voluerunt. Inter has puella quaedam fuit ab aliquo seducta, quae caeteris salis et lucis officium praestare debuit.

196. Superstitiones quaedam, quae magnopere ibidem regnabant, Deo adjuvante, per nostrorum ministerium sublatae fuerunt. Libri etiam, tum haereticorum, tum eorum, qui ad inhonestam voluptatem incitare poterant, non pauci combusti sunt. Nec solum valentium et aegrotantium confessiones audiebant, sed et morientibus etiam usque ad ultimum spiritum suam operam praestabant, quamvis persaepe apud eos esset pernoctandum.

197. Eorum, qui frequenter ad sacramenta accedebant profectus spiritualis in quibusdam satis insignis cernebatur, qui quatuor, et aliquando sex horarum spatio, aliquando flexis genibus in oratione perseverabant, et a ciliciis et corporis afflictionibus a patribus spiritualibus essent cohibendi. Matronae quaedam non vulgares, quae olim maxima cum pompa ac numerosa pedissequarum caterva incedebant, postquam frequentationi sacramentorum assueverunt, et comitatum et ornatum superfluum projicientes, ad magnam modestiam ac humilitatis formulam redactae sunt, et charitate accensae erga proximos alios, viros et mulieres, qui multis annis ab hac salutari medicina abstinuerant, non solum adducere sed sancto quodam studio attrahere solebant, qui deinde in alios homines a Domino mutabantur; et, suae conscientiae statu a Sacerdotibus nostris intellecto, non solum de praesentibus, sed de praeteritis totius vitae peccatis confiteri optabant; et ita plurimi faciebant, qui et ipsi Dei beneficium agnoscentes, velut sitibundi, alios aberrantes per vias publicas et plateas quaerebant, et ad Christum adducere adnitentes ad nostros sacerdotes adducebant; quod aemulationem quorumdam pastorum mutinensium sic provocavit, ut cum quibusdam ipsorum curae commissis egerint serio ne, confitendi aut communicandi gratia, nostros adirent; alioqui nec in festo Paschatis, nec in mortis articulo, se Sacramenta

[1] Supra, a n. 171 ad 178.

ministraturos minabantur; nec tamen suis minis hujusmodi hominum spirituale auxilium impedire potuerunt.

198. Vir quidam, haud infimae conditionis, morbo Mutinae laborabat, quem cum inviseret Rector, et in Domino consolaretur, et interim de invisibili animorum aegritudine aliqua diceret, ad poenitentiam ille motus sua sponte pollicitus est, restituta sibi valetudine, ad meliorem frugem sese recepturum esse, et P. Philippum confessionis gratia aditurum. Cum autem convaluisset, nec tamen promissi memor esset, obvium eum habuit P. Philippus Rector, et cur non impleverit quod promiserat percunctatur, et addidit se rogasse Deum pro ipsius salute ut facilius fidem suam liberare posset; et videret ne ad animae ipsius salutem in morbum priore graviorem laberetur. Paucis autem post diebus febris eumdem vehemens et assidua invasit: et, conscientiae stimulis agitatus, protinus se ad P. Philippum contulit, et apud eumdem confessionem instituit et Sanctissimum Sacramentum accepit, relicto homine veteri et novo indutus, qui secundum Deum creatus est in justitia, veritate et sanctitate. Alius etiam, gravi morbo afflictus, postquam uni ex nostris sacerdotibus confessus est, maximam mentis tranquillitatem et gaudium est consequutus, et simul atque convaluit, ad nostros se contulit, et pro magno beneficio ducebat ut vel unum verbum ei a nostris fieret. Nec solum ipse, sed et uxor et familia in frequentia sacramentorum illum sequuta est. Fuit et miles quidam, ad poenitentiam et confessionem adductus, qui multos annos ab eo sacramento abstinuerat, ad quod jam saepius accedens, tarditatem perniciosam compensabat.

199. Ex mulierculis a publico peccato revocatis, quae admitti inter Conversas non potuerant, curatum est ut ab honestis matronis in obsequium suum adscriberentur.

200. Inter homines utriusque sexus afflictos, qui nostrorum opera spiritualem consolationem acceperunt, una potissimum fuit nobilis foemina, quae, ob filii obitum, tanto dolore affecta fuerat, ut omnem propemodum spem ac praesidium divinum subtractum sibi esse judicaret; sed et illa, et alii plurimi, consilio, exhortatione et sacramenti potissimum beneficio, ad spiritus pacem et quietem redierunt.

201. De domo obtinenda nostri curam non omittebant; et cum ecclesiam quamdam parochialem Sti. Bartholomaei frustra ob-

tinere tentassent, amici quidam, et inter alios Hercules Purinus, qui inter antiquiores et de Societate benemeritos connumerandus est [1], pecuniam offerebat ad locum illum Sti. Bernardini concinnandum, quem, ut diximus [2], medici salubrem fore affirmabant si habitationes altiores et aëri apertiores fierent; sed hoc anno nostri in conductitia domo perseverarunt. Et cum de Conversarum spirituali cura relinquenda a P. Ignatio essent commoniti, cum id commode fieri posset [3], videbatur P. Philippo id esse differendum, donec locum proprium et aliquam sustentationis rationem commodiorem haberent. Nec enim solum si relictae forent, id graviter sensissent, qui suis eleemosynis nostros juvabant, sed etiam mutationem confessariorum moleste ferebant; et ita, cum P. Laurentius Patarinus hoc autumno Romam evocatus est, Hercules Purinus et quae praeerat Conversis, Hieronyma Pezzana, suis ad P. Ignatium litteris rogabant ne tam crebro sacerdotes immutarentur; nam, ut dicebat Hercules, benevolentia, quae alitur longa consuetudine sacerdotum, a quibus in spiritu juvabantur, necessaria erat Collegio Mutinensi, donec radices altiores ageret. Addebat et ille ultramontanos missos esse sacerdotes, post P. Sylvestri [4] recessum, quorum idioma non satis percipiebatur; hujusmodi fuerat aliquando P. Adrianus Candidus et P. Philippus Leernus, vel alias Faber, Rector, qui tamen recte italicam linguam didicerat.

202. Cum Episcopus singulis dominicis diebus in cathedrali ecclesia evangelium populo declararet, et quidam alius religiosus, qui in eodem templo concionabatur, bis etiam eodem in loco diebus dominicis ad consolationem audientium [5] eodem munere fungeretur, quamvis P. Stephanus Baroëllus et Magister Joannes Ignatius eo munere fungi, praeter ipsum Rectorem, potuissent, abstinendum sibi censuerunt, ut qui audire ipsos poterant, audire eumdem [6] concionatorem possent, qui mane de sacro

---

[1] Vide supra, t. II, pag. 199 et 206. Ab Orlandini et aliis semper dicitur et recte, ut videtur, *Purinus;* alias minus recte *Paxinus*.

[2] Vide supra, n. 170, pag. 93, et Polanci litteras ad Rectorem Mutinensem 1.ª die Decembris datas.

[3] Vide supra, pag. 93, eodem n. 170, annot. 2.

[4] P. Sylvestri Landini.

[5] Verba *eodem in loco diebus dominicis* et *audientium* sunt Polanci manu superinserta.

[6] Episcopum et?

evangelio, et, a prandio, de explicatione orationis dominicae acturus, utiliter audiendus videbatur.

203. Cum Magister Joannes Valerius, qui primae classi praeerat, et cum latinis litteris graecas conjungebat, ex quadam agitatione corporis vehementi sanguinem evomere coepisset, et quia venam aliquam abruptam esse timeri poterat, lectionum labor ipsi prohibitus esset, ex duabus classibus in alteram collecti fuerunt, cui praeerat Magister Joannes Ignatius; et, quamvis graeca lectio omissa est, auditores tamen non discesserunt donec, convalescens sub anni finem Joannes Valerius, quod coeperat, prosequutus est [1].

204. Cum sacerdotes ab onere concionum essent liberi, liberius audiendis confessionibus, praesertim ante festum omnium Sanctorum et Natalis Domini, perutiliter elaborarunt. Non omittam quod, cum initio hujus anni P. Joannes Laurentius praedicatione et colloquiis multos, etiam ex nobilibus, ad crebrum usum confessionis et communionis adduceret, nihilominus aliqui ex his, qui occasionem reprehendendi quaerebant, aliqua adnotarunt quae vel apocrypha, vel parum solida esse dicebant et irridebant; et, cum hoc ad Episcopum perlatum esset, socium suum religiosum ad eum crebro audiendum ire jussit ut, si quid observaret admonitione dignum, ipsum admoneret.

205. Primaria quaedam matrona mutinensis et in rebus spiritualibus dona eximia a Dei benignitate sortita, cum pristina consolatione a Deo privata, ac proinde non parum afflicta esset, P. Ignatio scripsit et auxilium orationum ab eo postulavit. Cum autem P. Ignatius, ad Rectorem Collegii scribens [2], eidem injunxisset ut huic matronae, quae Barbara Pezzana dicebatur, renunciaret se facto potius quam verbis litteris ipsius responsurum, aliis litteris eadem Barbara testata est statim sensisse effectum et fructum orationum et sacrificii Missae pro ea oblati, et magnam se lucem, ad cognoscendam imperfectionem suam et vitae anteactae defectus, accepisse testatur, et demum facile est ex ejus litteris conjicere quod in profundae humilitatis

---

[1] Joanni Valerio de recuperata valetudine gratulatur, quaedam addens consilia. Polancus, *ex com.*, die 1.ª Decembris eademque die Patri Philippo Leerno, flandro, Rectori, scripsit de modo scholas regendi et dividendi, dum a docendi labore Valerius abstinere cogeretur —Vide supra, pag. 102, n. 192, annot. 1.

[2] Datae sunt hae litterae 10 Novembris 1554.

virtute et in passionum ac propriae voluntatis abnegatione multum profecit.

Et haec de Mutinensi Collegio sint dicta.

DE COLLEGIO BONONIENSI

206. Praefuit huic Collegio, prout et anno praeterito, P. Franciscus Palmius; et nostri bononienses in graves morbos hoc anno inciderunt; et cum admonitus esset ut in ratione victus ac vestitus nostris diligenter consuleret, intellectum est non ex hoc defectu, sed ex quadam aëris corruptione, et apud nostros et apud alios latissime morbum hoc anno Bononiae patuisse. P. Viola, Commissarius, eo redactus erat ut de ejus salute medici parum sperarent; sed tamen postea, in progressu anni, melius habere coepit, et ad patrium aërem, ut superius diximus [1], [missus] valetudinem recuperavit.

207. Quod ad scholas attinet, initio quidem anni mediocriter numerosae videbantur, nam centum et quindecim scholastici erant; sed paulatim hic numerus imminutus est, et nobilissimi quique et amicorum Societatis filii, bona ex parte a scholis recesserunt; et hujus rei causa esse ferebatur praeceptorum in italica lingua ignorantia, cum aliarum essent nationum, defectus etiam exterioris cujusdam gratiae et dignitatis, quae auctoritatem eis apud scholasticos conciliaret; sed et docendi methodus in quibusdam melior desiderabatur; et non solum numerus et qualitas scholasticorum, sed simul etiam existimatio, quod ad scholas attinet, decrevisse Bononiae quibusdam visum est; et Ferrariae idem et Mutinae ex eisdem causis accidisse videtur; aliquo tamen modo et numerus et auctoritas instaurari coepta est, cum Mag. Joannes Andreas Bonainsegna Bononiam, ubi aliquandiu versatus est, fuit evocatus [2].

---

[1] Supra, pag. 39, n. 57.

[2] Vide supra, pag. 99, n. 186.

208. Quod ad spiritualia exercitia attinet, de quibus admonuimus superius [1] quod P. Ignatius rationem sibi reddi voluerat, quam multis scilicet proponerentur, Bononiae non exiguam messem P. Francisco Palmio praebebant; nam aliquando duodecim simul exercebantur, inter quos unus sacerdos erat, duo saeculares, reliqui foeminei sexus; sed bona ex parte religiosi aliquando decem et octo simul exercebantur, et non poenitendus fructus hac ratione in multorum animis colligebatur.

209. Cum operariis indigeret Bononiense Collegium, missus est P. Augustinus Riva, qui Eugubio inter alios eductus fuerat qui, cum senex esset, et domi aliquam nostrorum curam habebat, et foris confessionibus audiendis et operibus pietatis operam dabat; nam et aliqui, qui simultates et odia multa exercebant, nostrorum opera inter se conciliati fuerunt; et per restitutionem factam quorumdam conscientiae exoneratae; nec pauci a peccatis ad vitam christianis dignam agendam et sacramenta frequentanda adducti sunt [2].

210. Haec frequentatio sacramentorum Bononiae oppugnata hoc anno fuit hac ratione. Duo quidam homines, qui vitam heremiticam diu egerant, extra urbem, et deinde Bononiae habitabant [3], et magnam sanctitatis apud populum existimationem nacti erant, propter quam et frequentes homines utriusque sexus eos invisebant: hi, inquam, hanc sacramentorum frequentiam reprehendere coeperunt jam inde ab eo tempore, quo Patres Claudius et Paschasius Bononiae versabantur, qui saepius duos hos viros convenerunt, sed nunquam convenire cum ipsis potuerunt. Illi ergo praecedenti anno et hoc quinquagesi-

---

[1] Supra, pag. 95, n. 174.

[2] Scripserat quidam frater, Franciscus nomine, Romam de hac operariorum in Bononiensi Collegio penuria, cui haec, *ex com.*, respondet Polancus, Patri Francisco Palmio scribens: «Al fratello M. Francesco non accaderà altra particolar risposta. Lui guidicha et bene che V. R. dovria esser alligerito nelle confessioni per puoter attendere al predicare et altri essercizii di studio, et di qua pare etiam il medesimo, et per tal effetto si mandò di la il Dottor Augustino et si fece sacerdote M. Francisco Parmesano, et acciò il primo con più intelligenza et experienza potesse trattare le cose interne, potria far lui stesso gli essercizii spirituali, quagli non ha fatto in Roma. Et così la R. V. veda di dargli detti essercizii, et dopoi gli faccia intendere esser questa la mente di Nostro Padre ch' attenda da senno alle confessioni...» 17 Novembris 1554.

[3] Hi fuisse videntur Fratres Eremitae Sanctae Mariae de Misericordia, quibus ecclesia Sancti Blasii intra urbem Bononiae assignata hoc tempore fuerat. Vide Carolum Sigonium, *De Episcopis Bononiensibus*, lib. v, col. 577, operum tom. III.

mo quarto, contra frequentiam hanc apud suos sectatores privatim et publice loquebantur, et demum Episcopum [1] aggressi, ex parte illi persuaserunt ab hac frequentia abstinendum esse; levitate enim quosdam moveri crebro communicantes, matrimonia separare, domesticorum curam relinquere, furari quae dent confessariis, et alia hujusmodi et pejora ingerebant auribus Episcopi; et sacerdotes quosdam, Leonem et Achillem vocatos, induxisse sectas quasdam et subvertisse quoddam monasterium hac ratione dicebant. Quae quamvis non ita se habere intellectum est, tantam auctoritatem duo illi homines habebant apud populum et Episcopum, ut boni illi sacerdotes [2] a confessionibus audiendis prohibiti sint; et concionatores non audebant tunc frequentiam sacramentorum palam commendare; et cum in quodam monasterio, quod Sanctae Mariae Novae dicebatur (in quo juvando P. Franciscus Palmius [suam operam] impenderat) magna pars monialium octavo quoque die communicaret, hanc esse Episcopi voluntatem ferebatur, ut frequentem communionem omitterent, et juxta ipsarum veteres constitutiones decies tantum aut duodecies singulis annis confiterentur; nam majorem frequentiam dissensionis cujusdam seminarium fuisse ferebatur; et ex parte verum erat, sed de illa dissensione, de qua Dominus in Evangelio dixit: *non veni pacem mittere sed gladium;* nam multae, quae velut leones prius fuerant, hac ratione velut agni mansuetae factae sunt; et tamen aliis, ad profectum spiritualem minus affectis, id displicebat; et cupiebat Episcopus ut illis persuaderet P. Franciscus Palmius ut sese reducerent ad rariorem illam communicandi formulam, ad quam ex suis constitutionibus tenebantur. Tantumdem in duobus aliis monasteriis fieri cupiebat, quae, nostrorum consilio, frequenter, id est, octavo quoque die ad haec Sancta Sacramenta accedebant; et tamen P. Franciscus, qui multum laboraverat in hac sancta consuetudine inducenda, si eam omitterent, timebat ne fierent posteriora pejora prioribus.

211. Consuluit ergo P. Ignatium quid ipsi faciendum videretur quod ad hanc frequentiam communionis attinet, et an

[1] Is erat Joannes Campegius.

[2] Leo, scilicet, et Achilles. Hi Romam ad officium Sanctae Inquisitionis delati sunt, ut videre est in pluribus litteris ad Franciscum Palmium hoc anno datis.

esset ipse perseveraturus in aliqua monasterii Sanctae Mariae Novae cura habenda, quam tamen Episcopus ab eo relinqui noluit: respondit autem P. Ignatius doctrinam illorum solitariorum a malo spiritu prorsus profectam censeri, qui animarum singulare hoc praesidium vellet impedire. Hortabatur etiam ut Episcopum alloqueretur, et quid hac in re sentiendum esse admoneret; et si oporteret doctrinam hanc, testimoniis sanctorum Doctorum confirmatam, Bononiam transmittere, se facturum pollicebatur. Quod autem attinet ad curam illam monialium Stae. Mariae Novae, relinquendam omnino esse, quod instituto nostro repugnaret; quamvis eas invisere et aliquando confessiones earum audire permitteret, et tunc praesertim cum de illarum reformatione agitur. Interim tamen, dum aliquis idoneus inveniretur, ut sine conscientiae scrupulo in eis juvandis pergeret hortatus est [1]. Brevi tamen P. Franciscus Palmius, idoneo confessario [2] invento, illarum curam, quamvis non sine sensu doloris earum, reliquit. Cum Episcopo autem in his, quae ad frequentem communionem attinebant, diligenter egit, et persuasum illi est expedire ut frequentatio praedicta in ecclesia nostra et in monasteriis retineretur, quamvis eam prius prohibuerat; et non solum non decrevit, sed auctus etiam est crebro confitentium, et communicantium etiam, numerus.

212. Utebatur autem Episcopus ejusdem P. Francisci opera in multis, quae ad bonam gubernationem suae dioecesis spectabant, et eidem Patri confitebatur, et suam operam in alio loco quaerendo, de quo paulo inferius [3], eidem Patri officiose obtulit; et cum pro ratione sui officii ecclesiam nostram invi-

---

[1] "Habbiamo inteso la dottrina di quelli doi già solitarii et adesso poco amici della communione frequente; et senza dubio crediamo sia opera del demonio inimico del bene spirituale nostro voler impedire tanto bene quanto seguita di tal frequentatione. Pare che V. R. liberamente debbia parlare al Rmo. Vescovo quello che sente, et di qua, se accaderà mandar fundata questa dottrina per convincere quelli che la contradissero, si farà. De lassar la cura delle monache sarà necessario per essere l' instituto nostro ripugnante, benche permette visitarle et confessarle qualche volta, massime intanto che si riforma, o si cerca persona atta per attendere a loro; sicche la R. V. faccia pensiero di lassar tal assumpto, et pur stia senza scrupulo per un poco di tempo insino a tanto che possa mettersi questo peso sopra le spalle d' altrui.„ Polancus, *ex com.*, Patri Francisco Palmio, 23 Junii 1554.—Vide etiam supra, pag. 28, n. 35 et infra n. 385.

[2] Intellige sacerdotem, qui de Societate non esset.

[3] Num. 220.

seret [1] (nam visitationi tunc vacabat), tam commode tamque decenter ornatam invenit in exterioribus et etiam in spiritualibus, ut Stae. Luciae ecclesiam velut normam sibi fore diceret ad quam alias ecclesias exigere deberet; ab illis autem, qui sub parochia Stae. Luciae habitabant, tam multa in commendationem collegii ei referebantur, ut facile eorum erga nostros devotio ac pietas appareret. Invisit etiam collegium et scholas, orationibus ac versibus latinis et graecis exceptus; et tam venuste pueri quae ipsis injuncta erant, et in collegio composita, pronunciabant, ut non se posset Episcopus prae laetitia continere quin coram omnibus in operis tam pii laudem multa diceret.

213. Ipso die Annunciationis B. Virginis P. Andreas Bonainsegna primum sacrificium Deo obtulit et concionem in ecclesia habuit [2].

214. Non omittam quod a P. Ignatio reprehensus est P. Franciscus Palmius, quod ad Societatis institutum neminem adduceret; quod ipse perlibenter accepit, et fatebatur cum nonnullis infimae notis [3] id se curasse, sed non obtinuisse: triviales autem homines non esse necessarios Societati existimasse.

215. Fatetur etiam se experientia didicisse cum sacerdotibus, qui de Societate non sunt, arctam amicitiam (licet alioqui boni ac spirituales essent et juvandis proximis vacarent) non esse tenendam. Quidam enim sacerdos, Leo nomine, de quo superius mentio facta est, magna infamia ea in urbe laborare coepit, et de eo Episcopus male admodum sentiebat, quod ex monasterio quodam, quod superius nominavimus, S.tae Mariae Novae, inscio Episcopo, per nobiles quasdam matronas agebat, ut aliquae moniales secrete ex monasterio illo egrederentur ad quamdam domum, ubi novum quoddam monasterium conficerent, et quindecim ex eis jam discessum et sarcinas parabant, cum ab aliis deprehensae et retentae fuerunt [4].

216. Hoc autumno scholae bononienses a Mag. Francisco Bordone, qui Ferraria Bononiam translatus fuerat, instauratae

---

[1] Meminisse oportet ecclesiae Sanctae Luciae adhuc hoc tempore animarum curam adnexam fuisse.

[2] Vide supra, n. 155.

[3] Sic perspicue in ms.; sensus tamen et syntaxis exigere videntur ut, loco verborum *infimae notis*, scribatur *haud infimae sortis*.

[4] Vide supra, pag. 109, n. 210. – Aliquid simile sed multo gravius jam olim passus erat P. Franciscus Palmius anno 1552. Vide supra, t. II, pag. 504, n. 222.

valde sunt; nam praeterquam quod aliis scholis ipse praefectus erat, in prima latinas et graecas litteras ac rhetoricam tradere erudite coepit, et quibusdam orationibus auditorum animos excitavit [1]. In inferioribus classibus, quia Despauterius explodebatur, pauca quaedam et necessaria praecepta, ex grammaticorum thesauris deprompta, oratione soluta confecit, quae praeceptores suis discipulis dictarent et illi in suos commentariolos referrent.

217. In renovatione autem studiorum multae et elegantes orationes pridie nonas Novembris habitae, magna cujusque ordinis frequentia, fuerunt et feliciter satis peroratae; et quamvis, pariete quodam dejecto, ex duobus gymnasiis unum amplum confecerant, non potuit tamen multitudinem auditorum capere. Oratoribus permixti erant poëtae, qui sua pronunciatione et cantu auditores valde delectarunt. Egloga deinde quaedam ad admirationem usque bene recitata a pueris fuit. Aderant multi canonici cathedralis ecclesiae, et ex doctoribus aliqui magnae auctoritatis, et nobiles complures ac senatores, qui, omnibus perjucunde auditis, se prius Societatem usque ad illum diem non cognovisse affirmabant, et omnem suam operam amanter offerebant.

218. Episcopus autem in benevolentia crescebat, qui P. Francisco injunxit ut omnia monasteria urbis suo nomine inviseret, in quibus concionatus est, et ut testatur Mag. Franciscus [2], qui comes ei fuit, egregie hoc concionandi munere fungebatur, adeo ut censeret ille ab aliis occupationibus P. Franciscum esse liberandum, ut talentum egregium, quod a Domino acceperat, liberius et crebrius ad multorum utilitatem exerceret [3]. Rogante eodem Episcopo, dioecesim invisere debuit simul cum ipso, et aliquas in ea lustratione conciones habuit coram ipso et magna populi frequentia, quibus adeo commovit tum caeteros tum Episcopum, ut ei persuaserit quod alii concionatores nunquam potuerant. Conferebat autem cum eo et in consilium adhibebat eum amanter. Et demum tam scholae quam aliae res spirituales

---

[1] "Ci siamo rallegrati della rinovatione de gli studii e della satisfactione che ha V. R. del Mtro. Francesco Bordon.„ Polancus, *ex com.*, Patri Francisco Palmio, 17 Nov. 1554.

[2] Mag. Franciscus Bordon.

[3] Vide supra, pag. 109, n. 209.

erigi Bononiae sub anni finem coeperunt, quae monachis Episcopi Mutinensis sociis, sub initium hujus anni magnopere declinare visae fuerant [1].

219. Cum autem filius Dominae Violantae Gozzadinae, quae de collegio nostro optime merita erat, gravissimo morbo laborare diceretur, in matris gratiam eo se P. Franciscus contulit (Camillus Gozzadinus juvenis ille dicebatur, ex familia nobili bononiensi) et ejus morti interfuit; sed cum ejus mater usque adeo ad res Collegii Bononiensis esset propensa ut bona sua ad ejus dotationem relinquere vellet, cum adhuc filium ecclesiasticum superstitem haberet, P. Franciscus Palmius non facile admittendam esse hujusmodi haereditatem sensit, quae ad aliquot ducatorum millia ascendebat, quamvis illa filium usufructuarium relinqueret [2].

220. Quod attinet ad locum aliquem inveniendum, qui magis idoneus esset quam Sanctae Luciae, toto fere hoc anno actum est; et primo quidem de ecclesia Sti. Thomae del Mercato [3], deinde de Sto. Columbano actum est; et non solum Episcopus, sed etiam Cardinalis Poggius, qui ex Hispania rediens Bononiam (quae ipsius erat patria), omnem suam operam obtulit [4]; sed, re tentata, nec parochia Sti. Thomae nec Sti. Columbani commode obtineri potuit.

221. Judicaverat P. Franciscus Palmius expedire ut cum Senatu coram ageret, et ab eo obtinere curaret locum aliquem nostris ministeriis opportunum. Cum autem [aliqui ex] primariis quibusdam amicis, inter quos erant Dominus Pollidorus Castelli et Dominus Joannes Antonius Grassi et ipse etiam prolegatus, senserint id expedire, et probarent duo protectores quos in ipso senatu habebat Collegium, scilicet, Domini Antonius Campego [5] et Astor de la Volta, decima octava Aprilis

---

[1] Vide supra, pag. 99, n. 186.

[2] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 491 et 395, et Polanci, *ex com.*, litteras ad Patrem Franciscum Palmium, 15 et 22 Decembris 1554.

[3] "La chiesa di San Thomaso pare conveniente. Il modo d'haverla pare a Nostro Padre il medesimo che al Conte Bentivoglio, se si potessi fare. Con questo, perche pende de molte circonstantie particolari a V. R. meglio note il giuditio di ciò, Nostro Padre si rimette a quello che parerà a V. R., presupposto che tener alla longa chiesa con cura d'anime non ci conviene.„ Polancus, *ex com.*, Patri Francisco Palmio 3 Februarii 1554.

[4] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. III pag. 72, et t. IV, pag. 163.

[5] Sic; eritne *Campeggio?*

Senatum adiit et favorem atque auxilium postulavit, ad locum scholae potissimum et aliis ministeriis opportunum. Placuit autem Senatui quod proponebatur, et omnium nomine, quatuor electi fuerunt ad hoc negotium conficiendum, qui fuerunt Confalonerius, quem vocabant, justitiae, Comes Vincentius Herculanus, Dominus Carolus Bianchetus, et Dominus Laelius Vitalis, qui agere de inveniendo loco coeperunt. At de praedicta ecclesia Sti. Columbani, et alia, quam *de la Galera* [5] vocabant, cum tractarent, multa incommoda, ne negotium conficeretur, occurrerunt tam ipsis quam Cardinali Poggio et Episcopo.

222. Ventum est deinde ad tractationem ecclesiae S. Andreae, quae quibusdam cum conditionibus obtineri posse videbatur; et cum, post multa, compensatio inventa fuisset, et situs optimus domus, et ecclesia commoda esset, et vicinae quaedam domus in scholarum usum assumptae, et demum omnia facilia reddita viderentur, cum capitulo cathedralis ecclesiae, quae bonam partem compensationis dabat, actum est ut procuratoria instrumenta conficeret, et omnia demum Romam missa fuerunt, ut res cum Summo Pontifice transigeretur, et quibusdam, qui capituli negotia agebant, res fuit commissa, et multis litteris etiam a Senatu obtentis ad suum Legatum ut negotium urgeret; tamen hoc anno nihil Romae confici potuit. Aliqui etiam annui reditus, qui quibusdam ludimagistris per urbem dari soliti erant, a Senatu obtineri P. Franciscus curavit, sed ne id quidem successit ex sententia, et ita eodem loco Stae. Luciae, sicut prius, collegium, et in eadem paupertate, perstitit.

---

[5] Rectius *di Galliera*.

DE COLLEGIO PATAVINO ET LOCO BASSANI

223. P. Joannes Baptista Tavonus hoc anno Collegio Patavino praefuit, et satis in negotio domestico laboratum est. Obierat sub finem anni praecedentis Guericus Deodatus [1]; Andreas et Fabius, siculi [2] ac praeceptores, aegritudine longa, quartana scilicet, afflicti erant; et quamvis optaret Rector eorum valetudini consulere, non poterat tamen, ut eorum infirmitas exigebat; cum enim rerum temporalium penuria magna optimus Prior [3] premeretur, haberi necessaria non poterant, nec ad victus, nec ad medicinarum subsidium. Accidit enim aliquem ex aegrotantibus unctione quadam ad lateris dolorem sublevandum indigere, ut praesenti remedio; et nescio quot diebus haberi non potuit. Ex familia etiam Domini Prioris nonnulli conquerebantur quod, dum in expensas nostrorum multa Prior expenderet, sua interim stipendia obtinere non possent; et Doctor quidam, familiae nomine, P. Baptistam Tavonum hac de re loquutus est, qui intellexit jam a nostris D.no Priori dictum fuisse ut paucos, aut si vellet, nullum Patavii et Venetiis aleret [4]. Ipsum tamen pro animi sui magnitudine, licet vires ei aequales non essent, voluisse ut duodecim essent Patavii et totidem Venetiis, et perinde hos atque pauciores Deus alere poterat.

224. Ad novem tamen nostri patavienses redacti erant, inter quos quatuor erant praeceptores, tres aegrotantes; itaque Rector cum aliquo, qui reliquus erat, satis habebat negotii. Efficiebat etiam haec paucitas et labor scholarum, quibus praeficiebantur aliqui parum diu in probationibus Societatis versati, ut

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 113.

[2] Vide infra, n. 248.

[3] Andreas Lipomanus, Prior Trinitatis.

[4] Saepius toto hoc anno, sicut et praecedenti de iis egit Ignatius cum Patre Caesare Helmi, Venetae domus Rectore, et cum Patre Joanne Baptista Tavono, Rectore Patavinae; sed adduci non poterat bonus Prior ut sociorum numerus Patavii aut Venetiis minueretur.

tentationibus facile concuterentur aliqui ex nostris; unus itaque ex praeceptoribus a collegio sponte sua recessit; quamvis facti poenitens, Romam venit, et denuo admissus est [1]. Alii tres vel quatuor de recessu cogitabant, inter quos etiam aliquis ex praeceptoribus erat; quamvis Rector eos retinuit, qui in his fluctibus satis constantem se semper praebuit [2].

225. Nec charitatis officia omittebat; spiritualia exercitia quibusdam proposuit; non defuit aliquis, qui Societatem ingredi vellet. Confitebantur etiam eidem et P. Aloysio [3] non pauci, et in magnis afflictionibus solatium inveniebant, et mirifice Societatis institutum extollebant, quod ipsi P. Tavono, qui suae infirmitatis conscius sibi videbatur [4], lacrymas excutiebat. Nobilis quaedam veneta, quae quatuor habebat filias, cum dubitaret quo eas deducere ad confessionem secure posset, hoc illi consilii datum fuit, ut ad nostros accederet, quod bonam existimationem hominum ostenderet. Ab uno fere milliario cum satis magno incommodo, confessionis gratia, conveniebant; et si in medio urbis habitassent (nam locus ille noster in extrema et a frequentia remotissima urbis parte est), nec confitentium nec scholasticorum numero satisfacere potuissent. Confessiones autem generales, quae in quadragesima occurrebant, in aliud tempus, scilicet post Pascha, rejiciebat; quamvis non paucos in quadragesima audiret, qui complures annos a confessione abstinuerant; aliquos etiam, qui alio in loco fuerant confessi, sed ipsorum conscientiis satisfactum non fuerat; quidam qui afflicti, et quodammodo desperati, accesserant, post confessionem laeti in Domino recesserunt. Qui eidem Patri alias confessi fuerant, ad eumdem cum emendatione magna redibant, et sibi conjunctos ac familiares adducebant. Quemdam etiam, qui

---

[1] Fuit is Joanninus, de quo plura infra, nn. 233 et 234.

[2] "Pare a Nostro Padre che s' habbia diportato molto bene con Joannino V. R. et anche col factor di Monsignor (il Priore Lipomano). Circa gli altri fratelli che hanno patito qualche travaglio di mente, è da sperar in Dio che, levata quella occasione, faranno il suo debito„. Polancus, *ex com.*, Patri Joanni Baptistae Tavono, 13 Januarii 1554.

[3] Nunc primum in hujus Patris Aloysii mentionem incidimus, nec elicere adhuc licuit quisnam hic esset.

[4] Haud facile est intelligere quid his verbis *qui suae infirmitatis conscius sibi videbatur* exprimere voluerit Polancus. Sed si ea cum illo SATIS *constantem* num. praecedentis et cum iis quae infra, n. 236, dicentur, conferantur, elici posse videtur bonum hunc Patrem Tavonum tot laboribus, penuria et difficultatibus oppressum, aliquantulum animo despondisse.

de aliquo dogmate dubitabat, per sacramentum in catholica fide stabilivit. Inter alios, germanos quosdam, confessionis gratia accedentes, in Domino juvit [1]; quasdam etiam tenebras ignorantiae in confessione audienda detegebat, quae gravissimorum peccatorum causa fuerant, ex quibus interrogandi necessitas satis elucere potuit. Deerat aliquando tempus cibi capiendi, cum tamen vix mediae parti convenientium satisfieri posset.

226. Spiritualia exercitia paucis, propter occupationes plurimas, etiam post Pascha dare potuit; nam, praeter domesticas, alias etiam suscipere necesse erat, inter quas per hebdomadam integram in hospitale se contulit, ut Misae sacrificium offerret, quod sacerdos id facere solitus ab urbe abesset. Confessionibus etiam tam aegrotantium quam nobilis cujusdam, qui hospitali praeerat, dare operam eodem tempore potuit.

227. Quemdam in collegium admisit, qui diu Societatem expetierat, quod ejus opera ad domesticas functiones indigeret.

228. Quamvis ad victum stricte admodum necessaria subministrarentur, ecclesiam concinnandam curavit, et ad populi devotionem et concursum aptiorem reddidit; nam, sublato ligneo quodam cancello, quod mediam fere partem ecclesiae ab alia dividebat; capaciorem eamdem et expeditiorem reddidit. Ornavit etiam, ut potuit, et sepulturam ad nostrorum usum confecit; et ut ecclesiae porta interdiu semper aperta esset, quae post meridiem claudi solebat, instituit, ut qui nostrorum vellent opera uti, apertum aditum semper invenirent. Scholas etiam sine expensa Domini Prioris concinnaverat, at non sine expensis aliunde quaesitis [2].

229. Numerus eorum, qui ad scholas accedebant sub initium hujus anni, ad centum et viginti erant, in quinque scholas distributi. Cum autem minueretur aliquantulum hic numerus, Roma monitus fuit Rector ut videret num ad tres scholas redigi possent, ne tam multi praeceptores occuparentur. Judicavit ille propter inaequalitatem eruditionis id fieri non posse; ad quatuor tamen reduxit; et nihilominus, cum praeceptorem non

---

[1] Vide supra, t. II, pag. 64, annot. 3.
[2] Vide infra, n. 238.

posset constituere, ipsemet, aliquod tempus ei scholae tribuere inter alias occupationes debuit.

230. Docuit autem eum experientia quod illi magis proficerent qui, cum prius in rudimentis grammaticae essent versati, nostris darent operam; multo autem lentius qui in inferioribus erant classibus progressum faciebant, quamvis et illi magis quam alibi proficere crederentur, propterea quod in grammaticis solida fundamenta jacere conabantur; quod alibi non faciebant, licet auctores graves audirent [1].

231. In doctrina christiana iidem proficiebant. De quodam adolescente, quem Pater regere non poterat, observatum est quod, cum primum ad christianam doctrinam accessit, sic compunctus est et eam vitae mutationem fecit, ut ejus pater magnum in illo factum esse miraculum affirmaret.

232. Observavit idem Pater Tavonus, ubi scholae hujusmodi habentur, aliquem supernumerarium praeceptorem esse necessarium, ut praeceptores, cum non bene haberent, sublevaret; alioqui cum valetudine imbecilla hoc munus obeuntes ne scholas deserere cogerentur, detrimentum non exiguum se passos esse in valetudine experiebantur; quae omnia facile Societatem admonebant perutile, sed difficile nihilominus, scholarum hoc institutum esse; nec onera hujusmodi multa subeunda (licet in praesenti praeceptores suppeterent), nisi probabiliter sperari posset quod in posterum ad successores iis cum opporteret mittendos, commodi eidem Societati [2] foret [3].

233. Proficiebant nihilominus in litteris et bonis moribus scholastici qui perseverabant, qui paulatim usque ad septuaginta imminuti fuerunt; omnes confitebantur, prout eorum praeceptores boni et solliciti de eorum profectu erant, ita et ipsi [4]. Cum

[1] Non Patavii solum, sed Mutinae, Ferrariae, Bononiae, etc., ut suis in locis narrat Polancus, defectus hic in puerorum institutione cernebatur, sc., ut ad graviores difficilioresque auctores volvendos progrederentur, prius quam solida in grammaticis rudimentis fundamenta jecissent.

[2] Verba haec *eidem Societati* inseruit manu propria Polancus.

[3] Idem experta fuerat Societas pluribus in locis; quare per hoc tempus suis litteris declarat saepe Ignatius hanc sibi in collegiis admittendis legem praestitisse, ne quod admitteret nisi reditibus dotatum sufficientibus ad alendos duodecim aut quatuordecim sociis, quorum aliqui scholastici essent, qui litterarum studio incumberent et lectorum aegrotantium vices possent supplere.

[4] Quoniam nulla est hic in ms. interpunctio, incerti sumus an legendum sit: *omnes confitebantur* (ad sacramentum confessionis accedebant); *prout...*, an vero: *omnes confitebantur* (fatebantur), *prout eorum praeceptores boni et solliciti de eorum profectu erant, ita et ipsos bonos et de profectu sollicitos reddi.*

autem hoc autumno revocatus esset Romam Magister Petrus Brito, et ille Joannes, de quo superius mentio facta est [1], denuo Patavium missus, scholae ad tres redactae sunt, et Mag. Emerius partim orationibus, quas in renovatione studiorum pronunciandas quatuor juvenibus dederat (eas autem cum variis carminibus multi auditores et magna cum approbatione audierunt), partim industria et sollicitudine, quam in docendo adhibuit, scholae erigi et in meliorem formam redigi coeperunt. Res etiam domesticae post illius Joannis (Joanninum alii vocabant) recessum, bene ac feliciter se habere coeperunt.

234. Nec omittam quod, cum ille secundo Romae admissus et Patavium remissus esset (quia resipiscentiam cum ostenderet, remittendus Patavium aedificationis causa videbatur), alicui ex sociis significavit se non ex corde ad Societatem rediisse, immo nec primo venisse ut in ea perseveraret, sed ut quod posset addisceret Societatis expensis, ac deinde uxorem duceret; et hic erat, qui alios ad defectionem sollicitaverat [2]; et, cum simulato esset animo et cauteriata esset conscientia, domi et foris se pessime gessit; nam et indicia quaedam fuerant quod quaedam cum scandalo extra domum perpetraverat; et tandem, diutius toleratus quam opus erat, a P. Ignatio dimissus est; et docuit etiam eos, qui talentum aliquod sine spiritu ac virtute ostendunt, quo diutius retinentur, eo magis perniciosos Societati esse.

235. Non omittam quod bonus P. Baptista Tavonus ad nobilem quamdam matronam aegrotantem, ut ipsius audiret confessionem, est evocatus; de ejus vita medicus parum admodum sperabat; quae tamen, simul atque confessa est ac communicavit, ab omni morbo statim liberata fuit; et aperte fatebatur magnum miraculum a Deo in ipsa factum esse; magnam etiam in melius vitae mutationem facere eadem constituit. Et in festis praecipuis, cujusmodi est Assumptionis B. Virginis, et alia, messem uberiorem habebat. Nullus tamen fere dies etiam alio tempore elabebatur sine confessionibus, vel in ecclesia, vel

[1] Hic ad oram paginae scripsit Sacchinus: *Petrus Brito Romam revocatus, Joannes missus Patavium, qui ante fugerat.*—Huic Joanni, alias *Joannino, Joanico,* cognomen erat *Ottilio,* ut videre est in litteris patentibus seu *obedientiae,* quas ei, cum peregrinando Patavium missus est, dedit Polancus 2 Februarii, et aliis ad P. Joannem Baptistam Tavonum datis die sequenti.—Vide supra, pag. 116, n. 224, et infra, n. seq.

[2] Vide supra, n. 224.

apud aegrotantes. Aliquando etiam exhortationem in aliquo monasterio faciebat.

236. Quia tamen litteris theologicis seriam operam nunquam dederat, et, pro sua humilitate, aliis etiam dotibus ad gubernandum se destitutum censebat, ad P. Ignatium scripsit, et ut alium superiorem mitteret obnixe rogabat, ut cui multo optabilius obedire quam praeesse foret. Cum tamen P. Ignatius eum ut pergeret in suscepto munere hortatus esset, sic obedientiae praescripto acquievit, ut optimo animo in officio suo progrediens, eam esse virtutem obedientiae experiretur ac diceret, ut debilibus vires, imprudentibus et ignorantibus prudentiam et doctrinam, et parum bonis virtutem tribueret [1].

237. Ut autem res domesticas Mutinae expediret (quarum dispositionem in usus pios P. Ignatii arbitrio commisit), Mutinam, quae patria ipsi erat, se contulit, et, paucis ibi diebus commoratus, Patavium rediit: et testabatur fructum ibi uberiorem in horreum Domini inferri nostrorum opera quam vel Patavii vel Venetiis [2].

238. Cum autem Venetiis aliquot dies exegisset, a Domino Priore ea subsidia ad vestitum nostrorum impetravit, cum alioqui angustiis rei familiaris ille hoc anno premeretur, quae aliis annis non obtineri potuerant; sed cum non parum in aestate praecedenti rerum necessariarum penuria laboraret, et consuleret P. Ignatium an ferre deberet se in angustias redigi a Domino Priore, an, ut solitus erat, aes alienum conflaret, quod Prior deinde dissolveret, cum praesertim fratrum indigentium commoditati omnino prospici oporteret, judicavit P. Ignatius curandum esse ut Dominus Prior, plus quam ipse suaviter ferre posset, non gravaretur; et ne collegialibus deessent necessaria, ut ipse eleemosynas aliunde curaret, non quidem eleemosynam publice emendicando, nam Prior ipsi non placere significaverat, sed a paucis quibusdam, quibus explicari poterat Dominum Priorem, juxta animi sui liberalitatem ac voluntatem optimam non posse, licet vellet, omnia necessaria ipsi suppeditare; et quandoquidem hoc ipsum fiebat Venetiis a P. Caesare, quod vel non veniebat ad aures D. Prioris, vel ille dissimulabat, nec

[1] Vide supra, pag. 117, n. 225.

[2] Vide Polanci, *ex com.*, litteras ad Patrem Joannem Baptistam Tavonum, 10 Novembris et 15 Decembris 1554.

sibi displicere significabat, credibile erat quod Patavii eodem modo rem esset accepturus; et si quid dubii nasceretur, arbitrio P. Caesaris id committebatur, qui tam Veneto quam Patavino praeerat; et cum adesset D. Priori, mentem ipsius facilius cognoscere poterat [1].

---

239. In loco Bassani toto hoc anno P. Gaspar Gropillus mansit, qui, pro more suo, diebus dominicis in oppido concionabatur, et confessiones cujusdam confraternitatis in suo heremitorio audiebat. Ab illo autem monasterio monialium, cui anno praecedenti suam operam praestiterat, jam liber erat, nam alius confessarius illis prospectus P. Gasparem sublevabat. Cupiebat ille vehementer ut Societas aliquos in locum illum mitteret; nam Bassani, ubi collegium aliquod utile fore videbatur, propter oppidi paupertatem, licet ipse tentavit, primores ejus oppidi alloquendo, institui non facile poterat.

240. Cum autem se minus facilem ad abnegationem experiretur quam institutum Societatis nostrae exigebat, et alioqui valde propensus esset ad locum illum, in quo sibi videbatur Deo et communi bono magis quam alibi inservire posse, intepescens in fervore suae vocationis, scripsit tum Patri Laynez Provinciali, tum etiam P. Ignatio, ut si locus ille placeret, aliquos eo transmitterent, si minus placeret, ut locum ipsi restituerent, quod Societati offerendum curaverat, et se ab obedientia Societatis absolverent; se nihilominus perpetuo et Societati inservituram amanter in quacumque re posset, et hospitium illud transeuntibus aut valetudinariis, mutatione aëris indigentibus, exhibiturum. Quod si aliquis mitteretur, et ut suum inhabitaret eum locum Societas, non solum locum et industriam, sed et se totum prompte donaturum; nam vir bonus, non defectu dilectionis erga Societatem, sed ad Dei obsequium, quae proposuerat, pertinere ratus, quae praediximus scripserat. Cum autem

[1] Saepius toto hoc anno, sicut et praecedentibus immo et sequentibus, actum est de modo hanc Collegiorum Patavini et Veneti penuriam sublevandi, sed videndae praesertim litterae Patri Joanni Baptistae Tavono datae 20 Januarii 1554.

P. Ignatius, litteris ad eum scriptis, officii sui amanter eum commonefecisset, et ad perseverantiam hortatus esset, statim ille compunctus se resistere nec posse nec debere scripsit tantae charitati, veritati et patientiae erga se; et petens sui teporis veniam, se totum denuo cum omnibus suis Deo et P. Ignatio obtulit.

241. Missus tamen fuerat Fabius ille valetudinarius, de quo paulo superius mentio facta est [1], qui aliquas exhortationes ad illam confraternitatem habuit; et qui in Germaniam mittebantur, aut inde Romam veniebant, illo hospitio amanter excipiebantur.

DE COLLEGIO VENETO

242. P. Caesar Helmus, Rector et unicus sacerdos, initio hujus anni Venetiis fuit; in auxilium tamen deinde submissus est P. Albertus ferrariensis, qui Augubio fuerat evocatus [2]. Exercebat se [3] in audiendis confessionibus pro more suo, et inter complures animas, quae a Domino per ipsum adjutae fuerunt, sub initium anni tres fuerunt, quae, multa et gravia peccata celantes, confiteri solitae fuerant; et multis lacrymis generales vitae confessiones fecerunt; restitutiones aliquas non exigui momenti aliqui eorum, quos audivit, fecerunt; quidam etiam ad ecclesiam fere dirutam suis expensis instaurandam accensus est; et interim, dum quidam non recte percepta restituere non poterat, schedulam manu propria scriptam illi tradidit, qua se debitorem cujusdam summae fatebatur, ut si morte deprehensus esset antequam restitutionem posset explere, creditores nullo modo defraudarentur. Fuit etiam qui magnam auri summam cuidam hospitali mitteret, et in alia hujusmodi

[1] Supra, pag. 116, n. 223. Vide etiam infra, n. 248.

[2] Hic vero nonnisi sub autumnum Venetias missus est; quare magnam anni partem solus Caesar e Societate sacerdos ibi fuit. Initio tamen anni socium sacerdotem habuit, qui P. Viola Commissarius fuisse videtur.

[3] P. Caesar Helmus.

pietatis opera liberaliter non exiguas pecuniae summas expenderet.

243. Ex his, qui crebrius confitebantur, aliqui quarto quoque mense, alii singulis mensibus, alii singulis hebdomadis ac festis id praestabant; et quidem ex nobilissimis ejus Reipublicae; multi etiam cum contritione magna generales confessiones faciebant. Cum autem jubilaeum [1] Venetiam pervenisset, et P. Caesar cum socio sacerdote multitudini confitentium satisfacere non posset, Dominus Prior Trinitatis, pro sua charitate, duos ex domesticis sacerdotibus senioribus, ut suppetias nostris ferrent, et in audiendis confessionibus nostros juvarent, misit, serio illis injungens ne pro confessionibus audiendis quicquam admitterent, sicut nec nostri admittebant.

244. Magister Antonius Eugubinus, quamvis ex eorum esset numero, qui scholis praeerant, coram omnium classium pueris et aliis externis exhortationem de his, quae ad christianam doctrinam pertinent, faciebat [2]; et tam avide audiebatur, ut aliqui etiam pueri suis parentibus dicerent se vel integrum diem jejunos eum loquentem libentissime audituros, si ad noctem usque concionem protraheret.

245. Quatuor erant scholae Venetiis, in quibus omnibus vix ad quinquaginta scholastici enumerabantur; illi tamen et in litteris et in moribus egregie proficiebant. Ex prima classe juvenis quidam, moribus et eruditione rarus, quem, patre defuncto, mater et novem fratres velut gubernatorem ac parentem habebant, licet aliqui ex eis majores natu essent, religionem ingressus est. Alter etiam maturi judicii eumdem est imitatus; sed tertius ex prima classe tantumdem efficere decreverat; et fere in aliis scholasticis egregiam indolem deprehendebat. Alius etiam ex classe secunda eodem modo se Deo consecravit, et complures alii ad hoc ipsum propensi erant. Cum autem nostri numero pauci essent, et in morbum aliqui ex eis incidissent, confraternitas quaedam piorum hominum, qui puerorum instituendorum in christiana doctrina curam in nostra schola susceperant [3], duos juvenes, quos hospitali Sancti Spiritus

---

[1] Jubilaeum a Julio III concessum pro Angliae reductione.

[2] Vide infra, n. 254.

[3] Vide supra, t. II, pag. 213, n. 101, et t. III, pag. 166, n. 344 et in hoc IV vol. infra, n. 254.

dederant, ut ad sustentandos nostros infirmos accederent curaverunt, qui animum suum Deo in Societate inserviendi P. Rectori declararunt; et ad id uterque idoneus videbatur, quamvis ut magis eorum spiritus et vocatio probaretur, admissio dilata fuerit.

246. Inter praeceptores hujus scholae Henricus Summalius erat [1], qui, cum egregie suo docendi munere fungeretur et a discipulis valde amaretur, nihilominus in morbum quemdam gravem et caduco similem incidere solebat, simul atque aër incalescebat; medici autem in aëre nativo, vel qui nativo similis esset, melius eum habiturum esse affirmabant.

247. Affirmabat P. Caesar stabiles et firmos in vocatione ac virtute scholasticos, atque etiam sacerdotes, nostris Venetias mitti oportere, partim propter pericula spiritualia, quae in urbe non exigua erant, partim quia domus nostra sic erat disposita eo tempore, ut qui vellet, hospite insalutato, facile posset discedere; et demum quia magna patientia opus erat ad ferendam victus incommoditatem ac laborem, quo res necessariae ex domo Prioris obtinebantur [2]; nam etiam ligna aliquis ex nostris intra brachia ferre ex ejus domo in collegium debebat [3], et magnis laboribus onerati praeceptores hunc et alios adjunctos subire difficile poterant. Et cum id Rector D. Priori significasset, respondebat ille quod pro recreatione hoc nostris esse deberet; et si quid tale P. Francisco [4] injungeretur, quod ille liben-

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 153.

[2] Haud sine causa de iis querebatur bonus P. Caesar; nam, ut ex litteris, quas ipsi, *ex com.*, dedit Polancus 17 Nov., eruitur, non parum negotii ei facessebant hoc tempore Thaddaeus Senensis, Petrus de Atrio, et Petrus Neapolitanus. Posteriorem hunc jussit Ignatius ut peregrinando Lauretum mitteretur et inde Romam, quod saepe cum iis, qui a Societate dimittendi erant, fiebat.

[3] "Dell' incommodità di portar la legna, etc., in questo mezzo che provede Monsignor il Prior o si trovano servitori, non porti uno solo la legna, ma doi insieme, come qua si fa, in certo instrumento di doi bastoni et certe corde in mezzo di loro. Et finalmente V. R. proceda il meglio che potrà, ma sappia che Nostro Padre giudica non poter mandar con bona conscientia nè lettore nè sacerdote nessuno in tanto che non hanno meglior commodità.„ Polancus, *ex com.*, Patri Caesari Helmi, 13 Januarii 1554. —Et 21 Aprilis: "V. R. sia avvertita di aiutarsi nelle cose che bisognano alla casa con le limosine delli divoti, non havendo altro rispetto, perche si vede quello seguita per trattenersi li fratelli in disagi: et similmente pare, per non affaticar tanto quelli che servono nel far portar la legna di casa di Monsignor, etc., di darsi alcuni quattrini ad alcuni facchini per portarla, per non si dar occasione a quelli che stanno in casa d' amalarsi o di star di mala voglia.„

[4] Verisimile est hic bonum Priorem nostris scholasticis exemplum proposuisse Patris Francisci Xavier, cujus litterae tum temporis per Tramezzinum Venetiis typis edebantur, et magnae erant aedificationi, vel forte Patris Francisci Borgia, quem igno-

ter erat facturus; et cum Rector non omnes eo spiritu praeditos diceret, promisit se curaturum ut nostris ille labor adimeretur; sed non id praestabat; et pro duodecim collegialibus aliquando octo vel novem ova mittebantur. De vestimentis autem ex his colligi potest an aliquam patientiae exercendae occasionem nostri essent habituri. Nihilominus ad aegrotantium subsidia P. Caesar ex eleemosynis amicorum, quae necessaria erant, parare poterat [1]; et melius ei successit haec diligentia quam Rectori Collegii Patavini, cum aliqui, a quibus subsidium petebat, se excusarent quod collegium [2] a Domino Priore ex reditibus sustentabatur. Cum tamen amici quidam Priorem essent alloquuti, post festum D. Lucae [3] se aliquid certum nostris assignaturum promisit, ut sibi ipsi res necessarias pararent.

248. Andreas et Fabius, siculi, cum recuperare sanitatem Patavii et Venetiis non possent, Roma, misso viatico, in Siciliam missi sunt [4].

249. Spiritualia exercitia tribus et quatuor aliquando simul a P. Caesare cum fructu proponebantur; saepe tamen aliae occupationes id non permittebant.

250. Cum praeceptores scholarum partim aegrotarent, partim aegrotantibus inservirent, et domesticis functionibus, ut emendi necessaria, et culinae, occuparentur, scholas ad tempus dimittere oportuit. Admonuit autem medicus D. Priorem, alia victus ratione nostris opus esse ut valetudinem tuerentur; nostros etiam ut validos homines et non debiles Venetiis haberent. In his autem domesticis laboribus, Dominus Dominicus Loredanus ac Dominus Annibal Grisonius, et congregatio illa, quae pueris in christiana doctrina instituendis curam impendebat, nostris solatio et auxilio fuerunt.

---

rare non poterat Prior quantum humilia haec munia obire amaret quantumque in iis dum Romae paucis ante annis fuit, se exercuerit.

[1] Id poterat et praestabat ex quo ab Ignatio facta ei sicut et Patri Tavono, venia est. Vide supra, pag. 121, n. 238.

[2] Patavinum. Non tamen omnino caruit eleemosynis P. Tavonus ejus Collegii Rector, ut dictum est supra, pag. 118, n. 228.

[3] Eo die instaurabantur scholae Venetiis et aliis in locis, praeter Ferrariam, ubi morem Parisiensem servabant scholas inchoandi in festo Sancti Remigii. Vide supra, t. III, pag. 138, n. 278.

[4] "Circa Fabbio et Andrea V. R. veda se vuole mandare uno di loro o tutti doi a Venetia, quale è più calda; pure conferiscalo prima col P. Mtro. Ces ire„. Polancus, *ex com.*, Patri Joanni Baptistae Tavono, 13 Januarii 1554.—Iis cognomina erant, Andreae *Salvo*, Fabio *Basilico*. Ita in litteris ad Hieronymum Domenech, 30 Martii 1554.

251. Quamvis autem scholae, cum primum commode fieri potuit, resumptae fuerunt, minor numerus quam prius ad eas accedebat, et Dominus Prior saepius nostris significaverat non existimare se ex hujusmodi scholis magnum fructum Venetiis esse percipiendum; et ad eas in posterum tenendas parum erat propensus; non tamen hoc anno relictae fuerunt [1], quamvis aliqui, quod nollent obedire praeceptoribus nec proficere, dimissi, nostris molesti essent, quod insolenter ad scholas accederent, et aliquando flagellum, quo castigari solebant, concidebant; et cum unus eorum alios ex praescripto superioris puniret (nec enim ad correctorem stipendio conducendum necessaria Dominus Prior suppeditare voluerat), accidit ut unus cum cultro alium percussurus eum sequeretur, quod ipsum nomine praeceptoris castigasset; quae incommoda fructum scholarum non parum diluebant.

252. Ut superius dictum est, Patres Quintinus et Antonius [2] P. Adrianum Candidum in Inferiorem Germaniam deducturi erant; sed cum Ferrariae se illis adjungere deberet, medici suo consilio hanc Adriani profectionem impedierunt, et ad balnea quaedam probanda hortati sunt; et ita Venetias duo praedicti Patres sine Magistro Adriano venerunt; qui tamen postea hoc ipso anno, adjuncto sibi Jacobo, quem castellanum vocabant, iter suum prosequutus est; et neque illum, neque alios quam italos, Venetiis versari Dominus Prior cupiebat [3].

253. Cum P. Caesar intellexisset Rectorem Pataviensem, juxta consilium P. Simonis, ab ecclesia nostri Collegii Patavini

---

[1] "Quanto alla inclinatione che vede V. R. in Mons.re di non seguitare le schole, Nostro Padre dice che V. R. in conto niuno dimostri a detto Mons.or inclinarsi al medesimo, ma seguisca come s' ha costumato, sebben venissero soli dieci scholari, et con quelli pochi s' usi ogni diligenza che si potrà d' aiutarli nelle lettere et buoni costumi, facendoli confessare, etc. Et quando pure sua Sria. Rda. volessi per ogni modo si lasciassero dette scuole, V. R. gli dirà questo essere il parere di Nostro Padre che adesso se gli scrive, et gli potrà aggiungere come V. R. scriverà qui la sua deliberatione che non si tengano et da qui allhora si provederà etc.„ Polancus, *ex com.*, Patri Caesari Helmi, 5 Maji.—Causas autem, praeter eas quas mox memorat, cur tam pauci scholares nostras scholas Venetiis frequentarent, attigit ipse Polancus supra, t. II, pag. 215, n. 109, et pag. 480, n. 151.

[2] P. Quintinus Charlart et P. Antonius Bouclet. Vide supra, pag. 20, n. 22.

[3] Supra, t. II, pag. 64, annot. 2, ad n. 142, dictum est cur flandros Andreas Lipomanus e suo Veneto Collegio excluserit. Ratio cur caeteros omnes nunc, praeter italos, excluderet, forte alia non erat quam linguae italicae defectus et pronunciationis, quae in aliis etiam Collegiis desiderabatur aut saltem ab aemulis efficax ratio habebatur ne ad nostras scholas pueri mitterentur. Vide supra, pag. 58, n. 100.

ad templum aliud frequentiae civitatis vicinius atque commodius, ad audiendas confessiones se transferre velle, et ad id a parocho illius ecclesiae facultatem postulasse; admonuit P. Ignatium quod id gratum futurum non erat Dno. Priori; et ita scripsit Rectori Pataviensis Collegii P. Ignatius ut in sua ecclesia confessiones audiret, nec ad aliam ad hoc obeundum munus transiret [1].

254. Anno praecedenti dictum fuit quod non placebat P. Ignatio ut in scholis nostris illi pii viri doctrinam christianam docerent [2], et ita in domo Prioris id facere coeperunt; sed cum hac occasione aliqui occulte de domo Prioris nonnulla furati essent, ad scholas nostras remissi a Priore fuerunt; non autem scholasticos nostros sed alios docebant; et eisdem diebus dominicis Magister Antonius Eugubinus scholasticos eodem fere tempore alia in schola docebat [3].

255. Cum sacerdos ille Michaël de Nobrega, de quo superioribus annis facta est mentio quod cum a Societate recessisset, in infidelium manus inciderat, et quod a quodam sacerdote in urbe Cayri, quo venerat post Hierosolymorum peregrinationem, consolationem et breviarium acceperat, cum ille, inquam, ad P. Ignatium scripsisset, de ejus redemptione P. Ignatius agens, litteras ad eumdem per nostros venetos mittebat [4]. Poenitentem enim suae levitatis, cum satis prolixam egisset poenitentiam, adjuvandum sentiebat; sed mense Septembri P. Caesar Helmus intellexit a Domino Daniele Barbarigo, qui Venetorum consul in eadem urbe Cayri fuerat, eumdem P. Michaëlem de Nobrega a praefecto arcis Ormucii liberatum a captivitate fuisse, et ita idem D. Daniel litteras, quas ad eum mittendas acceperat, P. Caesari remisit.

256. Cum amici Societatis, de quibus superius diximus [5], Loredanus et Grisonius, cum Domino Priore agerent, aliquem de Societate theologum Venetias mitti oportere, prout ejus urbis

---

[1] Meminisse oportet Veneti Collegii Rectorem quamdam Collegii Patavini *superintendentiam* tunc exercuisse. Vide *Litterae Quadrimestres*, pag. 518. Is etiam quia propius Priori Lipomano aderat, melius Prioris mentem intelligere poterat. Vide supra, pag. 121, n. 238.

[2] Supra, t. III, pag. 166, n. 344.

[3] Vide supra in hoc vol., n. 244.

[4] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 307 et 310.

[5] Supra, pag. 126, n. 250.

magnitudo et rerum, quae in eadem accidere possent, exigebat; sed id non fieri posse suggererent, nisi aliquam commodiorem victus rationem in eo collegio nostri haberent; non admodum ad rem eis Dominus Prior respondit, et P. Ignatium non habere hujusmodi theologos, quos mitteret Venetias, dicebat; unde conjici poterat quod non magnopere collegium augeri cuperet, ne et expensae augerentur; quod tamen ad quotidianum victum attinet et communem, necessaria nostris non deesse patiebatur. Accidit autem inundatione quadam, quae initio autumni facta est, damnum non mediocre illatum fuisse rebus Villae Hastiani, quod vix mille aureis bonus Prior reparare potuisset, cum perutile quoddam molendinum aqua subvertisset; et ideo facultatem a P. Ignatio postulavit ut sibi liceret ad triennium bona illa locare, ut ex hac pecunia accepta damnum illud repararetur; qua in re P. Ignatius eidem statim satisfecit.

257. Hoc eodem autumno, cum vix quinquaginta scholastici essent, censuit P. Caesar duobus praeceptoribus scholarum curam esse committendam, cum anni initio quatuor fuissent.

258. Venerat hoc tempore in Italiam D. Teutonius, de quo, cum de Portugallia anno praecedenti ageretur, aliqua diximus; et cum intellexisset Venetiis esse P. Simonem, eo statim se contulit [1], et deinde, litteris P. Ignatii [2] evocatus, Romam venit [3], ubi amanter exceptus bene se gerere et a tentationum praeteritarum fluctibus conquiescere coepit; et optandum erat ut id diutius durasset quam revera duravit.

259. Cum P. Caesar consideraret fructum uberiorem, qui ex vinea illa Veneta eo tempore proveniebat, quo collegio P. Frusius praefuerat, suo defectu accidere existimans, quod talentum ad messem illam tam copiosam colligendam non haberet, a P. Ignatio litteris postulavit ut ab officio Rectoris ipsum absolveret, et alterius obedientiae ipsum subjiceret; non tamen quod petebat impetravit.

260. Cum juvenis quidam Societatem ingredi Venetiis opta-

---

[1] Venetias pervenit Theutonius 9.ª Septembris.

[2] Datae sunt hae litterae 22.ª Septembris. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 329 et seq.

[3] "Don Teotonio partì da Vinegia a 3 di ottobre per Roma et l' aspettamo per tutta questa settimana. Questo scrivo perche so che V. R. seppe come ritrovò Mtro. Simone in Vinegia, et Dio aggiutò per spiccarlo di là.„ Polancus, *ex com.*, Patri Jacobo Laynez 10 Octobris 1554.

ret, qui matri suae, opera ipsius indigenti, ex artificio quodam ac labore suo subvenire solitus erat, ne sublevatio haec matri deesset, P. Caesar eum non admittebat; sed commendanda valde matris vera pietas in filium fuit, quae, cum intelligeret in periculo spirituali filium versari, utilitatem suam temporalem, immo et necessitatem, ejus spirituali saluti posthabuit, et ut filius Deo inserviret et pericula peccatorum evitaret, instabat ipsamet mater fere quotidie ut filius admitteretur; et cum corporis adversa valetudine laboraret, decrevit mater in xenodochium ad salutem recuperandam se conferre, et deinde in eodem aegrotantibus inservire ne filii pium desiderium impediretur; et tam multis lacrymis id postulavit ut filii admissionem obtinuerit.

261. Superius [1] actum est de P. Simonis Roderici rebus, cujus animus, postquam sub obedientia sancta conquievit, ad Sanctum Sepulchrum Hierosolymitanum invisendum, prout cum aliis primis sociis anno 1537 facturus erat, [facultatem sibi fieri postulavit et] facile a P. Ignatio eam facultatem cum socio et viatico impetravit [2]. Cum autem eo tempore Dominus Petrus de Zarate, miles Sti. Sepulchri, confraternitatem quamdam sublimem fieri magno studio curaret, cui Summus Pontifex cum optimis quibusque Sacri Collegii Cardinalibus nomen daret, litteras Apostolicas expedierat [3], quibus haec Archiconfraternitas instituebatur, cujus scopus ad venerationem Sti. illius Sepulchri, et, quatenus fieri posset, ad recuperationem terrae Sanctae et infidelium oppugnationem tendebat; nam litteras etiam Apostolicas in forma brevis obtinuerat, cum quibus ad omnes principes christianos se ipse conferre decreverat, ut eidem confraternitati sese adjungerent [4]. Inter alia vero, quae illis litteris

[1] Num. 6, pag. 7.

[2] "Lo 3.º que de las cosas de Roma hay que scrivir es que el P. Mtro. Simon mañana con la ayuda de Dios se parte muy contento para Hierusalem, llevando por compañero, que le sirva, á Sebastian, aquel mancebo guipuzcoano, que servia á Pedro de Zárate y es muy buena cosa. Hemosles habido de buscar el viático, con toda la pobreza de acá, que será por lo menos 140 ∇ (escudos). Dios N. S. le dé gracia de ser muy partícipe de los misterios que en aquellos santos lugares obró para la salud de nuestras ánimas.„ Polancus, *ex com.*, Patri Alphonso Salmeron, 3 Junii 1554. — Sebastianus hic, Patris Simonis socius, non erat de Societate (litteris ad P. Caesarem Helmi datis 4 Junii); erat tamen saltem clericus, qui ad recitandum officium tenebatur (litteris ad Simonem datis 9 Junii). Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 190.

[3] Rectius fortasse *impetraverat* (Zarate).

[4] Die 2 Decembris scribebat, *ex com.*, Petro de Zarate Polancus ut bene inspiceret an procuranda apud saeculares Principes foret exemptio a quibusdam vectigalibus

Apostolicis constituta fuerunt, erectio fuit trium illorum collegiorum, de quibus supra mentionem fecimus [1], scilicet, Hierosolymis, Constantinopoli et in Insula Cypro vel aliquo alio commodo loco. In hac ergo profectione P. Simonis versus Hierosolymam injunctum ipsi a P. Ignatio fuerat ut res inspiceret, et opportunitatem hujusmodi collegia instituendi, saltem in Cypro, in transitu consideraret.

262. Pervenit ergo Venetias P. Simon 15.ª Junii, et ut commodius habitaret quam in nostro collegio, domi suae, quae alioqui collegio conjuncta est, Dominus Prior eum hospitio excepit, postquam aliquot dies in collegio nostro fuerat. Missae sunt ad eum litterae Cardinalis Cornari [2], qui in Cypro praeceptoriam insignem habebat. Et necessaria ad suam navigationem non exiguis cum expensis paravit; nec enim P. Ignatius propter illas, licet majores esse invenisset quam Dominus Petrus de Zarate judicaverat, iter omittendum censebat.

263. In navi eadem peregrinorum Guardianus monasterii (quod Religiosi Sancti Francisci Hierosolymis habent) cum multis ordinis sui religiosis Hierosolymam navigabat; quamvis cum intelligeret P. Simonem de Societatis collegiis aliquid acturum esse, non se admodum alacrem ad eis favendum praebebat, et hortabatur eumdem P. Simonem ut habitum Sti. Francisci indueret, ut securior a turcarum molestiis hoc iter conficeret; hoc tamen faciendum non existimavit P. Simon, quamvis cinericii coloris vestem assumpsit, et ejusdem coloris inferiores vestes etiam erant [3].

---

solvendis, quam Sancti Sepulchri confratribus per Pontificem concedi ipse Zarate curaverat.—Et prius 22 Julii Patri Alphonso Salmeron: "Pedro de Zárate pasado el verano se partirá; ya el Papa se ha puesto el primer confratre en su libro; irase por el Rey de Romanos y el de Polonia al Emperador y al Príncipe, etc., con Breve ó letras del Papa.„

[1] Supra, t. III, pag. 5, n. 1.

[2] Aloysius Cornaro *(Cornelium* eum dicit CIACCONIUS, pag. 1148), de quo ita NOVAES. "*Luigi Cornaro,* nobile veneziano, pronipote di Caterina, Regina di *Cipro,* zio, nipote e fratello di più Cardinali di questa famiglia, della quale fu egli il quarto Cardinale, Gran Priore de *Cipro* nella Religione di *Malta*, indi Arcivescovo di *Zara*... „ *Elementi della Storia de' Sommi Pontefici*, t. VII, pag. 78.—Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 190, et ibi corrige annotationem 2.am,in qua, mutatione nominis hujus Cardinalis, quam facit CIACCONIUS, delusi conjectando scripsimus sermonem fortassis hic fieri de Cardinale Perusino, Fulvio *Corneo*.

[3] Videtur tamen Ignatius veniam Simoni fecisse ut habitum illum, si expedire judicaverit, in itinere indueret. Ait enim *ex* Ignatii *commissione* ad Simonem scribens Polancus: "Acerca del hábito V. R. haga lo que le pareciere, aunque pareco harto iba de fraile quando de acá fué.„ 30 Junii 1554.

264. Sub finem Julii navim P. Simon cum socio conscendit, simul cum Guardiano Hierosolymorum, et duce, qui a dominio Veneto Candiam vel Cretam mittebatur, et aliis multis nobilibus venetis, qui suas etiam uxores et liberos secum ducebant. Cum ergo eadem nocte navis iter esset aggressura, paulo post meridiem a Republica ipsa nuncius ad navis illius dominum missus est ut subsisteret, eo quod intellexisset classem turcarum Adriaticum mare, contra pacta, quae illi cum Venetis inierant, ingressam esse; quae res magnopere Venetos perturbavit, sine quorum consensu turcae non poterant mare illud, quod canale vel mare Venetum vocant, adire. Nobiles ergo veneti, et Episcopus in Candiam sive Cretam missus, Venetias redierunt, quibus se P. Simon adjunxit.

265. Perlatum deinde fuit ad Venetos quod navibus venetis et raguseis turcae non nocerent, sed eas tantum ingrediebantur ut viderent num vel persona vel res aliqua esset, quae ad aliam nationem pertineret, quae cum turcis pacem non haberet; nec enim Venetis fieri injuriam dicebant contra pacta, si personas et res externas [1]. Suadebat autem ille dux in Cretam missus et alii nobiles veneti ne ullo modo, qui natione hispani essent, hujus navigationis discrimini se committerent; et cum adiisset Venetias P. Simon, Legatus Regis Hispaniarum [2] omnino dissuasit ei profectionem, nisi in catenas infidelium incidere vellet. Adivit et principem seu ducem Venetorum [3], qui dixit naves venetas huic classi turcarum occurrisse, sed nullum nocumentum eis illatum fuisse; et ita nec peregrinorum navi inferendum ese. Subdidit P. Simon quod hispani erant [4], et postulavit an securi navigare possent: respondit Dux securitatem cum infidelibus haberi non posse, qui ipsis etiam venetis interdum nocerent.

266. Cum ergo audisset P. Simon quod eum securum non reddebat Dux, coepit animum despondere quod ad hanc peregrinationem attinet, et auxit ejus timorem quod ferebatur, navigium quoddam raguseorum in praefectum classis turcarum, qui Drachut [5] dicebatur, incidisse, cui praefectus ipse dixerat

[1] Desideratur hic aliquod verbum, puta *perquirerent*, aut aliud simile.
[2] Franciscus Vargas. Vide MAUROCENI *Historiae Venetae*, lib. VII, a. 1554, pag. 275, E.
[3] Marcum Antonium Trivisano. Id. ibid.
[4] Ipse, scilicet P. Simon Rodriguez, ejusque socius, Sebastianus.
[5] Alias communiter *Dragut*.

ut ragusei referat ne timerent suam classem, sed quod certiores eos reddebat triginta fere biremes (*fustas* vocant) quorumdam saracenorum piratarum cum duabus aliis navibus magnis illud mare navigare, et ab illis cavendum esse, quia non ipsum [1] comitabantur. Suspicabantur tamen aliqui piratas illos non sine consensu Draguti piraticam exercere. Quamvis ergo religiosi, et qui hispani non erant, suum iter coeptum prosequerentur, temerarium fore P. Simon arbitrabatur et quodammodo tentare Deum, si hoc iter tam periculosum esset aggressus; et memor quod anno 1537, de quo supra [2], et hoc quinquagesimo quarto, ejus navigatio Hierosolymam similibus impedimentis prohibita fuisset, dicebat quod indignum se arbitrabatur ut tertio tentaret, nisi obedientia sancta ipsi injungeret; et etiam brevi tempore, quo in mari fuit, non bene habuit; quae res, inter alia, ne urgeret hanc peregrinationem fecit; et cum triginta fere venetorum triremes, quae in locis illis navigabant, Venetias venissent, timorem P. Simonis magis confirmabant.

267. Audivit paulo post quod illae triginta biremes piratarum plura quam viginti navigia minora (*marcilianas* [3] vocant) cepissent, et tres vel quatuor naves, inter quas una erat, in qua quidam peregrini vehebantur, et quam ingredi P. Simon voluerat. Quidam etiam hispanus, qui fidem inter infideles abnegaverat, et quatuor annos Draguto inservierat, adhuc juvenis, cum hispanice loquentem audisset P. Simonem cum socio, dixit sine dubio eum in servitutem esse redigendum; nam hunc esse morem Draguti ut scrutaretur naves venetorum, et si quos invenisset alicujus nationis, quae foedus cum turcis non haberet, eos in servitutem redigere solere. Juvenis hic ad fidem christianam redire volebat, quam puer reliquerat.

268. P. quidem Ignatius admonuerat P. Simonem ut Venetiis, aut non procul ab ea civitate, tempus aliquod extraheret ut, recedente classe turcarum (a qua alias atque alias naves venetorum capi in dies ferebatur), iter prosequi posset, de quo Regi Portugalliae jam scripserat [4]; sed P. Simon facultatem Romam redeundi postulavit, quod illae provinciae ejus valetu-

---

[1] quia non in comitatu Dragut seu sub hujus ductu et obedientia navigabant.
[2] Num. 261, pag. 130, et t. I, pag. 59.
[3] Sic; rectius tamen scribes *marsilianas*.
[4] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag 251.

dini parum essent idoneae; se votum non emisisse Hierosolymas eundi; et tamen, si emisisset, causam ad dispensationem sufficientem videri hoc periculum, et Regi Portugalliae scribi posse causam cur iter non confecisset; non tamen est visum P. Ignatio ut Romam hoc anno rediret; et quamvis Collegio Veneto et Patavino aliqua suggerere, quae ad rem facerent, P. Simon posset, admonuit tamen per secretas litteras P. Ignatius Rectorem Venetum ne quicquam immutaret, propter ejusdem P. Simonis consilium, donec ad ipsum Romam scriberet et responsum acciperet [1]. Et cum Anconam significasset se libenter profecturum, ne id quidem P. Ignatio probatum est, quod ad aedificationem pertinere Romam accedere et ab hoc itinere desistere videretur [2].

269. Hoc tempore, scilicet, instante autumno, D. Petrus de Zarate Venetias venit [3], et P. Ignatii litteras D. Philippo Archinto, Sedis Apostolicae Nuncio, dedit, quibus negotia Sti. Sepulchri tractanda a D. Zarate commendabat [4]; nam, quoad ejus fieri poterat, ejus pios conatus ubique promovere P. Ignatius studebat; et amanter admodum idem Archintus P. Ignatio respondit et D. Zaratem ad Senatum Venetum secum adduxit, apud quem D. Petrus de Zarate cum verba fecisset, postquam Summi Pontificis Apostolicas litteras et alias Legati veneti praesentasset, humaniter et cum devotione videbatur exceptus et auditus est. Sed quia negotia hujusmodi lentius progredi solent in ea

---

[1] Has litteras dabit *Nova series litterarum Sancti Ignatii.*

[2] "Quanto á la venida de Anchona, Ntro. Padre dice que se ha informado diligentemente y que halla que es mal aire; y así lo afirma tambien un amigo, que por aquellas partes ha sido vicario de un Obispo, de manera que donde V. R. busca mejoría, hallaría lo contrario, y paréscele a Ntro. Padre que, si en Venecia no se halla bien, que pruebe a Padua ó Bassano, que es lugar sano y ameno el sitio de aquella nuestra hermita„. Polancus, *ex com.*, Patri Simoni Rodriguez, 17 Nov. 1554.—Eadem die scripserat idem, *ex com.*, Patri Caesari Helmi: "Circa quel giovane di 17 anni, vedendo le parti che scrive V. R. e la voluntà che acenna Monsignor il Priore, pare ben a Ntro. Padre che si accetti, e si potrà ritener di la in servizio della casa o vero applicarlo al servizio del Padre Mestre Simon, advertendoli prima come è (il P. Simon) persona inferma e che pensi farà molto servizio a Dio in quello che farà a lui„.

[3] Pervenit ipse Zarate Venetias mense Novembri; Venetias enim missae ei sunt gratulatoriae de itinere litterae, quas habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 386 et 387.

[4] Has Ignatii litteras ad Philippum Archintum non reperimus. Procul dubio similes eis erant, quas in commendationem Archiconfraternitatis Sancti Sepulchri a Petro de Zarate instituendae, dedit ipse Ignatius Philippo Hispaniarum Principi, Domino Roderico (Rui) Gomez de Silva et Patri Francisco de Borja. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 347, 350 et 352.

republica, quam ut exitum ibidem expectare D. Zarate posset, cuidam advocato nobili veneto, qui negotium Sti. Sepulchri ferventer amplexus erat, curam reliquit ut illud promoveret; agebatur enim de republica illa ad hanc confraternitatem adducenda. Ipse [1] autem, sub anni finem, in Illyricum navigans, ibidem, emptis equis, ad reges Ungariae, Bohemiae, ac Poloniae, ac deinde ad Regem Angliae Philippum ire constituit.

Et haec de Veneto Collegio dicta sint.

DE HIS QUAE MORBENII

ET ALIIS LOCIS CITRA ROMAM GESTA SUNT

270. Evocatus fuerat Morbenio P. Andreas Galvanellus in autumno praecedentis anni ut Venetias iret [2]; quamvis litterulae inclusae fuerunt aliis, quibus permittebatur ut, si non posset sine magna morbeniensium offensione recedere, non statim quod ei P. Ignatius injungebat exequeretur [3]; sed ille, obedientia accepta, dum parat recessum, sacerdos quidam, qui contra populi voluntatem parochiam morbeniensem Romae obtinuerat, cum suis litteris Apostolicis Morbenium venerat, et de impetratis litteris Apostolicis coepit sermonem facere; et usque adeo irritatus fuit populus, ut contra P. Andream viri et foeminae insurgerent, quasi eos per hunc recessum proderet; et cum aliquot hebdomadas expectasset, deposita animarum cura, quam Vicarius exercuerat, sub anni finem morbenienses rationibus eum aggrediuntur; nam cum P. Ignatius scripsisset ut bona cum gratia illius populi recederet, et ordinem quem posset optimum spiritualibus in rebus relinqueret, id non esse effecturum, si tunc recederet, P. Andream affirmabant, sed his contraria, et magnorum incommodorum causam ipsum futurum esse, et forte

[1] Petrus de Zarate.
[2] Vide supra, t. III, pag. 127, n. 250, et pag. 129, nn. 256 et 257.
[3] Has litteras vide infra, annot. ad n. 273.

caedis aliquorum, cum parati fuerint non pauci de populo lapidibus sacerdotem illum obruere, si cum impetratis illis litteris contra populi voluntatem ad parochiam accessisset (fuerat enim ei [1] concessa potestas parochum eligendi quem Sedes Apostolica confirmaret); itaque contra P. Ignatii voluntatem facturum si recederet; et ita mansit apud eos P. Andreas, donec Romam denuo scriberet.

271. Quia tamen videbatur sibi parum ad obedientiam esse promptus, et plus aequo P. Ignatium litteris ursisse ut Morbenii eum relinqueret, quamvis ad evitanda [mala] id fecisset, tanto dolore commotus fuit, ut se in modum Saulis, propter inobedientiam reprobati, praecidendum esse a Societate nostra timeret; et cum litteras P. Ignatii, quae officii ipsum amanter commonebant, accepisset, summopere laetatus, prolixam tamen poenitentiam postulabat; et serio Morbenienses admonuit ut sibi parochum idoneum providerent, admonens se statim obedientiam P. Ignatii exequuturum.

272. Scripserant illi quidem initio hujus anni denuo P. Ignatio populi totius nomine, quibus bonum suum pastorem P. Andream Galvanellum retinere apud se curabant; et quia intellexerant contra constitutiones esse ut nostri curam animarum gererent, dicebant se alii sacerdoti curam hanc imposituros, ut exerceret ea ministeria, quae Societas nostra per suas constitutiones exercere prohibebatur, id tantum expetentes ut titulum tantum illius parochiae P. Andreas haberet, et supremam auctoritatem; et quando nostri ad Indos usque mittebantur ut Infideles juvarent, catholicos non esse deserendos. Multa etiam de fructu, qui ex ejus labore et industria proveniebat, dicebant; et non solum oppidi sed et totius regionis lucernam esse extinguendam, eo remoto, scribebant. De collegiolo etiam instituendo cum P. Ignatio regentes populi (sic magistratus vocant) agebant, et duos, qui scholis praeessent, praeter ipsum P. Andream et alium socium, postulabant, et domum, ecclesiam et necessaria ad quatuor vel quinque alendos offerebant. At P. Andreas responsum se harum [litterarum] non expectaturum affirmabat, si alias obedientiae litteras prius videret: satis superque esse quod semel ei reluctatus aliquo modo fuisset.

[1] Id est, populo.

273. Sed P. Ignatius collegium quidem non admittendum censuit; P. autem Andream usque ad Pascha ibidem haerere permisit [1], quae concessio non parum consolationis morbeniensibus praebuit; et cum hoc tempore jubilaeum [2] ad ipsos pervenisset, fere omnes Januario mense ad illum obtinendum se paraverunt; et quamvis ad frequentem confessionem et communionem difficile admodum adduci possent, ipso tamen die Purificationis multi communicarunt; non pauci prima dominica quadragesimae; secunda etiam plures, scilicet, fere sexaginta.

274. Denuo circa tempus Paschae Regentes Morbenii apud P. Ignatium litteris urgebant ut suum P. Andream retinere et collegium obtinere possent; et ad id movebantur ex parte quod revocata illis diceretur facultas parochum eligendi; sed demum elegerunt quemdam sacerdotem, nomine Nicolaum [3], qui cujusdam parochiae alio in loco curam habebat, quamvis morbeniensis esset. Facta est autem electio, uno aliquo ex quavis domo cum eligendi facultate designato, et confecerunt electionis instrumentum, quod statim confirmavit gubernator, qui ex grisonibus erat. Qui magis spirituales erant, noluerunt ad hanc electionem accedere; videbatur autem res eo spectare ut in tota ea valle pro confirmatione similium electionum ad hos temporales dominos iretur, quod in magnum praejudicium, non solum Ecclesiae jurisdictionis, sed etiam animarum, quibus parochi profuturi erant, cessurum videbatur. Cepit autem possessionem sacerdos ille Nicolaus, sed confirmationem a Sede Apostolica postulavit [4] et obtinuit.

---

[1] Vide Ignatii litteras ad Morbonienses (in textu Morbenienses et Morbegnienses) 27 Januarii datas in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 417 et 418, 41 et 42.—Una cum harum litterarum exemplo missae sunt Andreae Galvanello sequentes: 1.ª "Le ultime di V. R. sono di 3 e 9 del presente, et quanto al differir la partita, si vede non sia stata senza ragioni buone et così sono accettate quanto al passato. Per l' avvenire, poiche le cose sono acquietate, et secondo la ragione si doveria haver provisto la Communità di un' altro pastore, V. R. non si fermerà più di quindici giorni dopo la ricevuta di questa in Morbegno, perche l' obedientia di Nostro Padre così l' ordina, et se n' andarà alla volta di Venezia. Alla Communità scrive Nostro Padre et qui si manda la copia et anchora una stampata dell' India. Et all' orationi di V. R. molto ci raccomandiamo. De Roma 27 de Gennaio 1554. 2.ª (inclusa): "Se V. R. vedesse che sarebbe notabile discommodo spirituale per la Communità lasciarli nel detto termino, Nostro Padre permette che possa stare qualche tempo di più, in modo che per l' Octava di Pascha al più longo termino sia partito.„

[2] Julii III pro Angliae reductione.

[3] Vide infra, annot. ad n. 276.

[4] Ubi nos scribimus *postulavit*, ms. habet *confirmavit;* sed error evidens est.

275. P. quidem Ignatius, cum spiritualem necessitatem horum hominum intelligeret, non omnino negabat se collegium missurum. Sed, postquam res conquieverunt Morbenii, confirmato parocho quem elegerant, et cum religiosi ejusdem oppidi impedire hanc collegii missionem Romae dicerentur, tandem non mittere Morbegnum hujusmodi collegium decrevit; quamvis aliqui pueri ab eodem P. Andrea hac aestate edocti fuerint. Sed in alium ejusdem vallis locum, ut suo loco dicetur, plenius collegium postea missum fuit [1]. Nam vallis ea, cum fere populi catholici essent, ab haereticis magnopere oppugnabatur; qui enim ex Anglia hoc tempore novum Regem Philippum ac Reginam Mariam timebant, inde recedentes ad varia loca Germaniae, Coiram etiam, quae in capite ejus vallis praecipua civitas est, repleverant; et ideo spargere illos per oppida vallis Tellinae Domini Grisones, ut haeretici, constituerant. Fuit inter hos Bernardinus Ochinus, fuit et Vergerius et alii ejusdem farinae [2].

276. Cum autem Morbenio ad quaedam alia loca P. Andreas profectus esset, eodem brevi rediit, et quidem opportune, ut confirmaret aliquos qui, propter ejus discessum, a via Domini recedere vel in eadem tepescere coeperant; et totam hanc aestatem, juxta P. Ignatii voluntatem, utiliter Morbenii exegit; nam hoc tempore qui electus et confirmatus fuerat, ab alio populo, cujus gerebat curam, se expedire potuit; et quamvis ipse novus parochus P. Ignatio scripsit et pro retinendo P. Andrea laboravit, sine cujus auxilii spe se non fuisse curam suscepturum dicebat, tamen id non obtinuit [3]. Curavit autem P. Andreas populo

---

[1] Sermo est de Collegio, quod jam Ignatii tempore Ponte in Valtellina Antonius de Quadros institui curavit et tandem erectum est anno 1560. Vide SACCHINI, *Hist. Soc.*, pars 2.ª, lib. IV, n. 60.

[2] Hujus Ochini et Vergerii in Vallem Tellinam adventus hoc anno 1554 mentionem factam apud historiographos non reperimus. De Ochino haec ait CANTÙ: "A Strasburgo ritrovò il vecchio suo amico e compatrioto Pietro Martire Vermiglio, di cui ora diremo, e con lui passato in Inghilterra, predicò ai rifuggiti italiani; ma, cessata la tolleranza alla morte di Eduardo VI, tornò in Isvizzera, e fu assunto pastore degli emigrati di Locarno, i quali dal senato di Zurigo aveano ottenuto una chiesa e l' uso della propria lingua„. Disc. XXIII.—Et de Vergerio: "Il Vergerio si condusse predicatore e consigliere al Duca Cristoforo di Würtenberg (1553), dal quale fu tutta la vita protetto e sostenuto. Nel 1554 lo troviamo a Strasburgo, donde si dipartì per paura della peste; sempre irrequieto, sempre credendo o vantando essere minacciato da' sicarj del papa. In Polonia cercò promuover la riforma...„ Disc. XXVII.

[3] Parochus is erat D. Nicolaus Ubert, cujus litteris 13 Augusti datis, de quibus hic fit mentio, rescripsit Ignatius 1 Septembris 1554. Eadem die *ex com.*, scripsit Polancus

satisfacere, et eis ostendere quod duo parochi minus utiliter in eorum populo quam unus versarentur; et quamvis illi fructum ex ejus opera provenientem objicerent, ludos, scilicet, blasphemias et alia peccata sublata aut valde imminuta, timorem etiam haereticorum, dum ipsum Andream viderent, alios autem conversos ad spiritualem et rectam salutis viam, qui prius male procedebant; ille tamen, duce obedientia, eos quietos, licet non contentos, reddidit; et post medium mensem Septembrem Perusium profectus est [1].

277. Non tamen hoc omittam quod idem scribit, in urbe quadam, nomine Ciabena [2], catholicos ab haereticis divisos in separatis ecclesiis agere et separatas scholas habere; sed unum haereticum magis sollicitum esse ad catholicos pervertendos quam omnes simul catholicos ad veritatem catholicae religionis propugnandam. Nihilominus idem affirmat quod ex illis haereticis grisonibus, qui peregre in militiam profecti fuerant, catholici ex bello redierant, et cum coronis vel rosariis, quae manu sua ostendebant, in suas domos redierunt; et per famem ac pericula eos Dominus ad meliorem mentem reduxerat. Magnopere tamen Societatis nostrae praesidium in ea valle Tellina a catholicis expetebatur, et merito, cum, satis destituti, haereticorum continuae oppugnationi paterent.

---

278. Cum Cardinalis Burgensis [3] Roma in Inferiorem Germaniam, ubi Carolus V Imperator erat [4], se conferret, Plazentia transiens, invisit D. Garziam Manrique, cujus uxor erat D.ª Isabella de Brisegno [5], quae postea ad haereticos aperte de-

Ioanni Andreae Schenaldo *(Schenardo* habet in hoc loco *Regestum)*. Vide alias huic Schenardo seu Schenaldo scriptas in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 71 et 434.

[1] Vide infra, n. 309.

[2] Sic; est tamen *Chiavenna*.

[3] Franciscus de Mendoza et Bobadilla.

[4] Carolus V annum fere totum 1554 exegit Bruxellis. Vide FORONDA ET AGUILERA, *Estancias y viajes de Cárlos V*, pag. 45.

[5] Haec heresim hausit ex libris, et, ut videtur, ex magisterio Joannis de Valdes. Vide supra, t. III, pag. 171, et MENENDEZ Y PELAYO, *Historia de los heterodoxos españoles*, t. II, pag. 179, et *Cartas de San Ignacio*, t. II, pag. 370, annot. 2.

fecit, et id temporis dari posse Cardinali videbatur. Scripsit ergo P. Ignatio et misit quemdam ex suis domesticis ut verbo ipsi explicaret quod litteris committendum non erat, et demum magnopere eum rogabat ut D. Olavium [1] Plazentiam ad D. Garziam Manriquem, sanguine conjunctum [2], mitteret; hunc enim [3] et non alium ad hoc opus idoneum fore affirmabat. Quamvis ergo in Collegio Romano P. Olave satis utiliter esset occupatus, judicavit P. Ignatius Cardinali ad hoc pium opus satisfaciendum esse. Pontifex etiam Summus [eum] auctoritate sua instructum, ut Ecclesiae catholicae errantes a fide posset reconciliare, dimisit.

279. Ipsa ergo hebdomada sancta Roma profectus, Perusium die veneris sancti mane pervenit; et cum properaret magnopere, illum tantum diem Perusii exegit, quo prolegatum est alloquutus; et in reditu promisit Perusii diutius mansurum; nam cum eo quaedam conferre, quae tempore majori indigebant, prolegatus cupiebat; et quia bellum tunc senense gerebatur, non recta via, sed per Burgum Sti. Sepulchri progressus est, ubi, ipso die Paschae, suorum hospitum confessiones audivit, postquam ad injuriam quamdam condonandam eos adduxit, propter quam illi a sacramentis abstinere constituerant; et in cathedrali ecclesia, ex multitudine magna communicantium et devotione, non exiguam consolationem accepit; nam et in sua Missa supra trecentas hostias peregrinus consecrare debuit.

280. Florentiam autem perveniens, Tarquinum de Reynaldis, cui molesti erant consanguinei, in Hispaniam inde misit [4].

281. Bononiae autem patentes litteras suae missionis et

---

[1] P. Martinum de Olave.

[2] Vide *Cartas de San Ignacio*, pag. 111, sub finem annot. 2 ad epistolam CCCCLI.

[3] Olavium.

[4] Tarquinius non Florentiae erat sed Roma Florentiam usque Patrem Olave comitatus est. "Perche il portatore della presente è il P. D. Olave, mandato per l' obbedientia di Ntro. Padre per cose d' importanza nel divino servitio, non accaderà ch' io mi estenda nel scrivere, essendo S. R. tal lettera viva, alla quale Ntro. Padre in tutto si rimette etiam circa il compagno suo, Mtro. Tarquinio, del quale V. R. intenderà le nove che vorrà del Collegio Romano.„ Polancus, *ex com.*, Patri Ludovico de Codretto, 19 Martii 1554.—Nec vere eum P. Olave in Hispaniam misit; proficiscenti enim Roma datae sunt ei commendatitiae litterae ad Patrem Laynez et ad Petrum Sentini, in quibus asserebatur "se ha determinado Ntro. Padre de inviarle a Spaña„. Verum tamen sensum Polanci in *Chronico* verba habent, si putemus, ut verisimile est, licet ex litteris non eruatur, Patri Olave commissum fuisse ut, prius quam Tarquinium in Hispaniam pergere sineret, videret anne nimium Florentiae Ducissae et Tarquinii consanguineis ingrata foret ejus in Hispaniam profectio. Vide etiam infra, n. 724.

eorum, quae acturus erat, invenit [1], et Plazentiam demum pervenit, ubi officio suo diligenter functus est; et, ut scribit ipse D. Garzia Manrique, tam ipse quam D.ª Isabella summa consolatione ab eo affecti sunt; et pro summo beneficio ejus missionem, et quae apud eos gessit, habuerunt. Utinam autem Isabella perstitisset in eo statu, ad quem deducta fuit; at hanc consolationem nec Ducissa Ferrariae, nec ipsa Isabella, de sua scilicet perseverantia, Ecclesiae Dei ac bonis dederunt [2]. Ipse autem P. Olave, postquam officio suo functus est, Romam primo quoque tempore rediit, Ariminenses interim obiter consolatus, quibus de adventu P. Bobadillae spes data est [3].

---

282. Erat initio hujus anni P. Bobadilla Anconae, ubi paucis lectionibus totam epistolam ad Galatas compendiaria quadam ratione ei civitati cum magna ipsius consolatione explicaverat. Auditores enim ejus fuerant Episcopus [4] cum suo capitulo, et magistratus, quem vicegerentem vocant, et magna nobilitas; et quia in Episcopi domo haec lectio fiebat, idem vicegerens urgebat ut civitatem, praedicationis gratia, ascenderet. Quamvis autem verbo Dei explicando operam daret in civitate recinatensi et anconitana, vacabat libris prohibitis secernendis et Talmut, adhibitis tribus qui ex hebraismo ad Christum conversi fuerant. Congregabat eos simul cum gubernatore domus lauretanae [5], et primo die Februarii omnes in platea publica Anconae comburendos curavit. Erat autem hujusmodi librorum magna multitudo; et, praeter libros talmudicos, ma-

---

[1] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 114, et *Acta S. Sedis in causa S. J.*, p. 14.

[2] Isabella, seu Elisabeth Briceño, quam alii ex mariti cognomine Elisabeth Manrique appellant, in Helvetiam tandem ad haereticos aufugit ibique obiit. MENENDEZ Y PELAYO, l. c.; CABRERA, *Historia de Felipe II*, l. IV, cap. 10.—Vide etiam litteras, quas Ignatius hac occasione dedit Domino Garcia Manrique in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 109. – Quae ibi, conjectando tantum, in annot. 2.ª scripta sunt, Polanci narratione confirmantur et declarantur.

[3] Vide Ignatii litteras *alla Comunità di Rimini* in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 490 et 392.

[4] Matthaeus Lucchi, seu Joannes Matthaeus Luchius, Lucae filius, Bononiensis. UGHELLI, *Italia Sacra*, t. I, col. 354.

[5] Dnus. Gaspar de Doctis.

gnam vim librorum in Lusitanica lingua scriptorum [1] et Ferrariae opera aliquorum, qui Christi fidem abnegaverant [editorum] et qui orientem versus mittenda erant, deprehendit, quae pessimam etiam doctrinam continebant; et aliquos ex his Romam ad Inquisitores misit; missus est et quidam, qui ex hujusmodi [2] fidem abnegaverat ex eadem natione, qui Ecclesiae reconciliari cupiebat [3].

283. Pergebat nihilominus in Sacrae Scripturae lectionibus cum frequenti et nobili auditorio, cum semper adesset et Episcopus et vicegerens, et magistratus, et aliqui etiam ex hebraeis eruditis, qui Anconae versabantur. Lectiones autem in templo Sti. Francisci, quod in media urbe situm est, habebantur. Nec adversa valetudo aut occupationes propter officium ab Inquisitionis tribunali injunctum impediebant quominus huic ministerio verbi diligenter vacaret; et magno in pretio et gratia erat apud Episcopum et alios primarios viros.

284. Sed cum P. Ignatius Episcopo Melitensi ejus operam promisisset [4], et in autumno eo P. Bobadillam mittere constituisset, post pascha, postquam quadraginta lectiones ex Evangelio Sti. Matthaei legisset, et complurium confessiones audisset, et suo etiam officio ab Inquisitoribus injuncto satisfecisset, Romam venit. Optabant quidem eum anconitani obtinere, qui

---

[1] "La quema del Talmud y aquellos libros en portugués en el jueves grasso habrá sido buena fiesta allá y acá tambien lo es y nos consuela á todos in Dno. La tabla del libro portugués con su letra se ha inviado al P. Fray Miguel.„ Polancus, *ex com.*, Patri Nicolao Bobadilla, 10 Februarii 1554.—"V. R. procure en todas maneras enviarnos un libro de los que han quemado en portugués, para enviar al Rey de Portugal y al Cardenal Infante Inquisidor, y aunque traya buen puerto *(sic, porte)*, no deje V. R. de enviar un entero seguramente, porque importa.„ Polancus *ex com.*, Patri Bobadilla, sine die, sed inter 10 et 11 Februarii 1554.—"Rescivimos las de 17 del presente de V. R., y las que iban para el P. Fray Miguel y su libro se le dieron y pagó de porte siete Julios y medio, que tanto quiso la Posta de Venetia á peso. Dice el P. Fray Miguel que semejantes scrituras se pueden enviar con los naturales ó algun particular por evitar la spesa de la posta. Otro libro que pedimos como aquel para enviar á Portugal V. R. nos lo mandará enviar con su comodidad ó le traerá consigo despues de Pascua.„ Idem, eidem, 24 Februarii 1554. *Fray Miguel* erat Fr. Michaël Ghisleri, O. P., postea Pius V.

[2] Sic et desunt fortasse verba *librorum lectione*.

[3] "Quanto al portador (lusitanus, de quo hic est sermo) de la primera (epistolae a Bobadilla scriptae 16 Januarii), él fué rescibido como huesped y se le dió uno de casa, que luego le hizo hablar con los Cardenales, á quienes llevaba letras, y yo le hice la suplicacion para la Congregacion, y le hemos encomendado á Frai Miguel, y porque no ha habido hasta hoy Congregacion, no se ha espedido su negocio, pero hoy se espedirá, yendo uno de casa á le acompañar y solicitar, etc.„ Polancus, *ex com.*, Patri Nicolao Bobadilla, 5 Martii 1554.

[4] Vide supra, t. II, pag. 28, n. 53.

praeter jam dicta Societatis ministeria, ejus consilium etiam in rebus publicis expetebant; sed omnibus aperte significavit se in Melitae insulam a P. Ignatio destinatum esse.

285. Cum tamen hoc autumno Episcopus, quibusdam ex causis et impedimentis motus, ejus missionem non urgeret, satisfactum est Cardinali Sancti Angeli [1], et ad Abbatiam Farfae invisendam mense Decembri missus est. Aberat, cum eo pervenit, Prior. Exceptus autem fuit ab oeconomo monasterii, qui ejus vices gerebat; et quamvis prius demisse de visitatore Jesuita sentire videretur, statim et sentiendi et loquendi modum mutavit, et humiliter se obedientiae subjecit. Fere viginti monachi germani ibi versabantur, qui et vivebant, et, ut ipse scribit, bibebant germanice; et eos ad arctiorem vitae rationem traducere nihil aliud esse quam vel sepelire eos vel dimittere judicabat. Adveniente tamen Priore, id, quod fieri posse judicavit, praestitit; alloquutus est ut ad oppida vel loca illa, quae ditioni spirituali et temporali hujus Abbatiae subjecta sunt, et viginti numero sunt, simul cum ipso invisenda venire vellet, quod recepit se facturum ineunte anno sequenti, qui jam imminebat. Interim septem vel octo loca, monasterio vicina, dominicis et festis diebus invisebat, et apud eos concionabatur. Cum autem Abbatiam Farfae diligentius considerasset, mediocriter se gerere in spiritualibus et temporalibus deprehendit; peramanter etiam nostris valetudinariis locum suum et operam offerebant [2].

286. Deinde ad locum S. Salvatoris venit [3], ubi res monachorum pejori loco erant, et, ut farfensibus concionatus est, ita et hic eodem officio est functus; et, licet altae nives essent, non omittebat, praedicationis gratia, loca invisere, quamvis alio tempore quam Decembri invisenda censeret propter molestam frigoris injuriam.

287. Parmae Ducissam D. Margaritam de Austria, post

---

[1] Erat is Rainucius Farnese, Ravennatensis Archiepiscopus et Abbatiae Farfensis Commendatarius Abbas.

[2] De iis scripsit P. Nicolaus Bobadilla Patri Ignatio 5 et 15 Decembris 1554, cui rescripsit, *ex com.*, Polancus 20 ejusdem mensis. Vide etiam *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 492 et 400.

[3] Vide BORRO, *Vita del servo di Dio P. Nicolò Bobadilla*, lib. I, §. X, et observa eum unam eamdemque facere Abbatiam *Farfae* cum illa *Sancti Salvatoris*, quas tamen probe distinguit hic Polancus.

molestias bellorum jam quiescentem, P. Ignatius litteris suis salutaverat et consolatus fuerat; illa vero, quod sui memoriam retineret, summas agens gratias, ut in se Domino commendanda [perseveraret] rogabat [1].

288. In eadem civitate Parmensi cum domum quamdam Societati P. Baptista Viola dedisset, et eam divendi jussisset, emptores inveniri non poterant propterea quod non constabat capitulariter Societatem esse congregatam pro aliarum religionum more; sed ne novam consuetudinem P. Ignatius in Societatem induceret, litteras patentes et a compluribus subscriptas Parmam misit, quibus fidem faciebat quod de more et consuetudine Societatis nostrae, et juxta litterarum Apostolicarum et constitutionum nostrarum tenorem, Praepositus Generalis, sine evocatione ulla Congregationis, per se poterat acceptare quaecumque bona movilia et immovilia data in eleemosynam Societati; et quod idem ut Praepositus poterat per se solus, nomine Societatis, eadem vendere et in Societatis usum convertere; si tamen data essent ad subventionem vel sustentationem (prout domus illa Parmensis), et non ut ipsa Societas ibi habitaret, vel ut in alicujus collegii usum retineret; et quod poterat libere quosvis contractus hujusmodi et instrumenta sine Congregatione Societatis efficere; et hoc testimonio P. Ignatius id obtinere studuit, quod per Congregationem fieri emptores parmenses postulabant [2].

289. Interamne (*Terni* vulgo dicitur) confraternitas quaedam erat, in qua primores ejus urbis adscribebantur, quae quingentos fere aureos annui redditus ad pietatis opera, et potissimum ad pauperes sublevandos, habebat. Cum ergo partim ex fama Societatis, partim ex relatu Horatii Nuculae, civis interamnensis, existimarent se magnum beneficium suae Reipublicae collaturos, si quinque vel sex de nostra Societate ad se adducerent ut juventutem instituerent et consueta Societatis ministeria exercerent, eidem Horatio injunxerunt ut hoc a P. Ignatio, quem familiariter noverat (nam D. Joanni de Vega,

[1] Margarethae de Austria, Caroli V filiae et Parmae Ducissae, a confessionibus fuerat Ignatius Romae jam anno 1542. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. 1, pag. 108. Litteras, de quibus hic fit mentio, nondum reperire valuimus.

[2] Vide Polanci, *ex com.*, litteras ad Patrem Joannem Baptistam Viola, 31 Maji, et ad Joannem Lina (*Linato, Lindato, Linacto* habet aliis in locis *Regestum*), Parmensem, 8 Septembris et 27 Octobris 1554.

Pro-regi Siciliae, inservierat [1]), postularet. Domum et necessaria ad victum et vestitum illa confraternitas se subministraturam recipiebat; et tam civitas quam Episcopus ad hoc postulandum conveniebant. Sed P. Ignatius significavit propter alias Societatis occupationes id temporis aliquos ex nostris Interamnem mitti non posse; et si quando Collegium esset mittendum, cum minori numero quam quatuordecim mitti non posse; et ita cum ea confraternitas tam grave onus ferre non posset, collegii missionem urgere desiit [2].

DE COLLEGIO PERUSINO

290. Sub P. Everardo [3], Rectore, quatuordecim fere de Societate nostra Perusii hoc anno fuerunt, et ex eis aliqui cum adversa valetudine, omnes cum paupertate magna et cum multis externorum contradictionibus sunt conflictati; et nihilominus, Deo propitio, et ipsi in spiritu profecerunt, et de aliis bene meriti sunt. Ministeria enim Societatis et auctoritatem in dies majorem et utilitatem proximorum consequebantur.

291. Jam ab initio anni juvenis quidam ad probationem est admissus, et in progressu alter, qui perusinus non erat, sed pisauriensis, Petronius nomine, qui alios deinde fratres ad Societatem vocavit; quamvis ex tribus unus tantum cum ipso Petronio usque ad mortem perseveravit. Qui autem initio anni admissus fuerat, florentinus erat, et quod alibi quam in pisano studio [4] litteris operam dedisset, ejus pater, a Duce Cosmo vocatus, promittere coactus est quod toto mense Januario filium

[1] Joannes de Vega, priusquam in Siciliam mitteretur (1547), legatus Imperatoris pluribus annis Romae fuerat et Ignatio familiarissime usus.

[2] Videndae litterae, quas Ignatius huic Horatio, civi Interamnensi, scripsit 13 Octobris 1554.

[3] Everardo Mercuriano.

[4] In generali studio, seu Universitate, Pisis jam olim erecto, quodque haud pari conatibus successu Dux Cosmus fovere satagebat. De iis quaedam P. Laynez in suis litteris.

Florentiam adducturus esset; et ita nova planta his ventis concussa ex Perusino Collegio Florentiam translata fuit.

292. Ex numero nostrorum Michaëlem Barul ad Æthiopicam missionem Collegium Perusinum misit [1].

293. Crescebat confitentium numerus jam inde ab initio anni, quamvis ecclesia nostra parum sua commodidate homines invitaret. Toto quadragesimae tempore copiosus animarum fructus hoc ministerio sacramentorum captus est; et multi ex gravissimis peccatis ac diuturnis, ut alias scriptum est, abducti fuerunt, qui quindecim, viginti et triginta annis hac Dei gratia frui non valuerant, vel ad eam se non disposuerant. Effectum est etiam ut sacerdotes aliqui, quibus, ob vitae infamiam, sacris erat interdictum, omni nota purgati, ad pristinum officium restituerentur: plerique duplici carcere exempti, qui vinculis a Vicario liberati et nostris traditi, arctioribus peccatorum nexibus soluti etiam fuerunt.

294. Quidam etiam aegrotantes, postquam animae medicinam salutarem recepissent, valetudinem etiam corporis recuperarunt. Auxit autem messem nostris quod Vicarius jubilaeum nostro in templo constituit [2] nam ille pia sua in collegium benevolentia provehere illud, undecumque accepta occasione, studebat; etsi confessarii plures fuissent, utique non illis utiles occupationes in hoc ministerio confessionum defuissent; nam P. Everardus [unum tantum] sacerdotem habebat sibi laborum socium, P. scilicet Joannem Nigrum, qui et in ecclesia nostra, et in carcere, et in xenodochiis perutiliter hoc officio fungebatur. Aestate autem ineunte, cum magnus esset aegrotantium in hospitali proventus, negotium nostris non exiguum, sed optatum tamen, exhibuit; et quidem cum magno, non solum aegrotantium fructu, sed civitatis etiam aedificatione.

295. Pergebat P. Everardus diebus festis in epistolis B. Pauli explicandis, et satis frequens auditorium avide ejus doctrinam et spiritum amplectebantur. Utebatur ejusdem opera Vicarius in negotiis ad ipsius curam pertinentibus, et haereticae pravitatis Inquisitor [3], in librorum censura, multum illi defere-

---

[1] Vide supra, pag. 14, n. 14.

[2] Hoc est: constituit ut in templo nostro ea a fidelibus fierent, quae ex Pontificis praescriptione ad lucrandas jubilaei indulgentias necessaria erant.

[3] P. Matthaeus Lacchi, O. P. Vide supra, t. III, pag. 50.

bat. Pater autem Joannes Niger concionibus etiam magno cum zelo dabat operam et acceptus omnibus etiam in hoc verbi ministerio erat; diebus autem veneris christianam doctrinam cum multis utriusque sexus hominibus declarasset, eodem illi die communicabant; tantumdem dominicis diebus fiebat. Tertius sacerdos, Joannes Castellanus, in domo separata, scilicet clericorum, quos Cardinalis Perusinus institui volebat, versabatur; sed et confessionibus ipse dabat operam; quamvis a turcis captum P. Guttanum [1] intelligens, et quodammodo invidens, etiam ad transmarinam aliquam missionem aspirabat. Quater et quinquies singulis hebdomadis conciones habebantur, et binae singulis festis.

296. Cum autem sub diem Parasceves quadraginta horarum oratio Perusii fieret, singulis horis aliquae conciones aut exhortationes erant ad populum, quorum alii aliis succedebant, habendae. Duo ergo ex nostris fratribus ad id accersiti fuerunt, qui hoc munere cum non exiguo proventu functi sunt, ut lacrymae et gemitus audientium testabantur; et pax inter dissidentes composita, qui veniam a se mutuo petentes in gratiam redibant. Hoc praeterea ferebatur, nullibi sacramenta sic frequentari ut in nostra ecclesia, licet exigua et parum commoda ea esset.

297. Cum autem P. Jacobus Laynez, qui Romam sub autumnum venerat et Florentiam redibat ut inde Genuam pergeret, Perusio transiret, a prolegato summo cum honore et benevolentiae significatione exceptus est, et omnem operam suam ad collegium promovendum est pollicitus. Concionatus est autem in Cathedrali ecclesia cum non minori admiratione hominum quam fructu; et quia properabat, aliud conferre Collegio Perusino non potuit, nisi quod amicis illud serio commendavit.

298. Multi cives, tam in rebus spiritualibus quam in dispositione rerum temporalium, consilio nostrorum utebantur; paces etiam et alia consueta pietatis opera pro more nostrorum curabantur.

299. Quod ad scholas attinet, multas et graves contradi-

[1] P. Joannem Guttanum seu *de la Goutte*. Vide supra, t. III, pag. 183 et 184, et in hoc vol., infra, nn. 436 et 483.

ctiones collegium passum est; nec mirum, cum initio Societas Perusii non ad scholas aperiendas sed ad ministeria concionum et alia spiritualia vocaretur; et cum litterarum legendarum munus susciperetur, non requisitum, minus quadrabat. Cum etiam locus ille, quem liberum civitas habere solebat ad ludimagistros pro suo arbitratu constituendos, opera Cardinalis Perusini, Societati datus esset [1], aegre id civitas tulit, et occasionem inde accepit rebus collegii minus favendi, eo quod a Cardinali Fulvio pendere videretur, cum quo id temporis minus bene conveniebat civitati quam postea convenit.

300. Erant praeterea non pauci, qui rationem ipsam docendi improbarent, quod in grammaticis auctore Despauterio uterentur; nam nimis exactus et molestus juventuti is auctor videbatur; et ita adversariorum diligentia efficiebat ut ex schola nostra multi scholastici averterentur [2]. Paulatim itaque patientia et demonstratione doctrinae per publicas orationes habitas, per dialogos pronunciatos a discipulis, et demum per profectum ipsorum scholasticorum, difficultates hae superari coeperunt [3]. Constabat enim pueros brevi tempore plus profecisse quam multis annis aliis in scholis profecerant; et ita tandem effectum est ut, cum prius nostros ineptos esse ad docendum dictitarent, jam feliciter juventutem institui a nostris faterentur. Aliqui ad scholas venerunt ut docendi rationem observarent, quibus abunde satisfactum est, ita ut aliqui ex his censoribus suos liberos ad nostras scholas mittere coeperint. Aliqui nihilominus semper erant, qui nostrorum patientiam exercerent, qui, non solum docendi rationem, sed quidquid ad utilitatem civium fiebat carpere nitebantur, quamquam non id impune, nam unde laudem sibi comparare nitebantur et auctoritatem, notam ignominiae contrahebant.

301. Fuit inter alios quidam ludimagister neapolitanus, qui

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 44-46, nn. 82-84.

[2] Communes erant hae adversus Despauterium querelae aliis etiam Collegiis tum in Italia, tum maxime extra Italiam. Vide supra, t. III, pag. 150 et 251, et in hoc vol., infra, n. 323.

[3] "Ricevessimo quella di 18 de V. R. et per sua commissione de Mtro. Emundo, et quanto alla opinione bassa circa le lettere, che tengono li Perugini, di nostro Collegio, oltra della esperienza giovarebbe far pronuntiare alli scholari orationi latine publicamente et farli rappresentar dialogi in versi di quelli del P. Mtro. Andrea, come usiamo qua in Roma, o simili.„ Polancus, *ex com.*, Patri Everardo Mercuriano, 24 Februarii 1554.

quasdam praeceptiones, ad rudimenta grammatices pertinentes, Perusii typis dare voluerat. Dicebat enim eas, quibus nostri uterentur, nec appositas nec veras esse. Subornatus ergo ab iis, qui scholis nostris adversabantur, scholas nostras adiit, et in virorum graviori conspectu, qui tunc discipulorum examinandorum gratia aderant, felicem, ut judicabat, nactus occasionem, discipuli cujusdam compositionem parum caute reprehendit, et nullum latinae linguae auctorem sic loquutum fuisse affirmabat. Non solum autem ratio temeritatem hujus censoris repressit, sed et Ciceronis auctoritas, qui eodem modo loquendi, quem reprehendebat, utebatur; quem locum cum quodam epigrammate ad D. Vicarium miserunt, qui aliis viris non exiguae auctoritatis ea ostendit, et facile percrebuit censoris illius, qui nova grammatices praecepta cudebat, temeritas; qui non ferens hanc notam, quam sibi inusserat, acceptis a typographo suis documentis et collectis sarcinulis, summo mane Perusio discessit. Post dialogum etiam quemdam recitatum, et cum admiratione auditum a primoribus, et bonum nomen collegii et discipulorum numerus crevit.

302. Non parum ad hoc conferebat Magistri Emundi Augerii industria, qui in docendi ratione explicanda et ejus ratione reddenda valebat, et abunde his satisfaciebat, qui ad explorandam [scholam] et docendi formulam accedebant; nam ipse primae classi, id est, rhetorices, grammaticae graecae expositionem addebat. Tertiae praeerat Mag. Petrus Regius: quartae Mag. Barul, qui in Aethiopiam profectus est: in quinta demum et ultima, infima rudimenta tradebantur; pueri etiam legere docebantur.

303. Contra morem autem aliarum scholarum, scholastici nostri diebus festis ad scholas veniebant [et] his diebus, ante quadragesimam, qui in vanis rebus et ad juventutis corruptionem aptissimis Perusii expendi solebant; quod cum daemoni displiceret, aliam molitus est contradictionis viam, ut scilicet in scholas nostras ludimagistros denuo reducerent, quod numerus, qui tunc ad centum viginti ascendebat, praeter eos, qui ad lectionem graecam et rhetoricam audiendam accedebant, [exiguus videretur]; plurium enim scholasticorum scholas illas capaces esse dicebant; et ita aliquam ex eis externis ludimagistris posse concedi. Id tamen constanter denegatum illi confra-

ternitati fuit; cum praesertim in singulis scholis, quae quinque distinctae erant, aliqui scholastici nostri versarentur [1]. Et aliquis ex prioribus confraternitatis, qui et visitator earum erat, cum compositionibus discipulorum ex tempore factis interfuisset, et, non solum sine vitio, sed cum elegantia eos latine scribere observasset, contentus admodum recessit; et cum aliqui ex amicis a nostrorum familiaritate, quorum opera in rebus spiritualibus libentissime utebantur, ideo recederent quod penuria nostrorum quodammodo eos interpellare ad subministrandum aliquod subsidium videretur, tunc haec ipsa fraternitas, sponte sua, quae duobus praeceptoribus externis dare solita erat, nostro collegio in subsidium dedit, centum scilicet et quadraginta florenos, qui magnae nostrorum penuriae multum sublevationis attulere.

304. Praeter fructum autem litterarum, in moribus ac spiritu sic scholastici proficiebant, ut se divino obsequio nonnulli in religionibus traderent. Gratum tamen admodum fuit Perusinis quod, ex praescripto P. Ignatii, hoc anno promulgatum fuit, ut ex his, qui ad nostras scholas studiorum gratia mittuntur nullus in Societatem admitteretur sine eorum facultate, a quibus ad scholas mittuntur [2].

305. Quamvis autem tempore renovationis studiorum, in palatio, praesente Domino Prolegato, Senatu, Doctoribus et aliis primariis viris, rursus et orationes et carmina et dialogus, cum approbatione audientium, sint habita, et existimatio circa litteras aucta esset, minor tamen numerus scholasticorum hic esse coepit. Forte praeceptorum mutatio ex parte in causa fuit; nam Mag. Gilbertus [3], qui Genuam destinatus erat, non solum cum lacrymis suorum discipulorum recessit, sed etiam senatus molestia [4]; cui tamen nostri successorem Mag. Antonium Vipe-

[1] "Quanto alla richiesta della Confraternità di mettere li mastri di fuora della Compagnia in quel luogo nostro, parlai al Cardinale, il qual non vuole in modo alcuno si faccia tal mistura, et è certo che la Compagnia nostra più presto li lasciarebbe tutto in luogo che parte di quello per molti rispetti raggionevoli.„ Polancus, *ex com.*, Patri Everardo Mercuriano, 17 Februarii 1554.

[2] Vide litteras, quibus hoc praescriptum est, in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 441 et 89.—Cum iis missae sunt aliae, in quibus haec ad rem Polancus: "Quella lettera di Nostro Padre per li Collegii pare sia bene publicarla, acciò non temano li huomini di mandar alla scuola suoi figliuoli.„

[3] Gilbertus Polizinus. Vide supra, t. III, pag. 56 et 199.

[4] En mutationes hoc autumno Perusii in Collegio factas: "Questa sarà per far intendere a V. R le mutationi che in Perugia questo Settembre si faranno, quali risguar-

ranum missum esse dicendo, qui ejus locum suppleret, et, si opus esset, revocari posse magistrum Gilbertum, illi tunc conquievere; sed difficile revocari is potuisset qui, Florentiam perveniens, in morbum incidit, ex quo, ut superius diximus [1], ad coeleste collegium migravit.

306. Crebro autem, partim nostri, partim discipuli eorum, quaesita occasione, orationibus ac versibus recitatis (ut in festo Sancti Nicolai et Stae. Catharinae), specimen suae eruditionis praebebant, et invitati professores Universitatis et alii primarii viri gratias agebant, quod ad ea audienda invitati fuissent, quae magnopere ipsis satisfaciebant; cujusmodi fuit peculiariter oratio quaedam Mag. Antonii Viperani, cujus eruditio coepit magno in pretio haberi. Tam venuste etiam quidam puer perusinus quaedam carmina tunc recitavit, ut aliqui ex primoribus civitatis, qui aderant, descendentem ex suggestu amplectentes et multum commendantes, quanta laetitia affecti fuerint satis significabant; et doctissimi quique diligentiam nostrorum in his adolescentibus instituendis admirabantur. Classis graeca frequentius auditorium non solum adolescentum sed etiam virorum et religiosorum habere coepit. Ipsi etiam scholastici, dum crebro in publicum prodeunt, orationes et versus recitando, et animabantur et proficiebant, et aliis aedificationi erant; nostri etiam praeceptores, quod ab scholis tempus habebant reliquum, graecis litteris impendebant.

307. Auxit autem numerum nostrorum adolescens quidam perusinus, ex familia Anastasia', vitae probitate et naturae do-

---

dando il bene universale et anche quello di Perugia si sono già risolute. Prima, il P. Mtro. Giovanni (Niger, Nero, Nègre?) francese verrà a Roma per seguitare suoi studii, et in luogo di esso si manderà il P. Andrea Galvanello, huomo attempato il quale sta adesso in Morbegno nella Valtellina mandato da Sua Santità per trattener quello populo vicino alli heretici, il che ha fatto con bonissima satisfactione, et si cava di là con grande fatica; è atto a confessioni et spero satisfarà in essortare et insegnare dottrina christiana; penso lo conosca il fratello nostro Enricho Insino a tanto che venga detto Mtro. Andrea, non si moverà Mtro. Giovanni. Medesimamente si rimoverà Mtro. Giliberto, prestato per alcuni mesi, per Genova, et in suo loco succederà il fratello Viperano. Oltra di questi verrà a Roma il fratello Emundo per seguitar suoi studii, già che li discepoli di esso sono atti per la classe di Mtro. Giliberto o Viperano. In loco di Emundo succederà il fratello Pietro Regio con li suoi discepoli, id est, quelli della 3.ª, che ascenderanno, et la 3.ª farà il fratello Enrrico, et la 4.ª potrà fare forsa Thomasso Romano, et per l'ultima si manderà un fratello chiamato Bartholomeo, il quale crediamo servirà, o vero un'altro che possa aiutare nella infima classe. Il P. Giovanni Catalano verrà etiam a Roma. Se qualche altro scolare vuole la R. V., lo scriva. "Polancus, *ex com.*, Patri Everardo Mercuriano, 1 Septembris 1554.

[1] Num. 63, pag. 41.

tibus non mediocriter praeditus, qui consuetudine nostrorum ad imitandum vitae institutum adductus fuerat. Alii etiam ad Societatem nostram se a Domino vocari sentiebant, qui tamen et in litteris et in doctrina maturescere in scholis sinebantur; tam bene enim multi se gerebant, ut facti poeniteret parentes, qui suos filios a scholis subduxerant, et paulatim eos reducerent, et paulatim nostris reconciliari viderentur. Erat autem vir quidam magnae auctoritatis, qui, cum de Societate multa coram aliis dixisset, fatebatur gratulandum esse patriae non mediocriter quod tam strenue Societatis opera excoleretur.

308. Secundum jubilaeum hoc anno cum ab Urbe emanasset et Perusium perlatum esset, propter confirmationem divini doni in Angliae reductione, Prolegatus, qui rerum nostrarum promovendarum studiosus erat, etiam hoc posterius, sicut et prius, nostro in templo obtineri voluit; et ita per quindecim totos dies nostri sacerdotes interdum impransi ad multam usque noctem audiendis confessionibus cum praesentissimo multarum animarum auxilio insistebant.

309. Recesserat quidem jam eo tempore Perusio P. Joannes Niger, quem studii theologici gratia in Urbem P. Ignatius revocaverat [1]; sed P. Andreas Galvanellus, quem charitas indefessum tum in concionando tum in confessionibus audiendis reddebat, facile locum illius supplebat; et quamvis ille aliquando ter eodem die concionabatur, hic, si opus esset, saepius eodem die concionari paratus erat [2].

310. Hoc ergo tempore jubilaei in poenitentibus juvandis omnes nervos nostri impendebant; et aliqui, qui vix, praeter nomen, christiani hominis quicquam prae se ferebant, in Domino adjuti fuerunt. Dum autem cujusvis conditionis homines templum nostrum his diebus visitarent, quidam ex sacerdotibus conspexit, inter alios, vitae parum honestae mulierem, quam accersitam (nec enim illa sponte accesserat) non prius ex loco

---

[1] Vide supra, pag. 150, n. 305, annot. 4.—Propter adversam tamen valetudinem non potuit P. Joannes Niger diutius haerere Romae, sed ante hujus anni finem Ferrariam ad P. Pelletarium missus fuit, ut eruitur ex litteris patentibus seu *obedientiae*, quas ei Polancus, *ex com.*, dedit 24 Nov. Eum autem comitabatur, eique in itinere inserviebat frater quidam nomine Melchior.

[2] De hoc tamen sic, *ex com.*, scribebat Polancus eadem die Patri Everardo Mercuriano: "Circa il P. Don Andrea, V. R. li faccia leggere buoni autori e predicar la loro dottrina e non la sua.„

poenitentiae dimisit, quam flagitiosae vitae rationem detestaretur et viciniora saluti se praestare velle promitteret. Pater autem idem qua coeperat diligentia negotium urgens, quaesitis hinc inde eleemosynis, eam in matrimonio collocavit; et hinc occasionem aliis resipiscendi praebere Pater idem existimabat.

311. Nomen Societatis ac bonus odor Perusii in dies augebatur, et nostri tales esse optabant quales habebantur. Ut autem divinae providentiae, res nostras protegentis, major apud populum esset existimatio, rumor quidam effecit, qui, quasi ex miraculo, multorum animos perculit. Quatuor nimirum perusini cives erant, qui non occulti Societatis oppugnatores habebantur; gravissimas, ut ipsi dicebant, culpae suae poenas persolverant. Horum enim primus repentina morte interiit: alter, post uxoris obitum, in extremas calamitates et rerum omnium deploratissimum statum dilapsus est; tertius tamdiu cum ophthalmia colluctatus est, donec utroque oculo privaretur; quartus autem, gravissimi flagitii reus, in vincula conjectus et ad triremes damnatus dicebatur. Mirum itaque videbatur tam acerba judicia Deum in apertos illos obtrectatores exercuisse; ipse autem Prolegatus et etiam Proepiscopus, quavis occasione, animi sui benevolentiam testatam relinquebant; et quamvis Proepiscopus sive Vicarius inde Spoletum a Cardinali Fulvio Perusino sit translatus, litteris tamen suis post discessum et apud Prolegatum et Cardinalem res collegii promovebat.

312. Expetebatur quidem concionator aliquis Italus; sed, donec magis de rebus temporalibus collegio prospectum esset, eum non mittendum amici intelligebant; ne tamen deesset consueta exercitatio, aliqui religiosi sollicite curabant ne aliquae piae mulieres confessionis et communionis gratia ad nostros accederent; et non solum id ipsis suadere, ad eorum domus eundo, curabant; sed in parochia quadam unus ex his religiosis, ordinis Sti. Dominici, juvenem quemdam concionatorem ac duos sacerdotes, qui sacramenta ministrarent, constituere studuit, ex quibus duo nostrae Societatis exercitiis spiritualibus exculti fuerant. Semper tamen nostris poenitentium crebra messis suppetebat. Quidam autem cives Cardinali perusino scripserunt, eum collaudantes et gratias agentes quod tale beneficium patriae contulisset, tantae aedificationis collegium ad eam mitti curando. Caput etiam senatus, cum ei nostri gra-

tias agerent, quod sua praesentia quamdam actionem collegii honestasset, multo magis ipse gratias agendas Societati dicebat, nomine civitatis, quod totam illam honore afficeret, praesertim cum tam pauci ex ea beneficia ab ipsis collata agnoscere, ut oportebat, viderentur; spem tamen in futurum meliorem haberi posse affirmabat.

313. Perusium etiam ea P. Ignatii commendatio pervenerat de spiritualibus exercitiis tradendis [1]; et ita non paucis nec exiguo cum fructu tradita illa fuerunt. In colloquiis etiam familiaribus animae quorumdam, qui a via salutis longe aberraverant, ad eam reductae, emendatiorem vitae rationem inierunt; inter alios exercitiorum spiritualium fructus hic fuit, quod parochus quidam, qui a religione sua duodecim jam annis aberat, ad eamdem redire constituit. Praeter sacerdotes, etiam fratres nostri nonnulli exhortationes in quibusdam ecclesiis, prout devotio hominum id postulabat, non poenitendo fructu habuerunt. In festis autem majoribus, ut Omnium Sanctorum, et praecipue Natalis Domini, quod messis augeretur, tamquam quid consuetum, non referam.

314. Redierat Perusium post tempestates varias sacerdos ille, Laurentius Davidicus nomine, de quo superius facta est mentio [2], et pristinam illam et sibi consuetam suos discipulos mortificandi rationem sequebatur; nec fautores ei deerant, inter quos ipse Vicarius, et, ut videbatur, Prolegatus erat; nostros tamen ille benevolos habere studebat [3].

315. Fuit Perusii Generalis Minister Ordinis Sti. Francisci [4], qui satis aperte cum Domino Vicario suam sententiam

---

[1] Vide supra, pag. 95, n. 174.

[2] Supra, t. III, pag. 51.

[3] "Circa de Mtro. Lorenzo et quello che il Vicario ha detto di lui, et delli humori contrarii de Dominicani, non l'intendiamo bene, ancorche si lassi intendere che il Vicario porta affezione a detto Don Lorenzo.„ Polancus, *ex com.*, Patri Everardo Mercuriano, 3 Februarii 1554. – "Circa quelle congregazioni d'huomini et donne che si fanno per il Rdo. Don Lorenzo Davidico non vedo buono odore di qua; saria forse meglio che lui le lassassi stare, perche c'è pericolo non le facciano lassare per via che a lui fossi poco honorevole. A tutti conceda Iddio gratia di camminare in sincerità di cuore per la via del suo servitio. Se di questo se gli debba dare aviso o no, V. R. lo consideri.„ Idem eidem, 10 Martii 1554.

[4] Generalis Minister Franciscanorum erat hoc tempore "CLEMENS DOLERA, natione *Ligur*, patria *Monetianus*, Provinciae *Bononiensis* alumnus, doctrina, et pietate, insignis, primum Curiae Romanae, deinde Familiae Cismontanae Commissarius, denique in Generali Synodo *Salmanticen.* Minister Generalis Ordinis renunciatur. A PAULO IV Purpuratis Patribus cooptatus; a PIO IV infulis *Fulginatibus* insignitus; demum

contra frequentem usum communionis aperuit, et partim auctoritate sua, partim quibusdam argumentis adnibitis, nitebatur scrupulum ingerere Vicario quod saeculares homines crebro ad haec Sta. Sacramenta accedere permitteret; non tamen id persuasit Vicario, cui minister ille aemulus etiam esse Societatis videbatur, ut ex verbis ipsius colligi poterat, quae Vicarius referebat; inter quae dicebat bonus ille religiosus nihil esse ea, quae de Societate in regionibus Indiae gesta celebrabantur, cum pauci de Societate ibi essent, sed Regem Portugalliae mittere centenos religiosos Sti. Francisci in illa loca. Facile intelligi potest quis hic fuerit minister, et quo loco etiam apud suos habitus fuerit, et ideo supersedendum censeo ab aliis de eo scribendis.

316. Quidam etiam religiosus, et quidem concionator, alterius ordinis, Perusii ex suggestu dixit non facile omnibus praedicatoribus et lectoribus sacrae Scripturae credendum esse; nec enim omnium esse dicebat Scripturas interpretari: date, inquit, quibusdam ex his B. Paulum interpretandum, et grammatice ipsum interpretabuntur; et tamen nullus B. Paulum, praeter hunc concionatorem et P. Everardum, explicabant, in quem haec tela torqueri videbantur; qui, cum linguarum peritus esset, in litterae explicatione hujusmodi peritia aliquando ad sensum Scripturae interpretandum utebatur. Haec tamen et alia hujusmodi utiliter, saltem a nostris, audiebantur, ne pro-

---

scriptis Haeredibus Pauperibus Incurabilibus xenodochii *S. Jacobi* de *Urbe*, moritur in Coenobio S Petri in monte aureo ann. 1568, aetat-suae 67, et in Templo *Aracoelitano* sui Tituli tumulatur. Rexit ann. 4. „ *Catalogus Omnium Reverendissimorum Patrum Ministrorum Generalium Ordinis Fratrum Minorum, a Seraphico Patriarcha S. P. N. Francisco usque ad excurrentem Annum 1751*, in Appendicibus ad partem secundam tomi III *Chronologiae historico-legalis Seraphici Ordinis*, auctore CAROLO MARIA PERUSINO.—Et in *Biografia eclesiástica completa*, t. IV. pag. 801: "DOLERA (Clemente) cardenal, obispo de Foligno, nació en el siglo XVI en Moneglia, pueblo del estado de Génova; entró en el Orden de frailes menores y fué profesor de teologia, cuyo empleo desempeñó con grande distincion, combatió con celo los errores que empezaban á introducirse en la Iglesia, y Paulo IV en recompensa le elevó á la dignidad de Cardenal. Habia sido elegido ya superior general de su Orden, cuando poco tiempo despues fué nombrado Obispo de Foligno. Colocado en su diócesis continuó observando la misma vida austera del claustro, y murió en Roma el 6 de Enero de 1568. Compuso: *Compendium theologicarum institutionum*, Roma, 1565, en 8.° Pablo Manucio que imprimió esta obra, la dedicó al autor con una epístola en la cual hace grandes elogios de su piedad y de su sabiduría. Este volumen en la actualidad es sumamente raro, y contiene otros muchos tratados de Dolera: *De symbolo apostolorum: De sacramentis; De praeceptis divinis; De consiliis evangelicis, etc.*„—Cum iis autem haud satis conveniunt, quae reticentia quadam subindicare videtur ipse Polancus infra ad hujus num. 315 finem.

pter aliorum optimam existimationem, a quibus celebrabantur, sibi placerent; facile etiam ipse populus, quo spiritu hujusmodi dicerentur, divinabat; et demum diligentibus Deum omnia in bonum cooperari cernebantur.

317. Quod ad reditus attinet et rationem aliquam firmam ac stabilem nostros sustentandi, nulla mentio fiebat; et cum initio hujus anni pauci ex nostris essent Perusii, novem scilicet aut decem, et nomine P. Ignatii scriberetur ut videret Rector num plures ali possent, nec lectos nec necessaria ad victum habebant, nec certi quicquam polliceri poterant; nam Cardinalis, qui ex eleemosynis nostros ali posse sibi persuaserat, partim ex quibusdam confraternitatibus, in quarum gratiam nostri compluribus in locis concionari soliti erant, partim ex poenis, in quas nonnulli incidebant, partim ad ipsum Vicarium, si adhuc aliquid deesset, accedendo, nostros ali posse existimabat [1]; ad stabiliendum tamen collegium nihil certi videbatur. Et cum Prolegatus intellexisset auxilium a Cardinale Fulvio, qui collegium Perusium miserat tam debile subministrari, non parum admiratus est, et sollicitus esse coepit de aliqua ratione ineunda, qua nostri juvarentur, et applicavit ipse bonam quamdam pecuniarum summam in usum collegii, et de reditibus certis applicandis, iis scilicet, qui prius scholis tenendis impendebantur, cogitabat [2].

318. Auctus est tamen usque ad quatuordecim nostrorum numerus, ut diximus [3], cum omnino a sola Dei providentia pendentes, in diem viverent. Quidam tamen civis, Dominus scilicet Gullielmus Pontanus, culinam et refectorium suis expensis collegio aedificavit, et in eo de nostris sane bene meritus est. Vica-

[1] Verba haec *nostros ali posse existimabat*, aut hic aut superius redundant.

[2] "Nostro Padre è stato questa settimana a visitare il Cardinale di Perugia, trattando di certe opere pie; et certo si mostra a quelle assai bene affettionato. Narrava Sua Signoria Reverendissima a Nostro Padre, ultra la satisfattione che haveva delle R.e V.e, come haveano patito nel temporale insin' a tanto che dette certo ordine etc., di modo che pensa Sua Signoria Reverendissima che con quell' ordine detto non li mancano adesso le cose necessarie. V. R. ci avisi se la cosa sta così.„ Polancus, *ex com.* Patri Everardo Mercuriano, 10 Martii 1554.—Et 5 Maji: "Quanto a far intendere a Mons.or Rmo. Cardinale li bisogni di cotesto Collegio, qui pare meglio che V. R. gli scrivesse a detto Cardinale con destrezza dandole ad intendere come si passano le cose costì, et come l' ordine lasciato per Sua Signoria Reverendissima, non l' esseguiscano, etc. Et V. R. ci mandi la lettera qui aperta accio si possa vedere, et anchora ci manderà un foglio di carta sottoscritto de sua mano, accio quando qui paresse aiutarsi qualche cosa, etc.„

[3] Supra, n. 290, pag. 145.

rius quidem Cardinali suggerebat nostros in necessitate constitutos esse, et creditur quod ei commiserit ne deesse eis necessaria pateretur; quamvis id interim non publicaretur ne alii in eleemosynis suggerendis negligentiores redderentur. Civitas ipsa scripsit Cardinali ut curaret aliquos stabiles reditus collegio applicandos; sed eo tempore nihil est effectum. Postea, cum paulatim viderentur non esse facturi quod Cardinalis speraverat, ipsemet, ut videbitur suo loco, curam hanc totam suscepit. Quidam tamen civis locuples agrum quemdam, in quo non exigua vini et frumenti copia proveniebat, nostris fruendum obtulit, et firmum se, si viveret, relicturum affirmando, quamvis familiaritate cum nostris conjunctus non esset.

319. Ab amicis suggerebatur Cardinalem Armellinum, patria Perusinum, jam vita functum [1], cum constituisset in eo loco, quem nostri tenebant, collegium insigne aedificare (cujus fundamenta cernuntur), multa millia ducatorum in monte pietatis, quod Sti. Georgii dicitur, in civitate genuensi posuisse, ex quibus, postquam aucti usque ad quamdam certam mensuram fuissent, opus illud, quod animo proposuerat, ad effectum deducere volebat; et quamvis ipse mortem obiit, eam tamen pecuniae summam in monte Sti. Georgii adhuc manere ferebatur; et cum testamentum non reliquisset Cardinalis ille, ea pecunia in usum Collegii Perusini, vel reditus ex ea provenientes, applicari posse videbatur. Referebant etiam eumdem Cardinalem Armellinum a Summo Pontifice Clemente VII obtinuisse applicationem cujusdam Abbatiae, quam Vallis de Ponte vocant, prope Perusiam septem vel octo millia passuum, in praedicti Collegii usum, cujus valor ad mille ducatorum annuum reditum ascendebat: hanc Abbatiam postea a Cardinale de Caesis ac Episcopo Narniensi, ejus nepote, qui jam Cardinalis est [2], fuisse

---

[1] Cardinalis Franciscus Armellinus Medices obierat mense Septembri 1527. Ciaconius, *Vitae et res gestae Pontificum*, t. II, 1104.—De eo sic Novaes: "*Francesco Pantalassi*, cognome che lasciò di suo padre, mercante fallito di Perugia, per prendere quello di *Armellini* di un suo Zio materno, di cui restò erede, e poi quello de' *Medici*, per l'adozione che di lui fece il Papa (Leone X) nella sua famiglia.„ *Elementi della storia de' Sommi Pontefici*, t. VII, pag. 191 et 192.

[2] "*Pierdonato Cesi*, nobile Romano de Duchi di Acquasparta, da Paolo III fatto Referendario, poi Vescovo di Narni nel 1546, da Paolo IV Presidente di Ravenna, da Pio IV Vicelegato di Bologna, che dell' una e dell' altra città si rese benemerito, da S. Pio V cherico di Camera, Nunzio a' Principi cattolici per la Lega contro i Turchi, e poi a Carlo IX di Francia e quindi Prete Cardinale di S. Agnese in Piazza Navona.„ Novaes, l. c., t. VII, pag. 238.—Creatus est Cardinalis 17 Maji 1570.

obtentam; hanc ergo, si Summo Pontifici placeret, saltem post ejus, qui possidet, vitam, Collegio Perusino applicari posse dicebant, sed e [1] ad effectum deductum est [2].

320. Anno superiori diximus inchoatum fuisse quoddam collegium, in quo ad modum seminarii aliqui bonae indolis clerici instituebantur [3]. Illud religiosi quidam ordinis servorum oppugnabant, eo quod in templo B. Virginis, quod ad ipsos pertinebat, constitutum esset; quamvis, praeter hoc templum, aliam haberet domum cum horto ad recreationem idoneo. Cum ergo hoc ita se haberet, et interim necessaria ad pium illud opus promovendum parum suppeterent, jam ab initio hujus anni dubitabat Vicarius quid facto opus esset; et demum, cum videret Cardinalem non subministrare quae ad clericos illos nutriendos necessaria erant, quamvis aegre id ferret, dimisit tamen Aprili mense hujusmodi clericos in domos suas, donec aliqua se offerret commoditas eos sustentandi. Locum autem relinquere nolebat, in quo magnus animarum fructus colligi nostrorum opera coeperat, nam unus ex nostris sacerdotibus ei seminario praeerat, cum quo et aliquis ex fratribus versabatur [4]. Hos igitur ex nostris ibidem manere voluit, et necessaria utcumque eis providere coeperat; itaque, dimissis clericis, P. Joannes Catalanus cum fratre Michaële Barul et Antonio Maria, aegrotante, eo in loco manebant; sed sub initium mensis Junii a Cardinale Perusino constitutum fuit Vicario, ut redderet fratribus ordinis servorum locum B. Mariae; et ita duo illi ex nostris ad collegium redierunt. Supererat tamen domus illa et hortus, de qua superius mentionem fecimus, in qua Antonius Maria, valetudinis gratia, relictus fuit; non tamen collegio nostro domus ea cum horto donata fuit, sed usus tantum; clavis etiam, cum facultate accedendi cum vellent, nostris sic relicta est, ut nihilominus familia Vicarii eodem se conferret.

---

[1] Corrosa atramento charta, desiderantur tria vel quatuor verba.

[2] De iis quaedam in litteris, quas Polancus, *ex com.*, dedit Patri Everardo Mercuriano 24 Nov., et Patri Laynez 6 Decembris 1554.

[3] Vide supra, t. III, pag. 45, n. 81, et pag. 56, n. 97.

[4] Vide supra, t. III, pag. 45, n. 81, annot. 1.

DE COLLEGIO FLORENTINO

321. Hoc anno Collegium Florentinum numero exiguum fuit; duodecim tantum primis mensibus fuerunt; flandrum quemdam aliis domesticis addiderant, qui Florentiae nostris adhaeserat, et cum in latinis litteris egregie versatus videretur et modestiam prae se ferre, quamvis facultatem obtinuerant eum Romam mittendi, rem distulerunt; et cum in hospitali cum aedificatione fuisset versatus, putabant eum sine periculo aliquandiu in eo collegiolo versari; sed ipsa experentia docuit quod incogniti homines non facile admittendi sunt; vel ibi probandi, ubi quid intus virtutis habeant intelligi per probationes possit. Postquam enim hunc seminudum vestibus honestis induissent, et ut fratrem aliquandiu tractassent, hospite insalutato, recessit.

322. Sub finem anni praecedentis in quinque scholas discipuli distributi fuerant, quorum numerus ad centum quinquaginta plus minus ascendebat; cum ergo tam pauci essent nostri numero, usque adeo consulebant scholis, ut ex duodecim quinque in eis occuparentur. Cum autem prohibiti essent eos castigare, in dubium venit Rector an servanda etiam esset regula de eis non contingendis, ita ut, si quis fugere vellet correctorem, nostri regula illa prohiberentur eos apprehensos retinere; sed responsum est eis id tantum prohiberi ne attingerentur ad eos puniendos, aut, ut assolet, demulcendos; in reliquis non prohiberi si qui fugit retineretur, vel qui caderet allevaretur, et hujusmodi [1].

323. Concionabatur hac quadragesima bonus quidam religiosus, qui cum valediceret suis auditoribus, in Longobardiam rediturus, publice eos hortatus est ut et ipsi filios ad scho-

[1] Continentur haec litteris toto hoc anno, non ad Collegium florentinum tantum, sed etiam ad alia a Polanco, *ex com.*, datis.

las nostrorum mitterent, et ipsimet ad templum, ubi nostri sacramentis administrandis et verbo Dei praedicando vacabant, accederent; et tantam benevolentiam ille nostris exhibebat, ut eis privatim affirmaret se, si habitum suae religionis non haberet, in Societatem nostram admitti curaturum. Aliqui nihilominus de nostris scholis obmurmurabant propter Despauterii lectionem, quae querela in multis Italiae locis communis erat [1].

324. Hortatus fuerat florentinos nostros P. Ignatius, ut exercitiis spiritualibus tradendis, cum commode possent, darent operam [2]; et diligenter id exequutus est P. Ludovicus de Codreto, ejus collegii Rector, et quibusdam ea non inutiliter proposuit; sed experientia discere videbatur quod non facile ea in civitate homines ad exacte tractanda hujusmodi exercitia adducerentur vel etiam idonei essent.

325. Inter alios D. Ludovico de Toledo, fratri Ducissae, quaedam proposuit; quamvis propter alias occupationes non diu eisdem excoli potuerit. Quod movebat P. Ignatium inter alia, vel primo loco, id erat, quod hac ratione, si qui a Domino vocarentur, suam vocationem cognoscere facile poterant; et ideo eis, qui alioqui ad statum consiliorum sequendum essent idonei, vel qui adjuti, alios adjuvare multum possent, exactius proponi volebat. Quidam genuensis studiosus, qui Pisis operam litteris dabat, post hujusmodi exercitia aliquandiu facta, se ad Societatem propensum ostendit; sed Genuam ad quaedam expedienda rediit, ibi cum P. Laynez de suis rebus acturus.

326. Admoniti sunt nostri florentini, nomine P. Ignatii, ut remitterent aliquid de tempore, quod lectionibus impendebant, eo tempore praesertim, quo aestus gravior esse solet; et quod ad victum attinet, panis et vini quantitatem (quamvis hoc diluebatur) uniuscujusque discretioni reliquendam; sed, quod ad carnis quantitatem attinet, medicum esse consulendum, ut, quantum ille sufficere eo in loco diceret, singulis proponeretur [3].

327. Non solum italorum, sed et hispanorum confessiones P. Ludovicus audiebat, et eos ex palatio, quos P. Laynez, cum adesset, audire solitus erat, inter quos jam dictus D. Ludovi-

---

[1] Vide supra, n. 300, pag. 148.

[2] Vide supra, n. 174, pag. 95.

[3] Postremum hoc omnibus per Italiam Superioribus injunctum est, ut videbitur in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii.*

cus, Ducissae frater, fuit; et, quemadmodum ipsi principes, ita et alii primores ejusdem palatii benevolentiam nostris ostendebant. Ducissa tamen, quasi indignabunda quod non rediiset ad condictum tempus P. Laynez, minabatur se amplius facultatem adeundi non daturam, quod ex ejus benevolentia procedere facile cernebatur; nam hoc ipso anno, ubi aliquandiu Florentiae commoratus esset, idem Pater facile obtinuit ut Romam et deinde Genuam veniret [1].

328. In novo templo Sti. Joannini aliqui, initio hujus anni, ad sacramenta confessionis et communionis accedebant, et horum numerus paulatim augebatur; in lectionibus [2] tamen, quae ibidem habebantur, numerus initio hujus anni major erat quam in progressu, forte quod quadragesimae conciones alio auditores avocarent.

329. Cum inter alios, cujusdam aegrotantis domum evocatus P. Ludovicus adiisset, conquestus est parochus apud Vicarium quod nostri parochialia officia usurpabant, cum tantum sacramentum confessionis fuisset aegrotanti ministratum. Cum autem consuluisset P. Ignatium, posse quidem nostros ex suo privilegio id facere responsum est, et communionem etiam extra tempus Paschae ministrare; quia tamen non omnia, quae licent, expediunt, in rebus particularibus discretioni nostrorum relinquendum esse an ad hujusmodi aegrotorum domus, sine consensu parochi, venire expediret.

330. Jam nostri, sub anni proxime praeteriti finem, in locum Sti. Joannini migraverant; et quamvis, canonicatu in compensationem dato ei, qui possidebat, hoc beneficium libere ille resignaverat [3], ut unio tamen perpetua fieret futuro collegio Societatis nostrae, consensus duorum patronorum laicorum erat necessarius: ab altero impetratus est; alter compensationem quamdam exigebat, quae, cum nescio quid simoniacum saperet, minime dari eam oportuit; et supplicatum est Summo Pontifici ut unionem faceret, supplendo, ex duobus, alterius consensum; ut autem id fieret, et quidem gratis, quandoquidem collegium ex eleemosynis vivebat, scripsit Ducissa

[1] Vide supra, n. 51, pag. 35.
[2] *Sacras* lectiones intellige seu de Scriptura.
[3] Vide supra, t. III, pag. 69, nn. 127-129.

Cardinali Sancti Jacobi, patruo suo [1], et suo legato, qui in Romana Curia Summo Pontifici aderat [2], et sic unio impetrata fuit. Valor hujus beneficii paulo amplius quam quinquaginta scutorum erat; et cum locatio domus, quae partem hujus reditus conficiebat, cessaret, eo quod nostri domum habitarent, triginta tantum aureos annui reditus reliquos habuit. Quaedam domus contigua conducenda etiam erat, quod nimis arcte nostri habitarent, vel emenda; sed hoc anno ea conducta usi fuerunt. Concinnata etiam fuit ex parte domus ipsa et cubicula et officinae, et demum quaedam valde necessaria aedificari coepta sunt; et Ducissa, praeterquam in recessu P. Laynez centum aureos ad hoc opus dare jussit, suo etiam oeconomo injunxit ut pergeret necessaria suppeditare, donec ea habitatio utcumque tolerabilis redderetur [3].

331. Quod ad reliquas expensas attinet, satis occasionis exercendae patientiae suggerebatur; cum tamen intellectum est Genua Patrem Laynez profectum esse versus Florentiam, tunc Ducissa interiores et exteriores vestes nostris confici jussit [4], vel ut in ejus [5] gratiam factae viderentur, vel ut quod promissum erat eo referente, impletum inveniret. Quae autem ad victum suppeditari solebant, ducenti scilicet aurei, suis temporibus non persolvebantur; et P. Laynez propensus erat ad mendicandum. Sed visum est P. Ignatio ne id prius faceret quam Ducem admoneret. Recepit etiam Ducissa provinciam impetrandi a Duce ut stabile quid assignaret, ut hi ducenti aurei suo tempore sine labore recuperari possent, et id, cum functa esset officio Ducissa, promisit Dux se facturum.

332. Alloquutus est etiam P. Laynez Dominum Franciscum de Toledo [6], et litteras P. Antonii de Corduba [7] ei obtulit, quibus beneficium quoddam ab eo commutari cum eo petebat, ut Collegio Cordubensi posset applicari; ille autem non solum con-

[1] Is erat Fr. Joannes Alvarez de Toledo, O. P., ideo Cardinalis Sancti Jacobi dictus, quia S. Jacobi in Compostella Archiepiscopus erat.

[2] Averardus Serristori. ADRIANI, *Storia de' suoi tempi*, lib. x, pag. 407, A.

[3] De iis, inter alias, videndae litterae a Polanco, *ex com.*, Patri Laynez datae 24 Novembris 1554.

[4] Vide supra, t. III, pag. 71, sub finem n. 130, et in hoc tomo IV, n. 17, pag. 17. Videndae insuper litterae a Polanco, *ex com.*, Patri Laynez datae 24 Nov. hujus anni 1554.

[5] Scilicet, Patris Jacobi Laynez.

[6] Is patruus erat Ducissae Florentiae.

[7] Vide supra, t. III, passim, ubi de rebus Hispaniae agitur.

tentus fuit, sed obtulit etiam expensas litterarum Apostolicarum, quae necessariae futurae erant, in eleemosynam Societatis.

333. Cum Genua Florentiam venisset P. Laynez sub finem mensis Maji, magna cum laetitia et a Ducibus et ab aliis exceptus est. Deducebat secum, ut diximus, D. Federicum [1], sed et alium quemdam in jure licenciatum, qui eumdem Federicum comitatus fuerat, et spiritualia exercitia cum magno profectu Florentiae accepit, non tamen ad religiosum vitae statum propensus videbatur. Alii etiam non pauci per eadem exercitia multum lucis et gratiae a Domino acceperunt, inter quos nobilis quidam hispanus fuit, ex Consilio Imperatoris, qui, quacumque ratione poterat, rebus Societatis nostrae favorem praestabat. Aliqui etiam, post hujusmodi exercitia vel confessiones diligentes (ad quas alii alios invitabant), conquerebantur quod in anteacta vita de rebus ad salutem necessariis instructi non fuissent.

334. Inter alia charitatis opera, suggerebat P. Ignatius eidem P. Laynez, quamdiu Florentiae versabatur, id est, in aestate hujus anni, ut prosequeretur coeptum illud theologicum opus [2]; et cum ipse P. Laynez propensus esset ad prosequendum praedictum opus, prout inchoaverat, et eo confecto posse tunc idoneum compendium vel ab ipso vel ab alio confici; nihilominus quod nostri in Germania compendium, et non prolixum opus, exigebant, visum est P. Ignatio ut compendium in nomine Domini aggrederetur [3]; et quamvis alioqui, invita minerva, ut ajunt, ex obedientia tamen se ad compendium illud conficiendum P. Laynez disponebat; prius tamen tractatum quemdam confici de cambiis et contractibus quibusdam ad usuram pertinentibus debuit [4]; et ita illud Florentiae hac aestate confecit, et per D. Federicum, quem retinendum esse [5] hac aestate sensit P. Ignatius, mittere constituit.

335. Mutaverat ille suum nomen, et, pro Federico Manrique, Franciscum Bonaventuram, cum simplicia vota emitteret, se vocari volebat, quod erga illos duos Sanctos peculiarem gereret devotionem; sed P. Ignatius id ratum non habuit, et voluit ut

[1] Vide supra, pag. 36, n. 52.
[2] Vide supra, t. III, pag. 67, n. 124.
[3] Vide infra, ubi de Collegio Viennensi agetur.
[4] Vide supra, pag. 35, n. 51.
[5] Scilicet, Florentiae.

suum nomen retineret. Nec praecessit Patrem Laynez, sed cum eodem, ineunte Septembri, Romam venit. Et quia P. Ignatius in genere praescripserat ne quis Romam mitteretur, ibidem Societatem ingressurus, vel alibi eam ingressus, nisi facultate prius impetrata, dubitabat [1] an suum nepotem D. Aloysium de Mendoza [2] Romam deducere posset, qui Societatem ingredi in spiritualibus exercitiis Florentiae sub hoc tempus decreverat; tandem constituit se contra praeceptum hoc minime facturum, si Romam ille venisset, ut, si admittendus ibi videretur in Societatem, quocumque vellet P. Ignatius eum dimitteret; si autem admittendum non judicaret, tunc ille vel ad dextram vel ad sinistram ad res suas conficiendas ire posset; sed libenter a P. Ignatio in Societatem admissus est, non solum quod ex sorore P. Laynez nepos erat, sed quod alioqui idoneus ad Societatis institutum judicatus est.

336 Admitti etiam hoc anno petiit Florentiae Joannes Ricasoli, nobilis florentinus; quia tamen matris consensum obtinere se ille desperabat et patrui sui, Episcopi Cortonensis, postquam cum magna humilitate et modestia se admitti Florentiae postulaverat, adolescens quindecim annos natus, et qui Florentia egressus alio quam ad vicinas villas non fuerat, nulli suorum propositum suum indicans, Romam se contulit, ubi alia certamina viriliter superavit, ut ex parte, cum de Romanis rebus ageremus, tetigimus [3].

337. Horum loco, qui Deo in Societate servierunt, alii Florentiae non idonei ad Christi militiam dimissi fuerunt, quidam scilicet Vitalis [4] et Albertus Flander, qui non ad veritatem evangelii procedebant; Albertus quidem scholae cuidam praeerat, et, cum Romam venisset, hospite insalutato, ac denuo remissus esset, sic se gessit, ut saecularibus indutus vestibus dimittendus fuerit; uterque ex illorum erant numero, qui parum explorati in Societatem admittebantur, cum vix eo tempore aliter fieri posset.

---

[1] P. Laynez.

[2] Vide supra, pag. 36, n. 52.

[3] Vide supra, pag. 17, n. 17.

[4] Missus is Romam fuerat, ubi a S. Ignatio domi non est admissus, sed redire Florentiam et Genuam jussus, ut ibi poenitentiae signa daret ubi peccaverat. Ita ex litteris a Polanco, *ex com.*, datis ad Collegiorum Florentini et Genuensis Superiores die 26 Novembris 1554.

338. Promotus est etiam hoc anno ad sacerdotium P. Dominicus Lotharingus [1]; messis enim ea erat Florentiae, ut multos operarios Florentia exigeret; alii etiam nonnulli in Societatem admitti postularunt, sed non facile admittendi esse visi sunt.

339. Quamvis magna cum sollicitudine Ducissa Patrem Laynez Genua evocasset, litteris ad id scriptis a Dno. Francisco Paciecho, qui postea Cardinalis et Episcopus Burgensis fuit, non videbatur eidem P. Laynez sic ejus opera uti ut merito ipsum evocasse videretur; sed Ducissa, cum partus ei vicinus esset, vicinum habere eum Patrem optabat ut, si necessitas urgeret, ejus consilio et auxilio juvari posset, cui plurimum confidebat, et [quem] non mediocri dilectione complectebatur. Diligenter quidem illa, cum male haberet P. Laynez, eum invisendum curabat, et lauticias ac pecuniam et suum medicum ad eum mittebat; ejus etiam colloquio interdum utebatur et ex eo se proficere existimabat. Sed per haec cum nec ipsa magnopere proficere ipsi videretur, nec ad res Societatis promovendas se admodum extendere, reliqua omnia benevolentiae erga ipsum signa quodammodo ipsi molesta erant, et potius ad recedendum Florentia eum invitabant quam ad manendum; nam, quod attinet ad eamdem Deo commendandam, extra ejus dominium se posse facere judicabat.

340. Tertia die Augusti magna laetitiae signa Florentiae edebantur, cum perlatum esset exercitum Petri Strozii a Caesarianis, cum quibus acies [2] Ducis Florentiae conjunctae fuerant, feliciter fuisse profligatum [3]. Cum autem P. Laynez Ducem cum

---

[1] "Ci siamo rallegrati nel Signore con le primitie offerte al Signore pel P. Mtro. Domenico. Piaccia alla sua Divina Maestà farlo suo vero et inconfusibile ministro.„ Joannes Philippus Vito, *ex com.*, Patri Ludovico de Coudreto 7 Julii 1554.

[2] Incerti sumus an *acies*, an quid simile in ms. sit.

[3] "Il Duca quanto con tutta la sua casa, e corte fosse lieto di cotal vittoria non e da domandare, stimandosi che per consiglio suo si fosse vinta la giornata: che forse discostandosi il campo come voleva fare il Marchese, non sarebbe avvenuto. Il Marchese tosto che i nimici furono in piega, e la speranza certa della vittoria li mando Pandolfo da Ricasoli col primo auuiso, e poco poi Ernando Sastre, il quale ogni cosa haveva veduto, e li diede ragguaglio di tutto il seguito. In Firenze se ne fece festa tre giorni, rinfrescandosi la memoria del primo giorno d' Agosto del M.DXXXVII quando a Montemurlo furone vinti i ribelli, e Piero Strozzi medesimo. Ma questa vittoria fù più onorata, e maggiore, essendosi combattuto con le forze di Francia, e vintele: e venne alli due di Agosto M.D.LIIII. giorno dedicato a Santo Stefano Papa; la cui memoria hebbe poi il Duca sempre in grandissima venerazione, et a nome di quel Santo (come a suo luogo si dirà) creo una religione di Cavalieri, e nel luogo stesso vicino a Marciano dove si hebbe cotal vittoria fece alcuni anni poi fabricare un templo a memoria di ciò sempiterna.„ ADRIANI, *Storia de' suoi tempi*, lib. XI, pag. 444. E.

uxore inviseret (nam ejus dominium illa victoria prorsus stabilitum fuerat); ecce, inquit Ducissa, quibus debeamus victoriam istam: hic enim Pater et alii suis orationibus a Deo impetrarunt. Sub finem tamen hujus mensis facultatem ab ipsa Ducissa Genuam proficiscendi impetravit; qua obtenta, Romam est profectus, et inde Perusio Florentiam rediens cum Patribus, qui in Aethiopiam mittebantur (inter quos erant P. Andreas de Oviedo et P. Melchior Carnero et alii), illis dimissis, et aliis, qui Genuam mittebantur, praemissis, antequam Florentia recederet, de multis piis operibus Ducissam est alloquutus, et de his praesertim, quae ad ipsius profectum pertinebant; litteras etiam ad Summum Pontificem ab ea impetravit in favorem Mudarrae, quem initio Societatis strenuum oppugnatorem fuisse meminimus [1]. Cum autem, ob haeresim damnatus et bonis spoliatus, profugus hinc inde vagaretur, commiseratione ipsius motus P. Ignatius, etiam vincere in bono malum cupiens, has litteras curari a P. Laynez voluit; et quidem cum tanta significatione desiderii Ducissae scriptas, ut non parum Pontificem moturae viderentur. Et, sic demum rebus Florentiae compositis, Genuam [P. Laynez] profectus est.

341. Mense Septembri Domina Isabella de Reynoso, quae primas apud Ducissam tenebat et magna charitate nostros prosequebatur, ex hac vita migravit, cui nostri, praeterquam quod Sanctissimam Eucharistiam bis aut ter in ea aegritudine ministraverant, ultimis diebus, cum mors immineret, ei astiterunt et ultimam noctem vigiles perduxerunt, non solum cum utilitate et consolatione migrantis, sed cum magna etiam viventium aedificatione, et Ducissae potissimum, quae Dominam Isabellam peculiari affectu diligebat [2].

342. Reductae fuerant quinque classes nostrae ad quatuor, quae sufficere videbantur, et, in renovatione studiorum, post festum omnium Sanctorum, variis exercitationibus scholasticis discipuli sui specimen dederunt; et, praeter aliorum spectantium frequentiam, duo filii Ducis, multis nobilibus stipati, eis adfuerunt; et major eorum, qui in litteris latinis et graecis versatus erat, retulit Ducissae, matri suae, se toto anno laetiorem

[1] Vide supra, t. I, pag. 67, et *Cartas de San Ignacio*, t. V, pag. 47.

[2] "Per la Signora Isabella di Reynoso si è fatta oratione in tutta la casa et dettosi messe.„ Polancus, *ex com.*, Patri Ludovico de Coudreto, 23 Septembris 1554.

diem non egisse, cum ea magnopere placuissent quae nostra in ecclesia audierat. Alii etiam multum consolationis acceperunt, dum promptitudinem et in recitandis versibus graecis et latinis, aut etiam inter disputandum, venustatem puerorum animadverterent.

343. Quibusdam monachis devotis cujusdam monasterii spiritualia exercitia bis in hebdomada a P. Ludovico proponebantur, et fere duodecim ex eis religiosis, praesertim novitiis, postquam aliqua ex doctrina christiana declaraverat, exercitium addebat, in quo meditando unam illi horam occupabant; et magno cum fructu et orationi et meditationi vacare coeperunt.

344. Ecclesia etiam nostra, quae, antequam ad Societatis manus veniret, fere deserta erat, frequentiori populi concursu in dies replebatur; nam et ad praedicationem, dominicis ac festis diebus, et ad confessiones et communiones multi utriusque sexus accedebant, et a nobilibus quibusdam generales confessiones multae institutae fuerunt; quidam juvenis apostata, inter alios, compunctus, et in confessione adjutus, ad monasterium suum rediit.

345. In carceribus per nostrorum exhortationes multi, qui diu a via salutis aberraverant, ad eam redierunt, et ad confessiones, quas aliqui decem, quindecim et pluribus annis omiserant, spiculo verbi Dei compuncti fuerunt, et Sanctissimam Eucharistiam acceperunt; quidam etiam alius, qui pessimam vitam agebat, ad Dominum serio conversus est.

346. Tres florentini, qui se mutuis vulneribus lacessiverant, post auditam praedicationem, depositis odiis, pacem inter se fecerunt. Plures quam viginti milites opera ac favore P. Laynez liberati fuerunt; aliqui etiam, ad triremes destinati, partim opera ejusdem P. Laynez, partim opera P. Ludovici de Codreto, Rectoris, suae libertatis gratiam a Duce obtinuerunt; civitas ipsa satis erga Societatem affici videbatur; sed ingressus in Societatem Joannis Ricasoli rumores contra nostras scholas vehementer concitavit; conquieverunt tamen illi, non parum ad id Ducisssae favore adjuvante [1]. Nobiles tamen hoc et aliis quibusdam exemplis minus propensi fuerunt ad liberos suos ad nostras scholas mittendos.

---

[1] Vide supra, pag. 17, n. 17 et pag. 164, n. 336, et infra n. 348.

347. In opere quodam pio, simili Sanctae Marthae de Urbe, nostri aliquid utilis operae contulerunt; non tamen alia in re quam in consilio dando, et piis hominibus ad hoc opus animandis, nostri sese praedicto operi immiscuerunt.

348. Quod obiter tetigimus de rumore Florentiae concitato ob recessum Joannis Ricasoli, aliquot diebus non parum nostros exercuit; cum enim ille domum suam non rediisset, statim ad collegium ventum est; nam subornatum et seductum a nostris ejus consanguinei jactabant; et urgebant [ut] ubinam esset dicerent: affirmabant se nescire nostri ubinam esset: juvenem quidem suum desiderium Societatem nostram ingrediendi significasse, sed sine facultate matris se noluisse [eum] admittere; et quia eodem die profectus fuerat Genuam P. Laynez, dicebant verisimile sibi videri juvenem aut Genuam aut Romam profectum esse. Cum illi ad Vicarium querelas suas detulissent, et nostros ipse evocasset, hoc ipsum ei respondere potuerunt. Ad palatium demum querelae perlatae. Ducissa vero commendavit P. Ludovico, Rectori, ut scriberet Patri Laynez ut in ipsius gratiam non admitteret juvenem illum. Dux autem commotus consanguineorum ejus querelis (nam ter mater ejus in palatium se contulit, praeter alios quos miserat) dicebat se juvenem invenire velle, licet in extremas regiones fuisset ablegatus; et ajunt per equos dispositos et Romam et Genuam aliquos ad eum missos fuisse, qui tamen juvenem non invenerunt; et lacerabantur multorum linguis nostri: quod genus probationis Florentiae nondum experti fuerant.

349. Auxit autem afflictionibus quod his diebus Mag. Gilbertus, quem P. Laynez Florentiae reliquerat paulo ante, sine mortis, ut videbatur, periculo, feliciter quidem Deo se commendans usque ad ultimum spiritum, animam Deo reddiderat (cum nocte praecedenti duos vermes rubros, et quidem vivos, vomuisset); quo signo conjici potuit mortem ejus ex vermibus hujusmodi esse profectam; desiderium tamen sui magnum ejus rara virtus et eruditio reliquerat [1].

350. Cum autem Joannes Ricasoli Ducissae Florentiae scripsisset de suae vocationis ratione et Romam profectione, ubi eas litteras legisset, coepit illa felicem juvenis statum com-

[1] Vide supra, pag. 41, n. 63.

mendare, et, si sibi liceret, optare se in ejus loco esse, et addidit quod non poterat non exhortari eum ad bonas Domini inspirationes sequendas; inclinabat tamen aliquo modo ut, ad matris consolationem, Florentiam mitteretur. Subjecit P. Ludovicus quaecumque, bona cum conscientia, posset P. Ignatius facere, P. Ignatium ob ejus commendationem facturum; sed ut videret ipsa ne suam conscientiam periculo exponeret, si juvenem illum gravi periculo exponi jussisset; et quamvis non ursit Ducissa adventum juvenis, hortata tamen est P. Ludovicum ut juvenes, decem et [1] septem annis minores, [non] admitteret, ne hujusmodi rumores excitati eis nocerent. Ipse concilium opposuit, in quo aetas praescribitur admittendorum [2]. Recepit demum Ducissa se Duci satisfacturam, hujus rei veritatem eum edocendo.

351. Et cum Episcopus Cortonensis Florentiam rediisset (missus enim fuerat in Angliam novis Regi ac Reginae congratulaturus [3]); multos, inquit Ducissa, sparsos invenies rumores contra Societatem Jesu propter tuum nepotem, qui, cum mundum reliquerit, mundus contra eum surrexit; sed ego quibusdam respondi, qui hac de re loquebantur, te Praelatum esse tam christianum, ut aliud nolis quam quod secundum Dei voluntatem sit. Respondit autem Episcopus matrem Joannis alios habere filios, significans nolle se juvenis pacem perturbare; duo tamen ex nostris scholasticis hanc ob causam a nostris scholis abducti sunt, et forte pluribus idem accidit [4].

352. Eodem tempore filius, qui Duci natus fuerat, baptizatus fuit, et patrinum egit, nomine Regis Angliae Philippi, Marchio Pescariae [5].

---

[1] Ubi nos *et* scribimus, ms. habet *aut;* sed error evidens est.

[2] Conc. Trid., sess. xxv, cap. xv, *de Regularibus*. Sed mirum est hoc Concilii statutum, quod nonnisi anno 1563 promulgatum est, jam hoc anno 1554 Patri Ludovico de Coudreto innotuisse. Ni velimus dicere, quod vero simile est, Concilii mentem in hac parte, sicut in aliis, jam inde ab initio notam fuisse.

[3] "Mandò il Duca di Firenze per queste nozze (Mariae, Angliae Reginae, et Philippi II), M. Giouambatista da Ricasoli Vescovo di Cortana *(sic)*. Adriani, l. c. pagina 445, C.

[4] "Ci rallegrassimo d' intendere il cristiano e santo officio che ha fatto la Illustrissima Signora Duchessa col Vescovo di Cortona ed anco del buono modo del Vescovo in accettare le parole di sua Eccellenza ed il fatto del nipote suo come di sua prudenza si sperava. Non si è detto a Giovanni Ricasoli gli scriva perche sta adesso ocupato in far gli essercizii spirituali; come gli havrà finiti, scriverà al Vescovo, come V. R. vuole.„ Polancus, *ex com.*, Patri Ludovico de Codretto, 1.ª Decembris.

[5] Hernandus Dávalos, qui hoc tempore a Rege Philippo missus fuerat ut Neapoli-

353. Eisdem diebus P. Natalis ex Hispania, ut superius diximus [1], veniens cum tribus sociis, invisit Ducissam, quae magnam consolationem accepisse se ostendit, viso eodem Patre et sociis Didaco de Guzman et Dre. Loarte, et viaticum mitti ad collegium jussit Romam usque; sed qui duodecim aureos ferebat, invenit jam profectum esse P. Natalem; sed relatos ad se aureos collegio in eleemosynam [Ducissa] misit.

354. Magna etiam affecta est laetitia quaedam intelligens quae scribebantur Roma, ut de conversione Ducissae Ferrariae, et de aliis, quae crebro ad nostrorum et externorum consolationem mitti solebant. Scribi etiam Romam per D. Astudillum [2] P. Ignatio Ducissa voluit, ut in subsidium animae Proregis Neapolitani, patris sui [3], et dilectae sibi D. Isabellae de Reynoso [4], aliquot Missae sacrificia in privilegiatis altaribus dicerentur. Aliquas etiam pias meditationes, suggerente P. Ludovico, tractandas suscepit; et se ab affectu rerum hujus mundi magis alienam esse fatebatur quam prius fuisset, quamvis hunc profectum majorem P. Laynez optabat.

355. Auxit confitentium numerum terremotus quidam sub finem Novembris Florentiam concutiens, et terrorem hominibus non exiguum adferens, cum aliquae partes multarum domorum conciderent.

356. Constituerunt autem Dux et Ducissa ut in proxima quadragesima P. Jacobus Laynez in templo Sti. Laurentii concionaretur, nam Collegiata ea ecclesia a Cosmo de Medicis, qui hujus familiae caput insigne fuit [5], aedificata ac dotata fuerat [6].

357. Sub finem hujus anni juvenis quidam, Philippus Guazalotri vocatus, exercitiis spiritualibus adjutus, Societatem Florentiae ingressus est, qui Archipresbyter erat oppidi Pra-

---

tani Regni possessionem ejus nomine caperet. CABRERA DE CÓRDOBA, *Historia de Felipe II*, t. I, lib. I, cap. V.

[1] Vide supra, pag. 41, n. 61.

[2] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. VI, pag. 267.

[3] Petri de Toledo. Vide supra, t. III, pag. 57, n. 98.

[4] Vide supra, pag. 166, n. 341.

[5] "Cosmo de Medici, nato nel 1389, si fa in richezze viepiù potente per mezzo de' Commerzii, viene scacciato nel 1433, restituito nel 1434, e † nel 1465. Sua moglie Contesina de Bardi „ CHIUSOLE, *Genealogia delle case più illustri*, tav. CCLXXX, pag. 564.

[6] Sancti Laurentii templum Florentiae exstructum dicitur saeculo IV et consecratum a Sancto Ambrosio, Mediolanensi Episcopo. Sed cum pristinum illud temporis injuria in ruinam abiret, aliud ejus loco aedificatum est a Cosimo Medicis, circa annum 1425, operas dirigente Philippo Brunelleschi.

tensis ac nobilis; habebat etiam quoddam aliud beneficium, quod postea Collegio Florentino applicatum fuit [1].

Et haec de Collegio Florentino sint dicta ac de tota Italiae Provincia.

DE COLLEGIO NEAPOLITANO

358. Initio hujus anni P. Salmeron lectionibus, quas in Cathedrali ecclesia habuerat, finem imposuit, ut se ad conciones instantis quadragesimae pararet; ipso tamen die Epiphaniae, coram Cardinale [2] et multis ex primoribus Regni, in templo religiosorum Montis Oliveti [3] praeclare concionatus est. Et quia Cardinalis ejus operam videbatur requirere in eadem quadragesima sequenti eo quod concionatorem non haberet, nolebat tamen incommodare civitati, respondit ei P. Salmeron commune bonum Cardinali ut proprium reputandum esse; nam Sti. Joannis ecclesia ex praecipuis pulpitis, immo prae caeteris praecipuus habebatur. Ante tamen quam migraret ad domum Sancto Joanni vicinam, quae D. Ascanii Columnae erat, ubi quadragesimam erat exacturus, cuidam congregationi interfuit, quam Vicarius [4] ex doctissimis quibusdam viris collegit ut aliqua ratio iniretur ad superstitiones, quibus civitas plena erat, extirpandas; et constitutum in ea fuit ut, in diversis civitatis locis, concionatores contra hunc et alios abusus praedicarent;

---

[1] Beneficium hoc illud videtur esse, de quo ita DELPLACE: "7. A. P. R. M. *Rationi congruit.*—Pius V cum collegio S. J. Florentinensi unit ecclesiam Sancti Bartholomaei de via cava, Pistorien. dioec., a Phil. Ant. de Prato olim hujus ecclesiae rectore resignatam. Fructus, 24 duc.—R. apud S. P. XVI kal. Feb. 1565, P. an. 1.—*Reg. bull.*, I, 157.„ *Synopsis Actorum Sanctae Sedis in causa Societatis Jesu, 1540-1605*, pag. 46.

[2] Petro Pacheco, Prorege.

[3] "Monte Oliveto è una chiesa posta sopra la strada dell' Incoronata, all' incontro del palazzo dell' Illustrissimo Duca di Gravina; quale ufficiano i Monachi bianchi, quali hanno per insegna la Croce ✠ santa del Mont' Oliveto...„ PIETRO DE STEFANO, *Descrittione de' luoghi sacri della città di Napoli*, nell' anno MDLX.

[4] Archiepiscopi, Joannis Petri Caraffa, Vicarius, Scipio Rebiba, Motulensis Episcopus.

quod, si non sufficerent, tunc excommunicatio, et demum saeculare brachium sequuturum erat.

359. Eodem hoc tempore gubernatores confraternitatis, quae redemptioni captivorum vacabat, inter quos Vicarius Episcopi erat, P. Ignatio scripserunt pergratum sibi fuisse quod intelligerent de aliquo Collegio Constantinopoli vel Perae (est autem Pera [1] oppidum Constantinopoli vicinum et quasi quoddam ejus membrum) constituendo agi, et ad id propositum hortabantur. Pera enim fere tota a christianis et graecis habitabatur, et multi ibidem sacerdotes divino cultui et ministerio sacramentorum vacabant, qui suis praedicationibus et exhortationibus haereses multas ibidem seminabant; et ideo collegium utilissime ibidem constituendum fore, ut in sacra doctrina populos illos instruerent, et in eadem conservarent. Sed P. Ignatius sponte sua satis ad hoc collegium inchoandum erat incitatus; et effectus fuisset sequutus, nisi tota illa confraternitas Sti. Sepulchri, mortuo D. Pedro de Zarate, et Summo Pontifice etiam Julio III sub initium sequentis anni, dissipata fuisset, et quae ad illam praeparabantur, in alios usus translata essent [2].

360. Mense Februario ineunte P. Laurentius Cavalerius cum Neapoli Societatem ingredi decrevisset, cum consensu P. Ignatii Romam, ut ibidem probaretur, venit; admissus est et quidam juvenis, Salvator nomine; et alius calaber, nomine Joannes Nicolaus [3], qui superiori anno Societatem ingredi decreverat, hoc ipso mense Romam venit.

361. De scholis nihil novi dicendum occurrit primis hujus

---

[1] "Galatam (sive Peram, sive, ut alii malunt, Peraeam) oppidum fuisse partem Constantinopolis, ostendit antiqua descriptio Regionum. Novae, inquit, Romae Tertiadecima Regio est Sycena; quae sinu maris angusto divisa, societatem urbis navigiis frequentibus promeretur; tota lateri montis affixa praeter unius plateae tractum.„ P. GYLII, *De Constantinopoleos Topographia*, lib. IV, cap. X.

[2] Alia etiam fuit ratio cur hoc tempore renuerit Ignatius Collegium hoc Constantinopoli seu Perae erigere. Volebat enim Redemptionis Neapolitana Confraternitas Sociorum Constantinopolim missorum opera uti ad captivorum redemptionem. Hoc autem, quia aliquo modo Confraternitati collegium obligabat et subjiciebat, Societatis Instituto repugnabat et displicuit Ignatio. Vide hujus litteras ad Gubernatores Redemptionis datas 28 Januarii in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 418 et 419, 43 et 44.—Obiit quidem Julius III sub initium sequentis anni; sed Petrus de Zarate adhuc vivebat die 26 Martii 1558, qua datum est in villa de Hochstratem *Diploma, quo Philippo II, Hispaniarum Regi, eiusque successoribus summa administratio Ordinis Sanctissimi Sepulchri D. N. Jesu Christi ab Equitibus Hierosolymitanis delata est*, quod habes in *Cartas de San Ignacio*, t. VI, pag. 586-594.

[3] Distinguendus is videtur a Joanne Nicolao Petrella, qui non calaber sed campanus erat. Vide supra, t. III, pag. 169.—Eritne is, de quo jam in eodem t. III, pag. 189?

anni mensibus, nisi quod scholastici fere centum et quadraginta erant; et in aegritudinem incidente Mag. Theodoro Peltano, dum ejus locum P. Nicolaus Paradensis supplet, lectionem graecam ad tempus omisit.

362. Diebus autem dominicis hujus quadragesimae in templo collegii nostri conciones habebantur; foris autem plurimae diversis in locis habebantur, et pro more christiana doctrina explicabatur; confitentes autem et communicantes crebriores quam antea usque ad id tempus extiterunt; P. autem Salmeron frequentissimum habuit apud S. Joannem auditorium, et quidem continuum a primo die quadragesimae; et cum primariae foeminae raro ad conciones audiendas Neapoli egrediantur, centum et quinquaginta scamna, et eo amplius, justae capacitatis, hae replebant; viri autem, et nobiles et ex plebe, tam multi erant ut, non sedendo, sed stando, vix templum eos capere potuerit, adeo ut, multis eo convolantibus, accideret alios concionatores perpaucos auditores tenere.

363. Fructus autem multitudini respondisse visus est; nam cum nobiles et alii delicati viri bona ex parte quadragesimam infestissimam haberent, hanc prolixiorem optabant, ut diutius P. Salmeronis concionibus fruerentur; et tunc primum, quid sibi hujusmodi dies quadragesimae vellent, agnoscere coeperunt, siquidem ante id tempus non pauci reperiebantur, qui, vel carnis fovendae gratia, vel quod haereseos succum per imprudentiam degustaverant, in quadragesima, perinde ac aliis temporibus, vesci carnibus consueverant; jejuniorum autem tantum aberant ut observatores essent, ut vel alios praecepto Ecclesiae obtemperantes insolenter incesserent vel dicteriis perstringerent; sed hac illi quadragesima, ut a multis relatum est, non solum a carnibus, sed a lacticiniis etiam abstinentes, Ecclesiae praecepto paruerunt. Variae autem haereses, quae in multorum civium animos irrepserant, et aliquando publice et privatim ex eorum verbis intelligi poterant, P. Salmeronis opera statim post ipsius adventum reprimi coeperunt, et hac quadragesima ex plurimorum animis penitus extirpatae fuerunt; et cum divino auxilio adjutus haec et alia praestiterit, aemulorum dentes aut eorum, qui carpebantur, qui solent in hujusmodi occasionibus vires suas maxime exerere, nunquam se prodiderunt, immo illi ipsi, qui hoc nomine nonnihil suspecti erant, satis demisse se geren-

tes, ex concionibus notatu digniora excipere cupierunt ac postularunt, quamvis id non impetraverint.

364. Singuli ex eis, quorum auctoritas Neapoli plurimum valebat, P. Salmeroni ad omnia se paratissimos obtulerunt; et cum a Cardinale Pro-rege quidam eorum ad id muneris designarentur, magnam pecuniae summam ad extruendum collegium nostrum collegerunt; et vix dici potest quanto affectu civitas illa, ac praesertim vicini, collegium nostrum prosequerentur.

365. Duae confraternitates, altera virorum, altera mulierum, studio nostrorum primis hujus anni mensibus coaluerunt. Congregatio virorum decimo quinto quoque die ad communionem accessuri erant; odia et inimicitias, quibus ea urbs, ad caedes usque quotidianas flagrare solebat, extinguendas curaturi; ad frequentationem Sacramentorum quoscumque poterant incitare; in nosocomiis decumbentes verbis, aut quacumque ratione commodum esset, adjuvare; turpiter viventes in concubinatu ad castam vitam revocare [1]; ac demum exemplo et sermone rempublicam juvare ex ejus instituti ratione debebant; et, ut commodius id assequerentur, nullum nisi vitae probatae contubernalem admittere decreverunt.

366. Foeminarum autem congregatio singulis mensibus ad sacram Domini mensam accedebant; suis tantum domesticis christianam doctrinam docebant; fucum et id genus formae medicamina, quibus mulieres Neapoli vultum inficere solent, ipsaemet sibi interdixerunt, nec fucatam ullam, quamvis acriter instantem, in sociam assumebant; spiritu viros aequabant, numero superabant. Ut autem viri suum praefectum, ita et foeminae quamdam ex suo numero congregationi praefecerunt, cui caeterae omnes morem gererent.

367. Omnibus id commune erat tam viris quam foeminis, ut non nisi post generalem totius vitae confessionem peractam, in suam societatem quemquam admitterent; nullum nomen inditum initio Congregationi foeminarum (sed postea *Congregatio devotarum Jesu* dicta est); viri autem suae Congregationi nomen hoc acceperant, scilicet, *Congregatio communicantium;* postea, juxta P. Ignatii judicium, *Congregatio venerationis*

[1] Haec, a verbo *turpiter*, addidit manu propria Polancus.

Smi. Sacramenti dicta est [1]. Utraque Congregatio fautorem habuit Episcopum, qui benedictione sua utriusque institutum sanxit; placuitque tam ipsi quam illis ut hi omnes, statuto ad hoc die, domi nostrae sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumerent, quod non sine magno eorum emolumento et aliorum aedificatione praestiterunt [2].

368. Matrona quaedam nomine Pellota [3] Spinola, quae olim primario cuidam ac nobili viro Genuensi conjuncta fuerat, eo mortuo, ex quo filium Dominum Hieronymum Spinola, virum spiritualem ac bonum, susceperat, habitum tertii ordinis Sti. Francisci assumens, post multas eleemosynas, quas Collegio Neapolitano dederat, donationem quingentorum eidem faciens, domum suam reliquit, et senectutem, quam poterat domi suae commode ac quiete traducere, maluit extra Neapolim, ubi habitabat, paupertate et humilitate Romae traducere, ubi, cum reliqua bona, quae habebat et dare poterat, Societati dedisset, post aliquot annos ex hac vita migravit magna suae virtutis ac perfectionis documenta relinquens.

---

[1] Verba *initio... sed postea Congregatio devotarum Jesu dicta est... hoc acceperant, scilicet, Congregatio communicantium; postea, juxta Patris Ignatii judicium, Congregatio venerationis Sanctissimi Sacramenti dicta est,* sunt manu Polanci. Et recte quidem hic ait nomen hoc Confraternitati inditum *juxta Patris Ignatii judicium:* nam *ex* ejus *commissione* haec Patri Joanni Francisco Araldo scripserat: "La institutione della compagnia de' Communicanti a Nostro Padre pare buona, ma il nome non gli contenta; più presto si potria chiamare della veneratione del sacramento, o vero della veneratione de Gesu, o vero dell'honor, in luogo di veneratione. Finalmente V.e R.e pensino un' altro nome più al proposito che la compagnia de' Comunicanti „ Sine die, inter 17 et 20 Februari 1554. – Sed et Confraternitati foeminarum nomen ab Ignatio inditum videtur. Ait enim Joannes Philippus Vito Patri Andreae de Oviedo, *ex com.*, scribens: "Circa il dar il nome a quella Compagnia di donne si aspetta etiam la venuta del P. Salmeron et all' hora si battezzarà.„ 6 Maii 1554. —"Porterà anchora detto Padre (Salmeron) la commissione di dar il nome alla Compagnia delle donne che frequentano la communione.„ Eidem 13 Maii.

[2] "Per quelle di 26, come anche per altre passate intendessimo del frutto che con la divina gratia et frequentationi delli Santi Sacramenti suoi, si vede riuscire specialmente in quelle compagnie di donne et huomini, d' il che habbiamo occasione assai di consolarci et ringratiare Iddio N. S, a chi piaccia sempre augmentare li suoi doni, come speriamo lo farà.„ Polancus, *ex com.*, Patri Joanni Francisco Araldo, 3 Junii 1554.

Quae sub his nn. 362-368 continentur, ad verbum fere desumpta sunt ex litteris Theodori Peltani, quas habes in *Litterae Quadrimestres,* t. II, pag. 667 et seq

[3] *Pellota* est hic in ms.; sed *Bellota* rectius, ut videtur, in *Regesto litterarum Sancti Ignatii,* t. II, fol. 73, ubi haec legimus: "Ricevessimo quelle di V. R. et anche altre che ci portò madonna Bellota et il Prete che l' accompagnava. A tutti due mi sono offerto, come conveniva, per parte della casa, etc; et quando accaderà, non si mancherà degli officii a noi possibili.„ Polancus, *ex com.*, Patri Andreae de Oviedo, 18 Martii 1554. – Saepius etiam toto hoc anno scriptum est de hujus piae foeminae peregrinationibus.

369. Juvenis quidam mercator juramento astrictus a matre fuerat, cujus domum ipse regebat, ne ad ecclesiam nostram suscipiendorum Sacramentorum gratia accederet; timebat enim ne se Societati adjungeret; sed ille non teneri se hujusmodi juramento intelligens, non solum confitebatur et communicabat decimo quinto quoque die in ecclesia collegii, sed exercitiis spiritualibus dare operam voluit.

370. Remissus erat ex Sicilia Neapolim juvenis quidam, nomine Franciscus, ex oppido Attino [1], quod, adversa valetudine laborans et ad phthisicam juxta medicos propensus, aëre patrio curandus videretur. Recusabat ille, cum Neapolim venisset, hoc patriae periculum subire, et interim, dum P. Ignatii responsum Neapoli expectabatur, visum est P. Salmeroni, quod commode satis in Collegio Neapolitano curari non posset, in patriam esse mittendum; quo jam profectus erat cum responsum P. Ignatii accessit, quod erat, ut per duos menses saltem Neapoli maneret; et si non posset valetudinem recuperare, tunc demum in patriam mitteretur. Perseveravit ille cum bonis suis desideriis aliquandiu; sed hoc effecit patrius aër et conjunctorum secundum carnem et sanguinem convictus et quae consequi eum solent, ut, recuperata valetudine corporis, mentis sanitate excideret et a sua vocatione deficeret; id significans suo exemplo, non facile plantas novas ad patriam esse transferendas, donec altas in vocatione sua radices egerint [2].

371. Hoc anno D. Joannes de Mendoza, filius Marchionis della Valle, et arcis, quam Castellum Novum vocant, praefectus, Societatem nostram ingredi constituit, juvenis ingenio valde bono praeditus et in latinis litteris instructus; et tacite constituerat se subducere primis mensibus hujus anni et Romam venire; sed quibusdam de causis, ne id tunc facere posset, impeditus fuit [3].

372. Auxilium confessariorum submitti ad Collegium Neapolitanum necessarium videbatur; nam concionibus quadragesimae multi commoti, opera nostrorum juvari peroptabant.

---

[1] Sic; et esse videtur oppidum, in Neapolitano olim regno, prope urbem Sora, quod latinis erat *Attinum*, italis autem veteribus *Atino*, recentioribus *Atina*.

[2] Vide Polanci ad ipsum Franciscum de Attino litteras datas 7 Aprilis 1554, et 3 Junii ejusdem anni ad P. Joannem Franciscum Araldum.

[3] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 338, et infra, n. 410 et 412.

Concionatus fuerat in collegio nostro P. Nicolaus Paredensis diebus dominicis quadragesimae ac die veneris sancti, ubi multis cum lacrymis et consolatione spirituali auditus fuit. P. etiam Andreas, ac P. Joannes Franciscus, ac Laurentius [1] in monasteriis et hospitalibus hujusmodi messem sua praedicatione augebant.

373. Sed omnium maxime homines commoverat P. Salmeron, non solum contra haereses, sed contra reliqua vitia strenue dimicans, qui duplo et triplo plures quam anno praeterito auditores habuerat; et ex evangelio et epistola, quae ad rem faciebant, populo declarabat; et non solum doctrina sed et spiritu ac voce constanti a Domino adjutus fuit usque ad finem quadragesimae, cum nec delectum ciborum nec jejunium omisisset. Et referebat Dominus Hieronymus Vignes ea majestate catholica dogmata fuisse stabilita et declarata, ut a quibusdam non mediocris auctoritatis viris dictum fuerit, non fide quodammodo se illa tenere, sed evidentia, quae dilucide admodum et solide declaraverat. De genere etiam auditorum idem Hieronymus scribit quod major pars auditorum ex insignibus viris constabat, aut titulo dominii illustribus, aut consiliariis, aut equitibus Regni. Nec Dominus Didacus Paciecho, nepos Cardinalis, Pro-regis, vel ab unica concione abfuit. Conservavit etiam illi Dominus vires corporis, et, ut ipsemet P. Salmeron fatebatur, egressus est ex quadragesimae exercitationibus tam validus certe quam incoeperat, cum tamen sesquihoram quotidie, et aliquoties duas horas concionatus esset; et in ultimis sermonibus Sanctae hebdomadae ac Resurrectionis magis auditores affici et ad optima quaeque promoveri videbantur; et Deo accepta omnia eo clarius ferebantur quod non videbatur juxta humanam rationem post tumultus illos, qui totam nationem hispanicam in odium ea in urbe adduxerant, ejus nationis concionatorem tam avide a nobilitate et vulgo tamque amanter audiendum esse [2].

---

[1] Scilicet P. Andreas de Oviedo, priusquam Romam evocaretur, P. Joannes Franciscus Araldus et P. Laurentius.

[2] Indigitantur hic tumultus Neapoli excitati adversus Petrum de Toledo anno 1547 occasione inducendi in Neapolitanum Regnum Inquisitionis tribunalis, quos fuse enarrant Neapolis historiographi, ex. gr. GIANNONE, *Storia civile del Regno di Napoli*, lib. XXXVI, cap. V.—De iis etiam speciali libello, cui titulus *Tumultus Neapolitani*, disseruit UBERTUS FOLIETA.

374. Litteris suis evocaverat P. Salmeronem in Urbem ad duos vel tres menses P. Ignatius, et ad id litteras ad Cardinalem Pro-regem [1] et ad ipsummet [2] miserat, ut libro illi concinnando daret operam, quem Romanorum Rex tantopere expetebat [3]. Sed videbatur haec profectio admodum incommoda futura rebus collegii temporalibus; quamvis enim electi fuerant aliqui a Pro-rege ut eleemosynam, de qua prius mentionem fecimus [4] ad domum emendam colligerent (inter quos erat D. Joannes de Mendoza), nondum tamen primis diebus mensis Aprilis exactio facta erat, quamvis, Deo rem dirigente, in magna penuria, quam Neapolis patiebatur, fere mille et quingenti aurei collecti fuerant, et ad duo millia haec summa videbatur perducenda, praeter officium quoddam ex primis vacaturis in operis subsidium; tunc enim ad tria millia haec eleemosyna perventura videbatur; sed si tam cito recedebat P. Salmeron, minus prosperum successum res habitura videbatur. Itaque P. Ignatio placuit ut aliquot dies expectaret [5], non tamen ut possessionem omitteret [6]. Primus ipse Pro-rex praeter quinquaginta argentos, quos dedit, officium [7], ut diximus, promisit. Princeps autem Bisignani tercentos aureos obtulit, qui assiduus auditor concionum fuerat, ut et duae ipsius sorores, quae tercentos etiam promiserunt. Marchionissa Vasti centum dedit. Et, praeter utilitatem, quae ex hac eleemosyna quaerenda proveniebat, occasio his praebebatur, qui eleemosynam petebant, de utilitate proventura ex collegio multa dicendi.

375. Sed demum sub finem Aprilis cum P. Salmeron profecturus esset, et ultimo Cardinali valediceret, retinuit eum Cardinalis, qui dicebat responsum se accepisse ab Imperatore, et quidem bonum, de his quae ab eo postulaverat, et, ut illud consideraretur, adhuc aliquot dies retinuit, ac promisit se P. Ignatio litteris satisfacturum, quod profectionem hos dies

---

[1] *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 139.

[2] Ibid. pag. 142.—De hoc scripsit etiam Ignatius Hieronymo Viñes. Ibid., pag. 116.

[3] Vide infra, ubi de Collegio Viennensi agetur.

[4] Supra, pag. 174, n. 364.

[5] Litteris a Polanco, *ex com.*, datis Patri Andreae de Oviedo, 24 Martii.

[6] Sic; suspicamur tamen scribendum *non tamen ut profectionem* (Romam versus) *omitteret*.

[7] Haud facile intellectu est quid *officii* nomine hic veniat. Fortasse aliud non est nisi officium, quod apud Imperatorem se Prorex promiserat acturum, ut reditus pro Collegio firmos ab eo obtineret. Vide infra, n. 399.

distulisset; et quia judicabat P. Salmeron, si praesens fuisset P. Ignatius, id ratum habiturum, usque ad hebdomadam sequentem ibi mansit. Concesserat autem Imperator quatuor millia ducatorum ex illis locis vacuis urbis, de quibus anno superiori mentio facta fuerat [1], et reditus etiam sexcentorum ducatorum applicaturum, cum aliquid vacaret, promittebat.

376. Quinta ergo Maji P. Salmeron juxta obedientiae praeceptum Romam venit, cum quo unus ex regentibus, nomine Franciscus de Villanova, P. Ignatio scripsit expedire magnopere ut P. Salmeron statim remitteretur Neapolim ut stabiliri res novi Collegii ejus praesentia possent, cum peculiari devotionis affectu et benevolentia eum civitas illa prosequeretur [2].

377. Interim autem dum ille Romae versatur, Neapoli amici, de domo emenda solliciti, inter quos primo loco nominari debet Dnus. Hieronymus Vignes (quidam enim Dnus. Thomas Caraffa, qui, cum esset Neapoli P. Salmeron, de domo sua vendenda spem dederat, cum alii emptores sollicitarent et eamdem emere curarent, sententiam mutasse videbatur [3]), jam de emenda alia domo cogitabant; sed cum 18.ª Maji solus eum aggressus esset Mag. H. Vignes, promisit demum se domum venditurum; et cum res Francisco Villanovae regenti et Scipioni di Arezzo, qui postea fuit Cardinalis et Episcopus Placentinus [4], summopere placuisset, 19.ª Maji contractus emptionis celebraverunt ne variationi sententiae locum darent. Et tam commodus erat locus, tamque salubris situs in ipso umbilico civitatis, ut videretur divina bonitas hunc locum nostris praeservasse ut ibi perpetuo Societas Deo inserviret.

378. Ad hanc domum emendam, et quod oportebat aedificandum, duo millia ducatorum, quae jam anno praeterito civitas ex aerario publico promiserat, et quatuor millia, quae ex divenditis vacuis locis urbis extrahenda erant, praeter eleemosynam illam, de qua paulo ante locuti sumus, quae alia fere duo

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 187, n. 393, et infra, in hoc vol. n. 379, et *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 448 et 127, et alias, quas Ignatius eadem die dedit Patri Alphonso Salmeron.

[2] Vide Ignatii responsum Dno. Francisco de Villanueva in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 183.

[3] Plenius haec intelligentur, si conferantur cum iis, quae ex Schirosi excripsimus supra, t. III, pag. 188, annot. 1.

[4] Is hoc anno 1554 erat Regius Consiliarius Neapoli.

millia conficiebat, destinabantur; nam ad reditus annuos sufficere posse videbantur sexcenti aurei annui, qui ab Imperatore postulati et ab eo concessi fuerunt; tunc enim numerus nostrorum Neapoli ultra duodecim vel quatuordecim non ascendebat. Medio autem mense Augusti, aut circa id tempus, Nostri migrare ad novam et propriam domum destinaverant, quod non sine gravi doloris sensu tulerunt illi, qui conductitiae domui vicini erant, qui magno charitatis affectu collegium prosequentes, transitum ejus in remotam civitatis partem aegre admodum ferebant.

379. Litterae patentes ad loca praedicta vacua vendenda expeditae a Pro-rege fuerunt et ita paulatim vendi coeperunt [1].

380. Eo tempore cum Carolus V Imperator filio Philippo, Hispaniarum Principi et Angliae Regi, regnum Neapolitanum resignasset, Pro-rex etiam mutandus dicebatur, et ipsius loco Joannem a Vega successurum esse rumor erat; quamvis aliter res ac sperabatur successit [2].

381. Auctus erat interea sacerdotum nostrorum numerus Neapoli, Mag. Theodoro Peltano ad sacros ordines promoto; sed eductus est sub initio mensis Junii Andreas de Oviedo, ut superius diximus [3], coadjutor et successor Patriarchae designatus, qui, ut tenere propter ipsius humilitatem et bonitatem et a Nostris et ab alienis diligebatur, ita recedentem multis cum lacrymis sunt prosequuti, quamvis privatam consolationem et auxilium bono communi et majori posthabebant. Promotus etiam est et primitias Deo obtulit mense Septembri P. Joannes Nicolaus de Itro [4]. Cum tamen multitudini confluenti poeniten-

---

[1] Vide tamen infra, n. 409.

[2] Loco Cardinalis Pacheco, Romam profecti ad electionem Pauli IV (electioni Marcelli II non interfuit), Neapolitanum regnum gubernavit Bernardinus de Mendoza, donec sub finem ejusdem anni novus Prorex advenit Ferdinandus Alvarez de Toledo "duca d' Alba, che allora essendo gobernador di Milano, avea il comando supremo delle armi spagnuole in Italia: quel famoso capitano che per le tante sue famose gesta si rese glorioso non meno in Germania ed Italia, che in Fiandra ed in Portogallo.„ PIETRO GIANNONE, *Storia civile del regno di Napoli*, lib. xxx, cap 1.—"Dizen que el Duque de Alba irá para Visorey de ese reyno: tiene mucha familiaridad con el Doctor Araoz y con el P. Francisco (de Borja) y tambien creo con el Doctor Olave, y está muy bien con la Compañía; y siendo el Príncipe tan favorable, es de creer que se augmentarán las cosas de ese colegio muy de veras.„ Polancus, *ex com.*, Patri Alphonso Salmeron, 26 Augusti 1554.—Haec autem Proregis Neapolitani mutatio nonnisi anno sequenti facta est.

[3] Pag. 14, n. 14 et pag. 22, n. 26.

[4] Scilicet P. Joannes Nicolaus Petrella, natus in oppido Itri. Vide supra, t. III,

tium et crebro ad sacramenta accedentium vix Nostri possent satisfacere, quia et aliorum confessiones, qui rarius confitebantur, et multae ex illis generales, erant audiendae, ideo aliquem loco P. Andreae de Oviedo submitti, qui collegii curam haberet, Nostri Neapolitani merito postulabant.

382. Duo milites hispani in Societatem admissi Neapoli fuerunt, quorum alter ibi substitit, Torres nomine, alter, qui Joannes Rodriguez dicebatur, Romam venit. Dominus autem Hieronymus Vignes, ab ipso fere initio Collegii Neapolitani, Deo in Societate servire voluerat, et eidem se totum resignaverat, voto emisso; sed Patri Ignatio, juxta consilium nostrorum, qui Neapoli versabantur, visum est expedire magis ut domum paternam, cum uterque parens valde senuisset et ejus opera indigeret, sustentaret, et interim paratus esset, quandocumque a Societate evocaretur, omnia relinquere. Atque ita plurimos annos Neapoli egit ac perutilem nostris operam navavit [1].

383. Congregatio illa foeminarum, quae *devotae Nominis Jesu* dicebantur [2], in spiritualibus ac piis operibus utiliter se exercebant, et, non exemplo solum, sed consilio et auxilio, monasteria ad reformationem vitae magis spiritualem exhortari et juvare etiam nitebantur.

384. Fructus etiam insignis ex traditis spiritualibus exercitiis [3] capiebatur, et hoc pium opus mediis consuetis adiuvare coeperunt, ut peccatrices mulierculas domi suae reciperent, donec vel in matrimonio vel in monasterio, aut alia honesta vitae ratione sibi illae consuluissent. Ineunte mense Junio puella quaedam, minor viginti annis, quam parentes, nimium crudeliter, sexdecim annorum prostituerant, et cum esset magna pulchritudine ornata, multos ad peccandum movebat, cujusdam ex Nostris opera ad Deum conversa, ei, quae praeerat Congregationi mulierum, tradita fuit, postquam peccata confessa fuisset, et in familia honestissima honeste ac pie vivere coepit. Ad numerum

---

pag. 169.—Quod a Sacchino confirmatur hic ad oram paginae scribente: *P. Joannes Nicolaus Petrella de Itro.*

[1] Hieronymi Viñes fratres duo, Michaël et Fabritius, Societatem jam hoc tempore fuerant ingressi. Eorum mentio fit litteris ad Hieronymum datis 24 Martii 1554. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. VI, pag. 117.

[2] Supra, pag. 174, n. 367.

[3] Quaedam hic verba desiderantur, quae, cum charta atramento corrosa, evanuere

quadragesimum hujusmodi mulieres et eo amplius ascenderant, cum viri fere viginti numero essent [1].

385. Ad frequenter sumendum Eucharistiae sacramentum eodem mense Junio quaedam ex Doctoribus loca opportuna Pater Salmeron Romam misit, paulo postquam Neapolim redierat [2]; nam de eo tractatu concinnando agebatur, quem postea P. Dr. Madridius confecit [3]; nec Romae in compendium vacare Theologiae, ut Romanorum Rex expetebat, potuit [4]; immo, vix quindecim aut viginti dies Romae commoratus, neapolitanis id magnopere optantibus restitutus est. Ea enim videbatur novi collegii dispositio ut ne tres quidem menses hujus aestatis ipso carere posse viderentur, et ut ejus reditus citius a P. Ignatio concederetur effecit necessitas inde educendi P. Andream, ut paulo ante diximus [5].

386. Mense Julio classis Turcarum, quae id temporis Gallis serviebat, quemdam Appuliae locum, Vesti [6] nomine, oppugnare tentavit; sed statim ex urbe militum auxilia missa fuere, et mari etiam classis Imperatoris, sub Andrea Doria Turcas consectata, ne grave incommodum inferrent effecit.

387. Ipsa Vigilia Assumptionis B.ae Virginis, Nostri novam domum ingressi fuerunt, in qua concinnanda cum trecentos aureos expendissent, multo plures expendere postea debuerunt,

---

[1] Sensus est: Mulierum numerus, quae *Congregationi devotarum Jesu* nomen dederant, ad quadragesimum et eo amplius ascendit, cum virorum, in Congregationem venerationis SSmi. Sacramenti adscriptorum, vigesimum vix attingeret. Vide supra, pag. 174, n. 366.

[2] "Con questa si manda un breve trattato sopra la frequentation de la S.ta Comunion havuto da Napoli dal P. Salmeron. Quello, dopo di haverlo fatto copiare, ci rimanderà V. R.; et molto presto con l' aiuto d' Iddio si manderà un altro più essatto; interim si potrà servire di questo.„ Polancus, *ex com.*, Patri Francisco Palmio, 7 Julii 1554.—Vide supra, n. 13 et 35, pag. 13 et 28. "Con questa se gli manda un' altro (trattato della communione) insieme con alcune instruttioni di come si debbia havere nella visita del Vescovato di Bologna; l' uno et l' altre sono del P. Bobadilla, le quali visti et copiati (se vorrà) ci rimanderà V. R. con sua commodità.„ Polancus, *ex com.*, Patri Francisco Palmio, 21 Julii 1554.

[3] "El compendio (compendium theologiae quod expetebat Romanorum Rex), pues que V. R. no tiene tiempo, no le haremos más instancia. Pero en una cosa breve holgariamos sirviese V. R., para cerrar las bocas en muchas partes á hombres, que impiden el servicio divino, y es de la frequentacion de los sacramentos de la confesion y comunion; porque en algunas partes se levantan personas tenidas por espirituales contra la tal frequentacion, y si puede robar algun poco de tiempo V. R., holgariamos fundase esta cosa como mejor le pareciere, haciendo cuenta que servirá en muchas partes este trabajo.„ Polancus, *ex com.*, Patri Alphonso Salmeron, 24 Junii 1554.

[4] P. Salmeron. Vide supra, pag. 178, n. 374.

[5] Supra, pag. 180, n. 381.

[6] Sic; est tamen *Viesti*, quod veteribus geographis erat *Vieste* et etiam *Vieti*.

ut in formam collegii reducerent. Magnam tamen controversiam cum quibusdam, qui vicinas domos habitabant, habuerunt; nam ex illis quidam id machinabantur, ut ex manibus Societatis domum eriperent, priusquam eam ingrederentur; cumque eorum conatus non successissent, rursus post ingressum Nostrorum secreto id tentabant. Sed et aliae controversiae suscipiendae fuerunt, ut cum vicinis accidere solet. Conquerebantur enim aliqui sibi nonnihil lucis adimi [1] quidam etiam excludendum prospectum nostrorum ad attollebant. Sed Deus, per Cardinalem et per amicos multos, hos conatus dissipavit. Et ex ea contradictione conjici poterat fructum uberiorem a collegio sperandum esse, cui Sathanas obviam ire nitebatur.

388. Quaedam ergo aula in usum sacelli, quae portam haberet ad publicam viam exeuntem, concinnata est, et spatium quoddam vastum, muro lapideo cinctum, templi aedificio non multo post addere destinaverant; scholas etiam in inferioribus aulis ad studentium usum concinnarunt; hi autem, ut plurimum, ad centum et quinquaginta ascendebant, vel parum eum numerum excedebant, nec unquam felicior cursus rei litterariae Neapoli fuerat. Intermissae tamen fuerunt aliquandiu ob nimios aestus lectiones, et eo temporis intervallo scholae in nova domo concinnatae fuerunt; sed ad kalendas Octobris lectiones resumptae fuerunt, quibus tres orationes, cum compluribus versibus in litterarum commendationem compositis, praemissae fuerunt.

389. Audiebantur autem confessiones scholasticorum statis temporibus; quamvis sub Paschae celebritatem, cum confessionis testimonio [2], ad parochias missi fuere. Mittebantur et iidem ad conciones et recte in doctrina christiana instituebantur. Fuit autem pergratum Nostris quod ludimagistri in urbe, ad

---

[1] Evanuere hic, ut et paulo infra, aliqua verba.

[2] Schedulam intellige a confessario, vel a Rectore, vel etiam a scholarum praefecto, signatam, qua fides fiebat eum, qui schedulam portabat, apud nostros de peccatis fuisse confessum. Atque hic mos scholares, *confessionis schedula munitos*, tempore Paschali ad communionem in suas parochias mittendi, praevaluit in pluribus Societatis Collegiis et praevalet adhuc in pluribus, etiam eorum, qui non sunt de Societate. – Hae tamen schedulae aliae omnino sunt ab iis, quarum meminere nostrae *Regulae communes professoribus classium inferiorum* his verbis: "9. Confessiones singulis mensibus ut a nemine omittantur efficiat: jubebit autem eos tradere suum in schedula descriptum nomen, cognomen et classem Confessariis, ut schedulas postea recognoscens, quinam defuerint, intelligat.„ *Ratio atque institutio studiorum Societatis Jesu*, Turonibus, 1876, pag. 79.

exemplum collegii, christianam doctrinam suis discipulis explicabant.

390. Inter eos, qui spiritualia exercitia cum fructu a P. Joanne Francisco [1] exceperunt, in quibusdam familiis multi utriusque sexus perpetuam Deo castitatem voverunt; tantum autem habebat idem concursum ad christianae doctrinae lectionem ut de commodiore loco quaerendo sit actum. Quamdiu etiam Neapoli P. Andreas [2] fuit, casus conscientiae cum multorum utilitate explicavit.

391. Duo adolescentes in Societatem admissi, praeter eos de quibus superius egimus [3], in Siciliam missi fuerunt; tres alii Romam; sed praeter hunc proventum, alii etiam non pauci Societati se adjungere optabant; at magis probanda eorum desideria videbantur. Fuerunt etiam qui ad alias Religiones sese conferrent, ex ea praesertim Congregatione, quae *venerationis Sanctissimi Sacramenti* dicebatur; nam cum in operibus misericordiae se frequenter et sancte exercerent, aliqui Carthusianorum, alii Divi Benedicti, alii Divi Francisci institutum sunt sequuti; nec deerant aliqui ex eadem, qui ad nostram Societatem magnis desideriis adspirarent.

392. Postquam Roma rediit P. Salmeron, Scripturae Sacrae lectionem cum magna audientium consolatione inchoavit et prosequutus est; et mirum dictu quantopere primariis hominibus ejus urbis tam lectiones quam conciones, quas aliquando coram Pro-rege habuit, placerent et admirationi essent; sed post kalendas Augusti et a concionibus et a lectionibus ob causas ulterius dictas [4] abstinere oportuit.

393. Auxit hoc autumno messem copiosam, ut in aliis locis ita etiam Neapoli, gratia Jubilaei, ad quam obtinendam plurimi Nostrorum opera uti volebant. Cum autem pluribus ex locis P. Salmeron ad futuram quadragesimam expeteretur, in parochia Virginis Matris [5] se concionaturum ille recepit. De aliis

---

[1] P. Joannes Franciscus Araldus.
[2] P. Andreas de Oviedo.
[3] Supra, pag. 181, n. 382.
[4] Supra, pag. 183, n. 388.
[5] Plurimae sunt Neapoli Virgini Matri dicata templa; sed putamus sermonem hic esse de *Santa Maria Rotonda, sita nel seggio di Nido.... una delle parrocchie ventidue della città*. STEFANO, l. c., fol. 24 v. – Prope Collegium, ubi P. Salmeron degebat, erat haec parochialis ecclesia.

autem ejus concionibus hoc autumno habitis, quod ad auditorium et fructum attinet, ex superius dictis inferri poterit.

394. Civitas Salernitana vicina, Neapolis exemplo commota, aliquot menses pro collegio Societatis instabat obtinendo, domum ac reditus quosdam promittebat, et reliqua quibus collegia sustentari solent; sed operariorum paucitas efficiebat, simul cum messis magnitudine, ut non facile hujusmodi collegia, praesertim minora, admitterentur. Trecentos ducatos annui reditus et domum cum ecclesia offerebant, et nobilem quemdam Salernitanum Neapolim miserant, et Archiepiscopus Salernitanus [1] litteras ad Patrem Salmeronem addiderat; sed antequam perpetuo domus et reditus collegio unirentur, experiri ad tempus aliquod cupiebant quomodo nostri in instituenda juventute se gererent. Sed affirmabat tam Archiepiscopus quam nobilis ille, qui Neapolim venerat, non praeterlapsurum unum vel alterum annum quin hujusmodi domus ac reditus stabiliter donarentur Societati a quibus competit; sed hoc ipsum, quod periculum facere videbantur, ne admitteretur Collegium, inter alias causas, effecit, ne hujus aut illius arbitrio subjacendum esset [2].

395. Ex civitate Caessa [3] Episcopus etiam et nobilis quidam aliud Collegium Societatis expetebant: distat autem ea civitas triginta milliaria, sicut et Salernum, ab urbe Neapoli; sed res progressum non habuit, nec tam multa admitti Collegia proterant.

396. Loco P. Andreae sacerdos aliquis expetebatur hispanicae linguae, cum multi confessionis gratia ad Collegium accederent; et missus est P. Christophorus de Mendoza [4], qui hoc ipso anno ex Hispania Romam venerat, et non tantum Confessarii officio satisfecit, sed etiam Collegii Rector effectus est [5].

---

[1] Hieronymus Seripando.

[2] Vide Polanci, *ex com.*, litteras ad Patrem Laynez, sine die, sed certo post 8 et ante 15 Decembris 1554.

[3] Sic in ms., quamvis non satis perspicue; sed sermonem putamus esse de urbe *Sessa*, latine *Suessa*, quae idem fere distat ac Salernum ab urbe Neapoli. Ejus Episcopus tunc erat Galeazzo Florimonte.

[4] De hoc saepius mentio facta est in praecedentibus tribus hujus *Chronici* voluminibus, dum de rebus Hispaniae ageretur.

[5] "Esta semana se partirá de Roma el P. Cristobal de Mendoza para estar ahí en Nápoles y ayudar en lo que fuere menester, hasta que haya de ir á la Goleta, que podria no ser tan presto „ Polancus, *ex com.*, Patri Alphonso Salmeron, 30 Septembris 1554.

Professionem Romae fecerat hoc ipso autumno in manibus P. Laynez [1], ut ad Guletae praesidium in Africam mitteretur, quamvis, ea missione ob rerum et personarum mutationes relicta, Neapoli complures annos versatus est. Occasionem autem manendi dedit magister domus D. Alphonsi de la Cueva, qui Guleta praefectus erat [2], et duos sacerdotes, qui paulo ante habitum religiosum reliquerant, alterum ad concionandum, alterum ad confessiones audiendas deducere ad Guletae praesidium volebat, quamvis contra mentem D. Alphonsi et Cardinalis de la Cueva [3] id esse diceretur. Res tamen in utilitatem Collegii Neapolitani cessit.

397. Inter eos, qui Neapoli animum ad Societatem adjecerunt, fuit Marius Beringuccius, filius D. Marcelli Beringuccii, qui Neapoli publicus juris civilis lector erat; et cum exercitia spiritualia cum fructu suscepisset, patre et suis, qui haud dubie eum impedituri videbantur, insalutatis, Romam cum Jacobo Calamaza venit, ubi uterque admissus est: juvenis tunc erat Marius decem et octo annorum, et ejus frater D. Marius Beringuccius in congregatione SSmi. Sacramenti prae caeteris se gerebat [4].

398. Episcopus Castellamaris contendebat per litteras hoc anno a P. Ignatio obtinere ut lectionem ordinariam theologiae, cujus facultatis curam ipse gerebat, P. Salmeron susciperet, et ut octoginta ducatos in eleemosynam singulis annis Collegium reciperet; sed nullo modo ei satisfieri debuit, quamvis Collegii res temporales angustae admodum essent [5].

---

[1] Vide supra, pag. 8, n. 7.

[2] Is, scilicet, Alphonsus de la Cueva, postquam plures annos praesidio Goletae praefuit, Generalis militum Dux in urbe Oran creatus est. "Señaló (Philippus II) por capitan general de Oran á Don Alonso de la Cueva, que era capitan á guerra de la Goleta, y en su lugar nombró á D. Alonso Pimentel, alcaide del castillo de Milan.„ CABRERA, *Historia de Felipe II, Rey de España*, lib. VI, cap. 13.

[3] Bartholomaeus de la Cueva, Beltrami, III Ducis de Alburquerque, frater et Alphonsi consanguineus. Vide supra, pag 9, n. 8.

[4] "Jacobo Calamaza y Mario Veringuccio fueron rescibidos y hacen buena prueba. Aquí escriben, el uno al padre, el otro al hermano. El enviarlos ahora á Nápoles, siendo plantas tan nuevas en la religion, no conviene, porque acá tendrán tambien mejor comodidad de aprovecharse en espíritu y letras.„ Polancus, *ex com.*, Patri Salmeron, 28 Octobris 1554.

[5] Vide supra, t. III, pag. 180, n. 378, et Ignatii ad Episcopum, Joannem de Fonseca, litteras 3 (et non 7) Novembris 1554 datas, quas habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 361.

399. Nam illa quatuor millia ducatorum, quae Imperator in variis jam locis vacuis Societati concesserat [1], vere vacua apparere coeperunt; cum enim de venditione agi coepisset, inventi sunt qui loca illa tenere affirmarent; et demum ad litem ventum est. Quod Cardinalis promiserat [2], non praestitit, forte quia opportune [3] regno id se posse facere non putavit; et ex his, quae alii promiserant, quaedam etiam exigi non potuerant, ut omnino apparere inciperet in ea civitate, quod vulgo dicitur "inter dicta et facta longum interjacere intervallum„. Alia etiam, quae ex Curia recuperanda erant, aegre admodum recuperari poterant; et tamen, mense Augusto sequentis anni, oportebat pretium domus persolvi, id est, tria millia et quadringenti ducati, alioqui exeundum erat ab ea, non sine nota, et cum damno octingentorum ducatorum. Cum autem reditus sexcentorum ducatorum ab Imperatore promissi, translato regno ad principem Philippum, qui 25.[a] Novembris magna cum solemnitate possessionem ejus Neapoli cepit, ab ipso Philippo recuperandi jam erant, et ideo litteras a P. Ignatio P. Salmeron postulavit ad Philippum Regem et ad D. Ruigomez, ut eam promissionem patris Caroli impleret filius, qui in regno ei successerat. Et cum D. Alvarus de Mendoza [4] ad curiam ejus Regis se conferret, hoc negotium curandum suscepit.

400. Aliud etiam ei [5] erat a Rege curandum, ut scilicet praefecturam castelli novi, quam ipsius frater D. Joannes de Mendoza relinquere paratus erat, in se transferret. Haec autem causa illa erat, cur idem D. Joannes hoc anno Romam non venerit, ut scilicet posset arcis hujus praefecturam in fratrem transferre; quae praeter duo millia ducatorum annui reditus, honorifica admodum Neapoli habetur. Itaque ab ipso D. Joanne litteras renunciationis secum tulit, et tandem a Rege, quod postulabat, in suum favorem impetravit: interim in suo bono proposito idem D. Joannes perseverabat, et partim nostrorum,

---

[1] Vide supra, pag. 180, n. 379.

[2] Vide supra, pag. 178, n. 374.

[3] Attrita charta, certo legi non potest quid hic sit scriptum. Haud tamen temere quis leget ita: quia opportune *id non fecerat, excedens* regno...

[4] Frater hic erat Joannis de Mendoza, de quo supra, pag. 176, n. 371, et infra, n. sequenti.

[5] Scilicet, Alvaro de Mendoza.

ac praecipue P. Salmeronis, colloquiis, partim P. Ignatii litteris, conceptum a Domino desiderium fovebat [1].

401. Consueverant nostri Neapoli, consentiente P. Salmerone ac P. Andrea de Oviedo Rectore, simul matutinam orationem, cui et ipse P. Andreas aderat, habere; et quamvis negligentioribus utile hoc esset, secundum tamen Societatis consuetudinem censebat P. Ignatius ut singillatim oratio fieret.

402. Detinebatur in Castello Novo Neapoli D. Ascanius Columna, qui Imperatoris jussu captus et eo deductus fuerat. Eum ergo P. Ignatius per P. Salmeronem salutatum voluit, et D. Joanne [2] praefecto id concedente, P. Salmeron ipsum invisit, qui magna laetitia ex hac salutatione affectus, magnas gratias P. Salmeroni ac P. Ignatio egit, ac retulit ei quod nobilis, qui nomine Imperatoris captum eum Neapolim attulerat, magnum testimonium de ipsius innocentia et justitia tulit, et ejus exemplum ad P. Ignatium misit [3].

403. Festis natalitiis Bernardus Japonensis, de quo superius mentio facta est [4], qui Romam veniebat, Neapoli cum duobus sociis, qui Romam veniebant, substitit; et tam nostris quam externis, qui cum eo loquebantur et avide audiebant, multum aedificationis prudentia, modestia ac spiritu suo bono dedit, et non degenerare discipulus a Magistro Francisco Xavier videbatur.

404. Cum Roma rediit P. Salmeron, injunxerat ei P. Ignatius ut videret num illud theologiae compendium Neapoli per otium (quandoquidem eo redeundum erat) posset conficere [5]; sed ille humiliter rescripsit se nec jam Patrum lectionem habere, nec id judicium, nec etiam tempus, quod tale opus requireret; immo si cum magna librorum supellectile et ab aliis curis vacuus esset, adhuc se non idoneum esse fatebatur; et id in causa fuit cur Patri Laynez, quemadmodum superius diximus, hoc compendium fuerit commendatum.

---

[1] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, V et VI. Alias etiam litteras dabit *Nova series litterarum Sancti Ignatii*.

[2] Joannes de Mendoza, de quo supra, n. 400.

[3] "Al Signor Ascanio ed al Signor Don Giovanni per le molte occupationi non si scrive hoggi. Quel testimonio di chi lo pigliò priggione haviamo visto e prima etiam ci l' havea mostrato Don Doimo.„ Polancus, *ex com.*, Patri Alphonso Salmeron, 2 Decembris.—Vide etiam Ignatii litteras Joanni de Mendoza, 14 Octobris datas in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 338, et alias ipsius Ignatii ad Ascanium Columnam 8 Decembris hujus anni 1554, *ibid.*, pag. 489 et 890.

[4] Vide supra, t. III, pag. 398, n. 873, et pag. 409, n. 904.

[5] Vide supra, pag. 178, n. 374.

405. Erat Neapoli quaedam matrona honorata, sed pauper, nomine Feliciana, quae sex aut septem pauperes virgines domi habebat et instituebat, et fere ex eleemosynis omnes sustentabantur; ducebat autem eas ad templum nostrum confessionis gratia singulis hebdomadis. Cum autem Nostri a conductitia in propriam domum migrarent, voluit et ipsa cum suis virginibus in aliam domum, non procul a collegio distantem, immo satis vicinam, migrare; et quamvis admonita fuerat nec ipsius honori nec etiam collegii convenire ut in conspectu ipsius collegii domum ipsa conduceret, nihilominus ad triennium novam ipsa domum conduxit. Cum autem P. Salmeron intellexisset ex nostris fenestris ejus domus fenestras videri posse ac e contra, et in nova vicinia aliquos esse parum bene affectos in Collegium, hi scilicet qui domum auferre nostris nitebantur, res ei displicuit; nam, juxta P. Ignatii sententiam, ex familiaritate hujusmodi mulierc ularum etiam spirituali, vix aliud lucrum accedere solet quam malus odor famae et labor curandi eisdem necessaria ad victum. Intellexit etiam ab N. [1] Confessario quodammodo sub obedientia eas haberi, qui aliquando, de rebus spiritualibus acturus, ad earum domum se conferebat; sed amici nonnulli referebant non sine scandalo id fieri.

406. Admonuit ergo Felicianam P. Salmeron antequam nostri migrarent, ut illa ne in conductitiam illam domum e regione nostrae se conferret, et aliam remotiorem a collegio quaereret; quod si non faceret, nec ipsam nec ejus virgines ad Sacramenta admittendas esse minabatur. Nihilominus Feliciana, velut prophetiam comminatoriam interpretaretur, non omisit id quod stituerat; sed nec P. Salmeron omisit quod minatus fuerat, et noluit eas ad confessiones in templo nostro admitti, nec ad concommunionem, quamvis confessarius et alii non pauci pro illa familia intercederent [2]; nam praeter ea, quae dicta sunt, cum saepe aegrotaret Feliciana, timeri poterat ne lupus aliquis, in

[1] Is erat, ut ex infra dicendis patebit, P. Joannes Franciscus Araldus. Ejus nomen sapienter a Polanco celatum hic est, quia nondum, dum haec *Chronici* pars exarabatur, e vivis excesserat Araldus, qui in re, de qua hic est sermo, imprudens potius quam pravus fuit, et semper deinde in omnium virtutum genere claruit.

[2] Intercessit Joannes Franciscus Araldus litteris ad P. Andream de Oviedo datis, quae ad Ignatium perlatae sunt. Has cum legisset Ignatius, severe P. Joannem Franciscum Araldum corripuit litteris ad eum per Polancum scriptis 16 Septembris. Resipuit illico Araldus et veniam petiit et obtinuit. Vide Polanci ad eum litteras 28 Octobris 1554.

gregem virginum ingressus, aliquam earum raperet; quod si accidisset facinus, haud dubie ad nostros infamia redundasset, quorum consilio regi illas constabat. Nihilominus, postquam aliquandiu exclusae fuissent ab usu Sacramentorum cum aedificatione eorum, quibus causa constiterat, precibus D. Pellotae Spinolae denuo ad Sacramenta familia illa fuit admissa; cogitabat autem P. Salmeron earum securitati consulere, curando ut in bona monasteria admitterentur [1].

407. Non omittam autem quod ille idem confessarius, cum inviseret aliquas nobiles matronas cum spirituali et sana intentione, ad invisendam sororem Cardinalis Theatini [2], qui Paulus Papa IV fuit, ut filiam ejus viduam alloqueretur [ivit]; soror autem Cardinalis fere octogenaria tanta ira succensa fuit, ut ei dixerit: "Recede, visne ruinam domus meae? Recede hinc.„ Et haec occasio fuit Patri Salmeroni ut omnes hujusmodi matronarum visitationes interdiceret sine peculiari ipsius licentia.

408. Nec tacebo quod ipsimet Felicianae, quae spiritualis erat foemina, probatum est quod P. Salmeron constituerat, de illa, scilicet, familia ad Sacramenta non admittenda; et aliis etiam spiritualibus matronis, quamvis compaterentur, res probabatur.

409. Hoc Adventu, partim in ecclesia nostri collegii, partim coram Pro-rege, P. Salmeron concionatus est dominicis et festis diebus; sed et christianae doctrinae exercitatio sub anni finem fructum egregium producebat, et ejus occasione non pauci ad religiosum vitae institutum suscipiendum movebantur.

410. Studiosorum etiam numerus sub anni finem in scholis novis auctus est, nam ad centum et octoginta ascendit.

Et haec de Neapolitano Collegio sint dicta.

---

[1] Videndae etiam Polanci, *ex com*., litterae ad P. Alphonsum Salmeron 23 Sept. 1554, et aliae ejusdem diei ad P. Joannem Franciscum Araldum.

[2] Haud temere quis putarit hanc sororem Cardinalis Joannis Petri Carafa, qui paulo post ad Summum Pontificatum evectus est, illam esse, quam inter benefactrices Societatis et praesertim Neapolitani Collegii enumerat SCHINOSI, "Beatrice, sorella anzinata e sopravivente poi a Paolo (IV).„ *Storia della Compagnia de Gesù appartenente al Regno di Napoli*, l b. 1, cap. 13.

DE PROVINCIA SICILIAE

AC PRIMO

DE COLLEGIO MESSANENSI

411. Magnum incrementum divini obsequii Messanae per Collegium nostrae Societatis cernebatur; tantum enim Sacramentorum usu, sacris lectionibus et concionibus proficiebatur, ut plurimi ex eis, qui ad templum B. Nicolai conveniebant, non tam hominum in saeculo viventium, quam religiosorum speciem prae se ferrent, et ejusmodi hominum opera tractarent usque adeo, ut nostris etiam admirationi esset tam eorum hominum erga res divinas affectio, quam ejus in pietatis operibus demonstratio; et inter hos aliqui utriusque sexus praecipui tam solida virtute ac pietate praediti videbantur, ut, cum in mundo essent, de mundo tamen dici non possent, cum carnis et saeculi blandimenta, divitias, se denique ipsos ac sua omnia ita pro Dei honore negligebant ut, quoties opus esset, nullam horum habituri rationem viderentur. Nullum opus pium erat, quod vel illi sponte sua, a Spiritu Sancto edocti, animo non conciperent, vel a nostris commissum aut etiam ostensum praetermitterent; et ita pauperes adjuvabant, mortuos inopes sepeliebant, peccatores ad viam salutis reducere conabantur. Inter alios duo quidam, horum opera conversi, sub initium aestatis in admirationem sui totam civitatem converterunt; erant enim malorum omnium insignes artifices et duces, ut si quas caedes, si quod aliud scelus quis optaret confici, ad illos confugeret; mulieres vero, et quidem majori ex parte nobiles, inter meretrices idem efficere et quidem non frustra nitebantur.

412. In quadragesima singulis diebus a P. Hieronymo Otello est concionatum; rogatu autem magistratuum, primis quadragesimae diebus, in cathedrali Ecclesia eo munere functus est, propterea quod adesse qui conductus fuerat, mala valetudine impeditus, non potuerat; utrobique autem ingens populi

multitudo eum sequuta est, quae post Pascha, diebus dominicis et festis, potius aucta fuit quam decrevit; et cum templum plenum esset usque ad limina, recedere non pauci supervenientes cogebantur; et tanto affectu verbum Dei, praecipue mulieres, audiebant, ut, si quando morbo aliquo domi detinerentur, alias mitterent, quae id, quod audierant, diligenter ipsis referrent. Interpretabatur autem post Pentecostem Ecclesiastem Salomonis diebus veneris P. idem Hieronymus Otellus; dominicis autem et festis librum Job, quod anno praecedenti auspicatus fuerat, prosequebatur [1]; adjunxerat autem ad majorem auditorum fructum ut in singulis concionibus psalmum aliquem cum Evangelio conjungeret [2].

413. Confessionum magnus fuit numerus et in dies augebatur; fructus etiam ex eis proveniebat copiosus, sed ei similis, quem alias retulimus; nam et domesticae simultates inter viros uxoresque suppressae sunt, et inter alios odia acerbissima restincta, adulteria dirempta, contracta autem matrimonia inter illos, qui illegitimo thoro ante jungebantur; et nonnulli, tum viri tum mulieres, ad religionem animum adjunxerunt; et se votis emissis Deo consecrarunt; conjugati quoque aliqui, ex utriusque partis consensu, castam vitam agebant; unus etiam fuit primis mensibus hujus anni, qui, cum vitam simul et habitum monachi abjecisset, utrumque pariter resumpsit, arctiori astringens se regulae quam prius. Quidam etiam jam senex diuque nullius sacramenti particeps, qui animae suae dominum daemonem elegerat, seseque totum illi commiserat, ad confessionis sacramentum accedens, resipuit, et communione etiam sanctissimae Eucharistiae refectus est. In universum autem mores plurimorum emendatos esse constabat, palamque Messanae di-

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 202, n. 432.

[2] Prae nimio tamen labore aegrotavit Otellus. "Circa il Padre Mtro. Hieronymo Ottello la charità vostra habbia cura et non li lasci correr nelle fatiche secondo l' impeto di sua buona voluntà; anzi se li faccia usar moderatione in tutto, se vogliono alla longa poter servirsene di lui.„ Polancus, *ex com.*, Mtro. Annibali de Codretto, 22 Martii 1554.—Vide infra, n. 427.—De Otelli hoc anno concionibus haec notatu digna profert AGUILERA: "Sed Otellus, qui dolorem amissi Palmii sedare coeperat, quum plurimum eloquentia et vocis ac laterum firmitate valeret, et eo libentius audiretur quo saepius ac prolixius ad populum verba faceret, morem, ante id tempus inusitatum invexit; nam singulis magni jejunii diebus plenas habuit e loco superiore conciones, nulla usus intermissione laboris. Quam deinde consuetudinem quotidie concionandi et ipse et alii, cum Messanae tum alibi, retinuerunt.„ *Provinciae Siculae Societatis Jesu Ortus et Res gestae*, parte prima, cap. IV, n. XXII.

cebatur longe aliam vitae rationem esse quam prius fuisset. Fama autem divinae bonitati tribuebat et collegii nostri ministerio, uti id multi affirmabant; nam, etsi non omnia nostri facerent (erant enim et alii religiosi et ecclesiastici, ad quorum ecclesias tum verbi Dei audiendi, tum Sacramentorum suscipiendorum causa, multi conveniebant), quia tamen Messanensis Collegii exemplo illi excitati et impulsi credebantur, ejus quoque boni auctores nostros esse dictitabant.

414. Ut autem quaedam peculiaria referantur, vir quidam nobilis, cum ab adversario periculosa vulnera accepisset, nunquam illius nomen voluit in judicium deferre, sed potius se Deo per peccatorum confessionem et adversario reconciliare studuit, omnemque prorsus injuriam illi remisit. Fuit et alius, alioquin vir strenuus et aetate vigens, qui, cum palam acerbissimis conviciis accerseretur a quodam nihilo melioris conditionis viro, secessit ipse pacificus, et in domum suam se recepit, cui dum ille locum dat, et sibi et ei qui fecerat injuriam plurimum profuit; etenim ille, tanta patientia motus et in admirationem adductus, eadem die veniam ab eo quem offenderat petivit. Fuit et mercator quidam, qui, amissa in mari magna pecuniae summa, quam parvi faceret hujusmodi jacturam, quamque pacato animo eam ferret satis ostendit, nec alia verba ab eo audita fuerunt, quam quibus Deo benediceret, et simul cum Job: *Dñus. dedit, Dñus. abstulit*, etc., aequo animo dicebat. Haec autem de injuriis et opibus neglectis, etsi minutiora videantur, eo magis morum mutationem ostendunt, quo a pristinis messanensium moribus magis aliena erant. Ejusdem mutationis argumentum erat non pauci momenti apud eos, quibus Messana apprime nota erat, quod in carceribus pauci homines detinerentur, quod ut certissimum emendatae civitatis argumentum homines accipiebant; cum et mala homines apertius intelligerent, et ab eis diligentius declinarent; ad eos autem, qui in carceribus hujusmodi retenti erant, nostri non raro vocabantur, immo eo frequentius quod aliis quam nostris aegre confiteri volebant; oratio continua quadraginta horarum ad Deum proximis Pentecostes diebus majori quam unquam devotione et frequentia facta est, adeo ut aliquot horis diei, qui ad orandum convenerant, absoluto tempore, quod cuique praefixum erat, templum nihilominus replerent.

415. Monasterium illud Ascensionis, de cujus inchoatione anno praeterito non pauca dicta sunt [1], hoc fere anno toto sub cura Societatis fuit, et aliquot mensibus eam P. Antonius Vinchius debuit suscipere, qui etiam curam impendebat alteri pio operi, eodem praecedenti anno inchoato, muliercularum, scilicet, quae a turpi vita ad honestam traducebantur, ut ibidem probarentur, donec in conversarum monasterium ingrederentur, vel honestam aliam vitae rationem susciperent. In priore monasterio decem et septem virgines erant, quae mirum odorem angelicae cujusdam vitae potius quam humanae per urbem sparserant, nec paucas suae sanctitatis fama ad suum monasterium invitabat; sed eo tempore consultius videbatur alias non admittere; res enim earum temporales parum firmiter erant constitutae, nec erat admodum illis aequus Cardinalis Messanensis [2] quam initio fuit; aequior tamen deinde effectus est, et ipsius frater, qui a Pro-rege in vincula conjectus, animum ejusdem Cardinalis irritaverat, deinde liberatus, in hujus novi monasterii commendationem litteras fratri Cardinali scripsit.

416. Quia vero non placebat P. Ignatio ut nostri tamdiu curam novi monasterii gererent [3], curatum est ut et Summus Pontifex quae acta fuerant confirmaret, et ut quidam viri honesti ac pii rerum temporalium curam susciperent; nam P. Antonius Vinchius non solum rerum spiritualium sed et temporalium curam agere debebat, donec externi illi hoc onere nostros sublevarent. Sed quamdiu nostri res earum curabant, domum illis valde commodam et in aëre salubri adjungendam curaverunt, ut minus arcte habitarent. In alium pium locum quindecim meretrices se receperant, ex quibus duodecim monasterium conversarum ingredi voluerunt [4].

---

[1] Supra, t. III, pag. 226 et seq., nn. 497 et seq. Vide etiam litteras a Polanco, *ex com.*, datas Patri Hieronymo Domenech 16 Januarii 1554.

[2] Joannes Andreas de Mercurio. Vide supra, t. III, pag. 228, n. 501.

[3] Quae a n. 411 hucusque continentur, desumpta sunt ex litteris, quas habes in *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 528 533, et pag. 702-705.

[4] Haud facile fuit Societati hanc curam excutere; praevaluit tamen Ignatii firma et constans voluntas, *ex* cujus *com.*, haec Polancus Hieronymo Domenech scribebat 25 Novembris 1554: "Continuar las confesiones de aquel monasterio, yendo solamente los sábados, como V. R. escrive, por ordinario y predicando allí algunos, como en otros monasterios, se podrá hacer; pero advirtiendo que no es cosa que se ha de perpetuar y procurando disponer alguno para que haga este oficio debidamente; y sería bueno que hiciese (unus hic externus, cui monasterii cura tandem erat transferenda) los ejercicios y tuviese lo más que se pudiese nuestro modo de proceder.„

417. Erat oppidum quod Itala vocabatur, sub abbatia quadam, quae Pro-regis fratri collata ab Imperatore fuerat; eo mitti aliquis ex nostris debuit in gratiam Pro-regis; is autem concionibus et lectionibus et sacramentorum ministerio rudem illum populum ad Deum adducere conatus est, et non sine egregio fructu ibidem est laboratum [1]. Nec desitum est a populo Sti. Philippi, de quo anno superiori egimus, benemereri, nam diebus dominicis ex Messanensi Collegio aliquis, qui ibidem concionaretur, mitti solebat [2].

418. Bonus autem odor, tum ex ipsa civitate messanensi, tum ex dictis oppidis, sparsus, Tauronimitanos ad Collegium Societatis nostrae expetendum commovit [3]. Laudaonenses [4] etiam et ipsi Collegium petebant. Sed et Catanae de collegio instituendo agebatur. Cum enim abbatia quaedam prope Catanam vacasset [5], quae annuos reditus mille et quingentorum ducatorum habebat, eam Pro-rex ab Imperatore impetrare nitebatur, ut ex ea mille cederent in Messanensis Collegii utilitatem, quingenti autem reliqui partim collegio Catanae instituendo, partim aliis piis operibus impenderentur, quae tamen ad incrementum nostrae Societatis pertinerent; nam magno prorsus studio res nostras optimus ille Pro-rex, quod ad commune bonum referre plurimum arbitraretur, promovebat.

419. In scholis hujus anni priori parte nihil fere de ordine consueto immutatum est; numerus scholasticorum ducentorum et septuaginta plus minus esse solebat, in quibus non tantum litterarum sed etiam pietatis profectus agnoscebatur, ex quibus aliqui ad Societatis nostrae institutum aspirabant.

420. P. Antonius Vinchius, cum Comitissa Bibonae [6] aliquandiu conversatus, simul cum illa et Comite Panormum venerat, et inde facilius Messanam transmitti poterat; ante ejus

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 202 et 203.

[2] Non anno superiori 1553, sed praecedenti 1552 de Abbatia hac Sancti Philippi Grandis actum est, ut videre est supra, t. II, pag. 541 et 542.

[3] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 705.

[4] Ita legit librarius noster; sed emendatum est vocabulum hoc in ms., et arbitramur id quod ut e tot lituris emergat voluit Polancus, esse *Saocanenses*. Respondent enim haec omnino iis, quae in *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 705 habes, et ibi scriptum est *Saoca*.

[5] Sermo est de Abbatia Novaelucis seu de Novaluce, de qua vide supra, t. III, pag. 225.

[6] Elisabeth de Vega, Proregis filia.

adventum P. Joannes Philippus Cassinus in ecclesia novi Monasterii S.ti Michaëlis concionabatur [1]; Mgr. Vincentius Valentinus in alia S.ti Salvatoris; in oppido autem S.ti Vincentii vicino P. Michaël a Laetavalle [2]; in variis monasteriis messanensibus P. Stephanus Baroëllus simul concionabantur; ut omittam P. Hieronymum Otellum, cujus conciones perdiu in Cathedrali ecclesia sunt habitae, quamvis quas in templo nostro S.ti Nicolai [habebat] populo toti quam maxime placebant, quod et frequentia et commotio auditorum testabatur. Primis etiam mensibus anni cum primum Panormo venisset P. Antonius Vinchius, in oppido Italae usque ad Quadragesimae finem concionatus est.

421. Magistratus Messanensis, quem *Stratigo* [3] vocant, D. Petrus de Urrea vocatus, cum primum Messanam appulit, Societati amicissimum se ostendit, et eidem omnem suam operam obtulit.

422. Extramontani, qui in Siciliam missi fuerunt, germani praesertim et galli, non prospere admodum in illo aëre siculo valebant, aliqui saltem eorum; et ita hoc anno P. Robertus, Gallus, vitam temporalem cum aeterna commutavit [4]. Scripserat quidem P. Ignatius ut eum in Italiam remitterent; sed sero, cum jam ipse prae debilitate iter conficere non posset, hoc praescriptum Messanam pervenit. Alii duo, scilicet, Andreas Frisius [5] et Michaël, Germanus [6], postquam varia loca Siciliae frustra probassent, in Italiam, immo in Germaniam eos remitti oportuit, nam in morbum, quem caducum vocant, Michaël inciderat, et cum ex Collegio Messanensi missi sunt, et vestibus ad iter idoneis et viatico usque in Germanian instructi fuerunt.

---

[1] "Del ocuparse Mtro. Jo. Philippo Casino en los Monasterios etc., ad tempus está bien; pero hágase cuenta de quitarle de allí quan presto se pueda dar recado á las religiosas, porque nuestro Instituto no sufre otra cosa, y cúmplenos mucho guardarle, ultra de desembarazar la persona del Mtro. Jo. Philippo.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Domenech, 16 Januarii 1554.

[2] Mirae vir sanctitatis, cujus amplissimae res gestae non mediocrem hujus historiae partem sibi vendicaverint.„ AGUILERA, *Provinciae Siculae Soc. Jesu Ortus et Res gestae*, parte prima, cap. IV, n. XXVII.

[3] Vide supra, t. III, pag. 191.

[4] Nihil de hoc, qui a Roberto Clayssonio, belga, Parisiis hoc tempore degente, distinguendus est, habet AGUILERA in *Historia Prov. Siculae, S. J.*

[5] Vide supra, t. III, pag. 231, n. 510, et *Litterae Quadrimestres*, t. I, pag. 546, annot. 2.

[6] Hunc semper *Michaëlem Germanum, Michaële Tedesco* appellatum invenimus.

423. Hoc ipso anno Mag. Annibal de Coudretto, qui Collegii Messanensis curam gerebat, ipso die Ascensionis Domini ad sacerdotium promotus, die Pentecostes primum sacrificium Deo obtulit, cui Stratigus messanensis interesse voluit peculiari affectu devotionis, quamvis in Cathedrali ecclesia [eodem die] divinis officiis interesse debebat, et rogavit, quo utrique posset interesse, ut maturius P. Annibal suum offerret [1].

424. P. Hieronymus Otellus cum post Pascha conscientiae casus praelegeret, immo et in ipsa Quadragesima, cum in concionibus esset occupatus, a multis interpellabatur, qui de conscientiae casibus eum consulebant: cum enim cathedralis templi concionator, qui ex ordine capuccinorum erat, quotidie casum aliquem conscientiae tractaret, et numerosissimum alioqui auditorium haberet, tam severe et arcte de hujusmodi casibus egit, ut conscientias nobilium et mercatorum magnis scrupulis et difficultatibus impleverit, et ita magnae restitutiones a multis faciendae dicebantur, et haec causa consulendi P. Hieronymi multis fuit.

425. Non omittam quod P. Antonius Vinchius, cum in Italae oppido versaretur, non solum de illo, sed de religiosis etiam fructum reportare studuit: ordinem illi B. Basilii profitebantur, et prorsus vitae rationem in melius mutarunt, adeo ut dictum P. Natalis verum esse experientia tunc docuerit, quod scilicet aliorum ordinum religiosi a Societate nostra juvandi essent.

426. Mense Junio dictum fuit Messanae a quodam, qui simul cum P. Joanne Guttano in biremi quadam fuerat, quod quatuor ante menses in insula Sanctae Maurae propter morbum ab eo relictus, qui de manu piratae eum emerat, mortem obierat; sed id non creditum fuit, et toto hoc anno de ejus redemptione agebant nostri, et in singulis litteris rationem red-

---

[1] "In ipso Messanensis Collegii magistratu Annibal Codretus Panormum a Domenechio accersitus, ut majoribus ibi ordinibus initiaretur, XII Calendas Maii Messana proficiscitur, mandatque, se absente, Collegii administrationem P. Antonio Vinkio, et *celeriter inde, re confecta, Messanam,* ut ipse de se ait, *reversus, primum Deo sacrificium die Pentecostes obtulit;* recepitque magistratum, in quo perseveravit paulo ultra biennium.„ Aguilera, *Prov. Siculae S. J. Ortus et Res gestae,* cap. IV, n. XXII.— "A gloria divina sia il sacerdotio et per molta perfettione della propria anima et aiuto di quelle dei prossimi, il che io spero così sarà „ Polancus Patri Annibali a Coudreto, 18 Junii 1554.—"Già credo la R. V. sa del P. Mtro. Annibale fatto etiam sacerdote, et prima che fosse promosso era fatto Rettore di quel collegio di Messina. Si porta molto bene nel suo offitio et sarà, come speriamo, attisimo per ogni gran servitio d' Iddio.„ Idem Patri Ludovico de Coudreto, Annibalis fratri, 23 Junii 1554.

dere messanenses P. Ignatio debebant diligentiae qua usi fuissent [1].

427. Recessit etiam ex hac vita magnae spei adolescens Stephanus 5.ª die Junii, qui, cum magnum patientiae et obedientiae specimen dedisset, illud in ultimo non parum ad aedificationem fecit, quod facultatem moriendi a magistro Novitiorum petiit [2]: ejus loco admissus fuit Ludovicus de Hungaria hispanus, Roma missus ut in Sicilia Societatem ingrederetur [3]. Pervenit et P. Ludovicus [4] Gerardinus, qui Collegii Tiburtini rector fuerat, et locum supplevit P. Stephani Baroëlli e Sicilia in Italiam revocati [5]. Fuit etiam promotus ad sacerdotium Mag. Vincentius Valentinus, qui tamen, propter valetudinem parum prosperam, a lectione prohibitus (tertiae enim classi praerat) et Montem Regalem missus est; sed et P. Hieronymus Otellus hac aestate ex medicorum consilio coactus est vespertinam lectionem omittere, quod fluxu cum sanguine mixto febri laborare magnopere coepisset, qui morbus hoc anno Siculis molestus fuit [6].

428. Hoc anno nostris siculis sicut et aliis praescriptum fuit, ut exercitia spiritualia ad praxim deducerent, et quid ea in parte actum esset admonerent [7]; sed hujusmodi exercitia non admodum copiosam in ea provincia messem habuerunt.

429. Praescripta eis etiam formula fuit Romam referendi de qualitatibus eorum, qui ad Societatem se admitti peterent, et ut quarto quoque mense de singulis collegialibus quomodo se gererent, Romam perscriberent [8].

430. Rediit mense Julio Messanam Pro-rex et cum eo P. Mi-

---

1 Vide infra, n. 473.

2 Nonis Junii Stephanus Canatella Messanensis novitius, acerrimi adolescens ingenii, et ut graece ac latine valde doctus, ita moribus ac pietate amabilis moritur.„ Sic ex ANNIBALIS DE CODRETO *Commentario de rebus Societatis in Sicilia* P. AGUILERA, l. c., c. IV, n. XXI.—"Per il fratello Stephano, che sia in gloria, si farà oratione, benche pare poco ne haverà di bisogno, secondo la sua vita et morte. Del tutto sia laudato Christo, vita nostra.„ Patri Annibali a Coudreto, 18 Junii 1554.

3 Vide AGUILERA, l. c., parte prima, cap. x, n. XX.

4 Sic in hoc loco ms. Polanci, qui tamen alibi semper et rectius scribit *Desiderius*.

5 Vide supra, pag. 102, n. 192.

6 Vide supra, pag. 191, n. 412.

7 Vide supra, pag. 95, n. 174, et *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 460 et 199.

8 Hoc jam anno praecedenti injunctum ipsis fuerat, ut videre est supra, t. III, pagina 198, n. 421.

chaël Botellus, qui aliquot Messanae conciones habuit, cum frequenti auditorio, et eidem non mediocriter satisfecit [1].

431. Quia agebatur de rebus Africae, ut superius dictum est [2], aliqui ex nostris scholasticis Messanae arabicae linguae operam dederunt, ut legere et scribere discerent, ad quod juvit familiaritas nobilis cujusdam saraceni jerbiensis, qui curam gerebat filii regis ejus provinciae, quem in Sicilia versari anno superiori dictum est, nam ille nobilis et arabicam et italicam linguam sciebat, et utramque scribere noverat.

432. Constituit autem P. Provincialis ut sex de nostris concionarentur singulis dominicis ac festis diebus; et praeter eos, quos superius nominavimus, unus fuit P. Martinus [3], alter ipsemet P. Annibal, qui in monasterio S.ti Eliae hoc mense Julio concionari coepit, nec mediocriter auditoribus, qui multi erant, satisfecit; sed et injunxit eidem P. Annibali ut, in templo nostro, B. Pauli lectionem interpretandam dominicis et festis diebus susciperet, et ita prima Dominica Augusti epistolam ad philippenses, plena auditoribus Ecclesia nostra et cum magna auditorum attentione et satisfactione, aggressus et deinde prosequutus est.

433. Renovatio studiorum sub finem Septembris facta est, Pro-rege praesente cum aliis primariis nobilibus pro more, et duae latinae orationes et versus graeci et latini, cum dialogo quodam in modum echo, recitati a filiis nobilium messanensium fuere, quod spectaculum eo ipsis gratius erat: tunc etiam P. Hieronymus Otellus in vernacula lingua in scholis feriatis diebus legere conscientiae casus jussus est, praeter lectionem psalmorum Davidis, quam dominicis et festis diebus praelegere tunc etiam inchoavit.

434. Incidit hoc eodem fere tempore P. Provincialis [in febrem], quae tertio quoque die recurrebat; sed brevi, Deo juvante, liber fuit.

435. Retulit hoc Octobris initio Pro-rex nostris se litteras a

---

[1] "Per quelle di 12 et 21 et 24 di Luglio intendessimo dell' arrivata a Messina del P. Provinciale, P. Botello et del suo predicare in Messina.„ Polancus, *ex com.*, Patri Annibali a Coudretto, 2 Augusti 1554.

[2] Supra, pag. 15, n. 15.

[3] Hunc existimamus fuisse P. Martinum Mare, gallum, unum ex decem sociis Messanam anno 1548 ab Ignatio missis. Vide Aguilera, l. c. cap. I, n. XI.

Ferdinando de Vega, fratre suo [1], accepisse, quibus referebat Imperatorem velle penes se habere P. Franciscum Borgiam, et si id fieret, putabat Pro-rex expeditionem Africae melius promoveri posse [2].

436. Cum autem convaluit P. Hieronymus, cum P. Philippo ad invisendam abbatiam Italae se contulit.

437. Secunda Novembris denuo oratio continua quadraginta horarum [3] in templo Sancti Nicolai facta est, ad quam nomina dederunt plus quam quingentae foeminae et plus quam ducenti viri; et observatum est ex hujusmodi oratione multos ad vitae mutationem in melius profecisse; et quamvis distributi erant in singulas horas diei foeminae et noctis viri, in quibusdam diei partibus tam frequentes oratores accedebant, ut pleno templo cogerentur multi tamdiu manere extra fores, donec qui prius erant ingressi, oratione absoluta, egrederentur; et fama erat notissimae impietatis viros quosdam, ex quo haec oratio acta est, Deo ferventius adhaerere coepisse. Quidam autem ex his, qui devote nostrum templum frequentabant, supplicare juratis decreverunt ut nostrum templum D. Nicolai augendum curarent, et ad expensas ipsi symbola sua conferre volebant; ut autem interim ecclesia liberior esset diebus veneris, et capacior populi, constituit P. Provincialis ut praelegeret semel in hebdomada P. Hieronymus Ottellus supremarum scholarum studiosis christianam doctrinam, et aliis inferiorum classium pueris ut in schola quadam praelegeretur, ut sic, dum suis in scholis eam audiunt, externis auditoribus vacuam ecclesiam diebus veneris relinquerent.

438. In festo autem D. Nicolai pro more suo [4] Nostri plurimis hymmis et aliis versibus scriptis templi fores impleverunt, quamvis scholastici nostri (qui fere semper reliquos eruditione anteibant) ab externis in numero hujusmodi versuum superati fuerant.

439. Non parum nostris jucundum erat quod Dei verbum non solum per conciones, sed etiam per lectiones, nostrorum

---

[1] Is Bruxellis hujus anni initio erat in Imperatoris curia, sed in Siciliam hoc ipso anno reversus est.

[2] De iis pauca infra, dum de rebus Hispaniae agetur, et fusius in Monumentis adhuc edendis de Sancto Francisco Borgia.

[3] Vide supra, t. III, pag. 197, n. 420.

[4] Vide supra, t. II, pag. 540, n. 304.

exemplo, plurimis in locis habitas proponeretur; tribus enim in locis epistolarum Pauli praelectores erant, plures concionatores, alii etiam alia legebant, nec quid inutiliter, cum magna hominum multitudo ad sancta sacramenta accederet; nam in festo Assumptionis B.ae Mariae non minus quam duo hominum millia sanctissimum Eucharistiae sacramentum ceperunt, quod et Pro-rex eodem die fecit, cum P. Antonio Vinchio confessus esset, quod P. Provincialis aberat. D. etiam Ferdinandus de Vega, Pro-regis frater, nostrum ad collegium confitendi communicandique gratia se contulit.

440. Nec vero parva in plerisque eorum, qui nostris confitebantur, devotio cernebatur; hanc enim et lacrymae et habitus et mores immutati ostendebant. Vir inter alios insignis quod ad arma pertinet, qui quamdiu vixerat expertus non erat quid esset confiteri et communicare, compunctus mirum in modum ad confessionem accessit, et cum stupore eorum, quibus antea notus erat, vitam prorsus mutavit, et illi externorum hominum congregationi, quae piis operibus [1] dabat operam, inseparabiliter se conjungebat; et cum occisi hominis cadaver inventum cum illis ad sepulturam duceret, et manibus tractaret cadaver in sepulchro collocandum, magnam a Dei bonitate lucem cognitionis beneficiorum ejus erga se consequutus est.

441. Efficiebat autem nostri templi angustia ut, quamvis multi in eo communicarent, alii ad alia loca communionis gratia accederent, ut multitudo eorum, qui ad conciones accedebat, vix permitteret ut ibidem multi commode communicare possent. Erant autem aliqui, quibus discessisse a peccatis gravioribus non satis erat, sed ad assequendum perfectionis apicem non segnius quam qui in monasteriis religiose vivunt aspirabant, et quidquid Deo gratum fore intelligebant, id, vellet nollet mundus aut caro, opere exequi non omittebant. Nec de uno aut altero haec dicta intelligantur; non pauci enim nec infimae conditionis erant hujusmodi, quibus si quid adversi accidisset, majori se animi liberalitate et hilaritate Deo offerebant quam facile dici possit. Matronae suorum mortem moderate ferre contra morem ejus urbis didicerant, nam prius miserabilem in mo-

[1] *hominibus* habet ms., sed error manifestus videtur.—Vide supra, t. II, pag. 535, nn. 287 et 289.

dum et qui [eos qui] spem resurrectionis habent, minime deceret, sibi carorum funera prosequebantur.

442. Et ut sigillatim aliquid dicam de mulierculae in hac parte constantia (erat Messanae haec non ignota), quae accepta sub vesperum sabbati morte viri sui, quem valde in Christo diligebat (erat enim ipse pius et eo tempore peregre agebat), repente D. Francisci habitum induit, et mundi superstitiones nihil morata, ea dominica, quae sabbatum jam dictum proxime sequuta est, venit in templum nostrum, quamvis longissime ab ipsius domo abesset, auditaque concione, ac reliquis pro more suo peractis, domum rediit [1]. Cum autem ad ejus domum consolationis aliquid allaturae mulieres aliquae irent, nihil fletu et lacrymis opus esse, magis autem gratiarum actione et precibus erga Deum vultu modesto dicebat. Ipse autem ejus maritus, ubi eum morbus invasit, ibi virtutis quam ex frequenti Sacramentorum usu in animam suam collegerat, non exiguam reliquit memoriam; distributis enim nummis, quos secum gerebat satis multos, ejus loci pauperibus, quos ad se vocari jusserat, et decumbens et moriens, in admirationem pariter et commotionem omne illud oppidum commovit.

443. Doctor quidam, nostris ante adversus, eo usque mutatus est ut non illi satis esset octavo quoque die communicare, sed fore sperare ut, uxore aliquando in monasterium admissa, in Societatem ipse nostram admitti posset.

444. Quaedam virgines monasterium ingredi statuerunt: adolescens quidam, Cardinali Messanensi conjunctus, in exercitiis spiritualibus Societati se adjunxit; aliae complures virgines, etsi monasterium subire nollent, Deo tamen suam virginitatem consecrarunt. Rapta quaedam ex monasterio cum sexdecim esset annorum, in incestu duos annos extra monasterium egerat: generali facta confessione, ad monasterium se redituram promisit, atque eo animo ex urbe recessit.

445. Viro cuidam et ejus uxori persuaserat daemon ut, metu calamitatum hujus saeculi, sacramentorum usum prorsus negligerent; jamque annos quinque aut sex ab eis abstinuerant: hi, postquam sunt confessi, firmi in bene vivendi proposito et

[1] Nondum extirpatus in quibusdam regionibus est mos hic, ut primis post alicujus funus mensibus, foeminae, defuncti consangineae et affines, domo non exeant ne quidem ut sacro diebus dominicis et festis intersint.

hilares ad suos redierunt. Sic redierunt ad cor praevaricatores non multi [1] et haec Sancta Sacramenta, ad quae diu non accesserant, voluptatibus aut odiis irretiti, et alienas aliqui uxores reliquerunt. Erat autem plurimorum una vox, tunc sibi videri quietis aliquid et laetitiae spiritualis sentire, cum in templo D. Nicolai essent, ceterum mundi omnia misera et perturbata esse.

446. Augebat autem aedificationem quod aliqui ejus civitatis primarii viri, quorum infamis vita nulli erat [non] nota, et inextinguibili vindictae inimicorum siti, semper armis onusti conspiciebantur, illis depositis, alia spiritualia induebant arma, quibus daemonem, mundum et carnem, veros hostes, expugnare possent. Inter alios vir erat non obscurae nobilitatis, qui, gravi vulnere accepto, in magno vitae discrimine versabatur. Hic cuidam ex nostris confessus, in multorum praesentia vocem extollens, se brachiis expansis inimicum amplexurum esse pollicitus est; tantum aberat ut vel in jus illum vocare, vel injuriam illatam ulcisci vellet. Erat et alius, qui promiserat se injuriam condonaturum inimico, ea tamen conditione, ut Messanam non veniret, ne eo viso antiquae injuriae recordatio recrudesceret: postquam uni ex nostris confessus est, non modo efflagitavit obnixe, sed misit etiam ad adversarium, qui ei diceret ut in urbem reverteretur, quo illius pedes oscularetur.

447. Sed nec minor animi magnitudo in fragili sexu foemineo visa est: quaedam erat, quae mariti mortem tam impatienter tulerat aliquando, ut sibi mortem consciscendi modum excogitaret; quare nihil comedebat nec dormiebat, et humi jacens sibi mortem expetebat, nolens superstes esse viro, quem immoderate diligebat, et proterve justitiam Dei incusans, inferni cruciatus sibi elegerat in doloris sui consolationem. Haec ergo adducta ut uni ex Patribus nostris confiteretur, adeo mentem in melius commutavit, ut quo antea spe esset dejectior, eo stabilius in spem divinae clementiae dirigeretur, et in earum numero esse coepit, quae Confessionis et Eucharistiae sacramenta frequentant.

448. Spiritualia exercitia devote aliqui acceperunt, et nostrae Societati se dedere, quod in ipsis erat, statuerunt.

---

[1] Sic; rectius fortasse *nonnulli*.

449. In Italae oppidum, praeter spiritualia auxilia, curatum est ut qui litteras latinas et graecas monachos et oppidanos doceret, mitteretur.

450. Concionantem quemdam ex nostris in quodam monialium monasterio, in quo multae quidem, sed parum pauperatis observatrices, vivebant, singulae etenim privata bona, praeter sui instituti rationem, possidebant, divina gratia affulgente, ad antiquam religionis institutionem conversae, uno animo communem statuerunt vitam degere, quod eo majoris momenti fuisse existimandum est, quo difficilius hujusmodi abusus expelli ab eorum animis potest, qui diu hanc vivendi rationem cum errore conjunctam tenuerunt; earum autem multae, parentibus pro suo more recusantibus, licet idem statim non fecerint, ut se omnibus privatis spoliarent, animo tamen in eam sententiam simul cum aliis accesserunt; aliquando, nulla parentum in hac parte habita ratione, quidquid privatim possidebant, concione peracta, ad abbatissae pedes, humili resignatione provolutae, exposuerunt.

451. Consuluerat P. Annibal inter alia P. Ignatium an Ludovicum Vives et Terentium ex nostris scholis expellere oporteret, cum difficile inveniri posset lectio latinae linguae addiscendae utilis in scholis inferioribus: consuluit praeterea an liceret scholasticos si non flagris caedere, saltem in palma manus percutere, nam videbatur id utile pueris futurum et parentibus eorum gratum. Sed responsum est Romae quidem nolle P. Ignatium dictos auctores praelegi, et successu temporis eamdem lectionem aliis in collegiis esse prohibendam, nondum tamen esse prohibitam, sed dum alii utiles libri et a non suspectis auctoribus conscripti invenirentur, posse nostros in Sicilia consuetis libris uti; nullum autem genus percussionis permitti a P. Ignatio in Italiae Collegiis, ne in palma quidem manus, ac proinde ut per correctorem pueros castigarent [1].

---

[1] Horum dubiorum, et aliorum, solutio continetur longissimis litteris a Polanco, *ex com.*, datis Patri Hieronymo Domenech, Siciliae Provinciali, 1 Februarii 1554.—Item litteris 23 Octobris ejusdem anni ad Patrem Joannem Baptistam Tavonum, Patavini Collegii Rectorem

DE COLLEGIO PANORMITANO

452. Panormitani Collegii Rector P. Paulus de Achilles hoc et sequentibus annis fuit. Initio autem hujus anni P. Montoya cum aliis sex fratribus, inter quos Mag. Pisa et Mag. Hurtadus fuerunt, anno 53 ex Hispania Romam missi, Panormum appulerunt [1], sed primo quoque tempore Neapolim et inde Romam, ut superius dictum est, venerunt [2].

453. Erat autem hujus anni initio scholarium numerus fere ducentorum et septuaginta. Post renovationem studiorum anno praecedenti, praesente magistratu et claris viris pro more factam, et cum audientium non exigua consolatione, res litteraria in latinis, graecis et hebraicis exercitationibus egregie procedebat, ut et morum ac pietatis in eisdem studiosis profectus.

454. Ex concionibus autem P. Michaëlis [3], in quibus frequens

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 382.—Horum aliquos, Panormum appulsos, retinere in Sicilia voluit P. Hieronymus Domenech, Provincialis; sed sequentem admonitionem Roma accepit: "mas querria scrivir cosas que consolasen á V. R. que otras que le punzasen, pero habria de dejar V. R. de dar tanta ocasion; que cierto Ntro. Padre, si algunos respetos no le detuviesen, haria en algunos effectos mayor demostracion del descontento que tiene deste llorar de V. R. que parece con perjuicio suyo, no solamente no sojuzgando el proprio juicio V. R. al suyo, en el disponer de los que tiene á cargo, pero notando su disposicion delante de otros como mala. Como se vey que lo ha hecho con estos tres ultimamente venidos de España, que quiso retener á Mtro. Pedro Canal, y se les quejó de que al principio enviaba Nuestro Padre allá hombres de los principales de la Compañía y que despues los habia sacado á todos, etc.; y no mira V. R. que se le ha dado alguna recompensa de los sacados, ni mira (lo que es más de mirar) que es obligado Nuestro Padre de mirar el bien universal, y así que dejando la provision que deja allá para entretener y llevar adelante esas obras, acude tambien á otras, donde Dios N. S. quiere ser servido de la Compañía y de los suppósitos della„ Describit deinde singula Italiae Collegia, in quibus pauci sacerdotes, paucique scholastici, nec eorum omnes in omnibus eximii, et addit: "si compara lo de Sicilia con todo lo de Italia, no hay duda que está más proveida (Sicilia) que ninguna otra parte, aun tenidos todos los respectos que se deben tener. Con todo esto no quiere Nuestro Padre que deje V. R. de representar...„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Domenech, 13 Januarii 1554.

[2] Romam ii septem appulerunt 1 Februarii. Ita Polancus litteris ad eumdem P. Domenech datis eadem die 1 Februarii, et aliis ad P. Paulum d' Achillis.

[3] P. Michaëlis Botelho. Vide supra, t. III, pag. 205, n. 442.

admodum habebat auditorium ut illud interdum ecclesia non caperet, fructus soliti, de quibus alias mentio facta est, consequebantur, tam cum domi nostrae, quam cum in insigni virginum monasterio, quam cum ad matronas nobiles habebantur. Doctrinae christianae a P. Paulo explicata, prout anno praeterito fecerat, fructus in dies videbatur augeri.

455. In Quadragesima autem idem P. Paulus [1], ex praescripto Provincialis, evangelium scholasticis nostro in templo declarabat; aderant et alii externi simul cum scholasticis. P. autem Daniel [2] apud conversas eodem munere, scilicet, ecclesiastes, fungebatur, et alii in xenodochiis, et carceribus et aliis monasteriis, immo et in triremibus conciones a nostris utiliter habebantur, immo et per plateas, ad quas aliqui fratres juniores diebus festis egrediebantur, ut eos, qui ad templa non accedebant, et tamen illis in locis frequentissimi aderant, quae ad salutem ipsorum necessaria erant audire quodammodo cogerent. Concionabantur autem vicissim.

456. Quantum autem populo id charitatis officium gratum esset, vel inde colligi potest, quod antequam aliquis ex his fratribus concionaturus accederet, auditores loca illa occupabant, quos cum magna charitatis significatione illi juvenes inflammare ad virtutem et deterrere a vitiis solebant: nec solum movebantur auditores et admirabantur, sed et vitae emendandae propositum capiebant, et ad confessionem suorum peccatorum cum gemitu et lacrymis veniebant; quae nostrorum exercitatio non popularium tantum, sed etiam optimatum et Cardinalis judicio valde honorificis verbis probabatur; nec immerito, cum homines, qui plurimos annos, decem scilicet et viginti, non fuerant [confessi], post confessionem evidentissima suae poenitentiae signa dabant, cujusmodi erant aliena restituere, concubinas legitimo connubio sibi copulare, aut dimittere, et alia hujusmodi.

457. P. Michaël Botellus cum P. Provinciali Messanam se conferens, et inde alia via rediens, multis in locis utiliter semen verbi Dei sparsit, inter quae loca Bibona fuit [3].

458. Confitentium autem numerus et communicantium et per

---

[1] P. Paulus d' Achillis.
[2] P. Daniel Paeybroek.
[3] Vide supra, pag. 198 n. 430.

haec sacramenta ad Deum redeuntium magnus fuit. Aliquo in festo quingentorum numerum excedebat, ex quibus multos malignus hostis et peccatorum multitudo excaecaverant, ut complures annos abstinentes a Sacramentis, de sua salute desperarent, sed per confessionem resipiscentes ac spem renovantes, sinceram vitam et christianis dignam instituerunt. Inter hos foemina quaedam fuit, quae annos duodecim in magno cruciatu malae conscientiae eo adducta fuerat, ut se ab omni Dei auxilio destitutam putaret, et de peccatorum remedio accipiendo animum desponderet, quae tamen post confessionem gaudio exultans, majorem ante id tempus tranquillitatem animi aut spirituale gaudium se nunquam accepisse affirmabat. Accidit autem saepe Panormi hoc anno quod et aliis in locis diximus, ut scilicet concubinas, cum quibus aliqui vixerant, in legitimas uxores ducerent, ut odia capitalia et inimicitias, a quibus nullis conjunctorum consiliis aut opera liberari potuerant, per confessionem (ad quam aegre adducti fuerant), deponerent, et inter se invicem conciliarentur.

459. Multae nobiles virgines, initio hujus anni, saeculo renunctiare et se totas Deo consecrare cupiebant, et P. Provincialis curabat diligenter ut monasterium quoddam novum, ubi vere religiosam ac reformatam vitam agerent, ingrederentur, prout et fecerunt, sicut inferius dicetur [1]. Fuit et foemina quaedam inter eas quae adjutae fuerunt, quae propter injurias et molestias a marito acceptas se totam diabolo devoverat ea conditione ut se a viro liberaret; haec postea facti poenitens, et ad templum nostrum accedens, rem cum quodam sacerdote contulit, qui eam ad confessionem adhortatus, bono animo esse jussit, et post confessionem in bono vitae proposito firmata, vix poterat sibi satisfacere in gratiis Deo agendis de tam insigne beneficio accepto; fuit qui fere viginti annos, fuit et qui per totam fere aetatem a pane vitae abstinuerat, dnm suo corpori indulget, Christi Corpus negligendo; qui tandem, ad confessionem adducti et sanctissimi Corporis Christi communionem, rationem vitae christianis dignam inierunt. Et sic alia hujusmodi multa dici possent.

460. In custodia publica quidam ex nostris sacerdotibus pro

[1] N. 464.

salute animae et corporis eorum valde elaboravit, nec sine fructu in utraque parte, nam per exhortationes aut conciones ad poenitentiam et sacramentum confessionis adducti, a vinculis peccatorum liberati fuerunt: deinde, eodem intercedente apud eos, quibus obnoxii erant, ac veniam impetrante, a corporis carcere aliquii ex eis liberati sunt.

461. Ex fratribus aliqui non solum hospitale, sed etiam triremes ingrediebantur, atque ibidem multos et ad patientiam et ad vitae emendationem animabant et instruebant: non pauci autem a superstitionibus et aliis publicis peccatis et vitiis abstinebant, constitutam a Pro-rege poenam timentes, qui ad omnia, quae pie suggerebantur ad spirituale Regni bonum, non solum gratas sed et avidas aures praebebat.

462. Cum triginta pueri orphani Panormi in angustis aedibus habitarent, apud S. Jacobum, curatum est a nostris ut eodem in loco amplior domus et commodior aedificaretur, quae quinquaginta statim capere et ad centum se extendere posset; habitationi etiam vinea adjuncta est, quae ducentos et quinquaginta aureos annui reditus eisdem suppeditaret; quatuor autem sacerdotes honestae vitae pueris praefecti sunt, qui et illos docerent et instruerent et in officio retinerent.

463. Hic etiam, quemadmodum et Messanae, dederunt operam nostri ut domus in earum foeminarum probationem institueretur, ad quam se ex turpi vitae genere recipere possent, quarum corda Deus tetigisset, quamvis nondum eo usque profecissent ut conversarum monasterium ingredi vellent, propterea quod [praeter] hujusmodi conversarum domum nova haec domus constituebatur, in qua tamdiu hujusmodi foeminae habitarent, dum de honesta aliqua vitae ratione suscipienda aliquid certi statuerint, et quibus placeret religio, in monasterium conversarum reciperentur, quae vellent nubere, in matrimonio collocarentur. Reditus autem non admodum magnos statim habuerunt, sed tantum centum ducatorum; sed tam multum eleemosynarum nostri in earum auxilium curarunt, ut non solum domus sustentaretur, sed quadraginta hujusmodi foeminae, primis quatuor aut quinque mensibus hujus anni, cum mediocri dote viris honestis traditae in matrimonium fuerunt, et tam multae ex eis commotae fuerunt ad meliorem vivendi rationem, partim per conciones, quae in templo nostro habebantur, quibus

interesse jubebantur, partim edicto Pro-regis, de quo paulo ante mentionem feci [1], quo concubinatus prohibebatur.

464. Quod attigimus de virginibus in monasterium novum deducendis, sic habebat. Coenobium quoddam erat Panormi, quod Roglion [2] vocabant, ubi moniales eam vivendi rationem sequebantur, ut cum multi graviter ob dissolutionem earum offenderentur, Archiepiscopus, Pro-rege petente, monachas inde eductas in aliis monasteriis *(sic)*, ubi multo religiosius vivere possent, traduxit. Monasterium autem, quod illae reliquerunt, nostris ad id commendatum est, ut, quemadmodum Messanae in monasterio Ascensionis factum fuerat, ita et ibi meliori spiritu ac virtute praeditae virgines in illud inducerentur, quibus omnia communia essent, et regularum praescriptarum observatrices essent juxta instituti sui rationem: jam autem paratae erant non paucae honestissimae virgines, et inter eas quaedam nobiles, quae nihil ardentius optabant quam ut illud monasterium absolutum et concinnatum ingredi possent, quod Septembri mense hujus anni fore sperabant. Susceperunt autem instaurandae hujus domus curam viri boni ac nobiles, quorum filiae quaedam novum monasterium ingredi animo destinaverant. Interim autem concionibus et sacramentorum perceptioni crebro vacabant, et spiritualibus exercitiis excolebantur.

465. Rector Collegii Panormitani, P. Paulus, simul cum Vicario Gregentino [3] multa regni Siciliae loca, hortatu Pro-regis et ex obedientia Provincialis, perlustravit, in quibus homines repererunt densissimis peccatorum tenebris excaecatis; pastores simul cum ovibus errabant in usuris, adulteriis et aliis vitiis, quae magna ex parte, Deo adjuvante, correxerunt; monasteria etiam aliqua reformaverunt et ad pristinam religiosae institutionis formam revocaverunt; et cum viderent ex hujusmodi locorum visitatione aut lustratione fructum uberem ad

---

[1] Videtur hic Polancus indigitare quae supra, sub finem n. 461, dixit de poenis a Prorege in quaedam flagitia statutis; sed ea fusius exponit infra, n. 486.

[2] Sic; vix tamen esse dubium potest sermonem fieri de coenobio, quod sic describit ROCCHUS PIRRUS: "*S. Joannis Baptistae de Ruchono*, vulgus appellat *de Riglione*, conditum est ante annum 1300. Fuerat ibi olim, ut fama est, aedes Equitum Ordinis *Hierosolymitani*. Meminit hujus coenobii *Clemens V* in rescripto praecipiens *Bartholomaeo* Archiepiscopo ut *Sororem Luciam in Priorissam Sancti Joannis Ruchonis* confirmet.„ *Ecclesiae Panormitanae Notitia* I, lib. 1, §. De Monialium coenobiis, n. 4.

[3] Agrigentino *(de Girgenti)*, Hieronymo de Valentinis. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 115.

hominum salutem provenire, alium quemdam pium virum et doctum sibi substituerunt, qui vicos et alia loca peragraret, et quantum fieri posset, publica illa peccata emendaret, et ad id instructus est aliquandiu a Vicario agrigentino; rationem etiam aliquam invenerunt minuendi usuras, quae circa frumentum, oleum et res aliquas vitae necessarias plus aequo familiares siculis illis erant.

466. P. etiam Elpidius [1], redeunte etiam P. Paulo ad suum Collegium, cum Vicario agrigentino jam dicto multa oppida et pagos invisit; quae peregrinatio, ut satis fuit longa, ita et fructuosa; multas enim pravas consuetudines emendarunt, et pastores ad majorem diligentiam excitarunt, perjuria, usuras et reliqua vitia, quae erant pervulgata, vel sustulerunt vel diminuerunt.

467. Hoc anno quidam sacerdos, nomine Antonius de Urbino, qui annis superioribus in Siciliam missus fuerat, et a Societate recesserat, Romae tam fuit diligens et quodammodo importunus, ut litteras a P. Ignatio impetraverit, quibus denuo in Sicilia admitteretur: si enim admittendus erat ad poenitentiam, in Sicilia admittendus videbatur, ut aedificationi illis esset, quibus scandalo prius fuerat [2]. Hic ergo secundo in Siciliam pervenit; sed sic se gesserat in via, ut illi, qui cum ipso venerant, bonum de eo testimonium non redderent; ac propterea Provincialis eum non admittendum censuit. Ille aegre ferens quod Romam redire juberetur, sic se gessit, ut coram judice quodam

---

[1] P. Elpidius Ugoletti.

[2] "De Mtro. Antonio de Urbino no parece aya razon para temer lo que se scrive, porque el va con aio. de hacer las penitencias y satisfacciones pub.cas y secretas que allá les parecieren convenientes para su edificacion; y no le haber querido acá Nro. Padre accettar ni aun hablarle, haziendo él tanta instantia, y enviarle a Pal.mo, donde él ha desedificado para que allí le accetten a prueva, antes dará ocasion de mas crédito á los de Palermo que de lo contrario, y todavía despues de haber hecha satisfaccion allá, si no les pareciese deba estar en Palermo, le pueden enviar á otra parte de Sicilia. El impedimento que se pensaba de haber tenido hábito, parece no le ay, porque le tuvo no como religioso, sino por evitar las manos de la justicia. Quanto á sus enfermedades, él está sano y bueno y no ha menester medicinas. La composicion exterior allá le enpondrán en la que conviene, que él tiene voluntad de acomodarse y me persuado in Dno. que esta salida le ha de ayudar y que se ha de servir dél la Comp.a ad gloriam Dei.„—Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Domenech, 16 Januarii 1554.—Ipsi Antonio de Urbino in Siciliam revertenti traditae sunt patentes *obedientiae* litterae Romae datae 13 Januarii 1554.—Eae autem binae erant et nonnihil inter se diversae, aliae ad Patrem Andream de Oviedo vel Patrem Alphonsum Salmeron (Neapoli, ubi hi degebant, transeundum erat Antonio), aliae ad P. Hieronymum Domenech, Siciliae Provincialem.

compelleret eos, qui detraxerant ipsi, recantare; sed quia fatebatur ipse se litteras P. Ignatii aperuisse, et coram aliis legisse, et quia librum Bernardini Ochini, haeretici, apud se habebat, et timebatur potius ne scandalum augeret, quam removeret, non est admissus; et demum inventum est quod aliquando religiosus alterius ordinis fuerat; ut facile judicari possit minus patientiae in hujusmodi diu ferendis [habendum], qui ab initio male se gerunt.

468. Vir quidam bonus messanensis, nomine Franciscus Portius [1], Societatem hoc vere ingressus, Panormum se contulit, et cum haberet numeratae pecuniae fere quingentos aureos, apud Rectorem messanensem deposuit, ut pro arbitrio P. Ignatii de illis disponeret; hoc eodem anno cum Panormum venisset et in probationibus egregie se gereret, in meliorem vitam ex hac migravit, cum omnia Sacramenta devote suscepisset, cum optimum odorem suae patientiae, obedientiae et humilitatis reliquisset. Quibusdam autem sororibus religiosis aliqua relin quens ad earum subsidium, domus quasdam, quas Messanae habebat, et aliquos etiam reditus Collegio Panormitano, ubi Societatem ingressus fuerat, reliquit [2].

469. Spiritualia exercitia aliquando simul septem et etiam novem personis proponebantur, postquam nomine P. Ignatii commendatum ipsis fuit [3]; et quidem magno cum ipsorum fructu, qui fere nobiles erant.

470. Hoc anno ad sacerdotium promotus est P. Michaël Botellus, concionator panormitanus, et ipso die Resurrectionis Domini, et primum Missae sacrificium Deo obtulit, et magno cum fervore concionatus est, praesente Comite et Comitissa de Bibona et multis nobilibus; sed Comitissa non solum sacrum et concionem audivit cum magna consolatione, sed toti etiam collegio paratum prandium misit. In progressu autem hujus anni in eam pectoris difficultatem et adversam valetudinem incidit idem Pater, ut a medico praedicandi usus prohibitus ei fuerit: ejus itaque loco P. Paulus Rector concionari debuit; quod, quam-

---

[1] Dicebatur *Francesco del Porco*, sed ejus cognomen, Ignatii jussu, in *Porcio, Portius*, mutatum est.

[2] Vide Polanci, *ex com.*, litteras ad P. Paulum d' Achillis toto mense Octobri datas hujus anni 1554.

[3] Vide supra, pag. 97, n. 174.

vis docte faceret, non sibi ille videbatur auditorio satisfacere; et ita concionatorem a P. Ignatio magnopere postulabat.

471. Curavit autem ut semel Octavius ille Caesar Neapolitanus, de quo superius facta est mentio [1], non in templo, sed alibi, coram D. Ferdinando, fratre Pro-regis, ac D.ª Comitissa de Bibona (quae circa hoc tempus Ducissa facta est, aucto mariti honore ab Imperatore, in gratiam uxoris), secundo etiam coram Pro-rege, concionaretur, et magnopere ipsis placuit, et juvenem illum virum magnum fore aliquando P. Provinciali dixit [2]; et cum Romae adhuc ejus causa propter matris indefessam importunitatem tractaretur, et Cardinalis Teatinus compatiens (ut credendum est) matris dolori, protectionem ejus causae susciperet, scripsit ad eum Pro-rex prudentes litteras, quibus fidem ei facit, si suis temporibus manifesta fuerunt vocationis divinae indicia, in hoc juvene maxime manifestissima fuisse, et quae ipsemet expertus fuerat addidit.

472. Hoc ipso anno, postquam illi septem, de quibus superius facta est mentio [3], ex Hispania in Siciliam et inde Romam appulissent, alii duodecim sub anni finem venerunt, ex quibus tres a P. Francisco Borgia missi erant, quartus erat Dominicus Riva, missus in Hispaniam a P. Hieronymo Domenech ut aliquos juvenes, qui ad Societatem aspirabant, in Siciliam deduceret, et ita octo alios ducens, duodenarium numerum complevit [4]; et horum opera se uti posse sperabat P. Hieronymus ad Collegia jam admissa reficienda et nova quaedam inchoanda.

473. De P. Joanne Guttano litteris Majo mense ab ipsomet scriptis quod falsus fuerat rumor ille de ipsius morte in trirem[i] [compertum est] [5]. Cogebatur bonus P. et in ordine tertio aliquando versus puppim remigare, quod gravissimum sibi esse significabat, et quod ad redemptionem ipsius attinet, quamvis ipsemet ducentos fere aureos promiserat, qui tamen eum tene-

---

[1] Pag. 17, n. 17.

[2] Vide *Cartas de San Ignacio*, t., VI, pag. 112, annot. 3.

[3] Supra, pag. 250, n. 452.

[4] "L' andata di Domenico in Spagna pare sia stata ragionevole, per conto dell'Abbatia; quanto al far venir gente di Valentia credo l' haveria fatto il P. Mtro. Nadal con più giudicio che Domenico; pur speriamo Iddio lo guiderà.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Domenech, 1 Februarii 1554.

[5] Ignoravit fortassis haec AGUILERA, qui, l. c., parte prima, cap. IV, n. XXI, hoc anno mortem enarrat Guttani, ut et ORLANDINI, lib. XIV, n. 18; quamvis verum est neutrum expresse affirmare Guttanum *hoc* anno fuisse mortuum.

bat, redimi eum nolebat, nisi turca quodam, quem Bartheni vocant, in ipsius compensationem dato; sed cum ageretur de turca illo, qui prope Africam captus fuerat, auctoritate Pro-regis obtinendo, intellectum est ipsum jam fuisse redemptum; et ita difficilior reddita est ejus [1] redemptio; et interim referebat quidam, qui viderat eum, quod macilentus erat, et scribebat ipsemet quod tantum modico farinae hordeaceae et aqua sustentaretur. Itaque timebat P. Provincialis Siciliae ne hanc redemptionem moraretur, quamvis diligenter interim per ducem praesidii arcis Afrodisiae, quam Africam vocabant, parum a Jerbis distantem, adhibitis etiam litteris Ducissae Bibonae, ejus redemptio tentaretur: qui negotii hujus provinciam susceperat, non admodum urgeri debere rem arbitrabatur, ne pro illorum barbarorum more difficilior redemptio redderetur [2].

474. Cum suffragia anniversaria regum Siciliae in Cathedrali ecclesia Panormitana sub finem Julii celebrarentur, praesente Siciliae Pro-rege cum aliis primoribus, cum magna omnium satisfactione concionatus est P. Michaël [3].

475. Jam eo tempore ex visitatione sua P. Paulus [4] redierat, de qua superius est facta mentio, et in duobus tantum locis cefalensis dioecesis fere sex millia aureorum ducatorum restituenda curarunt, quae per usuras male parta erant; duae etiam abbatiae reformatae, et multi concubinarii puniti, et eleemosynae ad virgines orphanas in matrimonio collocandas factae fuerunt.

476. Ille Joannes Thomas, quem anno praeterito [5] a perfidia saracenorum ad Christi fidem conversum esse diximus, non illo bono spiritu perseveravit, quem per baptismum accepisse

---

[1] Patris Guttani.

[2] Vide supra, pag. 97, n. 426, et plures litteras toto hoc anno ad Siciliae Provincialem datas, praesertim 16 Januarii et 25 Novembris.—Ut solicitudo, quam in procuranda hujus Patris Joannis Guttani redemptione adhibebat Ignatius et ab aliis adhiberi volebat, melius pateat, juvat unum e plurimis exemplum excerpere. Die 1 Februarii hujus anni 1554 scribebat, *ex com.*, Polancus Patri Hieronymo Domenech: "Qui si manda una lettera dell' Ambasciadore del Re di Francia per il Gran Maestro di Malta; altra per Constantinopoli indrizzaremo per via della Compagnia della Redemptione di Napoli; pur la miglior via ci pare quella dell' Ambasciator del Re delli Gelbi et di quelli di Africa. Dio N. S. si degni aggiutar quel buon sacerdote, per cui liberatione sappiamo non mancherà V. R. della diligenza possibile.„

[3] P. Michaël Botelhus.

[4] P. Paulus d' Achillis. Vide supra, pag. 209, n. 465.

[5] Vide supra, t. III, pag. 209, n. 449.

videbatur, et collegio molestus erat, dum nimium suam urgeret libertatem.

477. In anni progressu numerus scholasticorum augebatur, licet paulatim, et fere ad ducentos et octoginta sub anni finem ascendebat. Praetor autem ejus urbis duas lectiones logices in collegio nostro praelegi cupiebat, et cum reditus quingentorum scutorum applicarentur collegio nostro, id sibi promissum fuisse affirmabat. Provincialis autem ei respondit in contractu inito talem obligationem non contineri; nihilominus Praetor promissionem in consilio civitatis factam fuisse constanter affirmabat, et quamvis P. Paulus lectionem unam in gratiam quorumdam amicorum praelegeret, ut secunda adderetur urgebat, saltem in autumno, et Pro-rex satisfieri civitatis desiderio cupiebat [1]. Cum autem hoc anno Mag. Gerardus Lapidanus primae classi rhetorices praeesset, quamvis graece et latine doctus esset, quod exigua admodum gratia praeditus ad praelegendum videretur, bonam partem auditorum amisit, in quibus exercendis parum etiam valebat; duo tantum externi et quatuor ex nostris eum audiebant.

478. In studiorum renovatione, Cardinalis et Episcopus Panormitanus [2] cum Episcopo Siracusano [3], Duce ac Praetore, cum aliis Juratis [4] et tam multis nobilibus instaurationem illam honestarunt, ut tanta frequentia hujusmodi hominum visa nunquam a nostris fuerit. Recitati fuerunt versus graeci, latini et hebraici, duae etiam orationes, altera graeca et altera latina; graecam autem unus ex scholasticis externis, latinam unus ex domesticis pronunciavit. Omnia autem et praecipue versus quidam in actionem gratiarum magnopere omnibus satisfecerunt.

---

[1] Saepius de hac duplici logices lectione actum est toto hoc anno 1554. Sed quantum pro sua erga Proregem reverentia ei licuit, pugnavit Ignatius strenue ne admitteretur, non solum quia reditus Collegii non sufficiebant ad tot lectorum sustentationem, sed etiam et praecipue quia bono communi melius consultum iri putabat si Societas aut Panormitanae totius Universitatis onus cunctarumque, praeter legum et medicinae, facultatum lectiones haberet, aut extra politiores litteras linguasque latinam, graecam et hebraicam, non se extenderet, prout Collegiorum, quae Universitates non erant, institutum, juxta Ignatii mentem, ferebat. Haec fusius in *Nova serie litterarum Sancti Ignatii.*—Confer etiam postrema num. sequentis verba.

[2] Petrus Tagliavia de Aragon.

[3] Hieronymus de Bononia.

[4] *duce, ac praetore cum aliis Juratis,* sciiicet, militiae duce, ac civitatis praefecto cum aliis a populo electis ut civitatis praefectum consilio praesertim juvarent. Ii *jurati* dicebantur propter juramentum, quod cum in civitatis consilium seu senatum assumebantur, faciebant.

Alias etiam Praetor, immo et Pro-rex ipse ad templum vel etiam ad collegium nostrum accedebant, et quanti facerent collegium, satis suo favore ostendebant. Quidam alius novus Praetor cum Juratis, ad scholas videndas venerat prius *(sic)*, et epigrammatis graecis et latinis excepti, et gratissima oratione ab Octaviano habita, contenti admodum recesserant; et in hujusmodi facilius quam in lectione logices eis gratificari potuit.

Et haec de Collegio Panormitano.

DE PROVINCIALI SICILIAE

AC COLLEGIIS MONTIS REGALIS, BIBONAE ET SIRACUSAE

479. P. Provincialis Hieronymus Domenech, praeter administrationem collegiorum, quae idoneos habebant Rectores, multis pietatis operibus pro more suo vacabat, et Pro-regi non solum a confessionibus, sed a consiliis erat in his omnibus, quae ad fovendae pietatis ac divini obsequii negotia pertinebant; nec solum suggerere et consilio juvare, sed executionis etiam curam habere ipsum oportebat. Quod attinet ad domum illam orphanorum, de qua mentionem fecimus in proximo capite [1], ipse Provincialis caput fuit, et quadam facultate a Summo Pontifice impetrata per Pro-regem, opus hoc magnopere promovendum curavit; et qui inter orphanos ingenio et indole magis valerent, constituit ut ad nostrum Collegium studiorum gratia venirent, alii autem in aliis artibus mechanicis exercerentur, prout cuique conveniret. Aliud etiam hujusmodi hospitale vel collegium ad puellas orphanas instituendas meditabatur, et erat qui centum aureos annui [reditus] ad id opus offerret, sed prius visum est collegium puerorum firmandum esse quam hoc puellarum inchoaretur.

480. Cum etiam in Episcopatu Cefalensi res pessime habe-

[1] Pag. 208, n. 462.

rent, idem P. Hieronymus curavit ut ab ipsomet Episcopo [1] consensus impetraretur ad Episcopatum invisendum; recusabat Episcopus paulo post id, quod promiserat, exequi; sed Pro-rex, qui perditum esse [existimabat] pastoris incuria et exemplo, et aliis procedendi modis eum episcopatum jam fere triginta annos [2], aegre tulit quod Episcopus promissum consensum revocaret; res enim notoria admodum erat, et ita accersiri Episcopum voluit. Cum autem ille intellexisset irasci Pro-regem, contentus demum fuit ut duo illi, de quibus superius mentionem fecimus, Episcopatum visitarent [3]. Cum autem Romam proficisceretur, revocavit rursum consensum; sed quia id temporis in excommunicationem inciderat, judicatum est a doctoribus revocationem nullius esse momenti; et ita non tantum Pro-rex voluit, quod supererat ex illa dioecesi, lustrari, sed coadjutorem etiam eidem Episcopo dari, quem juxta viam suam senescentem, ab ea recessurum esse nemo sperabat, et id a Summo Pontifice, vel per scriptum, vel per Imperatorem obtinere nitebatur [4].

481. Commiserat P. Ignatius eidem Provinciali ut, si posset, res melitenses juvaret [5]; cupiebat enim Collegium ibidem institui ut facilior in Africam inde transitus fieret, cum melitenses et africanis vicini sint, et eorumdem lingua utantur; et cogitabat P. Provincialis de P. Paulo, Rectore Collegii Panormitani, Melitem ad tempus mittendo ut loci commoditatem videret, et cum Episcopo melitensi de rebus necessariis ad Collegii, quod ipse postulabat, institutionem ageret et conveniret. Promiserat autem Episcopus se scripturum P. Provinciali quando opportunum esse videretur praedictum Patrem ad se mittere. Cum autem Episcopus, in Melitem per-

---

[1] Is erat Franciscus de Aragon.

[2] Franciscus de Aragon Cefalensis Episcopus creatus erat 25 Februarii 1525.

[3] "La informacion del Obispo de Cefalú y la copia de lo hecho en la visita ha recibido Ntro. Padre y en lo que acá se ofreciere estará avisado para hacer lo que conviniere; pero lo hecho todo parece ha sido cosa muy loable y ejemplar, y creo que habrian menester otros tantos en muchos otros obispados en otras partes, si hubiese quien lo hiciese.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Domenech, 18 Aprilis 1554.

[4] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 388.

[5] "Del hacer un Colegio en Malta es mucho bien; mas la gente falta. Todavía para el verano se prometió al Obispo y al Gran Maestre el P. Bobadilla. Si V. R. puede ayudar desde allá tambien, será bien lo haga; pero esta empresa de Ethiopia, donde se han de enviar doce, y el haber de proveer de Colegio nuevo en Génova para esta primavera y los que acá se enferman en el Colegio y mueren por Italia, hazen que no se pueda alargar mas Roma de lo que se alarga.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Domenech, 16 Januarii 1554.

veniens, cum militibus religionis Sti. Joannis nescio quas contentiones habere coepisset, scripsit Provinciali ut a mittendo illo Patre supersederet, donec res magis essent compositae: interim autem missionem Patris Bobadillae ad hanc aestatem expectabat [1]; sed et illa impedita fuit; necdum enim, ut videtur, collegia illa et expeditiones, ad Africam juvandam pertinentes, coram Domino maturuerant.

482. Ut videbatur, hoc commodi expectari poterat inter alia, quod aliqui ad Societatem ex ea insula [2] aspirarent, arabicae linguae, quae vernacula ipsis est, periti. Placebat autem magnopere Pro-regi quod ea, quae superius de rebus Africae dicta fuerunt, tam libenter Romae audita fuissent; et, si Principes christiani manus non ligarent misericordiae Domini, sperari posse magnum effectum Pro-rex affirmabat, nam et Imperatori magnopere placuerat, quod ille Rex aut Xeche, ut alii vocabant, jerbiensium ipsi se subderet, et arcem suam offerret, et aliam confici vellet [3]; quamvis autem hoc tempore Afrodisium, quam Africam vocari diximus, jussu Imperatoris subversum fuerit, quod expensae graves cum exigua utilitate in eo praesidio fierent, videbatur Pro-regi Joanni de Vega Monasterium capi posse, et ibidem arcem constitui, quae minori cum expensa utilior esset, et tamen Monasterium vicinius est jerbiensibus quam Afrodisium et portum habet et solum fertile. Rogavit autem Pro-rex (qui ad expeditionem Africae valde propensus erat) ut Dno. rem nostri commendarent: dedit autem tres pueros, ex praeda a saracenis capta, P. Provinciali, qui

---

[1] Vide supra, pag. 15, n. 15.

[2] Melito.

[3] "Perche si rallegri etiam il P. Don Battista (Viola), li dira V. R., et tengan questo secreto per qualche tempo a quelli di fuora di casa, che il Re delli Gelbi et altro di Taxora presso a Tripoli de Berberia hanno mandato Ambasciadori al Vicerè di Sicilia et vogliono che si facciano tempii, et si predica *(sic)* l' Evangelo nelle sue terre, benche non sia tirato per forza nessun moro alla fede di X.° Et il Vicerè ha detto che mettiamo gente in ordine. Attenda dunque il P. Commissario (Viola) a star bene, che non li mancarà da fare.„ Polancus, *ex com.*, Patri Francisco Palmio, 13 Januarii 1554.— "Tambien nos hemos tanto regocijado con la nueva de los Gelbes y Taxora que no sé quál otra nos pudiera venir que más nos alborotara con deseos de pasar en Berbería, y Nuestro Padre, si la Compañía dispensase con él, pondría los dias, que le quedan de vivir, con buena gana en esta empresa y ha dado órden que se busque un Alcoran para pensar en deshazer sus errores, y por mucha falta que haya de gente, aunque se desangrase la Compañia, no se faltará en obra que dá tanta esperanza del divino servicio en la conversion de la Berbería.„ Idem, *ex com.* Patri Hieronymo Domenech, 16 Januarii 1554.—Vide etiam Polanci litteras, *ex com.*, Patri Nicolao Bobadilla Anconae agenti datas 30 Januarii.

jam loqui nostra lingua sciebant, et bonam indolem et ingenium ostendebant, ut illos domi curaret (christianam enim fidem susceperant).

483. Agi autem coeptum est a nostris de collegio quodam, velut catechumenorum, instituendo, ubi tres isti pueri et alii, quos obtinere possent, linguam suam arabicam conservarent, et latinam addiscerent, cum doctrina christiana, ut aliquando in vernacula ipsorum lingua concionari possent, si Dno. placuisset negotium illud jerbiensium ad effectum deducere. Erant autem duo vel tres ex nostris, qui non ignorabant arabicum idioma; hos in eodem collegio constituere P. Hieronymus cogitabat, et pueros aliquos, qui Societatem ingredi cupiunt, qui, quamvis bona indole et ingenio sint praediti, propter aetatem teneram non admittuntur; aliquos, inquam, ex his in hoc collegio constitui posse putabat ut arabicam linguam discerent, quam melius pueri quam viri discere solent. De ratione etiam hujus collegii sustentandi agebat; et cum multi saraceni in Sicilia versentur, qui bona ex parte bajulorum officio ad suum lucrum utuntur, proponere Regi [1], constituebat, ut quicumque ex his manere in regno Siciliae vellent, tenerentur singulis mensibus ad aliquam ecclesiam convenire ut verbum Dei audirent, et singuli unum aut alterum nummum argenteum darent, ad eum modum, quo judaei in Italia ad catechumenorum domos sustendandas aliquid contribuebant.

484. Accendebat etiam eumdem Provincialem quod ex praesidio Goletae etiam tunc hispanum aliquem virum doctum postulabant, qui, praeterquam quod de militibus hispanis bene admodum mereri poterat, agere ibi poterat cum saracenis pacificis et amicis, et versari poterat ibidem cum utilitate puerorum, quorum aliquos converti ferebant, et aliquando Tunetum vicinum accedere, ubi christiani erant aliqui Regi sua tributa pendentes, quorum filii arabicam linguam tenebant. Ingressus fuerat paulo ante Gaspar Sanchez, qui mediocriter linguam arabicam tenebat. Quae omnia ad expeditionem Africae non parum nostrorum desideria exacuebant. Imperator quidem significaverat Pro-regi primo quoque tempore commodo se huic

---

[1] Sic; Regi Jerbiensium? Pro-regi Siciliae?

expeditioni vacaturum, et adhuc in Sicilia retinebantur duo filii illius principis jerbiensium, quos ille, ad securitatem, Imperatori obsidum loco miserat; sed cum gravibus bellis cum rege Galliae implicitus esset Imperator, et morbo gravi parum temporis negotiis dare posset; cumque initio sequentis anni regna sua omnia Philippo filio resignaverit, res haec effectum optatum, et quodammodo maturum, id temporis non est sortita.

485. Duo in Collegii Panormitani auxilium hoc tempore curata fuerunt; alterum fuit, quod cum civitas panormitana reditum quingentorum aureorum collegio in prima ipsius institutione applicasset, ab ipsa tamen civitate non sine molestia reditus erant recuperandi. Cum ergo civitas panormitana ageret de vectigali quodam imponendo ut ex pecunia inde accepta quibusdam se oneribus, quibus premebatur, exonerare posset; Pro-rex ita impositionem illam concessit, ut ex pecuniae summa, quae ex hoc vectigali colligeretur, reditus quingentorum scutorum certi Collegio nostro emerentur, ut exactio eorum non amplius ex arbitrio civitatis, sed ipsius Collegii, penderet; et tantumdem Messanae curandum Provinciali videbatur. Alterum fuit quod privilegium quoddam inventum est abbatiae, quae Collegio Panormitano unita fuerat, extrahendi ex regno Siciliae singulis annis trecentos modios frumenti *(Salmas* vocant [1]) et quidem in proprio navigio, quod privilegium super trecentos aureos annui reditus addebat: Pro-rex autem voluit curiae regiae privilegium praesentari, ut declararetur an illud validum esset.

486. Publicatio edictorum Pro-regis Panormi etiam facta fuit, sicut et in aliis regni locis, et dictu mirum est quantus sit inde fructus spiritualis consequutus, relictis concubinis aut in uxorem ductis, et aliis multis peccatis publicis relictis. Pater autem Hieronymus, qui hoc Pro-regi suggesserat, ab eodem litteras ad Gubernatores urbium et locorum procuravit, et tam animatus erat Pro-rex ad prosequendum hoc opus pium, ut singulis annis edicta renovare vellet [2].

---

[1] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. VI, pag. 346, annot. 7.

[2] "Danno grand' occasione di ringratiar Iddio li buoni ordini che sua Eccellenza ha dato nel Regno di Sicilia. Dio volessi che molti di quelli che governano imitassino tal zelo per il bene universale delle provintie a loro commendate et gloria d' Iddio N. S.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Domenech, 1 Februarii 1554.

487. Ab eodem Pro-rege impetravit Provincialis ut fratrem Cardinalis Messanensis a carcere liberaret [1].

488. Agebatur de Pro-rege in Longobardiam transferendo, et quia ibidem Ferdinandus de Vega mansurus erat et aliquem de Societate penes se habere cuperet, idem Ferdinandus, qui pietatis operibus vacare, hujusmodi erant illa quae P. Hieronymus Provincialis voluit ut Pro-rex a P. Ignatio ipsius nomine peteretur [2], nam ipsum P. Hieronymum deducere in Longobardiam omnimo cupiebat; respondit autem P. Ignatius quod, quamvis Societas penuria hominum premeretur, tam piis desideriis non poterat non satisfacere [3]. Cum tamen eo tempore mutatio Pro-regis Joannis de Vega cessaverit, etiam qui P. Hieronymo succederet, missus non est.

489. Abbatia illa, quam *Novae lucis* vocabant [4], et vacare existimabatur propterea quod D. Hieronymus Cabrera [5], qui eam tenuerat, uxorem ducere vellet, inventum est quod aliter se habebat; nam ille D. Hieronymus cum Cardinale Poggio convenerat, et ita Imperator assensum praestiterat, ut integrum jam non esset Joanni de Vega, Pro-regi, eam petere; et dum aliam ejus loco postulat, accidit regni Siciliae translatio [6], et multa hujusmodi negotia quasi nova tentari debuerunt [7].

490. In civitate, quam Marsalam vocant, agebatur de Collegio Societatis instituendo; et quia bona Abbatiae, Panormitano Collegio unitae, ibi bona ex parte erant, admittendum

---

[1] "Cardinalis Messanensis erat Joannes Andreas de Mercurio. De eo ejusque fratre, quem in carcerem Joannes de Vega conjecerat, saepius ab Ignatio aut, *ex* ejus *com.*, a Polanco scriptum est primis hujus anni mensibus, praesertim 30 Junii.

[2] Sic in ms.; sed ut sensus et syntaxis simul constet, videtur tota haec periodus in hunc vel similem modum concinnanda: "Agebatur de Prorege, Joanne de Vega, in Longobardiam transferendo; et quia in Sicilia, ejus loco, Ferdinandus de Vega mansurus erat et aliquem de Societate penes se habere omnino cupiebat, qui pietatis operibus vacaret, cujusmodi erant illa, quibus P. Hieronymus Provincialis incumbebat, voluit ut Prorex ipsius nomine a B. Ignatio aliquem peteret.„—Vide supra, pag. 35, n. 49, annot 1.

[3] Priusquam Prorex aliquem peteret, scripsit, *ex com.*, Polancus sequentia Patri Hieronymo Domenech: "Acá se ha hablado entre algunos que el S.or Juan de Vega podria facilmente mudarse de ese reyno. En tal caso, si pidiese alguno ó algunos de la Compañía para llevar consigo, dize Nuestro Padre que en todo se haga lo que ordenare Su Exc.a; que pues todos están allá por su mano, por la mesma podrian salir todos, si todos quisiese sacarlos Su Exc.a ó qualquiera parte dellos.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Domenech, postscripta 22 Martii 1554.

[4] Vide supra, t. III, pag. 224 et 225.

[5] Hunc Joannem de Caprera appellat ROCCHUS PIRRUS, l. sup. c.

[6] Ab imperatore in suum filium Philippum facta.

[7] Vide infra, n. 493.

etiam sine auxilio Societatis [1] videbatur P.i Hieronymo; et tamen ipsa civitas aliquot reditus, licet ad centum aureos non ascenderent, dabat, et locum idoneum et vicinum bonis abbatiae S.tae Mariae della Grotta: erat etiam aër saluberrimus; et nihilominus hominum penuria ne admitteretur novum collegium effecit [2].

491. Ex regno Tunez legatus quidam in Siciliam venit, et nomine Regis ad Imperatorem se conferebat, ut ipsius ditioni se subjiceret, et ita in dies ostium ad res Africae aperiri affirmabat, et de Collegiolo apud Gelbes habendo agebat [3].

492. Non omittam quod in visitatione Episcopatus Cefalensis, P. Provincialis cupiebat ut qui ex nostris eo munere fungi deberet, non alia jurisdictione uteretur quam praedicandi et confessiones audiendi etc. Sed Pro-rex, affirmans nihil boni ex ea ratione visitandi consequuturum esse, auctoritate non mediocri P. Paulum ac deinde P. Elpidium uti voluit, quamvis D. Hieronymus de Valentinis, Vicarius agrigentinus, in visitatione hac eamdem auctoritatem haberet, et simul suo officio fungerentur.

493. Cum magna inopia pauperes Messanae premerentur, praeter alia peculiaria subsidia, brevi dierum spatio septem millia et quingentos aureos ex eleemosynis colligi curavit [P. Provincialis], ut domus (quam vulgo *mons pietatis* vocant) melius constitueretur [4]; et aliis hinc inde quaesitis auxiliis reditus fere mille ducatorum in usum pauperum distribuendorum confectus est. Cum autem Catana transiret versus Panormum, domum ibidem orphanorum eleemosynarum subventione restitui curavit.

---

[1] *etiam sine auxilio Societatis*, hoc est: admittendum a Societate Collegium Patri Hieronymo Domenech videbatur, etiam si nullum a civitate subsidium in Collegii sustentationem offerretur. Quare forte rectius diceretur *etiam sine auxilio civitatis a Societate admittendum*...

[2] "Del collegietto di Marsala Nostro Padre non potrà risolversi non si scrivendo più in particolare la dispositione che c' è di casa et se la Badia tiene casa o chiesa propria in detto luogo et etiam che modo di collegietto si pensa fare, se al modo di Monreal o in qual' altro modo. E vero che, parendo la cosa tanto al proposito a V. R. et anche al P. Mtro. Nadal, Ntro. Padre facilmente si potria rimettere, massime non gli dimandando gente per adesso.„ Patri Hieronymo Domenech, sine die, sed aut 27 aut 28 Aprilis 1554.

[3] "Per la Goletta et Thunesso non si riscalda molto Nostro Padre, domandandosi uno solo, benche ce sono alcuni che haveriano molto cara quella missione; pur questo Settembre, al far delle partitioni di gente, si risguarderà in una parte et altra.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Domenech, 7 Augusti 1554.

[4] Vide supra, t. III, pag. 225, n. 494.

494. Calatabellotam, Ducis Bibonae oppidum non exiguum, sub initium Augusti se contulit; quod Ducissae, cum partus ejus immineret, gratissimum fuit. Peperit autem illa secundam filiam, et quamvis more sentiendi, quo vulgus utitur, nuncium hoc parum felix haberi soleat, illa, quae omnino suam voluntatem divinae subjecerat, contenta admodum fuit: affirmabat enim se numquam a Deo petiisse nisi quod magis ad Ipsius obsequium esset, et cum filias duas ipsi dedisset, de Ipsius manu se eas admittere et donum majus existimare quam si dominium aliquod novum ipsi dedisset. Rogavit etiam P. Provincialem ut curaret gratias agi Domino de hoc beneficio, et ita supplicatio publica habita est cum concione, et multa Missarum sacrificia in gratiarum actionem oblata; nec voluit ut Calatabellota recederet Provincialis, donec ipsa sanitatem et vires post partum recuperasset.

495. Cum intellexisset Pro-rex, qui litteras, ut superius diximus [1], scripserat in causa Octavii, decretum esse a Cardinale Theatino ut parentibus restitueretur, aegre admodum tulit, immo et scandalum accepit quod juvenem, 17 annos natum, omnino a Deo vocatum fuisse credebat, et si accepisset Provincialis a P. Ignatio litteras ut remitteret eum juvenem, ne faceret [hortabatur], quia coactus id faciebat P. Ignatius; et si Apostolicae Litterae mitterentur, se informaturum esse Summum Pontificem. Postea tamen intellexit per Cardinalem Compostellanum a P. Ignatio rem, ut superius diximus, confectam fuisse, et magna laetitia affectus fuit [2].

496. Cum urgeret P. Ignatius ut nostri curam deponerent audiendi confessiones novi monasterii Ascensionis [3], significavit Pro-rex displiciturum sibi esse si a nostris, in hoc saltem ministerio, ad tempus non juvarentur; et prorsus res ita erant dispositae, ut contra charitatem esse quodammodo videretur eas tam cito relinquere, cum res ipsarum nondum essent constitutae; et ita permissum est ut aliquandiu in hoc ministerio confessionum audiendarum nostri progrederentur.

497. Durum etiam videbatur fore si panormitanis lectiones

---

[1] Supra, t. III, pag. 191, n. 402.

[2] Vide supra, pag. 17, n. 17, et litteras quas, *ex com.*, Polancus scripsit Patri Hieronymo Domenech 16 Januarii, 9 Junii, 27 Augusti et 25 Novembris hujus anni 1554.

[3] Vide supra, pag. 191, n. 416.

illae logices negarentur, quas a collegio nostro [1] petebant, cum illi medicinae lectorem, duos etiam theologiae magistros religiosos, conduxerant; et ita a nostris logices lectionem valde acriter postulabant. Multae autem rationes scriptae fuerunt nomine P. Ignatii, quibus minime convenire ostendebatur hujusmodi lectionum onus subire, et ita Pro-regi visum est ad tempus rem posse differri [2].

498. Videbatur nihilominus P. Provinciali expedire ut alicubi studia plena in Sicilia haberentur, ut nostrorum integrum Seminarium ea provincia haberet, et Catanam idoneam esse civitatem et salubrem ad hujusmodi studia proponebat, ubi filius natu major Pro-regis, qui civitatis curam gerebat, de tota Universitate Societati tradenda nescio quid moliebatur; sed haec aliud in tempus rejicienda esse videbantur [3].

499. Quod si lectiones, quas panormitana civitas petebat, ei concederentur, ab eadem exigendum censebat P. Provincialis, ut scholas suis expensis conficeret, et quidem alio in loco quam in S.ti Philippi Collegio, quod nostri habitabant; nam quod a frequentia civitatis remotus esset, minus frequentes ad ecclesiam accedere, et minor spiritualis fructus provenire quam Messanae videbatur. Apud S. Cataldum ergo, quae ecclesia in umbilico civitatis erat, in laeto et salubri loco sita, scholas aedificandas censebat, et nostrorum, qui scholis vacarent, habitationem; locum autem S. Philippi probationis domum relinqui posse; sed haec immutatio tunc facta non est, nec postea, ut suo loco videbitur, necessaria fuit, cum Rex Philippus domum egregiam Collegio conjunctam ei dono dederit [4].

---

[1] Panormitano. Vide supra, pag. 114, nn. 477 et 478.

[2] Saepius de hac re actum est cum Prorege et cum Patribus Hieronymo Domenech, praesertim litteris mensibus Septembri et Octobri datis.

[3] "Ha inteso etiam Nostro Padre de la Badia de Nova luce et dell' instantia et offitio tanto caldo che sua Ecc.a ha fatto appresso sua Maestà. Sia ringratiato del tutto Iddio Ntro. Sig.e, che tal mente verso le cose del suo servitio et l' aumento delle cose nostre ordinate a quello ha dato a sua Ecc.a; et il disegno di far in Catania qualche principio di Collegio per esser in detto luogo la Badia, pare etiam molto conveniente. Dio N. S. si degni dar la riuscita a la una et l' altra fundatione che conviene per il maggior servitio et gloria sua.„ Patri Hieronymo Domenech, 27 Aprilis 1554. — De Abbatia Novae lucis vide supra, t. III, pag. 224 et 225, et in hoc t. IV, pag. 220, n. 489. — Vide etiam de Catanensi Collegio, *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 137 et 161.

[4] "Aucta est sub anni (1567) exitum, et magno ampliata conclavi Collegii Panormitani domus. Extruxerant Fidei Censores prope Collegium amplissimum aedificium, in quo ipsi habitarent, et infimas specus, quae custodias continerent, regio sumptu. Sed

500. Admonuit etiam P. Ignatius de aliqua significatione gratitudinis, juxta Societatis constitutiones, erga fundatores collegiorum Siciliae exhibenda, et pergratum fuit quod suggerebatur, quamvis de ratione hujus gratitudinis tam erga fundatores quam benefactores dubitabant, et suo loco inferius quid constitutum fuerit dicetur.

501. P. Desiderius Gerardinus, lotharingius [1], male admodum in Sicilia habere coepit, et eamdem sequi viam, quam Robertus gallus, hoc anno Messanae mortuus [2], videbatur. P. etiam Annibal de Coudreto, Rector Collegii Messanensis et simul lector ordinarius, difficile se putabat utrique muneri posse satisfacere, cum interdum etiam concionandum esset: itaque de operariis in Siciliam submittendis ad collegia vetera fulcienda et nova inchoanda P. Provincialis serio agebat [3].

502. Is, cum mense Novembri simul cum Pro-rege Panormum rediret, tam Catanae, quam apud Leontinos [4], quam etiam in urbe Calatagironae et Alicatae [5] quaedam pietatis opera non exigui momenti inchoavit, quae, quia Panormi ultimam manum erant habitura, cum id sequenti anno factum fuerit, ad eum haec tractatio rejicietur.

503. Intellexit Pro-rex, Joannes de Vega, quod periculum erat ne P. Franciscus de Borgia Cardinalis crearetur, et nullo modo eam dignitatem ab eo admittendam esse censebat. Consolabatur tamen eum et Provincialem quod nullo modo eam videretur admissurus; et tamen intellexerat P. Provincialis ex aliquo, qui de ore Pontificis audierat, quod si nollet ipse P. Franciscus, nunquam Pontifex in virtute obedientiae hoc illi erat in-

---

absoluto jam opere, nescio qua de causa, commutato consilio, alio se receperunt. Tum alter Censorum Joannes Bezerra Societatis studiosissimus, Achillem admonuit, ut vacuam domum Collegio conjungendam a Rege peteret. Polliceri se, eum impetraturum. Achilles P. Joannem Pegnam in Hispaniam mittit, qui eam rem conficiendam curet. Bezerra officiosissimas ad Ducem Feriae litteras ei tradit, quibus merita Societatis in Regnum, et Regem exponit, et Pegnae negotium magnae sibi curae esse, docet. Dux Feriae, qui plurimum gratia apud Regem pollebat, Pegnam cum regiis litteris pridie Calendas Junias Mantuae Carpetanorum datis, statim dimittit, quibus Rex eam domum liberaliter Collegio Panormitano absque ullo onere addici jubebat. Achilles voti compos eo scholas transfert, et Collegii angustias laxat. „ AGUILERA, l. c., parte prima, cap. VII, n. IX.

[1] Vide supra, pag. 198, n. 427.

[2] Vide supra, pag. 196, n. 422.

[3] Egit autem id, de quo sermo factus est supra, pag. 212, n. 472.

[4] Leontini, Leontium Ptolomaeo, *Lentini*, urbs Siciliae quondam maxima.

[5] Alicata, olim *Gela*.

juncturus; et si ipsemet P. Franciscus Imperatori ac Regi Philippo scriberet, quod nulio modo eam dignitatem vellet admittere, neutrum ex illis principibus ea de re allocuturum esse existimabant [1].

504. Quod ad Collegium Montis Regalis attinet, curavit P. Provincialis a Pro-rege auxilium obtinere ad novam ecclesiam aedificandam: promisit autem D. Joannes Osorius eo se iturum simul cum D. Ferdinando de Vega, et visurum quid facto opus esset; ac demum ex patrimonio regio ad tres domunculas emendas, in quibus scholae habebantur, et ad id quod supererat in ecclesia aedificandum ducenti et quinquaginta aurei donati sunt, ex qua et aliis eleemosynis ea confecta est; de stabiliendis autem reditibus ducentorum aureorum, nihil certi tunc constitui poterat, quia nondum Cardinalis Farnesius cum Imperatore in gratiam redierat [2]. Mense Julio primus lapis ecclesiae nostrae in eo collegio positus est a suffraganeo, praesentibus Duce de Bibona ac D. Ferdinando de Vega, Pro-regis fratre, et cum magna devotione, et cum ceremoniis Ecclesiae res peracta est.

505. Erat Rector ejus collegioli P. Sanchius Ochoa, navarrus, et retinebantur consuetae scholarum exercitationes; nec solum in litteris, sed in christiana doctrina scholastici proficiebant, a quibus eorum parentes et familiae eam addiscebant; et laetabantur valde incolae Montis Regalis, dum filios suos publice de praeceptis Domini se interrogantes audirent, et si quando negligentes erant in docendis domesticis, ipsi parentes pueros apud nostros accusabant: nec parum laetabantur cum in templo eos, genibus flexis, sacrum quiete ac devote audire cernerent, cum prius, etiam eos, qui attente audire volebant, impedirent. Numerus eorum fere ad centum et quinquaginta plus minus perveniebat.

506. Solitus erat P. Sanchius in hospitali christianam doctrinam explicare, sed in quadragesima eam omittere necesse fuit, quia confessionibus audiendis vacare oportuit.

507. Idem P. Sanchius concionabatur in monasterio quodam, cum propriam ecclesiam tunc non haberet; nec poeniten-

---

[1] De iis plura infra, dum de rebus Hispaniae agetur.
[2] Vide supra, t. III, pag. 230, n. 507.

dus ex confessionibus fructus proveniebat, cum multi deprehenderentur [qui] vel propter ignorantiam, vel quia timebant ne confessiones ipsorum a sacerdotibus saecularibus revelarentur, vel alias ob causas, in peccato mortali ad Eucharistiam accedebant; et per confessiones generales multi ad integram animae sanitatem consequendam se disposuerunt. Parum autem nostrorum conatus adjuvabat, qui maxime promovere debuerat, scilicet Suffraganeus, quem, cum alloqueretur Rector de abusu quodam ex ea civitate tollendo, quod scilicet aegrotantibus venerabile sacramentum tantum osculandum praeberent, etiam si nullum esset impedimentum ad illud recipiendum, et cum id sibi non probari Rector diceret, ille, ira accensus, vix tandem loqui potuit, ac dixit quod pars Sacramenti erat osculari Sacramentum; et demum Rectorem a se dimisit ut studeret, quasi parum studuisset, ea suggerendo quae dicta sunt; et cum Rector non esse diceret quod tantopere ipsi succenseret, dixit se non ex ira loquutum, sed quod nos rerum novarum essemus inventores.

508. Obiit hoc autumno D. Prior Seguera, natione catalanus, qui in civitate Montis Regalis et bene admodum erga Societatem affectus erat [1]; instituit autem Collegium Montis Regalis haeredem omnium bonorum suorum, quae in Sicilia habebat, post mortem cujusdam amici sui cum ipsius uxore, quibus illud Collegium succedebat; habebat septuaginta fere aureos annuorum redituum; nihil autem obligationis reliquit, sed tantum rogavit ut sui memores essent.

509. Inter praeceptores Collegii Montis Regalis erat Asdrubal de Luna, Ducis Bibonae frater consobrinus [2], qui, insalutato hospite, recedens ex collegio et vestes religiosas exuens, apud quemdam patruum suum D. Jacobum de Luna, nulla ratione nostris, eum insequentibus et amanter de ejus reductione agentibus, obtemperavit; sed Dux ipse et Ducissa Bibonae bene se erga illum gesserunt, et charitatis officio egregie functi sunt. Pater etiam Michaël Botellus simul cum P. Elpidio, qui Bibonae aegrotabat, eum adeuntes et officii sui commonefacientes, ejus cor, Domino juvante, emollierunt; et cum eisdem Panormum

[1] Vide supra, t. III, pag. 232, n. 512.

[2] Prius in ms., scriptum erat *non legitimus*, sed eadem manu, hoc deleto, superscriptum est *consobrinus*.

ad nostros rediit; et quia ipse id optabat et Ducissa probabat, Romam missus est [1].

510. Aliquis Cardinalem Farnesium admonuerat quod ex Collegio Montis Regalis exiguus fructus consequeretur, cum tamen per Dei gratiam longe aliter res se haberet; et quamvis Suffraganeus negabat se id fecisse, cum suis oculis fructum videret, eum tamen auctorem fuisse hujus nuncii existimatum est. Sed Cardinali aliunde satisfactum est; et inter alios Archidiaconus Montis Regalis, qui Romam venerat, quomodo res se haberent, melius Cardinali declaravit [2]. Gubernator autem Montis Regalis admonuit ut a Cardinale, praeter quingentos aureos, quos ad aedificationem ecclesiae dederat, totidem ad eam finiendam ac domum concinnandam peterentur; dederat Pro-rex quingentos aureos, jam dictos, quia tunc retinebat fructus archiepiscopatus [3]; sed alios quingentos Gubernator facile haberi posse censebat, si Cardinalis ipse Farnesius Pro-regi commendaret ut, quod necessarium esset ad absolvendum opus incoeptum, dari juberet.

511. Ecclesia, in qua populo nostri praedicabant, S.to Sebastiano sacra erat, et satis multi auditores concionanti aderant; quamvis tanta erat ignorantia eorum hominum, ut multis eorum prima rudimenta fidei tradere oporteret, quod fiebat;

---

[1] "Quanto á Joseph ó Asdrubal de Luna, acá se ha entendido su historia y tiene por cierto el P. Mtro. Nadal que el Duque de Bibona y Don Jacobo su hermano le han divertido, porque á él le daban señal dello harto clara, diziéndole el Duque que le haria studiar leyes despues que hubiese aprendido (humaniores litteras?); y assí no sabemos cómo no scriva V. R. las diligenzias que ha hecho por cobrar este mancebo, el qual, si se inviara á Roma, hubiera sido más acertado; aunque se vee que por ayudarse en leer alguna clase le han detenido; y parece la instantia se ha de hazer con el Sr. Juan de Vega y con el Duque de Bibona y tambien con la Sra. Duquesa y con el mesmo mancebo para que venga á dar razon de sí aquí á Roma; y si fuere conveniente que él siga otro instituto, podrale librar Nuestro Padre de la obligacion de sus votos y estará con buena conscientia y no como apóstata fuera de la Compañía, así que en esto debe V. R. hacer fuerza y desde acá se hará tambien.„ Sine die, sed certe medio hoc anno 1554, ad Patrem Hieronymum Domenech. Vide etiam litteras ad eumdem Domenech, datas 7 Decembris ejusdem anni.

Vide *Cartas de San Ignacio*, t. v, pag. 64 et 359, ubi mutatum dicitur nomen Asdrubal in Joannem *(D. Giovanni)*; hic tamen in *Regesto* scripsit Polanci librarius, *Joseph*. Forte in autographis litteris scriptum erat *Jo.*, quod transcribens librarius legit *Joseph*, ut non semel alias accidit.

[2] "Qui si è detto in casa del Cardinale Farnesio che in Monreal non si fa frutto; et viene la informatione del suffraganeo. Saria bene V. R. facesse constare il contrario, se si può con verità. Sapienti pauca, etc.„ Polancus, *ex com.*, Patri Paulo d' Achillis, 2 Octobris 1554.

[3] Vide supra, t. III, pag. 230, n. 507.

et cum blasphemiae, perjuria et verba indecentia per urbem prius personare solita essent, in pias interrogationes ac responsiones etiam in publicis locis conversa illa fuerunt, et demum in moribus bonis tam pueri quam grandiores magnam mutationem in melius fecerunt, et populus beneficium singulare a Cardinale se accepisse agnoscebat; et satis multi ex primoribus singulis mensibus confitebantur; et cum ecclesia absoluta esset, major concursus ad Dei verbum et Sacramenta sperabatur.

512. Comitissa Bibonae initio hujus anni urgebat P. Hieronymum ut Bibonam iret post Pascha, ut constitueret de loco erigendi collegii, quod a fundamentis ipsa erigere decreverat; et antequam ea domus absolveretur, exercitia collegii alio in loco statim inchoari cupiebat; formulam etiam in hujusmodi collegiis tenendam, quod attinet ad aedificium, habere P. Provincialis a P. Ignatio optabat [1]; nam Comitissa non solum hoc collegium, sed et alterum Calatabellotae, quod dives oppidum est et ejusdem comitatus, instituere cogitabat, cum oppidani sponte sua et locum obtulissent, et centum quinquaginta ducatos annui census perpetui. Fuit autem a P. Hieronymo locus electus, qui pulcher et salubris admodum videbatur, ubi et hortus erat peramoenus, cum abundantia aquarum. Paraverat autem Comitissa bonam pecuniarum summam ad opus inchoandum Bibonae, et aliquos statim mitti, qui in rebus spiritualibus populum juvarent, cupiebat.

513. Vigesima prima die Maji, cum occupatus esset alibi P. Provincialis, profectus est Panormo Bibonam P. Paulus, Rector, cum P. Michaële Botello, ut primum lapidem in novo Collegio solemniter ponerent [2], cujus fundamenta jam aperta erant: et praevia publica processione, et habita ad civitatem concione, quae institutum Societatis explicaret, primus lapis praedictus positus est, cum jam, sicut superius diximus [3], hoc tempore comitatus ille in ducatum promotus, ex privilegio Imperatoris, esset. Postea P. Hieronymus, Provincialis, Bibona transiens, inchoatum collegii aedificium vidit et hortum lustravit, et vide-

[1] "Quanto al Collegio di Bibona, qui si aspetta il disegno che V. R. promette mandare per la prima et allhora si dirà quello sopra ciò occorrerà.„ Patri Hieronymo Domenech, sine die, sed 27 aut 28 Aprilis 1554.

[2] Probe haec distinguere oportet ab iis, quae supra, pag. 225, n. 504, dicta sunt; ibi enim de primo lapide *ecclesiae* seu templi, hic de *collegii*, agitur.

[3] Pag. 212, n. 471.

batur collegium hoc ex optimis Siciliae futurum; et in medio horto fons erat, cujus aqua ad culinam usque et refectorium deduci poterat. Dicebat autem D. Ducissa, quae Calatabellotae tunc erat, se post partum, qui jam imminebat, Bibonam venturam esse ut aedificio praesset, et reditus interim necessarios emeret. Dux ipse satis affectum erga Societatem se exhibebat, et ad Collegii Bibonensis aedificationem propensum, cujus gratia cum Calatabellota Bibonam venisset, plus quam quingentos aureos a subditis suis in aedificium conferri curavit, quod satis in dies crescebat; et quamvis multae difficultates Ducissae sese offerrent et contradictiones quorumdam, facile omnes suo fervore superabat; nec movebatur quod quatuor millia scutorum ipsi expendenda esse diceretur in aedificio, sed id tantum eam male habebat, quod spatio unius anni dicebant collegium absolvi non posse, et affirmabat quod, licet omnes suas gemmas et mundum muliebrem venditura esset, illud absolutum dabit *(sic)*, et statim reditus emere volebat. Aliqui ergo ex nostris ad tempus hoc anno ibidem versati sunt, sed collegium, id est, congregatio nostrorum, ut ibidem resideret, hoc anno missum non est.

514. Syracusis praerat D. Suerus de Vega, natu minor ex duobus Pro-regis filiis; hic autem cum Episcopo Syracusano hoc vere serio agere coepit de Collegio Societatis instituendo, et quia in Episcopi utilitatem id cedebat, si operariorum penuria non obstitisset, facile tam Syracusas quam Bibonam hoc anno nostri missi fuissent; sed tamen hanc rationem rem extrahendi nostri inierunt, ut prius collegia ipsa erigerentur; et absoluto aedificio, tunc demum operarios mittendos esse. Mitti autem oportuit Syracusas initio hujus aestatis P. Philippum Cassinum, ut confessionem D. Sueri audiret, et de illa civitate benemereri per consuetas Societatis exercitationes inciperet. Invenit autem messem bonam et albam ut meteretur, prout frequentes confessiones, et affectus, quem erga Societatem ostendebant, comprobabat. Injunxit autem P. Provincialis ut sacerdos aliquis Messana mitteretur, qui P. Joannem Philippum in piis laboribus adjuvaret.

515. Optabat autem Pro-rex ut satisfieret pio desiderio D. Sueri, qui collegium mitti et non unum aut alterum operarium postulabat. Collegerat autem ducentos et quinquaginta aureos annui reditus, et ad aedificium concinnandum ipsemet

Provincialis sub autumnum ire eo destinavit. Dedit autem ipsa civitas locum idoneum et ducentos aureos annui reditus, privati cives alia addebant. Primus autem omnium P. Antonius Vinchius Syracusas fuit missus, et collegii possessionem cepit. Deinde P. Joannes Philippus concionibus et ministerio Sacramentorum, non exiguo cum fructu, dare operam coepit; miserunt autem Messanam sub initium autumni pecuniam ad lectos et alia supellectilia emenda, et nunciabant aedificium eousque perductum esse, ut nostri mitti possent, qui in eodem habitatarent; et ita P. Ignatium nostri sollicitabant ut ad novum Collegium aliquos Roma destinaret. Differebat tamen et tempus extrahebat P. Provincialis, donec homines idoneos ad jam dicta collegia inchoanda habere posset; et cum mense Novembri, Panormum veniens, Syracusis transiisset, aedificium Collegii Syracusani fere absolutum invenit; et conquerebatur D. Suerus quod collegiales non mitterentur.

516. Cum autem D. Suerus differri rem videret, affirmavit se in aedificio non progressurum, si sacerdos aliquis non mitteretur idoneus, qui in collegio novo maneret et cui posset ipse confiteri; nec enim P. Philippus Cassinus ibidem toto anno mansit; et oportuit ut P. Provincialis se talem sacerdotem missurum esse promitteret, et Decembri mense idem P. Philippus remissus est, qui in festis natalitiis confessionem D. Sueri audivit; et cum a magistratibus humanissime esset exceptus, professus est Syracusas se venisse ut nomine Societatis confirmaret quaecumque ab ipso promissa fuerant; deesse tamen adhuc quaedam in collegio, quae praeparari ante nostrorum illuc adventum oporteret; quare commodissimum et syracusanis et nostris visum est ut collegialium adventus in quartum mensem adhuc differretur: interea cum jam a Septembri proximo praedicti reditus in usum collegii cederent, ex his necessaria parari posse, quae supererant paranda, visum est. Dnus. autem Suerus praeter hos reditus, commodo quodam vectigali urbis constitutos, curavit ut senex quidam sine liberis, post vitam suam collegium haeredem constitueret, aut saltem vineam quamdam ei relinqueret, ex qua aliquo anno quingentos aureos percipere solitus erat; et per instrumentum notarii hanc suam voluntatem senex testatam reliquit [1].

[1] Juvat hic audire AGUILERA, qui Polanci narrationem adjunctis quibusdam, a Po-

Et ita se hoc anno res Societatis nostrae in Sicilia habuerunt.

---

lanco praetermissis, complet. Ait ille: "Ad hunc annum 1554 sine dubio spectare arbitror Syracusani Collegii initia. Assuerus, Vegae filius natu minimus, Syracusis praerat, paternarum virtutum aemulatione ei civitati gratissimus. Hic clarissimi Parentis in augenda Societate studium secutus, assiduis sermonibus civitatem excitavit, ut eam vehementer expeteret, neque ejus fructu privaretur, quo jam praecipuae Regni Urbes fruebantur. Quare diuturna praedicatione rerum nostrarum, nobilissimi cujusque animum quum nobis conciliasset, flagitaretque Civitas, ut de communi civium voluntate publico nomine ad Patrem referret. Respondit sapientissimus Princeps, se non defuturum desiderio omnium salutis, si ea de re Senatus ad se perscriberet. Senatus autem litteris ita rescripsit: *Laetari se Syracusanam Civitatem, tam illustres, ac sapientes habere Patritios, qui de civium doctrina, et moribus tantopere laborarent. Nihil sibi fore jucundius, aut optabilius, quam si cogitata perficerent. Quae communiter statuissent de Societate Jesu invehenda, et penes se retinenda, ea Regis auctoritate probatum iri ne dubitarent. Sperare se, fore ut eam gratiam essent Syracusani Assuero filio habituri, quam sibi haberent amplissimae Civitates Panormitana, et Messanensis, quae gratias agere non desinerent, quod ignôtam antea Societatem veluti occultum ipsis thesaurum indicasset, et ejus inferendae auctor fuisset.* Harum litterarum exemplum Assuero misit, et simul admonuit, ut eam rem per principes Civitatis explicari curaret, doceretque, eorum magis interesse, quam sua aut Societatis, eum Ordinem domi habere, cujus industriam, probitatem, doctrinam, temperantiam, et excolendae juventutis peritiam, cognitam jam atque exploratam laudarent cognatae Civitates: meliorem proinde esse Syracusanorum conditionem, qui non ut illae alienis crediturі essent; sed popularibus suis, atque ipsis propemodum oculis fidem praestarent. Neque tamen negligeret illustrissimum Antistitem Hieronymum de Bononia Panormitanum, cujus operam ea in re non adhiberi, nefas duceret.

Senatus concilium convocat: miro omnium consensu publico bono consulitur: *Societatem admitti oportere decernitur. In ejus jura concederet Sanctae Luciae V. et M. Templum extra moenia situm, cum adjunctis aedibus. Ad juventutem erudiendam aliud possideret in Urbe Templum. Quae publico consilio constituta essent de iis ad Proregem referatur, a quo petendum esset, ut Domenechium Syracusas mitteret, qui coram omnia componeret.* Sed Assuerus de Domenechii adventu recusavit, cujus expectatio, magnis apud Proregem occupationibus distenti, satis longa futura esset. Ejus admonitu Concilium VI Idus Maii iterum cogitur; et lubentibus omnibus, dissentiente nemine, fit Senatus Consultum in hanc sententiam: *Placuisse Senatui Populoque Syracusano, ut Societas Jesu domicilium Syracusis figeret. Domum et alimenta Senatui curae fore. Dent operam certi homines, quos Senatus designaret, ut ea res maturetur. E proximo Messanensi Collegio evocetur Sociorum aliquis, cum quo mutua voluntate de negotio transigatur.* Adfuit Concilio Hieronymus de Bononia, paulo ante laudatus Antistes, cujus commendatio Societatis, pro sua clementia, et aequitatis studio tanta fuit, ut omnes ad celeritatem incitarit. His ad Proregem perlatis, Domenechius ad P. Antonium Vinkium Messanam scribit, ut praetermissis rebus omnibus, Syracusas statim adeat. Exit cum nuncio Vinkius III Cal. Junias, ad quem diem, ait Codretus: *P. Antonius Syracusas erigendi Collegii causa ire jubetur.* Maxima civium gratulatione Syracusis exceptus, ut audivit Syracusanum *Clerum* ferre graviter, vetustissimi Santae Luciae Templi se possessione abdicari, alienum a nostris moribus esse ratus, cum offensione cujusquam eo pedem inferre, quo vocaremur; egit cum Magistratibus, ut ab ea mente desisterent: quum praesertim, institutorum nostrorum ratio postularet, ne extra moenia procul a civibus, quibus juvandis praesto esse oporteret, sedem figeremus.

Tum Bononia Pontifex Sancti Josephi Templum ad nostros usus designavit; Senatus publico aere contiguas aedes coemit, quibus ad domesticam disciplinam, et consuetudinem concinnandis, ex Vinkii sententia aedificatio est instituta, loco celebri et satis idoneo. Jacebat Sancti Josephi Templum prope moenia Civitatis, qua parte in longum

DE COLLEGIO VIENNENSI [1].

517. Initio hujus anni ac primis ejus mensibus, nostri viennenses, hospites adhuc Patrum Dominicanorum erant. Jam quidem Romanorum Rex decreverat ut monasterium Carmelitarum nostri ut proprium haberent, in quo cum solus Prior et monachus quidam laicus, ejus socius, habitaret, et parochiam illi Rex obtulisset, duabus germanicis milliaribus Vienna distantem, conditionem illam libenter amplexus est. Duo tamen nostros aliquandiu retinuerunt ne ad amplum Carmelitarum monasterium et egregio templo instructum statim migrarent. Alterum erat quod regia majestas, quasi pro jure suo, monasterium hoc ab Ordine Carmelitarum auferre volebat, quod jam per triennium ab eo moniti ut religiosos in illud mitterent, nequaquam id fecerant [2]; timebant autem nostri ne Carmelitae Socie-

---

porrecta, ea vergit ad occidentem Solem, et ab extremis portis aeque distans spectat majoris ambitum portus, quem amoenissima claudit planities, vineis et arboribus consita. Quare suavissimus consurgit ex mari et terra prospectus, quo Ciceronis oculi mirifice capti sunt: ait enim, *Nihil pulchrius quam Syracusanorum portus, et moenia videri potuisse.* Ducentorum praeterea aureorum censum Senatus annuum constituit, qui pro praesenti copia Collegio inchoando satis esset. Vinkius vicissim pollicetur, Socios eo venturos ad diem, quem ipsi, aedificatione absoluta, praefinissent. His ita peractis, Messanam illico se recepit. Septimo autem mense, paulo ante hujus anni exitum, Assuero flagitante, Philippus Cassinus eodem se confert, tribus potissimum de causis, quas Codretus indicat: *Ante natalitia festa Salvatoris P. Philippus Cassinus Syracusas adiit, ut Assueri, Proregis filii confessionem audiret; quo in statu esset Collegium, quod illic Assuerus idem extrui curabat, inspiceret; statueretque cum civibus quo tempore lectores mitti oporteret.* Quae cum accurate praestitisset, post initium sequentis anni Messanam rediit.„ L. c., parte prima, cap. IV, nn. XXIV, XXV et XXVI.

[1] Qui Societatis res in Germania saeculo XVI gestas recte pleneque intelligere velit, legat omnino oportet eximium opus *Canisii Epistulae et Acta*, quod nunc Friburgi Helvetiorum edere incipit P. O. BRAUNSBERGER, S. J. Ex eo nos quaedam excerpemus, quae, ut in *Praefatione*, t. I, pag. 8, dictum est, ad amplificandam, confirmandam aut in quibusdam emendandam Polanci narrationem juvare poterunt; plurima tamen non attingemus, quae nec Polancus ipse attigit, quaeque tamen scitu sunt dignissima.

[2] "In monasterio carmelitano Beatae Mariae Virginis "am Hof„ anno 1544 prior et 4 fratres degebant, anno 1554 unus supererat prior... Ferdinandus anno 1551 ordinis moderatores de novis monachis mittendis admonuerat; sed horum piae voluntati temporis iniquitas obstabat *(Bucholtz*, Geschichte der Regierung Ferdinand des Ersten, VIII, 187. *Wiedemann*, Geschichte der Reformation und Gegenreformation in Lande unter der Enns, II (Prag. 1879), 33; *Kink*, Universität zu Wien I.[a], 305, *Socher*, Historia Soc. Jes. Prov. Austriae, lib. I, n. 47-48).„BRAUNSBERGER, l. c., pag. 446, annot. 3.

tati nostrae succenserent, perinde ac si nostris suggerentibus ex Viennensi Monasterio essent expulsi; nam et Dominicani PP., in generali capitulo Romae habito, querelas aliquas hujusmodi contra nostros habuisse dicebantur, quasi eos expellere suo monasterio Viennensi vellent, quod nullo modo unquam tentatum fuerat, et decreverant ut aliqui doctores ex ipsorum Ordine cum scholasticis Viennam ex Italia mitterentur, quamvis postea non venerint.

518. Secunda causa erat quod in eo templo Carmelitarum mos inductus fuerat quotidie Missam decantandi, et organa crebro pulsandi, et inserviendi quibusdam societatibus civium viennensium; et ita Regis Cancellarius et Consiliarii optabant, immo et exigebant, ut nostri ea onera subirent, ne cultus ecclesiasticus deseri vel diminui in praeclaro illo templo et in optimo civitatis loco sito, et a multis tam germanis quam hispanis et aliarum nationum hominibus frequentato, videretur. Nam Prior ille, licet solus, aliquot scholasticos suis expensis conducere solitus erat et peritum quemdam organistam, ut cultum solemniorem conservaret, et addebat nostrae scholae juvenes ad cultum ecclesiasticum sic posse assuefieri. Interim autem dum nostri cunctabantur, Rex edicto suo sex familias laicorum, qui in monasterio habitabant, inde facessere jussit. Vix tamen videbatur evitari posse quin diebus saltem dominicis ac festis solemnioribus Missae sacrificium a nostris cantaretur [1].

519. Postulatum est a Vicario Carmelitarum per litteras, nomine Regis, ut consentiret huic translationi monasterii in Societatem nostram; sed negavit ille se facultatem habere ad hujusmodi consensum, et conscientiam oneravit Regis Romanorum, qui postea ad Provincialem eorum scripsit. Interim tamen Prior deseruit monasterium et ad parochiam sibi collatam migravit. Curatum est etiam nomine Regis ut scholae in Monasterio ad finem quadragesimae paratae jam essent. Venit tandem Provincialis [2] Viennam circa Paschae festum, qui amanter cum nostris se gessit, et fatebatur non posse religiosos sui Ordinis monasterium illud induci; nec mirum id erat, cum quindecim alia monasteria, quae in Provincia Germaniae

[1] Has duas difficultates propositas reperies a Canisio litteris, quas Polanco dedit 5 Januarii hujus anni 1554. BRAUNSBERGER, *Canisii Epistulae et Acta*, t. I, pag. 442-452.

[2] Carmelitarum.

Superioris habebant, fere omnia a religiosis erant destituta. Cum autem monasterium illud Viennense ut desertum duceret, supplicationem porrexerat Provincialis excelso Regimini vel Consilio Austriae, ut mobilia ex eo monasterio sibi auferre liceret, quandoquidem illa non a Ducibus Austriae provenissent, sed a piis hominibus donata fuissent. Sed alia videbatur esse mens senatus illius; immo, antequam Prior ad suam parochiam discederet, injunctum ipsi fuit ut omnia clenodia ac mobilia in inventario describerentur, nam ad cultum Dei in illo loco donata videbantur.

520. Cupiebat autem Provincialis ut Rex sui Ordinis Generali et Summo Pontifici scriberet. P. etiam Ignatius hoc nostris significaverat, ne se immiscerent cum religiosis illis, sed Regi fundatori curam de domo nostris paranda relinquerent; interim nostri in deserto monasterio sacra faciebant rogatu Prioris recedentis; et cum adverteret Labacensis Episcopus quod potius nostri haererent in hospitio suo apud Dominicanos, quam ad Carmelitarum monasterium cum propositis illis oneribus transirent, significatum est nostris ut sine ulla obligatione eo se conferrent, et ita sub initium mensis Maji in monasterium Carmelitanum migrarunt [1]; quod soli quidem, sed non ut proprium, habitabant; quamvis Regi et ejus Consilio visum esset fortassis quod domum propriam et stabilem nostris dedissent.

521. Quod ad reditus attinet, Labacensis Episcopus Regi Romanorum suggesserat ut eos collegio stabiliret, vel ex ecclesiasticis reditibus vel aliis; et Rex paratum se omnino ad id faciendum exhibuit, quamvis reditus in particulari commonstrari sibi voluit, qui possent commode eo collegio applicari.

522. Quod ad studia attinet, frigebant illa vehementer in Academia Viennensi, et cum D. Nicolaus Gaudanus Sententiarum Magistrum perdocte, nec minus diligenter, interpretaretur, tam pauci erant, qui animum ad scholasticam Theologiam adji-

---

[1] "Per quelle di 4 de maggio presente habbiamo inteso come s' erano passati al monasterio de' Carmelitani, d' il che ci rallegriamo in Domino, et quantumque non sia il consenso delli frati (quale però potendo haver saria buono) basterà, che il Nuntio pigli lo assumpto di far la mutatione o translatione, poiche sono tante iuste cause; et non havendo autorità sufficiente della Sede Apostolica per tale effetto, si potrà con grande facilità (come intendiamo) haver in Roma questa espeditione, scrivendo il Nuntio a Sua Santita et anche la Maestà Regia et raccomandando al suo oratore, che è il Sr. D. Diego Lasso, questo negozio.„ Patri Nicolao de Lanoy, 8 Maji 1554.

cerent, ut, praeter Nostros, aliquando duos externos, aliquando unum, aliquando etiam nullum haberet [1]. Ideo urgebatur P. Ignatius ut compendium illud Theologiae, de quo superius facta est mentio, confici curaret, a quo animi scholasticorum non sic abhorrerent; id tamen inter occupationes plurimas P. Laynez tam cito absolvere non poterat, nec liber ille exactior, quem scribere coeperat, ex usu fuisset, sed compendium ex eo extractum interpretari Doctor Nicolaus Gaudanus debebat [2]. Expetebatur etiam Viennae compendium Despauterii Romae concinnatum, ut ea in Universitate legeretur [3], et omnino germanis magis arridebant, quae oratione soluta, sine versibus, de praeceptis grammatices tradebantur; et sic D. Vicecancellarius Jonas versus minime admittendos censebat, sed breves praeceptiones, quae soluta oratione traderentur.

523. Nostri cum partim docendo, partim publicas et privatas lectiones audiendo, partim rebus spiritualibus vacando, sua studia non admodum diligenter, nec cum magno profectu tractarent, admonuit P. Canisius desiderari majorem in Rectore curam circa studia; et ita, sublatis quibusdam occupationibus, diligentius aliqui sua studia prosequi coeperunt.

524. Venerat Gulielmus Postellus, quem aliquando in Societate fuisse diximus [4], Viennam, ut peregrinas quasdam

---

[1] "Habbiamo inteso, Charissimo Padre, delli suoi auditori et del compendio quale desiderarebbe per leggere publicamente in Vienna; et certamente quanto al numero delli auditori non ci maravigliamo *in terra deserta et invia et inaquosa* et dove tanto poca devotione si tiene al studio di Theologia, et reputo che qualsivoglia libro catholico che si leggesse, sarebbe poco o meno il medesimo auditorio. Bisogna adunque far fundamento sopra li nostri il che è necessario etiam far in Roma, per esser la gente poco dedita al studio di Theologia, et poco studiosa, et poco fundata nel studio necessario delle arti, senza il quale sono assai inetti auditori di Theologia scholastica. Col tempo, quando delle schole nostre usciranno alcuni delle lettere d' humanità idonei per la Philosophia, et di quella usciranno essercitati per la Theologia, saranno in più numero, et più capaci li scholari Theologi.„ Polancus, *ex com.*, Nicolao Goudano, 27 Februarii 1554.

[2] Vide Braunsberger, *Canisii Epistulae et Acta*. I, pag. 411, 412, 428, 444 et 473.

[3] "Onde quando V. R. vorrà, di gratia ci mandi alcuni libri de questi *(Directorium confessariorum)*, et anche il Despauterio reformato in Roma, si come V. R. inanti molti mezi ci hebbe promessa *[sic]*.„ Canisius Polanco, 5 Jan. 1554. Braunsberger, l. c., pag. 451.—His respondet Polancus 27 Februarii: "Li Despauterii reformati non sapiamo s' intende V. R. qualche opera del P. Mtro. Andrea; et sappia che non sono stampati per le occupationi che lui tiene in leggere; se s' intende un compendio del Despauterio, il quale fece un certo Grammatico, si potrà mandare ogni volta che vorrà V. R.; non lo mando adesso perche penso intendano l' opere del P. Mtro. Andrea di Grammatica „

[4] Supra, t. I, pag. 148, n. 87.

linguas profiteretur. Cum Regem Galliae Franciscum (nam Parisiis publicus ac regius erat professor), recessurus adiisset, [et] libere de quibusdam humanis ejus defectibus reprehendisset, nulla indignatione Rex commotus est, sed eo recedente astantibus dixit: "Hunc ego hominem eruditum existimaveram, sed et sapientiorem arbitrabar esse quam sit [1]." Cum autem quidam D. Lucretius [2] de lingua syriaca nescio quid comminisceretur, et in ea scribi quaedam vellet, Postellum hospitio excepit; et demum in publicum lectorem ille promotus est; et quamvis de lectione linguae arabicae ageretur, in graeca tamen libros Aristotelis de generatione interpretari coepit [3]. Sed cum

---

[1] Quae hic de Postello narrat Polancus, non ad annum 1553 pertinent, quo Postellus Parisiis recessit ut Vesuntionem, Venetias et deinde Viennam peteret; eo enim tempore non Franciscus sed Henricus Rex Galliae erat. Pertinent autem ad finem anni 1543 aut initium sequentis, cum Parisiis recessit et Romam venit, ubi Societatem ingressus est.—Ea tamen paulo aliter quam Polancus, ex ipsius Postelli scriptis (*Les Rétractations de Guillaume Postel*, Fonds français, 5734, fol. 122 et 130) narrat G. WEILL: "Credebat vero Noster (Postellus) se a Deo ipso tale munus accepisse: quare, ut ipse postea narravit, Franciscum regem adiit cui sine metu exposuit quae agere deceret ad parandam religionis victoriam et omnium gentium sub gallico sceptro conciliationem. Franciscus quidem, si Postello fides, ita commotus est ut lacrimas effunderet, promisitque se illa quae a Deo moneretur facturum; quaedam autem ex aula mulier (videlicet Stampensis ducissa) eum a talibus sententiis avertit, Postellumque stultum esse confirmavit." Et in annot. 3 ad hunc locum: "Addit Borbonium (id est, Vendomii ducem) contra asseruisse omnes errare, qui Postellum insanum crederent (fol. 130)." *De Gulielmi Postelli vita et indole*, cap. 1, pag. 21.—Fatendum tamen est P. PRAT haec omnia non ad tempora Francisci I. Galliarum Regis, sed Francisci II, referre videri. Ait enim: "Il profita de sa liberté (ex Inquisitionis romanae carceribus post Pauli IV mortem, anno scilicet 1559) pour revenir en France, et rappeler au roi François II ses droits à la monarchie universelle." *Maldonat et l'Université de Paris au XVI^e siècle*, pièces justificatives, VI, pag. 546. Ni velimus dicere Postellum, qui hujus universalis conciliationis a se excogitatae tenacissimus fuit, quod olim Franciscum I monuerat, idem Franciscum II post annos sexdecim monuisse.

[2] Primo certe scriptum erat in ms. *Lucretius;* sed emendatum est nec sub lituris cerni potest quid tandem legendum sit, *Lucretius* an vero *Lunetius*. Vix tamen dubium esse potest quin legendum sit *Lucretius* et intelligendum sermonem esse de Widmanstadio, cui hoc etiam nomen *Lucretius* tribuebatur. "Widmanstadii autem vidimus quae fuerit cum Postello amicitia; quae vero paucis mensibus postquam Noster Viennam reliquerat, cessavit; quibus de causis, incertum. In epistola enim junii MDLV ad Masium queritur Widmanstadium aut Lucretium (quod ejus cognomen fuit) velle omnia quae Viennae ad Novum Testamentum edendum parentur in propriam famam trahere, ac timet ne idem Lucretius epistola Postelli intercepta uti velit ut pristino amico noceat." G. WEILL, l. c., pag. 56.

[3] Juvat hic Canisium audire: "E venuto qua il S. Postello et ha offerto il suo seruitio alla sua Maiestà per stampar et leger publicamente la lingua Arabica, sicome vsano li Turchi et lui troua alcuni fautori a questa imprezza. La sua Maiestà a dommandato da me, se Postello fusse stato delli nostri, et se sia apostata etc. si come li era ditto. Io resposi che non quanto alla apostasia, ma che per le sue certe phantasie fusse abondanato et lassato fuora della Compagnia, et che anche molti se non edificasseno da lui, vedendo certe opinioni et persuasioni non buone de questo Postello, sicome anche mostra nelli suoi scritti. Et tamen questo buon huomo pensa hauer adgiuto per

miranda quaedam pro suo more dicere coepisset, et quae aures detinerent hominum, brevi tamen ab auditoribus est destitutus; et ita suscepit interpretandam cosmographiam, illis adjunctis, quae expertus ille fuerat in suis peregrinationibus. Sed cum ne id quidem auditores detineret, demum Vienna recessit, et quidem, omnibus insalutatis, fuga se inde praeripiens, cum in mentem ei venisset (ut suis litteris testatus est) quod agebatur de ipso Pontifici tradendo, quod ne cogitatum quidem fuerat [1].

525. Cum in Collegium Germanicum aliquos juvenes studiosos mitti P. Ignatius vellet, et id nostris Viennensibus commendasset [2], viginti duo simul Romam miserunt [3], quamvis non

---

me appresso la sua Maiesta per impetrar questa lettura. Io non posso pur veder la vtilita di questa lingua Arabica, vedendo in questa terra che non sè *[sic]* apparenza de obtinere gente, laqual volesse andar poi alli Turchi per conuertirli per questo mezo della lingua. Et cossi io ho concluso de non impiacarme niente con le facende de Doctor Postello, o se lui resta, o non, benche mostra buona sera *[sic]* inverso di me.„ Braunsberger, l. c., pag. 449 et 450, ubi quaedam subdit in annot. 1 ex his quae Postellus Viennae hoc tempore gessit. Plura reperies apud G. Weill, l. c., pag. 33-36.

[1] Verba haec *et quidem omnibus... cogitatum quidem fuerat*, manu propria scripsit Polancus, quibus consonant haec G. Weill: "At velut quodam fato malo, ubi Postellus aliquem locum invenerat, ubi felix et tranquillus maneret, eum statim deserebat. Non magis quam quinque aut sex menses Viennae mansit atque, ut narrat Widmanstadius, Kal. Maii MDLIV subito profectus est, quia nonnulli mali homines aliquid in eum patrabant. Postellus eadem apertius dixit: *or pour autant qu'estant ainsi allé à Vienne, j'entendis pour tout certain qu'hom nomait hérétikes, et que j'entendis que au lieu des escripts de Postel, le propre nom et la personne de Postel estoit imprimé ou pour s'imprimer bien tost, je laissay à Vienne le roy, ses gages et mon entreprise. (Apologie,* fonds lat. 3402, fol. 10.)„ l. c., pag. 35 et 36.

[2] Hic quadrant, quae post Canisii verba, a nobis infra, annot. 1, pag. seq., referenda, subdit Braunsberger, l. c., pag. 457, annot. 2: "Cf. litteras ea de re a S. Ignatio ad praepositos et rectores domorum et collegiorum S. J. datas Roma 2 Januarii 1554 et «Informazione per parlare alla Maestà Cesarea sopra il Collegio Germanico» in Cartas de *San Ignacio*, IV, 409 ad 411. 4-7; 414 417. 35 39. Vide etiam *Steinhuber*, l. c. [Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom.], I, 12 13. 18.„

[3] Optime Braunsberger, l. c., pag. 457, annot. 3: "Dubium esse vix potest quin a Canisio in collegium germanicum missi sunt hi adulescentes (aut omnes aut maior pars), quos catalogus antiquissimus eius collegii 5 Aprilis 1554 admissos esse refert (fortasse antea per aliquod tempus Romae in alia domo, probationis causa, tamquam hospites excepti et habiti erant):

Martinus Eckl Budbitianus Pragensis Dioecesis.
Gasparus Lutuuitz, Silesius [Lutwitz de Rauderm, dioecesis vratislaviensis].
Wolphangus Spätt Furtnensis Bauarus [dioecesis ratisbonensis].
Stephanus List Austriacus [dioec. passaviensis].
Dionysius Feirabent Austriacus [ex Rabbs, dioec. passaviensis].
Stephanus Carolus Spirensis.
Joannes Forster Perchtolsdorfensis Austriacus [dioec. viennensis].
Colomannus Kheysther Austriacus [dioec. passaviensis].
Joannes Seidl Olomucensis.
Georgius Faber Austriacus [dioec. viennensis].
Jacobus Patz Austriacus [dioec. viennensis].

exactus ipsorum delectus habitus fuerit, unde admonitus fuit P. Canisius, ut, si qui in posterum essent mittendi, selectiores mitterentur [1].

526. Cum in Hungaria uxor D. Sforzae Palavicini, qui eo in regno supremum mareschalum agebat (ut vocant), in periculo magno mortis versaretur, eo profectus est P. ipse Lanoyus, quamvis centum milliaribus italicis Vienna distaret, et officio charitatis functus, Viennam rediit [2].

527. Anno superiori [3] diximus quod agebatur de P. Canisio in Archiducali Professorum Viennensium Collegio constituendo, et tandem hoc anno gratificari ea in parte Regi Romanorum

---

Alcibiades Gothart Wratislaviensis Sylesius.
Wolphangus Wildperger Eberspergensis Bauarus [dioec. frisingensis].
Melchior Gertner Wratislaviensis Sylesius.
Florianus Walt Carinthius [archidioec. salisburgensis].
Nicolaus Weydman Heluetius Heremitensis Dioecesis Constantiensis.
Joannes Zimmer Spirensis.
Bernardus Wildnperger Lanzionensis Frisingensis.
Gasparus Krieger Labacensis.
Gasparus Wiltzing Saltzburgensis.
Sebastianus Molitor Styrus [dioec. neostadiensis].
Stephanus Fasthang Styrus [dioec. neostadiensis].
Christophorus Hermann Sylesius.

(Cod. rom. *All. coll. germ.*, p. 6-9). Quae uncis quadratis inclusa sunt ab eminentissimo cardinali *Andrea Steinhuber* ex antiquo "Libro iuramentorum „ collegii aliisque fontibus eruta ac mecum liberaliter communicata sunt. Cf. eiusdem "Geschichte des Collegium Germanicum„ I, 41-42.„

Hi Vienna Romam versus " alli 15 di febraio partirono con patenti de sua Maestà et del Reverendissimo Nuntio novo et l' Imbasciador della Sria. di Venetia.„ Polancus, *ex com.*, ignoto cuidam Patri 14 Martii 1554.

Romam appulerunt 26.ª Martii. "Li Tudeschi arrivorno il secondo giorno di Pascha a Roma.„ Polancus, *ex com.*, Patri Caesari Helmi, 31 Martii 1554.

Plura de iis et de modo, quo Romae excepti sunt, scripsit Polancus Patri de Lanoy 3 Aprilis. Longum nimis esset hic ea transcribere; hoc tamen juvat excerpere: "Nostro Padre ha parlato et toccato la mano a tutti li ventidue Tudeschi.„

Et 10 Septembris Patri Nicolao de Lanoy: "Delli 24 mandati di Vienna, 3 sono mandati fuora; uno chiamato Giacomo Viennense, altro chiamato Wgulfango *(sic)* Thedesco, altro Nicolao Sguizaro, li quali non volsero restare nella obedientia....„

[1] "Quanto a questi scholari Tudeschi noui, perche il R. P. Polanco me ha stimulato tante uolte che io li mandasse, non adiungendo le conditioni et qualitadi di loro, cosi li ho mandato con il consentimento delli altri RR. Padri, benche non mi è parso che tutti fussino equali. Ma spero tuttavia che almanco di questi si farà una bona raccolta al tempo suo, pur prometto a V. R. non mandar altri facilmente, secondo che me ha auisato il R. P. Polanco Prego la perdonanza umilmente, che in questo principio non ho fatto il debito mio secondo che io adesso intendo.„ Canisius Sancto Ignatio, 16 Aprilis 1554. BRAUNSBERGER, l. c., pag. 457.

[2] "Il Reuerendo nostro Patre Lanoij non scrieue adesso, perche è andato in Ungeria per confessar una gentildonna Italiana, laqual sta quasi per morire. Et cossì hoggie sono 8 di che sia sua Reuerentia stato fuora. Pur come speramo, tornarà presto, et dara più auizi delle cose nostre nelle sue litere.„ Canisius Polanco 5 Januarii 1554. BRAUNSBERGER, l. c., pag. 449.—Vide supra, t. III, pag. 246, n. 550.

[3] Vide supra, t. III, pag. 248, n. 557.

ac ministris oportuit. Septem in illo professores erant, et duo parentes vocabantur, quasi qui aliis superintenderent, quorum alter erat P. Canisius; sed brevi intellexit ejus praesentiam non tam utilitatis aliis quam sibi molestiae afferre. Quod ad mores attinet, res melius habebat, et tranquille praeter morem pristinum inter sese ac sine turbis vivebant; sed quamvis singuli ad horam in scholis praelegerent, nullus eorum [erat], qui medicinae non studeret, nullus ad sacra aspirabat; et quod ad religionem attinet, aliqui ex eis suspecti erant. Itaque exiguum sibi fructum ex illa cohabitatione P. Canisius pollicebatur, et majorem sperasset inter studiosos alios (quorum aliqua erant Collegia Viennae) quam inter istos Professores [1]. Optabat interim collegii nostri angulum, cui in culina multo libentius servisset, quam illi collegio professorum praeerat, et extrusus quodammodo videbatur in horum coetum, quos difficile ipse curare posset, nec minus ab illis curari conveniret. Non diu itaque eo in collegio, invita, ut ajunt, minerva, retinendus esse visus est.

528. Initio hujus anni sic res se habebant Viennae, ut miraretur Canisius bonorum martyrium non consequi. In dies quae ad religionem pertinent catholicam, deficere magis vide-

---

[1] "Ego in professorum Collegio publico et Archiducali moror, sic urgente Rege, ut Reformandi gijmnasij causa me accommodem. Nunc laus Deo Opt. Max. gijmnasij res procedunt rectius quam multis abhinc annis; professorum unus in vincula coniectus est, quod sectarios sequeretur, etsi doctrina sit minime contemnenda.„ Canisius Leonardo Kessel 30 Aprilis 1554. Braunsberger, l. c., pag. 466; ubi, annot. 8, sequentia subdit: "*Sacchinus* in a. 1554: "Eius anni principio, quod pridem Ferdinandus Rex postulaverat, concedendum fuit, ut Canisius in Collegium Archiducum Viennae migraret, alter Parentum (ita duos Praesides vocant) in eo futurus. Professores disciplinarum variarum septem agebant in eo Collegio, et aliquot praeterea studiis operati. Magna, religiosi Patris praesentia, morum commutatio facta est: magna ad quietem, et tranquillitatem accessio.„ (De vita Canisii p. 85-86). In Collegio archiducali, anno 1384 ab Alberto III Austriae duce prope monasterium Praedicatorum constituto, 12 artium magistri communem vitam agere gratuitoque victu uti poterant, iique Canisii tempore ordinarii fere in universitate erant philosophiae professores; quibus praeter duos "parentes„ theologos, qui ex capitulo cathedrali peti solebant, "prior„ praeerat, a collegialibus libera electione constitutus. Hoc munus tunc Andreas Dadius (Kyenboom) philosophiae professor administrabat (cf. supra p. 415). Guilielmus Coturnossius (Quackelbein), flander, in eodem collegio tunc "Physicus secundus„ erat et philosophiam aristotelicam exponebat (*Aschbach,* Geschichte der Wiener Universität [Wien, 1888], I, 39-40. 43-44; III, 44-45. 58. 160-161. *Herm. Zschokke,* Die theologischen Studien und Anstalten der katholischen Kirche in Oesterreich [Wien und Leipzig 1894] p. 142).„ — "Circa il stare il P. Dre. Canisio nel collegio Archiducale pare lui sente poco frutto degli altri et manco consolatione sua, et quando havessi a stare fuora del nostro Collegio, scrive si faria più frutto in qualche bursa, dove c' è numero grande di giovani, dove chi fusse Rectore, potria più fructificare. V. R. consideri il tutto et proveda come giudicarà più espediente a gloria di Dio.„ Polancus, *ex com.,* Patri Nicolao de Lanoy, 26 Junii 1554. — Vide infra, n. 557.

bantur usque adeo, ut etiam catholici communicandum esse sub utraque specie dicerent, et quod Summus Pontifex tot hominum millibus, qui cum tali dispensatione adjuvandi videbantur, deberet prospicere: sed sic hoc urgebant ungari et aliae provinciae, ut ne patienter expectarent quidem donec dispensatio peteretur. Numerus autem haereticorum Viennae valde augebatur, nec propter hujusmodi fidei defectum quisquam puniebatur [1]. Eo demum res redierat, ut, cum Rex vellet praelaturas et Episcopatus selectis viris et idoneis conferre, nullus tamen hujusmodi inveniretur; sed nec Cathedralis ecclesia Viennensis ministros divini cultus inveniebat: parochiae vero aut vacuae a pastoribus erant, aut ab apostatis et infamibus viris occupatae; juvenes autem ad sacerdotium non aspirabant, et ferebatur viginti annis ex ea Universitate viginti sacerdotes factos non fuisse [2].

529. In anni progressu paulo melius idem P. Canisius, qui

---

[1] "Io mi marauiglio che fin a qui non sequita il martyrio delli buoni, in somma ogni dì se va più et più per mancar nella Religione, et anche li Catholici dicono che sarria buono communicar sub utraque, et che la Sua Santità haueria prouedere a tante millaria de genti, li quali con tal dispensatione potrebbono ex parte esser adgiutati. Et cosi se murmurano li Vngari per tutto con queste altre prouintie... ne sono mai puniti per tal defectione etc.„ Canisius Polanco 5 Januarii 1554. BRAUNSBERGER, l. c., pag. 443.

[2] "Il Re si troua in questi termini che uolendo dare beneficij, prelatura et Veschouati a persone vn pocho disposte, non puo trouare nessuno dapoi tanti mezi.

„Et cossi anche la Ecchieza Cathedrale qui non puo trouar ministri, e Officiati, et restano le parochie o vacue, ouero occupate delli apostati et persone infami, ne li giouani se curono del sacerdotio, talmente che de questa Vniuersità (come dicono) in 20 anni quasi non sono fatti 20 preti etc.„ Canisius ut supra. Quibus subdit editor BRAUNSBERGER: "Anno 1544 senatus viennensis cum visitatoribus dioecesis viennensis conquestus est: In ecclesia cathedrali S. Stephani antea 18 sacerdotes contionibus, sacramentorum administrationi, aliis sacris ministeriis operam dedisse; iam autem 6 tantum sacerdotes atque inter eos duos tantum contionatores superesse. *Wiedeman*, l. c., (Geschichte der Reformation und Gegenreformation in Lande unter der Enns [Prag 1879] II, 39-40 Ferdinandus Rex 1 Januarii 1554 et 24 Julii 1556 ecclesiae illi "reformationes„ dedit, quae typis exscriptae sunt ab *Herm. Zschokke*, Geschichte des Metropolitan-Capitels zum heiligen Stephan in Wien [Wien 1895] p. 121-130. Canisii operam in ea re intercessisse sat verisimile est.„ l. c., pag. 443.

Atque hic observa recte a BRAUNSBERGER emendatum errorem, qui ex BOERI apographo epistolae Canisianae (habet hoc *due preti* loco *20 preti*) irrepsit in JOANNIS JANSSEN *Geschichte des deutschen Volkes*, (IV [14 ed. 1891], 98). Polancus enim, procul dubio in autographo, legit *20*.

His autem, quae scribebat Canisius, rescripsit Polancus eadem 27 Februarii: "L' ultime di V. R. sono di 5 et 21 di Gennaio; et quanto alla carestia de sacerdoti crediamo sia grande et il remedio sarà alleuar molti giovani nel Collegio Germanico di qua, o in altro simile, quali si possono mandar Sacerdoti et litterati, o vero promoversi di là al Sacerdotio. Se etiam fossino honorati et remunerati con intrate ecclesiastiche li buoni preti, forsa sarebbono in maggior numero. Sopratutto orandus est Dominus messis mittat operarios, etc.„

Canisii litterae ad Polancum datae 21 Januarii periisse videntur.

praedicta scripserat, sperare coeperat; nam de reformatione Universitatis cum actum fuisset aestate praeterita, ea publicata fuit hoc anno cum solemnitate magna. Nihilominus hoc constat: tantam confessariorum bonorum fuisse inopiam Viennae, ut nihil aliud poenitentes agerent, quam confessionem generalem [1] apud eos pronunciare, et consolationem verbi Dei petere; et sine ulla inquisitione vel particulari peccatorum declaratione absolutionem impendebant; et ideo minus erat quod mirarentur nostri quomodo possent tam pauci sacerdotes tantae multitudinis confessiones audire. Qui autem nostris confitebantur, in particulari longe aliam rationem hujus sacramenti administrandi experiebantur. Talibus autem confessionariis consonabant concionatores, qui nihil aliud quam fidem in Jesum Christum et Ejus merita ac misericordiam Dei praedicabant, nulla de confessione vel jejuniis et hujusmodi mentione facta; et tamen catholici hi videri volebant. P. quidem Canisius diligenter ac ferventer in suis concionibus pergebat, partim ad populum, partim ad ipsum Regem, et frequens auditorium eum utrobique sequebatur, et tam doctis quam indoctis placebat.

530. Cum autem paulo ante sanctam hebdomadam Romanorum Rex ad Dietam servandam Possonii recederet, in templo S.ti Stephani hac S.ta hebdomada concionatus est; sed P. Gaudanus in Quadragesimae dominicis in templo S.tae Mariae ad Ripam eodem officio functus est; tres alii, scilicet, Dirsius, Martinus et Lambertus aliis in locis verbum Dei praedicarunt [2]. Cum autem dedicandum esset templum monasterii S.ti Laurentii, ante et post prandium, Magistri Martinus et Lambertus, et quidem posterior in horto, propter frequentissimum auditorium, concionatus est, et Episcopus Labacensis [3] qui ad eos audiendos recessum suum distulerat, admiratus est non mediocriter in Germanica lingua, quam didicerant, prom-

[1] Intellige *Confessionis generalis* formulam, seu preces vulgo *Confessio generalis* dictas, quae incipiunt "Confiteor Deo„.

[2] "Concionandi munus a quinque nostris exercetur: fructus inde redit ad populum, qui nobis quam antea conciliatur in dies magis ac magis... Ego in Ecclesia Episcopali concionari pergo, nec est exiguus numerus auditorum, fructus utinam in illis respondeat conatibus.„ Canisius Kesselio 30 Aprilis 1554. Braunsberger, l. c., pag. 467.—Hi autem quinque sunt P. Petrus Canisius, P. Nicolaus Goudanus, Mag. Joannes Dirsius, Mag. Martinus Stevordianus et Mag. Lambertus Auer; videlicet iidem, qui in praecedentis anni Adventu. Cf. supra, t. III, pag. 257, n. 575.

[3] Urbanus Weber (Textor), de quo saepius supra et infra.

ptitudinem, et Magistri Lamberti non in rebus tantum sed in verbis copiam; et sic divina bonitas operariorum numerum in summa Germaniae penuria augebat.

531. Concionum autem fructus prae caeteris hic major fuit, quod Romanorum Rex, P. Canisii concionibus excitatus, declarare coepit animi sui affectum ad asserendam in sua ditione catholicam religionem; et ad illud pertinet quod tam serio catechismum expediri a P. Canisio optabat, ut scilicet in provinciis suis, caeteris relegatis, unum illum in manibus haberi et populo declarari vellet; coepit etiam edicto publico eos exterminare, qui passim in ipsius provinciis praesumebant altaris Sacramentum sub utraque specie suscipere. Alter concionum etiam fructus erat confitentium et communicantium numerus in hac Quadragesima longe major quam in praecedentibus extitisset, germanorum praesertim ac flandrorum, quibus PP. Canisius et Gaudanus se confessarios exhibuerunt, cum magna ipsorum et instructione et aedificatione, ita ut sperari posset veram rationem peccata speciatim confitendi in usum esse revocandam: italis autem, hispanis et gallis, qui confitendi gratia ad nostros accesserant, bona ex parte satisfecit P. Nicolaus Lanoy, Rector.

532. Episcopus Transylvaniae [1] et eodem tempore Dr. quidam, consiliarius Regni Bohemiae [2], agebant de collegiis Pragae et in aliquo Transylvaniae loco transferendis [3], quamvis usque ad annum sequentem pragense, transylvanum autem hucusque, non maturuerint.

533. Imposuit autem Rex novum onus P. Canisio, ut, una cum duobus doctoribus juris peritis, visitandis et reformandis collegiis viennensibus *(bursas* vocant) incumberet, qua in re nihil difficilius occurrebat quam fidos praefectos et moderatores

---

[1] Is erat hoc tempore Paulus II Bornemisza. GAMS, *Series Episcoporum*, pag. 382.

[2] In hujus nomen nondum incidimus. Scribit quidem SCHMIDL, *Historia S. J. Provinciae Bohemiae*, lib. II, n. 3, Metropolitanae Ecclesiae Curatores (vacabat tunc Pragensis sedes) et Sacerdotum Summates, de Academia Carolina Pragensi in meliorem frugem reducenda cum egissent, omnes in eam convenisse sententiam "*Praepositus* Sacri Collegii *Henricus* Pissek, seu *Scribonius ab Horssow*, Juris utriusque Doctor et Caroli Archi-Ducis antea Praeceptor, itemque *Joannes Archidiaconus* Viennam ad Regem abirent, precibus acturi ut is... tot Magistros et Doctores (de Societate Jesu) Pragam invitare (velit) quot sufficerent ad facienda novi studii prima fundamenta.„— Verum horum nullus dicitur fuisse Regni Bohemiae Consiliarius; deinde haec omnia Pragae acta ait SCHMIDL anno 1552.

[3] Sic; rectius fortassis *instituendis, erigendis* aut quid simile.

collegiorum invenire, qui bonas leges, studiosis praescriptas atque praescribendas, observari diligenter curarent.

534. Obtulit bonam partem sui catechismi jam confecti P. Canisius Regi Romanorum, cum ultimam manum ipsi non imponendam censeret, nisi prius an juxta sententiam Regis et consiliariorum ejus esset intelligeret [1]. Sed Rex, qui tunc Possonii [2] versabatur, litteris suis ad eumdem P. Canisium abunde testatur, quod sibi et aliis, quibus discutiendum commisit, catechesis illa probata fuerit, et sic se de illa sentire et sperare ajebat, ut, si in lucem ederetur, ad salutem subditorum suorum fidelium plurimum esset profutura, et ita partem illam catechismi remittens, ab eo postulabat ut citra moram quod reliquum erat absolveret, et perfectum catechismum ad se, quam primum fieri posset, transmitteret; nam sibi deliberatum et constitutum esse scribebat ut idem catechismus in germanicam linguam transferretur, ac in utraque lingua [3] typis excussus in quinque provinciis Austriae et in comitatu Goriciae publice per omnes latinas atque germanicas scholas juventuti proponeretur, nec ullus alius sub gravissima poena et indignatione regia deferretur. Injunxit autem eidem P. Canisio ut in margine expressa annotaret loca et capita, in quibus reperiendae erant sententiae, tam Sacrae Scripturae quam Conciliorum et Sanctorum Doctorum, quae in ipso catechismo appositae allegabantur, ut ludimagistris et aliis minus profundae doctrinae viris facilius esset fontes, unde illae deductae erant, invenire; sic enim sperabat Rex multos, per ignorantiam lapsos, in graemium Stae. Ecclesiae reducendos [4]. Quamvis autem exactum ingenium P. Canisii et quod vix sibi satisfacere potest, quamvis [aliis] satisfaciat, cunctaretur, coactus fuit, Rege urgente, tandem illum catechismum absolvere; sed ne statim ad Regem remitteret typis excudendum, aegre per Episcopum Labacensem a Rege impetrare potuit; et sic non semel atque iterum, sed

[1] "Ego quod paravi, omnino seiunctum fuit, et cum Rex evolvisset, probavit cum suis admodum hoc meum vile opusculum.„ Canisius Polanco, 8 Junii 1554. Braunsberger, l. c., pag. 473.

[2] Posonium=Pozsony, Pressburg, Hungariae urbs. Braunsberger, l. c., pag. 453.

[3] Latina scilicet et germanica.

[4] Ferdinandi latinas litteras, e quibus haec deprompta sunt, affert Braunsberger, l. c., pag. 454 et 455, qui eas germanice edidit in *Katechismen des Seligen Petrus Canisius*, pag. 19. Affert etiam ibidem, pag. 520-523, Canisii ad Ignatium litteras 25 Martii 1555.

sexto aut septimo reformatum ab ipso auctore et incudi redditum, tandem ad P. Ignatium juxta Constitutiones videndum misit, et sic demum remissus cum approbatione, Regi Ferdinando datus est, qui imprimendum et evulgandum curavit [1].

535. Cancellarius Ducis Bavariae [2] suis ad eumdem P. Canisium litteris causam adducit cur Collegii Ingolstadiensis institutio dilata fuerit: magni enim motus Germaniae, quae magna ex parte in armis erat, in causa fuerunt [3].

536. In proxima autem Dieta Landehutae habita [4], cum nobiles quidam Bavariae apud Principem efflagitarent liberam lutheranismi professionem, et quidem eo tempore, quo Principem inopia pecuniae laborare sciebant, adhibuit Princeps in consilium cancellarium cum Doctore Hundio, et impiam petitionem protinus explosit. Nobiles autem illi culpam in Canisium (quem *canem* vocabant) et in ipsum cancellarium rejiciebant; sed concitatum hoc nobilium contra se odium gloriosum sibi cancellarius existimare debuit; ipse Princeps semper se firmissimum et constantissimum in catholica religione asserenda praebuit [5].

---

[1] Catechismi partem, de qua hujus n. initio sermo est, Vienna Romam misit Canisius una cum litteris 8 Junii datis; de ea cum annotationibus reddita et accepta gratias agit 16 Augusti.—"Quando autem epistulae censorum una cum ipso catechismo Viennam missae sint, literis ostenditur, quae Roma 19 Julii 1554 Ignatii nomine missae sunt ad Matthiam de Taxis, Ferdinandi I *postarum magistrum*, in quibus scribitur: Questi giorni passati abbiamo ricevuto una lettera della Maestà Regia ed un certo trattato che li Nostri facessero per sua commissione. Quì si manda risposta di detta lettera, e si rimanda il trattato sopradetto visto quì in Roma.„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 481 et 482.

[2] Henricus Schweicker.

[3] Harum litterarum fragmentum, e quo haec ad verbum fere transcripta sunt, affert BRAUNSBERGER, l. c., pag. 453, haec subdens: "Rebellionis ab Alberto Brandenburgensi concitatae tunc ultimae fere fiebant tragoediae „

Inter ea, quae tunc temporis pro restaurando seu erigendo Ingolstadiensi Collegio gesta sunt, actum est etiam de mittendo illuc aut P. Quintino Charlart au P. Bernardo Oliverio. Vide Polanci litteras Canisio, *ex com.*, datas 21 Nov. 1554.

[4] "Comitia haec habita sunt anno 1553 a die 3 usque ad 22 Decembris (*M. v. Freyberg*, Geschichte der bayerischen Landstände und ihrer Verhandlungen, II [Sulzbach 1829], 313-321).„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 453, annot. 3.

[5] Haec Polancus desumpsit ex litteris Henrici Schweicker, Alberti V, Bavariae Ducis Secretarii, ad Canisium datis Monachio [?] 7 Martii hujus anni 1554, ubi haec leguntur: "Ego in proxima dieta provinciali Landehutae habita concitavi mihi magnum odium apud nobiles hujus provinciae. Cum enim ipsi apud principem, quem sciebant inopia nummorum laborare, serio efflagitassent liberam Lutheranismi professionem, princeps una cum doctore Hundt etiam me adhibuit in consilium et impiam petitionem penitus explosit. Culpam rejiciunt in Canem atque me. Verum nos parum facimus.

„Princeps ipse tam firmus atque constans est in religione orthodoxa atque catholica ut nihil supra. Nostri est officii, ut Deum precemur, quod in ea sententia perseveret.„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 453, qui sapienter subdit: "*Sacchinus* (De vita Canisii, pag. 93) hunc locum haud recte interpretari videtur, cum scribit: «Causam repulsae in Cance-

537. Viennae etiam nonnihil persecutionis contra se excitavit idem Canisius, contra quem libere multi obloquebantur, quod in causa fuerit quod professor quidam ob haeresim in carcerem sit conjectus [1], nam examinator illius constitutus fuerat [Canisius] simul cum aliquo theologo, et functus erat officio suo [2]. In concionibus etiam coram Rege habitis, contra com-

---

llarium Bauariae, et in Canisium contulere.» Quamquam enim Canisio nomen canis, vel «canis austriaci» ab adversariis imponi solebat, hic tamen Wiguleum Hundt eo nomine significari epistula ipsa ostendit. Ignorabat fortasse Sacchinus germanicum vocabulum «Hundt» idem significare atque latinum «Canis». Hucusque BRAUNSBERGER, Hunc autem errorem, si error quidem est ut videtur, mutuavit Sacchinus ex Polanco.— Vide etiam quae de Canisii cognomine disserit BRAUNSBERGER, l. c., pag. 70 et 71.

[1] Sermo esse videtur de Nicolao Polita, philosophiae professore in Universitate viennensi, de quo et de causa adversus eum instructa ejusque punitione haec habet BRAUNSBERGER, l. c., pag. 462, annot. 1: "Nicolaus Polites (Polita, Bourgeois), bruxellensis, circiter a. 1554 a Ferdinando rege Viennam evocatus, ut in academia linguam graecam, rhetoricam, philosophiam aristotelicam traderet, anno 1554, cum rhetoricam doceret, ob Lutheranismi suspicionem in custodiam inclusus est *(Aschbach*, l. c. III, 53. 241-243. *Bucholtz*, l. c. VIII, 192). Ad quae haec adnotanda sunt: 1. Universitas viennensis, ex ipsa sua institutione primisque legibus suis catholica, atque, si ita dicere fas est, per eminentiam catholica erat. Ferdinandus autem rex specialibus legibus caverat, ne quis in professorum ordinem cooptaretur, nisi catholicum se esset professus. Cf. librum "Der katholische Charakter der Wiener Universität. Eine Denkschrift der *theologischen Facultät*.„ (Wien 1863) p. 1-29. 56. 57. 2. Imperiali iure romano, quod tunc maxime vigebat, haereticus non solum in ecclesiam, sed etiam in societatem civilem scelus committere censebatur, idque magis nefarium quam ipsum crimen maiestatis; ideoque cum Catholicis Lutherani, Calviniani, Anglicani consentiebant haeresim non solum exsilio et bonorum confiscatione, sed etiam morte vindicari merito posse. Ita v. g. cum Calvinus 23 Octobris 1553 Genevae Michaelem Servetum (Servede), qui librum adversus sanctissimam Trinitatem conscripserat, lento igne comburi iussisset, non solum praecipui theologi helvetii atque imprimis Theodorus Beza, sed et Philippus Melanchthon tum litteris 14 Octobris 1554 datis tum peculiari scripto id probaverunt. Quam multi autem Angli ab Henrico VIII, et Elisabetha ob fidem catholicam crudelissime necati sint, omnes norunt. *I. Card. Hergenröther*, Katholische Kirche und christlicher Staat (2. Aufl., Freiburg i. Br. 1876) p. 423-442, et *eiusdem* Handbuch der allgemeinen Kirchengeschichte III (3. Aufl., Freiburg i. Br. 1886), 116-117. *Janssen* l. c. V, 464-468.

[2] Haec, si de Nicolao Polita, ut videtur, intelligenda sint, inficiabitur BRAUNSBERGER, qui acta in causa Politae, ab ipso Polita congesta et in archivo *cuiusdam civitatis* exstantia inspexit et ex eis eruisse videtur nullas in hac causa egisse partes Canisium. Ait enim, pag. 464, annot. 6: "Sociis romanis frater aliquis viennensis perperam rettulisse videtur Canisium auctorem fuisse Politae in carcerem includendi. Polancus enim Roma 21 Julii 1554 comiti de Mélito haec de Canisio scripsit: "A su instigacion se han echado en prision algunos predicadores de herética doctrina, y un lector público de aquella Universidad, hombre muy célebre. *(Cartas de San Ignacio*, IV, 235).„

Attamen *viennensis* ille *frater*, qui ista Romam retulit, ipse Canisius fuisse videtur. Ejus enim litteris 6 Aprilis (quae periisse videntur) et 16 ejusdem mensis (quas affert BRAUNSBERGER, l. c., pag. 457-461) ad Ignatium datis respondens, *ex com.*, Polancus, haec ait: "Della persecutione suscitata a V. R. per il S.to officio che ha fatto di far castigare quello heretico, non è da maravigliare et è cosa molto usata...„ 1 Maji 1554.

Quare, si omnia haec de Polita intelligenda censeantur, tum verba illa Canisii ad ipsum Politam scribentis *neque putavi, crede mihi, poenam hanc carceris sequuturam* argumento erunt voluisse Canisium ut in Politam animadverteretur leviori poena quam carceris et fortassis nulla praeter remotionem a munere docendi, minime vero

munem illius Provinciae persuassionem affirmaverat quod tenerentur superiores ad catholicam religionem asserendam et inimicos publicos fidei puniendos. Scholastici ob hoc ipsum male P. Canisio cupiebant, et versibus ac aliis rationibus animum suum non bonum testabantur [1], et prorsus apparebat in paucis fidem catholicam Viennae manere; nec, praeter nostros, ullus ibidem praedicator catholicus cernebatur.

538. Aprili mense P. Canisius electus fuit Decanus facultatis Theologicae cum esset in Archiducali Collegio, ubi paucos menses, ut tetigimus, fuit [2].

539. Aprili mense egit P. Canisius semel quidem solus, deinde conjuncto P. Lanoyo, cum D. Martino Cromero, Legato Regis Poloniae [3], de collegio in Polonia constituendo. Ille autem cum

---

nullas in hac causa partes egisse. Immo clare satis aperit ipse Canisius litteris ad Polancum datis 7 Julii (apud BRAUNSBERGER, l. c., pag. 480) haud sibi placuisse quod ea demum sententia in Politam lata fuerit *ut abiret e ditione Regis*, quasi clementer nimis actum cum eo esset. Et tandem Polancus hic non asserit Canisium fuisse Politae *judicem* sed *examinatorem*.

[1] "Et gia si spargino pasquilli de Canisio in questa Austria; et me tengono per il maggior adversario del Lutheranismo, sia laudato quello santo nome JESU, pro quo digni efficiamur pati contumeliam et iniuriam tum uerbalem, tum realem„ Canisius Ignatio 25 Martii 1555.—His subjicit BRAUNSBERGER, pag. 522: "*Caspar Bruschius*, poeta laureatus et minister lutheranus, anno 1555 Ratisbonae libellum edidit, in cuius extrema pagina Austriacos hortatur:

"Haec uos Austriaci Styri fortesque Carinthi
Carni ac Taurisci discite quaeso boni:
Quos procul abducunt a Christo principe nostro
Qui sumunt JHESV nomina mira sibi.
.....
Hinc JESVuidri dicuntur rite, sequaces
Christi immortalis quos pudet esse Dei
Triste Satellicium Sathanae Antichristi et Averni
Quod ueluti Stygium vos fugitote lacum.„

(Adalb. Horawitz, Caspar Bruschius [Prag und Wien 1894] p. 185).„

[2] Haud cohaerent haec quoad tempus cum iis, quae l. c., pag. 456, annot. 4, habet BRAUNSBERGER: "Canisius Viennae decanatum facultatis theologicae suscepit mense Octobri a. 1553 *(Wappler*, l. c. [Geschichte der Theologischen Facultät der K. K. Universität zu Wien, Wien 1884], pag. 475).„

[3] "Martinus Cromer (1512-1589), iuris utriusque doctor, anno 1547 a Sigismundo Augusto Poloniae rege secretarius regius nominatus erat ab eoque praecipue rebus borussicis tractandis adhibebatur. Notum est eum postea varmiensis episcopi administratorem (1567-1579) et episcopum (1579-1589) summa cum laude fuisse, libris etiam egregie conscriptis claruisse, inter quos historia Poloniae et opera apologetica maxime eminent *(Ant. Eichhorn*, Der ermländische Bischof Martin Cromer in "Zeitschrift für die Geschichte und Alterthumskunde Ermlands„ IV [Braunsberg 1869], 1-470. *Franc. Hipler*, Die deutschen Predigten u. Katechesen der ermländ. Bischöfe Hosius u. Cromer [Köln 1885], p. 83-93).„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 458, annot. 2.

anno praecedenti familiariter de re eadem cum nostris egisset [1], cum quibusdam episcopis rediens in Poloniam, de Societatis nostrae collegiis verba fecit, sed potissimum cum D. Stanislao Osio, Episcopo Varmiensi [2], de collegio in sua dioecesi instituendo nonnulla contulit, qui, vir doctissimus et magno zelo catholicam religionem verbo et scriptis defendens, libenter quae de Societate referebantur audivit et amplexus est, et decem ex Societate religiosos, partim ex Superiori et Inferiori Germania ad se mitti cupiebat, inter quos essent duo vel tres professores in graecis et latinis litteris, ac duo saltem sacerdotes. Locum autem et reditus necessarios pollicebatur; et quia non tantum ecclesiasticam, sed etiam saecularem jurisdictionem habebat, et magna operariorum laborabat penuria, haud dubie, quod promittebat, praestiturus videbatur [3].

540. Idem D. Cromerus in mandatis habebat ut concionatorem curaret germanum Reginae Poloniae, quae Regis Romanorum filia erat [4], a quo sperabat se hujusmodi concionatorem impetraturum, et fructum non poenitendum in aula regia Poloniae proventurum affirmabat. Movebat etiam nostros vicinia tartarorum, qui latissimam quidem, sed male cultam provinciam habitabant, semper in tentoriis et ad bellum accincti, qui carnibus equorum vescebantur, et eorumdem sanguinem interdum potabant; cum hi Mahometi perfidiam sequerentur, turcis pejorem, novam quamdam Indiam septentrionalem detegi nostris videbatur [5].

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 263, n. 586.

[2] "Notissimus est hic vir († 1579), qui episcopus varmiensis, praeses concilii tridentini, theologus summus fuit.„ Braunsberger, l. c., pag. 39, annot. 7.

[3] Fusius haec habes ab ipso Canisio exposita in litteris ad S. Ignatium datis 16 Aprilis 1554, apud Braunsberger, l. c., pag. 458-460.

[4] "Catharina, Ferdinandi I filia, anno 1549 Francisco Gonzagae duci mantuano, eoque anno 1550 mortuo, anno 1553 Segismundo II Augusto, Poloniae regi, nupserat.„ Braunsberger, l. c., pag. 460, annot. 2.

[5] Paulo aliter haec omnia exponit suis ad Ignatium litteris Canisius: "Item questo Legato Polonico tiene in mandatis de circar vn predicator per la Illustrissima Regina sua, la cual è figliola del Re nostro Serenissimo. Et specialmente vorria hauer vno delli nostri, secondo che il suo Re li ha detto, talmente che sta in buona speranza de poter impetrare questa gratia appresso il Re nostro, subito che sara tornato, sicome tornara de mane, come dicono, da Vngaria. Io li ho detto, che sarria conueniente, se il suo Re scriuesse sopra ciò a Roma, pur che non mancaremo per la parte nostra, volendo sempre, quanto sara possibile, gratificar et seruire al Re Serenissimo dei Romani.

Dice lui che se farebbe buon frutto in aula, et che non mancaria occasione de procurar li collegij in Polonia, sicome se fa in Sicilia. Credo più facilmente li nostri per

541. Venerat in autumno praeterito Viennam Otho Canisius, minimus P. Petri Canisii frater, qui tamen ad ecclesiasticam professionem nullo modo propensus erat [1]. Hoc autem anno Mag. Theodoricus Canisius, Othone natu major, canonicus, quem Coloniae lucrifecerat Domino P. Leonardus [2], Viennam venit, multo gratior fratri suo P. Petro Canisio, quod bis frater, carne et spiritu esset; et hoc retento, Othonem ad suos remisit [3]. Postquam autem hanc aestatem Viennae exegit [Theodoricus] et in theologico studio se exercuit, in autumno Romam venit [4].

542. Non raro nostri, dum detentos in carceribus invisunt, ac

---

questa via hauerebbono ingresso a Cracouia, dove se troua la Regia piu uolte oltra la Vniuersità.

Il Signor eterno voglia aprire li *[sic]* nostri la strada per venir alli Tartari, li quali per vna parte sono sotto il Re de Polonia, per l' altra li soi vicini immediati. Et come io intendo non sono mai statto Christiani, vna gente crudelissima, la qual mitte sua consolatione in robar et spogliar li vicini Christiani. Tiene vna prouintia benche mal coltiuada, la qual e piu grande che tutta Spania, Italia, Germania insieme, sicome mi dice questo Legato Polonico, et maniano le carni delli caualli, beueno il sangue delle medesime bestie, stanno nelli soi tentorii quasi sempre accincti alla guerra, sono della religion Mahumetana, ma peiori delli Turchi. L' omnipotente Iddio sicome a adgiutato per li nostri l' India barbarissima, voglia anche illuminar la Tartaria, vt sit unum ouile et unus pastor.„ Canisius Sancto Ignatio, 16 Aprilis 1554. BRAUNSBERGER, l. c., pag. 460 et 461.

His respondet, *ex com.*, Polancus: "Del predicatore che ricerca la Regina di Pollonia, se ci fussi, saria santa opera; ma non sappiamo noi chi potessi mandarsi. Se di là trovano, Nostro Padre facilmente si lasciarà persuadere.„ 1 Maji 1554.

[1] "Otto Canisius frater Doc. Petri Canisij anno 1553-54 in album universitatis viennensis relatus est (* Cod. "Matricula Universitatis Viennensis IV.„ f. 95.ª; Viennae in Archivo Universitatis) "Otto Canis, geboren omstrecks 1530, was in 1572 burgemeester te Arnhem, doch 'van wege die van Arem ten respecte van de Roms Catholicke religie uitgewesen' ging hij zich te Huissen vestigen, waar hij overleed 12 October 1586 en begraven werd in de parochiale kerk voor het choor.„ *Bongaerts*, l. c. (Stamlijst van de Familie Canis en de daaraan verwante Geslachten. "S. Gravenhage 1865) p. 7[14].„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 420, annot. 1.

De hoc Othone haec Polancus, *ex com.*, Patri de Lanoy: "Circa il frllo. del P.e Canisio la uia sarebbe farlo intrare in spirito, se si può, accio suauemente venesse a far qualche buone resolutione.„ 1 Januarii 1554. (Vide Canisii litteras ad Polancum datas 12 Octobris 1553.

[2] Kessel.

[3] Vide litteras a Canisio ad Kesselium datas 30 Aprilis et ad Polancum 7 Julii.

[4] "Charissimus frater noster Theodoricus incolumis ad nos peruenit, et multis rationibus amabilis, et commendatus nobis est, sed uel una eius puritas et candor sufficeret.„ Polancus, *ex com.*, Canisio, 15 Octobris 1551. — "Li duoi Canonici noviomagensi fanno buona pruova, come anche Mtro. Theodorico si mostra un' angelo.„ Idem eidem, 21 Novembris.—Vide infra, n. 587.—Post Theodoricum Canisium Romam venit (Societatem ingressurus?) quidam Nicolaus, qui ob infirmitatem quamdam capitis in patriam paucis post adventum diebus remeare coactus est. Ita Polancus litteris ad P. Lanoy datis 28 Novembris. Hujus Nicolai meminit Canisius litteris 26 Octobris ad Polancum datis: "Miror nihil allatum esse nuntij venisse Romam M. Theodoricum, et post eum Nouiomagenses Canonicos alios una cum Nicolao.„

salutiferis admonitionibus consolantur, non ab aliis peccatis solum, sed ab haeresi etiam quosdam revocarunt, inter quos quidam fuit, qui, ob amicum interfectum, implacabili odio alium prosequebatur, et tamen cum ipse in carcerem conjectus esset, noxam omnem, ut nostri suadebant, ei remisit. Mulier quaedam cum multis annis sub utraque specie communicasset, a P. Canisio admonita et edocta, resipuit, et in festo Paschatis de more Ecclesiae sub altera specie communicavit. Fuit et alius, qui opera P. Nicolai Gaudani ad communionem eamdem sub altera specie reductus est, et haeresim lutheranam, cui a puero addictus fuerat, abjuravit; nonnulli etiam studiosi, qui libros haereticorum habebant, quibus nimium dediti homines illis in regionibus sunt, ad nostros detulerunt, et unus eorum, zelo magno incensus, diligenter observabat alios num eadem peste laborarent, et librum pestilentissimum apud quosdam deprehensum (plures enim eum auctorem habebant) nostris sponte sua exhibuit, quae res tanto gratior accidit, quanto major erat raritas hujusmodi exemplorum in corrupta illa juventute.

543. Multi externarum nationum, qui Regis curiam sequebantur, in graves et interdum etiam contagiosos morbos incidebant, qui ad nostros recursum habere soliti erant; horum plurimis, tum peste, tum aliis morbis laborantibus, diu noctuque a nostris inservitum est, et in salutiferis sacramentis tam confessionis ac communionis quam extremae Unctionis administrandis satisfactum. Contracta sunt etiam matrimonia advenarum, qui multis annis in concubinatus sordibus jacuerant.

544. Scholastici omnes hac quadragesima de peccatis confessi sunt, non solum praeter morem, sed alio prorsus modo quam eatenus id fecissent, quippe generali confessioni assueti [1]; sacram etiam communionem magna ex parte sumpserunt: non solum autem pueri libros haereticos nostris comburendos dederunt, sed et plurimorum parentes significarunt nostris per suos filios velle se quoscumque codices haereticos haberent, in manus nostrorum tradere.

545. Augebatur in novo collegio scholasticorum numerus, quod monasterium illud, olim carmelitarum, in loco admodum opportuno situm esset ad concursum, tam ad scholas, quam ad

[1] Vide supra, pag. 241, n. 529.

ecclesiam. Ultimo autem die Aprilis eo nostri migraverunt, sed instaurandis habitationibus et scholis multum operae et expensarum et temporis impendendum fuit; et P. quidem Ignatius etiam centum ex nostris habitationes esse parandas censebat, cum tantum numero essent viginti duo, praeter quatuor alios, qui inserviebant, ex quibus aliqui ad Societatem bene affecti erant. Erant autem cubicula in modum oblongi dormitorii ex utraque parte, prout apud religiosos moris est.

546. Et ab ipsa Nostrorum habitatione sejunctae duae domus erant non magnae, ubi quidam Dni. Jonae Cancellarii et aliorum primariorum filii, parentum rogatu, admissi fuerunt, ut suis ibi expensis sub nostrorum disciplina viverent; et cum id in gratiam parentum concessum esset, qui periculosam filiorum institutionem apud germanos praeceptores merito censebant, velut initium quoddam datum est collegio convictorum; quorum expensas nostri taxare noluerunt, et rogarunt Cancellarium ut ipse, non habita ratione industriae aut laboris nostrorum, taxaret summam, quam singulis annis pendere singuli deberent, et ille, re considerata et collata, viginti sex florenos taxavit. Unus autem ex Nostris eis praeerat, cum sex vel septem numero illis initiis tantum essent, qui et morum et profectus etiam in litteris curam haberent [1]. Experti sunt etiam nostri in nova domo majorem occasionem familiariter cum populo agendi, in his, quae ad spiritualia pertinent, et augendus magis numerus nostrorum eadem de causa videbatur.

547. Animadversum tamen est, quod, cum consensum a Provinciali Superioris Germaniae Rex postulasset, per errorem id accidisset; nam a Provinciali, quem vocant Generalem, is consensus postulari debuit; nihilominus Regis Consiliarii superfluum id sibi videri affirmabant, praesertim si compensatio aliqua ipsis esset offerenda; cum enim destitutum esset omnino monasterium a religiosis, ad Principem devolvi ejus collationem censebant, ad id saltem, ut aliis religiosis vacuum monasterium dari juberet. Nostri tamen ab ipso Generali vel Summo Pontifice consensum haberi securius arbitrabantur, et ita illud fieri curabant. Interim tamen ministri regii non tan-

[1] De hoc *convictorio* scripsit Canisius ad S. Ignatium 24 Aug. 1553, item ad P. Joannem de Polanco, 12 Oct.; cui respondit, *ex com.*, Polancus 19 Septembris et Ignatius 29 Novembris.

tum de mobilibus bonis sed etiam de immobilibus ejusdem monasterii recuperandis agebant, ut simul cum monasterio Societati Rex illa traderet, cujus liberam et totalem dispositionem ad Regem, ut Archiducem Austriae, devolutam esse sentiebant, quod fundatio esset Ducum Austriae et tamdiu destituta. Obtinuerunt autem nostri ut nemo in eo monasterio sepulturae jus haberet, quamvis minus ipsi [1] peterent quam concessum est, quia tantum postulabant ne gravarentur sepulturis, et consequenter sacrificiis pro defunctis, quae ibidem celebrari solebant. In hac autem migratione in novam domum omnes nostri fratres adversa valetudine laborarunt; sed, adhibitis brevibus remediis, omnes convaluerunt.

548. De dotatione ejusdem Collegii, cum Rex Pragam proficisceretur non tam cito rediturus, alloquutus est Rector D. Cancellarium, et in scriptis de ratione collegiorum, quae ex reditibus vivunt, et de domibus professorum explicavit ei, quae videbantur explicanda; et cum ea legisset Regis Cancellarius, et Rex intellexisset nondum perpetuos reditus Collegio assignatos esse, admiratus est quare id non fuisset exequutus quidam ex praesidentibus camerae regiae vel patrimonii, cui jam pridem id commiserat, et jussit Cancellario ut intelligeret quamobrem litterae regiae ad confirmationem dotationis expeditae non fuissent; sed ille commissarius, de tarditate reprehensus a Cancellario Jona, humiliter se excusavit propter quasdam occupationes et difficultates non exigui momenti [2]. Et cum Rex 16.ª Augusti recederet Vienna Pragam versus, admonuit Cancellarius P. Lanoyum Rectorem ut, si intra novem dies litteras dotationis non acciperet, se per litteras admoneret; sed decima octava ejusdem mensis die litteras expeditas, quibus dotatio collegii nostri continebatur, accepit. Applicavit autem Rex mille et ducentos florenos ex bonis camerae Archiducalis, et prout intellectum est, securissima erat assignatio, quam ad triginta et unum ex nostris alendum assignabat, et tertio quoque mense quadringenti floreni erant recuperandi; et dum numerus praedictus plenus non esset, quod supererat, ad reparationem domus converti debebat: sunt tamen admoniti nostri

[1] Scilicet, nostri.

[2] De iis videndae praesertim litterae a Polanco, *ex com.*, ad Launoyum datae 27 Februarii hujus anni 1554.

ut ad expensas aedificii ad Regem, cum opus esset, recurrerent. Eatenus ad nongentos florenos nostri expenderant singulis annis, quae sexcenta auri scuta conficiunt, nam propter ubertatem rerum ad victum necessariarum omnia satis vilia Viennae erant; habebant praeterea nostri reditus, qui duobus theologis Universitatis conferri solebant, et ita abunde necessaria erant: et etiam abunde ad majorem numerum sustentandum nostris suppetebant [1].

549. Cum autem ex aetate provectioribus rariores, quam voluissent, germani Societatis Institutum Viennae sequebantur, consuluit P. Lanoyus P. Ignatium an pueros duodecim [vel] quatuordecim annis natos posset in Societatem admittere, nam in Germania ingenia puerorum tractabilia valde sunt, et familiariter in scholis cognosci poterant, et, hujusmodi pueris admissis, verisimile fiebat subsidium posse mitti novis collegiis in Germania admittendis. Respondit autem P. Ignatius partim propter rationes dictas, partim propter experientiam, quae Romae in Collegio Germanico haberi poterat, ut se extenderent quantum constitutiones nostrae permitterent, et eos posse in Societatem admittere qui, decimum quartum annum excedentes, decimum quintum attigissent; si tamen in aliquo puero aliquae causae concurrerent, propter quas in aetate dispensandum cum eo videretur, permittere constitutiones ut ipse Praepositus Generalis dispensare posset, et illam dispensandi auctoritatem in hac parte P. Lanoyo communicavit, ut scilicet posset ante praedictam aetatem cum aliquo dispensare, si ad Dei gloriam id fore judicaret; tamen de dispensatione facta se admoneri P. Ignatius voluit; et non tantum de pueris germanis, sed de hungaris, bohemis et transylvanis et quibusvis aliis nationibus septentrionalibus intelligi voluit [2].

550. Postquam transylvanus Episcopus collegium Societatis postulaverat, et commodissimam habitationem ac reditus et proventus obtulerat (erat enim ea provincia haereticis re-

---

[1] Hac occasione scripsit Canisius Ignatio 14 Octobris: "Et perche la sua Maiestà hora ci ha dato la assecuratione delle intrade molte bone per questo Collegio Viennense, talmente che con li fatti dimostra essere il vero fundatore et Patrono del primo Collegio et credo che non del ultimo in Germania, io vorria che anche havesse le 3 misse d'ogni uno sacerdote della Compagnia, siccome V. R. P. saperà ordinare."

[2] Haec ad verbum fere translata sunt ex litteris a Polanco, *ex com.*, datis Patri Nicolao Goudano 14 Octobris 1554.

ferta) [1], Strigoniensis etiam Archiepiscopus [2] Tyrnaviae nostrorum collegium institui postulavit. Invitaverat primo quidem P. Canisium ac P. Lanoyum ut sibi adessent in Synodo Tyrnaviae habenda [3] (nam, capta Strigonia a Turcis, ibi sedes Cathedralis erat); sed cum id fuisset impeditum quibusdam ex causis, decem ex nostris ad praedictum collegium instituendum sibi dari cupiebat, et necessarios reditus ad victum non difficile dari poterant a praedivite illo praelato, et in urbe ubi omnia hujusmodi satis vilia erant. Cum autem Romam ea de re scriptum esset, placuit P. Ignatio Ungaricum hoc Collegium inchoari et se subsidium operariorum missurum scripsit, cum res jam paratae ibidem essent, si tamen viaticum ad nostros Roma mittendos praemitteretur. Sed collegia hujusmodi in Polonia, Prusia, Bohemia et Ungaria oblata, dubitare se num mathematica an realia futura essent Roma significatum est, cum ipsimet Episcopi, vel quorum intererat, Romam non scriberent [4].

551. Eodem fere tempore, Vratislaviae Episcopus [5], quae civitas in Silesia [6] insignis est, et Moraviae, Bohemiae ac Polo-

---

[1] Vide supra, n. 532.

[2] "Nicolaus Olaus (Oláh) archiepiscopus strigoniensis iam tunc Societatem in Hungariam invitasse videtur. Vide infra, epistulam Canisii 8 Junii 1554 ad Polancum datam et *Socher*, l. c., p. 88-90.„ Ita Braunsberger, l. c., pag. 467, annot. 5.

[3] "Per il Sinodo del Vescovo Strigoniense, se si aspetta servitio di Dio Ntro. Signore, non pare senon bene si ritrovi detto P. Canisio, essendo richiesto dal Re ad instantia del Vescovo.„ Polancus, *ex com.*, Patri Nicolao de Lanoy, 26 Junii 1554.—Et Canisius Polanco 8 Junii: "De profectione R. P. Lanoy et mea in Hungariam propter Synodum nihil dubito quin audieritis. Dominus illam bene vertat!„ Quibus subjungit editor Braunsberger, l. c., pag. 476, annot. 1: "A. 1553 archiepiscopus strigoniensis (Esztergom, Gran) et primas Hungariae creatus erat eximius vir Nicolaus Olaus (Oláh); qui disciplinam ecclesiasticam, quinque synodis habitis, restituit et Societatis Jesu collegium anno 1561 Tyrnaviae constituit. Synodi ex proceribus ecclesiasticis et civilibus mixtae, quas "regias„ appellarunt, Posoniae in Hungaria habitae sunt annis 1554 et 1555. De quibus *Ignatius* comes de Batthyan, episcopus Transsilvaniae, in "Legibus Ecclesiasticis regni Hungariae.„ I (Albae Carolinae, 1785), 622-624.„

[4] *Mathematica* appellabantur ab Ignatio et Polanco et aliis illa Collegia, quorum instituendorum nulla spes, nulla cupiditas erat praeterquam in nostris et in aliis, qui necessaria ad eorum institutionem providere non valebant, cujusmodi fuere omnia fere illa, quae, ubicumque pedem figebat, erigi cupiebat P. Nicolaus Bobadilla. Ita eruitur ex pluribus Ignatii litteris et Patris Laynez.

[5] "Dioecesim vratislaviensem (Breslau) tunc regebat Balthasar a Promnitz (1539-1562); de quo *Mich. Jos. Fibiger* (Das in Schlesien gewaltthätig eingerissene Lutherthum, 2 Th. [Breslau, 1723], p. 146-219). *Aug. Kastner* (Beiträge zur Geschichte des Bisthums Breslau von 1500 bis 1655, in "Archiv für die Geschichte des Bisthums Breslau„ I [Neisse, 1858], 78-90). *Joh. Soffner* (Geschichte der Reformation in Schlesien [Breslau, 1887], p. 374-380).„ Braunsberger, l. c., pag. 483, annot. 5.

[6] *Silesia* etiam dicta.

niae finitima, litteris apud Regem Romanorum et apud Nuncium apostolicum [1], immo et Legato misso [2], urgebat causam eamdem, et collegium Societatis ad se mitti, id est, decem personarum, petebat, quibus concedere cupiebat novam scholam, recens institutam [3] in oppido Nissa, post ipsam Vratislaviam praecipuo, et uti Episcopus ipse degere solebat: ibidem enim catholice juventutem institui et gratis volebat. Contendebat autem hoc, qui missus fuerat ab Vratislaviensi Episcopo, ut duo ex Nostris eo mitterentur germani, reliqui autem ut ex Inferiori Germania essent, nam italos et hispanos non esse in illa provincia populo valde gratos; cum tamen is esset religionis status in provincia Silesiae, ut non tantum plebeji, sed infames homines et carnifices publice concionarentur et grati essent; et Vratislaviae, invito ipso Rege, erat qui doctrinam Lutheri aperte profiteretur ac doceret, et habebat vicinam saxonicam scholam ac potissimum Wittembergam, novarum factionum in religione reginam ac matrem [4]. Sed, variis impedimentis accedentibus, hoc collegium, saepius postulatum, hactenus [5] non coaluit.

552. Promiserat suis litteris P. Ignatius opus illud theologicum, quod P. Laynez incoeperat, et aliud minus eruditis, ut puta parochis, qui minus temporis habent, quod studiis suppeditent, accomodatum, cujus cura P. Frusio demandata erat.

---

[1] "Julius III litteris Roma 20 Novembris 1553 datis Ferdinando significaverat se in vicem Martinengi nuntium mittere Zachariam Delfinum (Delfino), episcopum electum "Pharensem„ (Lesina, insula dalmatica) et praelatum suum domesticum (ex * litteris archetypis, quae sunt Viennae in archivo aulae caesareae, Romana 1553, n. 43.) Delfinus id munus Viennae administravit annis 1553 | 1554-1557 (aliqua a. 1555 parte excepta) et 1560-1565 (*W. E. Schwarz*, Briefe und Acten zur Geschichte Maximilians II, 2. Th [Paderborn 1891], p. XIX)." BRAUNSBERGER, l. c , pag. 478, annot. 8.

[2] "Ex epistula ad Hosium data, quae his litteris (p. 487) subicietur, conici merito potest ab episcopo missum esse doctissimum virum Fridericum Staphylum, qui paulo ante ex Lutheranismo ad catholicam ecclesiam redierat." BRAUNSBERGER, l. c., pag. 483, annot. 6.

[3] "Scholam hanc nissensem (Neisse, nunc in Silesia borussica) episcopi mandatu Staphylus instituerat." ID. ibid., pag. 484, annot. 1.

[4] Desumpta sunt haec omnia et aliquantulum contracta ex litteris a Canisio ad Polancum datis 16 Augusti 1554.

[5] Scilicet quo tempore Polancus haec scribebat. Postea, anno 1580, *Missio* quaedam Vratislaviae instituta est, Vienna eo a P. Henrico Blyssemio, Provinciali, transmissis Patribus Matthaeo Krablero et Stephano Corvino, additis duobus Fratribus adjutoribus. "Quamquam haec expeditio tantum temporaria fuit, et A. 1582, 22 Martii, Martino Antistite exstincto, ipsa quoque, stabili Fundatione non nixa, exspiravit." SCHMIDL, *Historiae S. J. Prov. Bohemiae*, lib. IV, n. 242. Restituta denuo anno 1585, in Collegium tandem evasit anno 1646.

Utrumque autem Romanorum Rex expetebat et ideo valde jucundum nuncium ipsi fuit [1].

553. Matertera magistri Theodorici Canisii domum quamdam Noviomagi Societati offerebat, quae virgo natu grandis jam erat, sed rescripsit P. Ignatius P. Canisio donatricis ani-

---

[1] Quae de hoc duplici theologiae compendio acta hucusque fuerant, sic colligit BRAUNSBERGER: "Ferdinandus I litteris Vienna 15 Januarii 1554 a S. Ignatio petiit, ut a doctis aliquibus viris Societatis Romae existentibus compendium aliquod theologiae conscribendum curaret quod tam ecclesiasticis quam secularibus instar regulae et normae esset, levique pretio ab omnibus coemi posset. Se curaturum illud statim Viennae typis excudi et non solum in academia viennensi, sed et per regna sua doceri, praesertim vero operam daturum, ut illo parochi aliarumque ecclesiarum rectores in provinciis suis uterentur. Deliberatum quidem sibi fuisse id opus nonnullis Societatis doctoribus in Academia Viennensi existentibus, committere; sed se cognovisse, eos in vinea Domini tanta sedulitate alias praelegendo et docendo, tam in scholis quam in suggestu laborare, quod tanto operi absque dispendio et discipulorum suorum et christiani gregis, vacare nequaquam possent. Ignatius Roma 27 Februarii 1554 regi rescripsit: Post quadragesimam manus illi operi Romae admotum iri. Non dissimulabimus tamen, quod exactius, ac proinde doctius et difficilius, videtur opus necessarium esse, ut Viennae a Theologiae Professoribus praelegatur, quam, ut in provinciis a curionibus et ecclesiarum rectoribus, qui parum eruditi saepe esse solent, in manibus habeatur. Verumtamen utrisque hoc opus, quoad ejus fieri poterit, attemperare... enitemur.„ (*Acta Sanctorum* Julii VII [Parisiis et Romae 1868], 508. *Cartas de San Ignacio*, IV, 501-503. 437-438.) Hanc Ignatii promissionem sibi gratissimam accidisse Ferdinandus eidem significavit * litteris Vienna 7 Maii 1554, datis, quae etiam nunc apud nos sunt„ l. c., pag. 472, annot. 5. Et in pag. 473, ad haec Canisii verba: "Promissum enim Regi fuit a nobis, alterum fore compendium pro parrochis, alterum pro gymmasii huius Theologis et probavit Rex institutum„ subdit, annot. 4: "Canisio tunc iam scripta fuisse videntur a Polanco, quae S. Ignatius Ferdinando Roma 18 Julii 1554 scripsit: "Cum de re serius pensata idem theologiae compendium curionibus, ut populum instruerent, et professoribus, ut in scholis enarrarent, minime convenire posse intelligeremus, visum est tandem, duplici labore utrumque opus inchoandum esse„. Integram epistulam ex autographo Berolini exstante edidit *Gottl. Friedlaender*, Beitraege zur Reformationsgeschichte (Berlin 1837), p. 277-278; est etiam in Cartas de *San Ignatio*, IV, 467-468.„

Scripsit Canisius Polanco 16 Augusti: "Literis vestris, quae promittunt opus illud theologicum, Rex fuit exhilaratus, cupitque vestro iuditio et arbitrio absolvi has partes, tum pro sacerdotibus et Clericis, tum pro doctis et studiosis Theologiae facultatis tam Viennensis, quam Friburgensis. Utrumque Gymnasium Viennae et Friburgi Rex gubernat, et Catholice prorsus doceri vellet. Quare R. P. Praepositum rogo ut quantum opus est otij et temporis, habeant R. R. Patres D. Laynez et D. Frusius ad conscribendum librum utrumque, ut saltem circa sequentis anni principium pro Xenijs haec sancta Regi donaria offerantur, et coelesti Regi pro Magorum muneribus nuncupentur et consecrentur.„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 485. Sed scribere debuit alias ante Novembrem litteras, quae periisse videntur, quibus horum operum exequutionem nimis urgebat. Respondet enim ei duriuscule Polancus, *ex com.*, scribens 22 Novembris, haec inter alia: "Chi vedesse la Ira. di V. R. et il modo che tiene in lamentarsi perche non si finiscono quelli libri, potria pensare che non si recorda V. R. che habbiamo altro da fare in Roma. Voglio che sappia che di parecchi mesi in qua sta occupato il P. Frusio in questa opera, et in tal modo che, essendo lettor publico di nro. Collegio, non può leggere; et può pensare se patirà nro. Collegio, o no..... Di gratia V. R. non sia per l'advenire tanto liberale in promettere fatiche d' altri, almeno senza consultare prima Nostro Padre, perche di quello gli ha costato suo catechismo, può misurare l' opre di qua tanto più difficili.„

mum magis explicandum esse, num aliquod oneris scilicet esset adjunctum, quamvis illa ad hospitium tantum nostrorum illam se offerre significavit [1].

554. Vigesima quarta Augusti Mag. Erardus Leodiensis Sacerdos consecratus fuit [2].

555. Miserat Romam Episcopus Labacensis quosdam suos alumnos [3], inter quos quidam doctor Paulus fuit, qui, chabalisticae artis ope, de singulis scientiis conclusiones in utramque partem tenere plurimas ad imitationem Comitis Pici Mirandulani voluit. Dissuaserunt nostri Romae et potius aliis in rebus ut ingenium et tempus occuparet Paulus ille amanter curarunt; sed cum ille sibi similis esse pergeret, postquam in rebus spiritualibus aliquid ei auxilii collatum est, cum rediret, simul cum alio socio, ad suum Episcopum, existimavit P. Igna-

---

[1] De iis ita ipse Canisius Patri Polanco, 8 Junii hujus anni: "Soror novercae meae quam habet matrem M. Theodoricus frater, offert Societati domum non contemnendam Noviomagi, ut hospitium sibi paratum illic habeant, quoties accedent, qui sunt hujus nostri instituti. Virgo est senex et pia certe, cupitque responsum, ut in alios pios usus domum hanc transferat, si oblatam recuset nostra Societas. Quare digna mihi videtur, cui vel per me vel per alios de R. P. sententia mox rescribatur.„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 475.—Vide tamen quae 16 Augusti scripsit eidem Polanco idem Canisius, quibus subdit BRAUNSBERGER: "Noviomagus et illo et XVII et XVIII saeculis domo Societatis caruit. Ceterum vide quae infra dicentur ad epistulam Canisii 23 Maii 1555 datam„, pag. 486, annot. 1. Quae autem ibi, pag. 541 et 542 dicuntur ea sunt quae Leonardus Kessel Noviomagi gessit et quae adversus eum et Societatem Noviomagensis senatus decrevit.

[2] "Quanto al nuovo Padre Mtro. Erardo Iddio Nostro Signore lo faccia ministro utile per l' aggiuto di molte anime. Della facultà di sentir confessioni et assolvere, etc., V. R. gliela poteva dare senza scrupulo, perche mai hebbe intentione Nostro Padre di revocar quelle gratie che gli erano concesse a V. R.„ Polancus, *ex com.*, Patri Nicolao de Lanoy, 22 Novembris 1554, respondens litteris, quas Nicolaus Ignatio dederat mense Septembri.

[3] Die 27 Februarii 1554 scribebat Polancus, *ex com.*, Patri Canisio longam satis epistolam, cujus haec prima verba: "Charissimo Padre: mi è parso darli informatione piena del D. Paulo et del suo compagno Mtro. Antonio, insieme con doi altri giovani, uno chiamato Marco, et altro Georgio, tutti doi nepoti del Rmo. Labacense secondo l' informatione del D. Paulo.„ Ex his, si cum epistola, quam Labacensi Episcopo dedit Ignatius hac ipsa die 27 Februarii (*Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 435-437, 77-80), conferantur, facile eruitur sex juvenes hoc tempore in Collegio Germanico fuisse, a Labacensi missos: Paulum, Antonium, Bartholomaeum, Joannem, Marcum et Georgium. De Paulo vide infra in hoc ipso num., annot. 2. De Bartholomaeo et Joanne haec BRAUNSBERGER, l. c., pag. 445, annot. 4: "dubium esse vix potest quin ii sint, qui in catalogo collegii germanici antiquissimo 19 Julii 1553 collegium ingressi his verbis traduntur: "Bartholomaeus Philius laufer [sic; filius Lauferi?] Obernburgensis Labacensis dioecesis„, "Joannes Kobenzl Aquileiensis Dioecesis.„ (Cod. rom., 'All. coll. germ.' p. 4; cf. *Steinhuber*, l. c. (Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom.), I. 41.„ —Paulus et Antonius Roma profecti sunt Germaniam versus die 11 Martii. Ita in Polanci litteris ad Canisium vel Launoyum 14 Martii 1554.

tius commonefaciendum ipsum esse de alumnorum rebus [1]; sed bonus ac pius senex, qui suos diligebat et ab illo Paulo quaedam audiebat, quae ipsi pro suo ingenio dicere lubebat, aliquandiu a Societate alieno animo esse aliquo modo visus est; tamen ut erat pius ac rectus, et paulatim olfaciebat cujusmodi esset Paulus, ad pristinam benevolentiam et charitatis functiones brevi rediit [2].

---

[1] "Quanto al Reverendissimo Labbaccense, credo che sarria ad propositum auisar la sua Reverendissima Signoria de' questi suoi Maestri et alumni secondo che mi è scritto de nouo. Ma perche sua R. S. sta adesso in Labbaco, et forze tiene appresso di se quelli duoi Maestri, non ho voluto mandarli questi auizi. Spero che tornara per qua et alhora pigliaremo l' occasione d' auisar la sua signoria, con dire quanta humanità qui se habbia fatta alli soy. Iddio voglia, che sia al frutto delle anime sue.„ Ita Canisius Sancto Ignatio 16 Aprilis 1554. Quibus ad rem haec subdit editor: "S. Ignatius Roma 27 Februarii 1554 Urbano Textori episcopo labacensi scripsit: 'Magistrum Antonium et D. Paulum in rebus spiritualibus iuvare et in aliis studuimus, et utrique facultatem officii novi dicendi expediendi m per Summi Pontificis signaturam curavimus. Quod attinet ad facultatem D. Paulo impetrandam ad haereticorum libros legendos, et alia quae ad ipsum pertinent, Doctor Canisius nostro nomine referet D. V. Reverendissimae, quid sentiamus ad Dei gloriam et animae ipsius et aliorum utilitatem expedire' (Cartas de *San Ignacio,* IV, 436-437. 79-80). Dubitari vix potest, quin "D. Paulus„ ille sit Paulus Skalichius, quem ecclesiae perturbatorem evasisse infra videbimus.„ Braunsberger, l. c., pag. 458.

Iterum Polanco de hoc Paulo Canisius scripsit 8 Junii 1554, et Canisii verbis haec Pauli notitiam supponit Braunsberger, pag. 471, annot. 1: "Paulus Skalich de Lika (1534-1574), Zagrabiae (Agram) in Croatia nobili genere ortus, ingeniosus quidem atque eruditus, sed inconstans laudumque avidus erat. Viennae litteris excultus, anno 1553 Bononiae "theses divinas, angelicas, coelestes, elementales, humanas, christianas, philosophicas, metaphysicas, physicas, morales, rationales, doctrinales, secretas, infernales„ publice defendit. Postea Romam profectus et cum litteris commendatitiis Julii III. Viennam reversus, ibidem capellanus regis constitutus est et anno 1556 opus "Occulta Occultorum Occulta„ edidit. Cum autem anno 1557 in universitate viennensi insulsas quasdam sententias theologicas defendisset, Tubingam ad Lutheranos aufugit ibique in summum pontificem et Jesuitas acriter invectus est. Anno 1561 ab Alberto Borussiae duce lutherano invitatus, Regiomonte (Königsberg) theologiam docuit et plenum in Albertum imperium obtinuit, a quo non solum consiliarii officio ac multis pecuniis et agris, sed et oppido ac praefectura creuzburgensi donatus est. Scripto quodam asseruit in Christo tres esse naturas, idque multis circulis, triangulis, quadrangulis demonstrare conatus est. Precibus etiam cabbalisticis ac nummo annuloque magico ducem decepit, donec, communi in se odio concitato, officio et bonis privatus atque ex Borussia exsulare coactus est. Ab episcopo monasteriensi receptus, in ecclesiae catholicae tandem pacem redisse videtur; immo sunt, qui asserant ipsum ducem Albertum haud multo ante obitum suum cum ecclesia catholica Scalichii opera reconciliatum esse (*Bucholtz,* I, l. c., VIII, 223-224. *Denis,* l. c. p. 536-537. *Nic. Leutheringerus,* De marchia brandenburgensi l. 14, n. 7-9 [Scriptores de rebus Marchiae brandenburgensis I (Francofurti et Lipsiae 1729), 484-488]. *Janssen* l. c., IV, 187 ad 188. *Zeitschrift* für katholische Theologie, 18 Jahrg. [Innsbruck 1894], p. 411 ad 412. *C. A. Hase,* Herzog Albrecht von Preussen und sein Hofprediger [Leipzig 1879] p. 292-317. 374-377).„

[2] Canisius Polanco scripserat 8 Junii: "Cras abiturus est iterum Episcopus ad Ecclesiam suam; sed conor, ut amicus abeat, qui aliquandiu propter nostras de his suis alumnis admonitiones nescio quo dubio in nos animo videtur fuisse.„ Verum hic dubius animus nec duravit, ut ait Polancus, nec tantus fuit quantus Romae creditus est; scripsit enim eidem Polanco Canisius 16 Augusti: "De Reverendissimo domino

556. Hoc anno Rex Romanorum P. Canisium alloquutus est, et supplicationem quamdam Summo Pontifici porrigendam ad P. Ignatium mittere injunxit; nam per eum potius quam per suum legatum [1], quae ibi continebantur, tractari volebat, cum ad ipsius conscientiam pertinerent. Agebatur autem de quadam hospitalium novorum erectione, qua in re difficultatem ingerebat testamentum Caesaris Maximiliani, et Pontificis auctoritate indigebat ut quaedam immutarentur ad pias causas ex his, quae avus disposuerat. Cum autem P. Ignatius significasset se quidem paratissimum esse, sed non abs re futurum si litteras etiam fidei, quas credentiales vocant, in personam ipsius P. Ignatii Summo Pontifici scriberet, illico Rex eas expedivit, et ad eumdem P. Ignatium scripsit, et ita quod Rex postulabat, a Summo Pontifice fuit impetratum [2].

Labbaccensi qui cum Joanne suo huc rediit, et alibi Bartholomaeum ut in concionando se exerceret reliquit, hoc unum dicam, nihil illum a nobis iam alienum videri, et R P. Ignatij, quas accepit, literis delectari.„ Et paulo infra: "Quamquam miror sic meas intelligi litteras, perinde ac ipse Episcopus vobis esset valde conciliandus, et meis verbis factus alienior.„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 471 et 486.

[1] Didacum de Lasso.

[2] Canisius Polanco 8 Junii 1554: "Habeo in mandatis a Rege nostro, ut ad R. P. Praepositum ipsius nomine mittam supplicationis formulam, ex qua intelligetur quid sua Maiestas apud Sanctissimum impetrari velit coram per P. Ignatium, ut cui in hac parte fidit magis, quam alii etiam Legato suo. Agitur de hospitalium novorum erectione, cui causam praebuit testamentum relictum Caes. Maximiliani clarae mem. Confido non difficulter exorari posse Pontificem, ut optimo Regi consentiat in his, quae contra nullius iuris dispositionem, et solum ad pias causas petuntur, sicut paulo post ex ipsis literis meis accipietis.„ Quibus haec BRAUNSBERGER subjicit: "Ferdinandus litteris „ in oppido Pardowicz (Pardubitz in Bohemia) 21 Septembris 1554 datis Julium III., ut Ignatio in eo negotio plene fideret, rogavit, seque id testimonium Canisio suasore Romam mittere, eodem die Ignatio scripsit (Epistulae Ferdinandi sunt in *Actis Sanctorum* Julii VII [Antuerpiae 1731], 497, et in Cartas de *San Ignacio*, IV, 530-531). Ex epistulis, quibus Ignatius postea regem et Canisium de hoc negotio eiusque progressu edocuit, intellegitur Ferdinandum, praeter alia, haec petiisse: ut monasteria quaedam deserta vel quasi deserta in usum octo valetudinariorum a se condendorum convertere posset; ut valetudinaria aliqua ex uno loco in alterum transferre posset; ut indulgentiae quaedam valetudinariis illis concederentur (Cartas de *San Ignacio* IV, 483-481; V, 234-236).—Litteris autem Ferdinandi Vienna 4 Decembris 1554 ad Ignatium datis M. Singkhmoser secretarius eodem die "postscriptum„ addidit (nondum in lucem emissum), in quo dicit: Regem testamento Maximiliani I. caesaris ad duas ecclesias exstruendas obligari: unam Oeniponte in honorem S. Leopoldi austriaci, alteram Falcianae (Wels, Austriae superioris oppidum). Id autem difficile ac quasi supervacaneum fore, praesertim cum Ferdinandus Oeniponte ecclesiam, collegium, valetudinarium aedificaturus sit. Ideo regem ab Ignatio petere, ut id efficiat, ut pontifex ab ea testamenti parte se dispenset (ex * commentario vel apographo, quod est Viennae in archivo aulae caesareae, 'Niederoest. Akten' fasc. 4.„ l. c., pag. 476.

Ignatii ad Canisium litteras 21 Nov. 1554 datas comitabantur aliae ipsi Canisio a Polanco *ex com.*, datae, in quibus haec inter alia leguntur: "Avisarò la R. V. di un punto che qua ci è occorso, il qual sarebbe la via d'ottener quelli monasterii per gli

557. Febricula quaedam, qua P. Canisius in Collegio Archiducali laboravit, percommoda ipsi fuit, nam medici admonuerunt Regem et ejus consiliarios non convenire rationem victus, quem illo in collegio sumebat P. Canisius, ejus valetudini; et ita bona cum venia Regis ad nostrum collegium se contulit; et quamvis ad tempus id permitti [videretur] donec plenae restitutus esset sanitati, nec parentis (ut vocabant) officio eum absolverent, semel tamen inde egressus, numquam eo rediit [1].

558. Commendavit autem Regi, antequam in Bohemiam recederet, ut serio curaret conferri bonorum consilio, si quibus rationibus collabenti religioni in illis provinciis posset succurri. Duobus igitur consiliariis bene catholicis [2] simul cum P. Canisio et P. Nicolao Lanoyo, Rectore, consultationem hanc Rex commisit, ut de provinciis regiis in fide conservandis et instaurandis ageret. Rogavit etiam P. Canisius ut quid Romae nostri sentirent de mediis ad hanc conservationem et instaurationem, ad ipsos scriberetur; quod et factum est, et multa proposita fuerunt, quae tamen in re praesenti consideranda erant, ut quid loco et tempori ac rerum dispositioni conveniret ipsimet judicarent [3]. Fatebatur ipse Rex in dies magis labefactari statum religionis; sed cum de vindicanda injuria status ecclesiastici, de submovendis et puniendis haereticis agebatur, angebantur illi consiliarii, trepidabant, seditionis timore se excusabant, et, in epi-

---

hospedali che la Regia M.tà vuol far, et è questo: che sua M.tà si contentasse di dar le intrate di detto monasterio acciò si applicasero al collegio germanico, dove si allevano molti vassalli della M.tà sua per aggiutar dopo le cose spirituali di sue nationi; et in tal aplicatione non solo sarebbe contento il Papa, ma lo riputarabbe come grazia...„ 21 Nov.

Videndae de toto hoc, haud facili, negotio, praeter ea quae affert BRAUNSBERGER et pauca quaedam, quae in *Nova serie litterarum Sancti Ignatii* edentur, hujus ad Regem Romanorum litterae datae 25 Jun., 16 et 24 Jul. et 28 Augusti anni 1555, et 12 Februarii 1556, in *Cartas*, t. v et vi.

[1] Vide supra, n. 537, et Canisii litteras 7 Julii datas, ubi inter alia haec ait: "Christo summas ago gratias, quod tam commode illinc me traduxerit, id est, a tempestate ad portum, a foro ad templum, a mundo ad domum spiritualem, ab exteris ad domesticos, Patres et fratres.„—His respondet, *ex com.*, Polancus 13 Augusti: "Ci rallegramo in Christo della breve convalescentia della R. V. et che con tanto buona occasione sia ritornato fra gli nostri, dove starà con maggior consolation sua.„

[2] "Horum alter certe fuit Jacobus Jonas vicecancellarius, quem religionis vindicandae studiosissimum et piorum omnium patronum esse Canisius Polanco scribit 16 Augusti 1554.„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 478, annot. 4. ad litteras Canisii Polanco datas 7 Julii.

[3] Vide Canisii litteras 8 Junii, 7 Julii et 16 Augusti ad Polancum datas, et *Cartas de San Ignacio*, t. iv, pag. 283-292, 470-476 (quas edit, emendat et annotationibus illustrat BRAUNSBERGER, l. c., pag. 488-494), et pag. 354-358, 480-483.

scopos ac penuriam ecclesiasticorum culpam rejicientes, quodammodo desperabant: procedebat autem illa consultatio lentius quam nostri optassent, et demum hoc anno quicquam insigne ex ea non provenit [1].

559. Duo canonici noviomagenses, quorum alter erat P. Henricus Dionysius, Magistrum Theodoricum Canisium Viennam sequuti fuerunt, et inde Romam venientes, se obedientiae Societatis submiserunt [2].

560. Junio mense affligere P. Canisium coeperunt, tristi mentione facta Episcopatus Viennensis ipsi tradendi; sed P. Ignatius, ut superius suo loco dictum est, hoc illum timore et periculo liberavit [3].

561. Domus probationis, in qua quatuor fratres nostri novitii erant, sic Viennae inchoata fuit, ut novitii P. Erardum

---

[1] Vide infra, n. 567.

[2] Polancus litteris ad Canisium datis 15 Octobris (vide supra, n. 541, pag. 248), postquam eum de fratris Theodorici Romam adventu certiorem fecisset, haec de iis canonicis addit: "Pervenerunt et duo illi Canonici Nouiomagenses, qui multo citius iter confecerunt, et quamuis minus sint nobis explorati, adhuc bene speramus de utroque.„

[3] Vide supra, n. 16.—"De Viennensi episcopatu renovavit mihi tristem memoriam Reverendissimus Nuncius, falsum esse opto quod ex illius verbis suspicari cogor, et nuper ea de re scripto egi cum Reverendo praeposito nostro. Non sinet ille Christi gratia favente, ut ex animo desidero, me miserum in tale pistrinum et Labyrinthum conijci: a dignitatibus liberet pauperes suos dominus JESUS christus.„ Canisius Patri Joanni de Polanco, 7 Julii 1554. Qubus subdit editor BRAUNSBERGER: "Ferdinandus litteris sub idem tempus et ad procuratorem suum romanum et ad cardinalem Carpensem datis instanter egit, ut episcopatus viennensis Canisio imponeretur.„ *Canisii Epistulae et Acta*, I, pag. 478.—Canisius iterum Polanco 16 Augusti: "Quod ad miserum Episcopatum attinet, non possum non in anxia esse expectatione, cum audiam litteras a Rege simul et Legato mitti serias, quibus cogar onus subire miserrimum ex Pontificis authoritate. Qua de re nihil mecum actum est, sed ita retulit qui scripsit nomine Regis eadem in causa ad Cardinales nonnullos. Jamque fiduciam impetrandi conceperunt qui ordiuntur hanc telam nescio qui, nisi quod ex suspitione mihi subolet nonnihil de quibusdam non hic infimis. Utut sit, polliceor R. P. V. septem Missas in honorem Sanctissimi Spiritus, quamprimum nuntiarit conatus istorum in nihilum recidisse. Si secus eveniet certe deum peccatis meis implacabiliter velut iratum tota vita merito reformidabo.„ Ibidem, pag. 487. Vide etiam, pag. 500-501, Polanci litteras ad Canisium datas 15 Octobris 1554, quae sic incipiunt: "Septem illa sacrificia mihi oblata, si de Episcopatu Viennensi non admittendo scriberem, mihi deberi existimo, et a vestra charitate meo Jure (ut promissa) exigo.„ Cui Canisius, etsi eas Polanci litteras nondum recepisset (nondum enim acceperat nuntium *venisse Romam M. Theodoricum*, quod litterae illae ferebant), sic scripsit 26 ejusdem mensis: "Septies pro patre meo Polanco sacrificare sicuti promisi, non omittam, etsi non omni adhuc metu liberor. Sit mihi propitius dominus, ut a tali vexatione et laqueo eripiatur anima mea, ne audiam Euge, euge.„ Ibid., pag. 503.—Injunctum est tamen Canisio per apostolicas Julii III litteras 3 Novembris datas ut episcopatum viennensem uno anno administraret. Vide, praeter *Acta Sanctorum* mensis Julii, et *Cartas de San Ignacio*, IV, BRAUNSBERGER, l. c., pag. 505-509, et 511-512, et 520.

Avantianum magistrum haberent, sed tamen in eodem collegio eadem mensa uterentur [1].

562. Quamvis, sine ulla obligatione cantus, monasterium illud carmelitarum, ut diximus, nostri susceperint, singulis tamen dominicis diebus et festis Missam cantare in inferiori choro nostri coeperunt; et ex superiori fratres respondebant: fratres etiam nostri, nullis ordinibus adstricti ad canonicas horas legendas, praeter Missam, simul recitabant matutinas et vespertinas horas officii B. Virginis tono quodam aequali. Quamvis autem piis rationibus adducebatur P. Lanoyus ut hujusmodi canticis ac caeremoniis indulgeret [2]; res tamen P. Ignatio minime placuit, nec modus, sine ipsius praescripto, ritus hujusmodi inducendi; et ita P. Lanoyo scripsit ut per mensem integrum poenitentiam faceret [3].

563. Cum essent octo confraternitates civium Viennensium, qui ad templum carmelitarum conveniebant, et Missas quasdam singulis annis juxta sua instituta dicere soliti essent; cum nostri in monasterium illud migrassent, quod non illis prompte nostri satisfacerent, minabantur se ad aliud templum ituros, et sua ecclesiastica ornamenta eo translaturos: hoc autem quod illi minabantur, minime displicebat P. Lanoyo, cum praesertim observaret eorum aliquos parum pie de Missae sacrificio sentire; consultus autem P. Ignatius significavit, si possent sine imminutione divini cultus hae confraternitates saecularium in

---

[1] Fuse de modo hanc domum probationis instituendi scripsit, *ex com.*, Polancus Patri Nicolao de Lanoy 14 Augusti 1554.

[2] Canisio tamen, ut et postea Ignatio, "non semel displicuit facilitas R. P. Lanoij, qui ad cantiones hujusmodi in templo habendas et ad cerimonias quasdam fratrum imitandas nostris aut plusculum permittere, aut ipse sua sponte propendere visus est„. Ita ipse Canisius 8 Jun. 1554. Braunsberger, l. c., pag. 473.

[3] "Iisdem fere verbis relata haec sunt in codicem, cui titulus *Responsa Generalium* [S. J.] *in ordinem redacta*. Viennae in bibliotheca aulica, Cod. 12404 [scriptus medio fere saec. xvii] in v. "Cantus„ n. 10.„ Braunsberger, l. c.

Litteras autem, quibus poenitentia haec Patri de Lanoy injungebatur, non Ignatius sed Polancus scripsit. Ait tamen hic Polancus: *Scripsit (Ignatius)*, quia *ex* Ignatii *commissione* eas ipse scripserat. Datae sunt 30 Novembris hujus anni 1554, et in eis haec quoad poenitentiam leguntur: "Primo adunque mi raccomandò (Nostro Padre) ch' io dessi a V. R. una penitentia, che gli durasse per un mese; et questa sarà che ogni dì per detto tempo s' accusi auanti Iddio N. Sig.re di questa sua colpa et domandi spirito di unione et conformità omnimoda con la Comp.a universale, che del cuore s' estenda alle opere esteriori, tutte a gloria diuina. Secondariamente ordina S. R. che si leui subito tutto questo del cantar messe et matutino, etc., et s' accommodi al nro. procedere... Et questa lra. vuole S. R. che si legga etiam per li altri due dottori.„

aliam ecclesiam cum suis reditibus et ornamentis transire, optandum nobis id videri. Relinquebat autem judicio P. Lanoy an hoc ad imminutionem cultus futurum esset necne: quamvis autem P. Canisius optabat ut illud Collegium Viennense reliquis nostrae Societatis collegiis conforme redderetur, et id, quoad ejus fieri posset, P. Ignatius etiam optaret, ne, contra consuetudinem Missam ibidem cantandi, quadam cum violentia procederetur, condescendendum idem P. Ignatius censuit, nec expresse injungendum P. Rectori Lanoyo ut ad normam constitutionum nostrarum et aliorum collegiorum omnia exigeret. Commendavit tamen ut in hujusmodi rebus praeter Institutum nostrum, restrictior esset, et quantum fieri posset ad Institutum se accommodaret; et ita, quod ad organa ecclesiae attinebat (nam de his etiam consuluerat an essent pulsanda), prohibuit ne amplius ageret, cum nondum eorum pulsationem nostri inchoassent [1].

564. Quod attinet ad illud stipendium, quod professoribus Theologiae pendi solitum erat, et P. Canisio ac P. Gaudano ut publicis professoribus offerebatur, consulto illi pecuniam non admiserant, partim quod constitutionibus consonum id non esset, partim quod agebatur de dotatione perpetua collegii, et non expediebat ut, quasi dotationis pars, hoc stipendium assignaretur; postea consultus P. Ignatius respondit tunc quidem non esse admittendum hujusmodi stipendium; sed nihil in universum constituere voluit, donec rationes nostri viennenses in utramque partem ei scriberent. Quod autem in causa fuit ne aperte excluderet hujusmodi stipendia, id erat, quod habenda ratio videbatur majoris obsequii Dei et communis boni, cujusmodi esset totum onus lectionum Theologiae ejus Universitatis assumere, ut scilicet ab haereticorum manibus lectiones illae vindicarentur, et forte tota Universitas (quae pene conciderat, quod ad eas facultates attinet, quas nostri docere solent) in Societatis manus venire poterat; et si omnes praeceptores de Societate nostra essent, scholastici, qui passim propter praeceptorum corruptam doctrinam infici poterant, in catholica doctrina institui potuissent; et tunc hujusmodi reditus ad majo-

[1] Haec ad verbum fere deprompta sunt ex litteris, quas Polancus, *ex com.*, dedit Patri Nicolao de Lanoy, 22 Novembris

rem numerum scholasticorum Societatis alendum servire potuissent [1].

565. Cum nostri Viennenses complures litteras Romam misissent, quae de rebus Societatis agebant, et nullae ipsarum ad P. Ignatium destinarentur, injunxit ille ut omnes remitterentur ad eos, et admoneri eos jussit ut in posterum omnes litteras, ad Societatem pertinentes, capiti Societatis inscriberent; de rebus autem et negotiis particularibus ad alium destinari litteras non prohibebat [2].

566. Cum quinque scholas nostri aperuissent in novo collegio, decem in eis praeceptores occupabant ut iidem illi, qui praelegebant, alias lectiones publicas Universitatis audire possent, quas promovendi ad magisterium audire juxta statutum Universitatis cogebantur; alias etiam theologicas audire debebant, ne praeceptores egregii perpaucis auditoribus praelegerent; inde tamen accidebat ut minus nostri proficerent quam par erat. Lectiones praeterea theologicae sic praelegebantur, ut vix duobus annis epistola ad Romanos absolvi potuerit, et quartus liber sententiarum a P. Gaudano totidem annis praelectus est. Admoniti sunt ergo nostri Viennenses, primum ut progressum majorem professores facerent, deinde ut qui humanioribus litteris et philosophiae dabant operam, quoad ejus fieri posset, theologicis lectionibus non occuparentur; et commendatum est Rectori ut serio curaret ut nostri eruditi in sua quisque facultate evaderent; et si ad honorem Universitatis pertinere censebatur,

---

[1] Haec etiam continentur supra, annot. praeced., memoratis litteris Polanci ad Lanoyum datis 22 Novembris.

[2] Praeceptum hoc, de litteris scribendis et S. Ignatio non Patri Polanco superscribendis seu dirigendis, datum jam saepius et pluribus aliis praeter quam Canisio fuerat. Cum enim viderent Socii per Europam dispersi suis litteris, ad Ignatium datis, Roma per Polancum rescribi, ad Polancum et non ad Ignatium litteras suas superscribere coeperunt. Polancus tamen *ex commissione* Ignatii rescribebat et in rescribendo nihil aliud erat, ut ipse ait *(Cartas de San Ignacio,* t. III, pag. 130), quam Ignatii respondentis manus. Ideo ad Ignatium litterae superscribendae; minime vero ad ejus manum, nempe secretarium.—Praeceptum autem erat hujusmodi: "Circa il modo di scrivere le lettere appartenenti alla Compagnia universale o vero al Collegio di Genova (desumimus haec ex litteris ad P. Antonium Soldevilla, Genuae degentem scriptis), V. R. l' indrizzi a Nostro Padre; sempre d' altre cose private, s' occorreno, le potrà indrizzar a me o ad altri per modo d' introclusa aperta et facendo nelle lettere di Nostro Padre mentione di tali lettere, perche questo è ordine suo. Oltra di questo, le cose che possono dar edificatione, siano in lettera principale et mostrabile; le altre de negotii in lettere introcluse, perche anche questo osserva la Compagnia...„ 22 Novembris 1554.

Huic autem praecepto paruisse Canisium patet legenti memoratum opus *Canisii Epistulae et Acta.*

ut in singulis lectionibus non pauci auditores essent, posse Majestatem regiam pro centum scholasticis dotationem collegii facere, ut sic demum ex nostris singulae scholae superiores satis multos auditores haberent [1].

567. Sed prorsus male habebat Universitatis et totius ecclesiae status negotium, quod hoc argumento Labacensis Episcopus ostendebat, quod nullus Viennensium civium totis viginti annis praeteritis ad sacerdotium promoveri voluisset [2], ut minus mirandum sit quod aliquis ex nostris doctoribus Viennensibus existimaret fructum parum uberem ibi colligi, et in missionibus per varia loca discurrendo uberiorem longe colligi posse [3].

568. Quod autem de reformatione religionis quibusdam, ut superius memini, propositum fuerat, simul cum PP. Canisio et Lanoyo, lente procedebat, et quae nostri Romae suggesserant ad id negotium promovendum, in meliorem occasionem reservabant, ut fructum uberiorem adferrent [4]; suggerebat autem Canisius plures legatos Apostolicos in vastissimas illas regiones septentrionales mittendos esse.

569. Cum optime de Societate meritus D. Jonas, Cancellarius, communicationem bonorum Societatis sibi fieri devote postulasset, et quidem litteris P. Ignatii id contestatum cuperet, et juxta votum obtinuisset, summas illi gratias agens, omnem suam operam Societati officiosissime impendebat [5].

---

[1] Quae breviter toto hoc num. 566 dicta sunt, fusius exposita reperiuntur in litteris a Polanco, *ex com.*, Patri Nicolao Goudano datis 9 Octobris 1554.

[2] His verbis, quae parum immutata in suam *Canisii Vitam* transcripsit SACCHINUS, p. 96, addit BRAUNSBERGER: "Ac *Fredericus Nausea* episcopus viennensis haud multo ante conquestus erat: «Paucissimi enim, vix unus aut alter e scholis Viennensibus interdum prodeunt Clerici, et tamen in Civitate Viennensi plus minus sexcentos constat esse Scholares et studiosos.» (Episcopatus Viennensis Austriae Gravamina ed *Seb. Brunner* in "Studien und Mittheilungen aus dem Benediktiner und Cisterzienser. Orden.„ 4. Iahrg. II. [Würzburg-Wien 1883], 162-164.)„ *Canisii Epistulae et Acta*, I, pag. 444, annot. 1.—Vide supra, n. 558.

[3] Is erat P. Nicolaus Goudanus, ut ex Polanci litteris eruitur, quibus ejus animum quandoque erigit. Vide supra, n. 522.

[4] Vide supra, pag. 259, n. 558.—"Expectamus meliorem occasionem, ut quae ad Reformandum hic Religionis statum proposuistis, fructum aliquem adferant, CHRisto largiente „ Canisius Polanco 16 Octobris 1554. BRAUNSBERGER, l. c., pag. 502.

[5] "Qui si manderà quella communicatione delle gratie della Compagnia per il magnifico Cancellario Giona, il quale salutarà officiosamente la R. V. per parte de Nostro Padre.„ Polancus, *ex com.*, Patri Canisio 10 Septembris 1554. Prius, sc., 16 Augusti scripserat Polanco Canisius: "Quoniam vero in Cancellarij mentionem incidi (D. Doctorem Jacobum Jonam eum vocant), hoc sciat velim prudentia tua, virum esse

570. Collegium Tyrnaviense hoc anno mitti non potuit, cum in Ungariam Turcae irrupissent, et novis eam calamitatibus afflixissent [1], et ideo magis serio agi coeptum est de Collegio Pragensi, cujus initium hoc fuit. Rex Romanorum Ferdinandus hoc anno, ut superius diximus [2], [in Bohemiam] se contulit, quem consequutus Episcopus labacensis ejus confessarius, sumpta occasione ex quodam monasterio Coelestinorum [3], in quo unus tantum religiosus reliquus erat, dixit Regi, quod sibi videretur expedire ut locus ille cum reditibus suis nostrae Societati assignaretur, ut ibi collegium simile Viennensi institueret. Statim Ferdinandus Rex non solum contentum, sed propensum etiam se exhibuit. Scripsit ergo Episcopus Labacensis P. Canisio ut [4] collegiales qui in monasterio illo collegium instituerent.

---

primae et summae authoritatis apud Regem, in vindicanda Religione nobis valde faventem, piorum omnium et Religiosorum fratrum Patronum singularem, qui deinde quanti nos faciat, quam sedulo nostra curet ac promoveat collegium isthuc, cum parem habeamus neminem, haud facile dixerim. Rogat autem a R. P. Praeposito, sicut in postremo colloquio exposuit mihi, ut meritorum, quae Societati donat immensa bonitas, et ipse particeps fiat, habeatque participationis illius testes literas. Ego nil dubito, quin optime collocatum hoc in eum benefitium esse possit, neque ullum e Germanis novi, per quem ad promovendam Religionem acturi melius videamur.„ Quibus subdit Braunsberger, pag. 485, annot. 2: "Ab antiquis ecclesiae temporibus hoc fiebat, ut monachi laicos pios et in se beneficos ad specialem quandam *familiaritatem* admitterent, precum et sacrificiorum suorum peculiari modo eos participes redderent, nomina eorum in *libro vitae* monasterii inscriberent *(Ad. Ebner,* die Klösterlichen Gebets-Verbrüderungen bis zum Ausgange des Karolingischen Zeitalters [Regensburg 1890] p. 20-27, 57-64.„

[1] Scribebat Canisius Ignatio 16 Octobris: "ultra le sperituali *[sic]* necessitadi la sua Maiestà ha molto de patire nell' Ungaria dalli Turchi, li quali hanno fatto una nuova irruptione et hora ci possono dare grandi danni.„ Quibus subdit Braunsberger, l. c., pag. 499, annot. 7: "Anno 1554 castellum montanum Fülck, quod metallorum hungaricorum propugnaculum quoddam erat a Turcis captum est *(Jos. von Hammer,* Geschichte des Osmanischen Reiches. II (2. Aufl. Pesth 1834) 240-241).„

[2] Supra, pag. 259, n. 558

[3] "Congregatio Coelestinorum, ordinis sancti Benedicti, a Sancto Petro de Morone, qui postea Coelestinus V papa fuit, saeculo XIII. instituta, in Germania ante Lutheri tempora domicilia complura habuit. Inter quae monasterium erat, quod Canisius hic significat: "Sancti Spiritus„ oybinense, in Lusatia superiore (Oberlausitz) prope oppidum Zittau in monte Oybin una cum arce regia situm; quod Carolus IV. imperator romanus et Bohemiae rex litteris Lucae 17. Martii 1369 datis condiderat. Ultimi eius monachi iique paucissimi anno 1546 sponte ex monasterio emigrasse et Zittaviae in domo ad monasterium pertinente ('Väterhof') consedisse feruntur [?]; paenultimus anno 1555 obiit *(Herm. Gust. Hasse,* Geschichte der Sächsischen Klöster in der Mark Meissen und Oberlausitz [Gotha 1888] p. 226-229. *J. F. Böhmer,* Regesta Imperii VIII. [ed Alf. Huber, Innsbruck 1877], 391. *Christ. Ad. Peschek,* Geschichte der Cölestiner des Oybins [Zittau 1840] p. 20. 31. 113).„ Braunsberger, l. c., pag. 496, annot. 2.

[4] Duo hic sunt verba in ms., unum superadditum inter lineas, quod omnino legere non valemus, alterum quod esse videtur *praepararent.* Respondent autem ea iis Ca-

571. Erat autem monasterium in finibus Bohemiae, Lusatiae, Misniae et Silesiae, quae magni momenti provinciae sunt. Respondit Canisius non sibi opportunum videri locum illum, cum procul a civitatibus esset, sed in aliqua ex praecipuis civitatibus, ubi messis uberior speraretur, esse constituendum. Cum autem Canisii litterae Regi Ferdinando oblatae fuissent, statim ille constituit in civitate Praga, quae metropolis est Bohemiae, collegium constituendum esse, quamvis illius monasterii deserti reditibus aleretur; obtulit etiam de suo se additurum quod amplius necessarium esset, cum non exiguum fructum ad regnum Bohemiae inde proventurum speraret [1].

572. Ex ea civitate, Praga scilicet, primae radices haeresum Germaniae prodierunt, et jam totos centum annos Episcopo regnum illud caruerat, ex quo Hieronymus Pragensis in Concilio Constantiensi combustus fuerat [2], et, ultra veteres sectas picharditarum [3] et usitarum, novas etiam pragenses amplexi erant, et fere omnes sub utraque specie communicare solebant, et cum libertatem lutheranam gustare coeperunt, secta usitarum paulatim declinabat, arctis illis jejuniis et caeremoniis usitarum neglectis. Erant tamen satis multi catholici Pragae, et tam affecti ad Societatem nostram, ut quidam eorum reditus offerrent regiae majestati ad nostros alendos antequam de collegio instituendo ipse ageret [4].

---

nisii verbis: "che se mettesse la gente in ordine„, et scribi posset *ut praepararentur* vel *ut sese praepararent*. Cf. Canisii litteras ad S. Ignatium, 14 Octobris 1554, apud BRAUNSBERGER, l. c., pag. 496.

[1] Vide memoratas supra litteras Canisii ad Ignatium 14 Octobris.

[2] "Hieronymus Pragensis, Joanni Hus amicus et consentiens, 30 Maii 1416 a concilio de haeresi pertinaci et iterata damnatus et magistratui civili traditus est; qui eum eodem die igne necavit„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 495, annot. 3.

[3] "Picardi vel Picarditae asserebant eucharistiam non esse colendam; in ea non esse Christum sed solum panem solumque vinum, etc. Ac generatim quidem, quicumque dogma transsubstantiationis reiciebant, tunc "Picardi„ vocati esse videntur, maxime vero "unitas fratrum„ sive illi, quos "fratres bohemos„ nunc dicere solemus. *(Alf. Huber,* l. c., Geschichte Oesterreichs, [Gotha 1892], IV, 109-110, 135).„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 498, annot. 2.

[4] "Inter primos Societatis patronos pragenses, praeter Henricum Scribonium et Antonium Brus (de quibus infra), praecipui fuisse videntur abbas monasterii sionaei, ordinis praemonstratensis (Vitus Theophilus) et abbas monasterii S. Margarethae brevnoviensis, ordinis benedictini (utrumque monasterium hodie quoque exstat: alterum—Strahov—Pragae, alterum—Brevnov prope Pragam). Ac brevnoviensis abbas Societatis scholam imprimis a Canisio petebat, cui suos etiam fratres instituendos tradere posset. Licet autem Matthiam abbatem, qui a. 1551 decessisse fertur, id petiisse communiter scribant, ego conjecto a successore eius factum esse; qui fuit Joannes a

573. Interim autem dum Rex Ferdinandus Romam scribit, Episcopus Labacensis P. Ignatium suis litteris praevenit; scripsit et P. Canisius [1]. Duodecim ex Societate nostra expetebantur, quibus et viaticum Romam mittebatur; inter eos duo theologi doctores expetebantur, ut non solum seductis sed etiam seductoribus se possent opponere. Pestis tamen effecit ut Rex aliquandiu initium collegii differendum censeret, multos enim vel uno die Pragae lues illa tunc extinguebat; ideo in annum sequentem res est ejecta. Haec autem duo collegia, scilicet Viennense et Pragense, confirmanda videbantur antequam multa alia admitterentur; sed tertium, scilicet Ingolstadiense, P. Canisius etiam admittendum judicabat, propterea quod Dux Bavariae hoc anno et litteras ad Summum Pontificem et ad P. Ignatium dederat, et suum secretarium D. Henricum in Urbem miserat [2].

574. Urgebat Episcopus Varmiensis nostrorum ad se missionem, et viaticum miserat in Urbem, et mirabatur secretarius Regis Poloniae [3] dilationem [4]; sed tam multa collegia tam cito admitti non poterant, cum praesertim germani et docti viri expeterentur; male se habebant negotia religionis in Polonia, et nobiles multi infecti erant, et nonnulli praelati. Alia civitas Provinciae Silesiae praefectum aliquem suae scholae petebat, et

---

Chotovv, nobilis Polonus († 1575) (*Magn. Ziegelbauer* O. S. B., Epitome historica Monasterii Brevnoviensis [Coloniae 1740] p. 71-72. *Beda Dudik* O. S. B., Geschichte des Benediktiner-Stiftes Raygern II [Wien 1868], 60)." Braunsberger, l, c., pag. 497, annot. 1.

[1] Vide has Canisii litteras, ex quibus quae superioribus his tribus nn. continentur desumpta sunt, apud Braunsberger, l. c., pag. 495-500. In iis notatu quaedam dignissima sunt circa eorum dotes qui ad istud Collegium inchoandum venturi erant.—Regis Romanorum litteras ad Ignatium et Ignatii responsum habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 532 et 374. Quaedam etiam reperies in *postscripto* 28 Novembris addito Polanci ad Canisium litteris 22 ejusdem mensis.

[2] "Henricus Schweicker, Alberti V ducis secretarius, mense Maio a. 1554 Romam missus erat, ut Collegium ingolstadiense ab Ignatio impetraret." Braunsberger, l. c., pag. 502, annot. 4 ad Canisii litteras Polanco datas 26 Octobris 1554, e quibus ea, quae hoc n. narrantur, deprompta sunt.

His autem tribus collegiis, de quibus hic fit sermo, addendum videtur Oenipontanum, de quo agi jam audiebat Canisius ante hujus anni finem, ut scribit ipse litteris ad Martinum Cromerum datis 6 Novembris. Quid vero audisset, vel potius quid jam cum Ferdinando agere incoepisset, narrat ipse Ignatio 25 Martii 1555.

[3] Martinus Cromer.

[4] Haud segnius quam Episcopus ipse Varmiensis urgebat Canisius hoc negotium, ut ejus litteris apparet ad Cromerum datis 6 Novembris et 27 Decembris 1554 et 15 Januarii 1555.

ad integrum collegium sustentandum rationem aliquam se inire scribebat [1].

575. Quatuor admissi fuerunt in Societatem Novembri mense, duo scilicet scholastici, Urbanus Pataviensis, germanus, et Petrus de Chiasira, illyricus; alii duo coadjutores fuerunt, alter hispanus, Michaël Nabassa, qui tenebat ungaricam linguam, germanicam, slavonicam, italicam et gallicam, et ita, eo substituto, licuit nostris saecularem coquum dimittere: 4.us fuit faber quidam caementarius, italus, valde pius et bonus, nomine Gratianus.

576. Actum est cum Cancellario Jona ut in oppido de Crems [2] locus Societati assignaretur, ubi cum uno sacerdote nostro, qui populum doceret et juventutem, aliqui etiam fratres habitare possent; et res Regi Romanorum placuit, et commisit Episcopo Labacensi ut de loco idoneo informationem caperet.

Et haec de Viennensi Collegio dicta sufficiant.

DE COLLEGIO COLONIENSI [3].

577. P. Leonardus Kessel praefuit hoc anno sicut et praecedentibus Collegio Coloniensi, et aliquando tres tantum, aliquando sex, aliquando solus ipse Leonardus Coloniae mansit. Cum

---

[1] Haec quae in extrema paginae ora addita sunt, videntur esse eorum iteratio, quae supra, pag. 253, n. 551, de schola in oppido Nissa instituta dicuntur.

[2] Sic; nunc autem ab omnibus fere *Krems*, Cremsa, Cremisium, oppidum ad Danubium situm, undecim circiter leucis Vienna ad septentrionem distans. FERRARI, *Lexicon geographicum*. "Cremsa, Cremisium, Krems, oppidum austriacum, ad Danubium haud procul a Bavaria situm„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 277, annot. 7. – De hac autem Societatis *residentia* ad urbem Krems, nullibi adhuc in Ignatii seu, *ex* ejus *commissione*, Polanci litteris mentionem factam reperimus praeter hanc: "Circa il negotio di Crembs et del frllo. de M. Agnolo (Suriano) bo. me , non dubito haverà V. R. cura al suo luogo et tempo.„ Patri de Lanoy, 2 Januarii 1554 (Vide supra, pag. 10, n. 10).

[3] Pauca omnino de rebus hoc anno Coloniae gestis habet ORLANDINI *Hist. Soc.*, lib. XIV, n. 45; pauca etiam, eademque fere, REIFFENBERG, qui suam hujus anni narrationem his verbis exorditur: "Anni supra millesimum quingentesimum quinquagesimi quarti acta pleraque cum interciderint injuria temporum, multorum loco constare hoc unum debet, unius fere Leonardi fideli atque irrequieta opera res Societatis ac decus

enim pestis anno superiore in colonienses valde grassata esset [1], populus initio hujus anni reversus quidem est, sed cum adhuc manus Domini esset extenta, hoc etiam anno pestis rediit, et ita fratres in varia loca extra Coloniam destinabat; quamvis autem subinde alios atque alios in Societatem ipse admitteret (ut dicemus), non Coloniae retinendos illos censebat. Unus ex sociis, qui anno ineunte cum P. Leonardo versabatur, Thomas ille Marchicensis erat, qui P. Bernardo Oliverio [2] comes adjunctus fuit, et ab eo recedens Lovanii, studii gratia Coloniam, P. Leonardo cohabitaturus, venit: alter erat quidam sacerdos, Joannes a Catena dictus, qui, quamvis vota Societatis emiserat, et ad nutum obedientiae paratus esset, placuit tamen P. Ignatio ut apud patrem coloniensem decrepitum et ejus opera indigentem maneret [3]. Cohabitavit eidem quidam Petrus Adrianus [4], zelandus, qui diu Romae et aliis Italiae locis (nam hic fuerat in Societatem admissus) diu toleratus fuit, cum animo et corpore infirmus esset, et cum P. Quintino [5] in Germaniam missus, et Coloniae retentus, sibi similis esse perrexit, et longanimitatem cum quibusdam, qui non tam infirmitate quam voluntate officio suo desunt, parum tandem juvare opere ostendit; nam postquam aliquandiu Coloniae sub P. Leonardo vixisset, sic se gessit, ut tandem dimittendus fuerit.

578. Colonienses erga Societatem bene affecti videbantur, nec ullus erat, qui non bene sentire de nostris et eis favere privatim loquendo videretur. Bonus etiam odor Collegii Romani

---

perstitisse; tam suavi etiam foras per circumjacentes agros diffuso odore, ut ex tam exiguis sociorum Agrippinensium copiolis ad se quoque deduci colonias urbes exterae deposcerent. Primas in his partes sibi vendicat Neomagum...„ *Historia Societatis Jesu ad Rhenum inferiorem*, lib. II, cap. VIII, n. XXIIII.—Ea ipsa enucleatius aliaque non pauca, ut legenti patet, enarrat Polancus.

[1] Vide supra, t. III, pag. 265, n. 591.

[2] Vide supra, t. III, pag. 21, n. 30.

[3] "Quod attinet ad M.rum Joannem Cathaenam *(sic)*, quandoquidem non expedire videtur R.ae V.ae ut suum patrem modo relinquat, maneat cum eo et suo profectui in litteris et in spiritu invigilet. V.a R.a ei indicet Patrem nostrum ejus votum accepisse, et in nostram Societatem quam amantissime ipsum admittere, et audiendi confessiones et Eucharistiae sacramentum administrandi facultatem ei concedere, et quidem ad casus omnes qui V.ae R.ae videbuntur (cujus judicium hac in re Pater noster sequetur) suam et Societatis auctoritatem in absolvendo communicare, quae omnia cessura in Dei gloriam et communem utilitatem speramus.„ Polancus, *ex com.*, Patri Leonardo Kessel, 1 Maji 1554. Vide etiam Polanci ad eumdem Kesselium litteras, *ex com.*, datas 13 Novembris ejusdem anni 1554.

[4] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 86-88.

[5] Patre Quintino Charlart. Vide supra, t. III, pag. 263, n. 586, et pag. 283, n. 636.

nostrae Societatis sic Coloniae sparsus erat, ut a plurimis modus ille tractandi studia Coloniae expeteretur, ubi illa jacebant valde et in dies magis intepescebant; unde prior Carthusiae Coloniensis [1] supplicationem Senatui obtulit (ut ipse nostris narravit) ut aliquos de nostra Societate postularent, quorum opera perdita studia instaurarentur, et juventus, in religione et moribus male instituta, studiosius et utilius institueretur. Sed senatus deliberare se velle ea de re [dicens] responsum distulit.

579. Idem bonus P. Prior cum Romanum Collegium penuria rerum temporalium laborare intelligeret, centum illi aureos in subsidium misit [2].

580. Quidam etiam dives coloniensis domum quamdam Societati dare in usum Collegii Coloniensis decrevit, cujus filius, in philosophia ad magisterium promotus, Societatem ingressus fuerat. Alii, muneribus missis, bonum animum suum erga collegium significabant, et summopere Collegium Coloniae serio institui optabant, ut simulatque fuerit admissum suis illud auxiliis temporalibus promoverent. Ex duobus etiam locis extra Coloniam Societas nostra expetebatur et loca offerebantur [3]: admonitus fuit tamen P. Leonardus a P. Ignatio ne se inconsulto locum ullum extra Coloniam admitteret; jam enim experientia docuerat quod haec onera collegiorum, quamvis proximis utilia, Societati tamen id temporis satis gravia erant.

581. Vacabat P. Leonardus pro more suo concionibus, et magnum scholasticorum numerum ad sacramentum poenitentiae accedentium audiebat; ex popularibus autem non pauci, ac praesertim vicini, ad confessionem et communionen octavo quoque die accedere consueverant. Cum autem gratia jubilaei ad eumdem P. Leonardum Roma missa fuisset, intellexit ab Episcopo etiam missam fuisse; et dolebat quod hujusmodi gratiis Sedis Apostolicae parum homines illi afficerentur: ipse autem quibuscumque potuit, jubilaeum illud et significavit et impertitus est.

582. D. Groperus [4] se admodum amicum Societati exhibe-

---

[1] Gerardus Kalckbrenner, Hamontanus, de quo jam saepius hic et in *Hist. Soc. Jes.*, et *Cartas de San Ignacio*, etc., etc.

[2] Vide Ignatii ad Priorem Carthusiae Coloniensis litteras in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 477 et 298.

[3] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 680, annot. 1.

[4] Dr. Joannes Gropperus.

bat. Videbatur autem et ipsi et aliis, qui benevoli nostris erant, ad Dei gloriam et multorum utilitatem fore, si P. Leonardus extra Coloniam aliqua ejus dioecesis loca lustraret, et cum parochis ageret, ad aliqua spiritualia exercitia [eos] adducendo et ad meliora exhortando, et ut scholas puerorum inviseret et reformari curaret [1], ad quae peragenda litteras et jurisdictionem necessariam ab Episcopo sibi datam ei communicare volebant; sed tunc quidem frigus ingéns id impediebat, sub finem scilicet Januarii; deinde cum solus esset sacerdos, optabat a P. Ignatio socium aliquem sacerdotem ad se mitti, ut dum ipse peregre ad talia charitatis opera exercenda proficisceretur, Coloniae, ipsius loco, domui praeesset, et saltem fructum ille conservaret, qui non poenitendus in his videbatur, qui Coloniae ipsius opera utebantur.

583. Nam, praeter frequentiam sacramentorum, superfluitatem illi in vestibus, conviviis, etc., ad pios usus convertebant; et illi ipsi, qui soliti fuerant eo tempore, quod Quadragesimam praecedit, saeculi hujus vanitatibus se dedere, magno cum fervore, eo ipso tempore, orationibus, ciliciis et aliis poenitentiae operibus vacabant, et quidem sponte sua et non ad hoc incitati, ut peccatorum poenitentiam agerent, et a Deo impetrarent eisdem emendationis gratiam, usque adeo, ut P. Leonardus cohibere ejusmodi poenitentiae opera deberet. Exercebant etiam se strenue in operibus charitatis, ut in pauperibus visitandis et sua eleemosyna sublevandis, et hi bona ex parte ex vicinis erant. Sed et alii, qui in Quadragesima multi accesserant, omnes vitam in melius mutare studebant, inter quos duo desperatissimi homines erant, qui cum daemone per annos aliquot fuerant conversati: duo etiam anabaptistae, postquam aliquot annos ea peste laborassent, ad ovile Christi redierunt, et singulis hebdomadis confiteri et communicare pergebant.

---

1 "Quod Rdus. Dnus. Grupperus (sic) suadet de Dioecesi Coloniensi invisenda, de curionibus in spiritualibus exercendis, de studiis juventutis reformandis, perplacet, et suam operam V. R. utiliter admodum ea in re videtur collocatura. Non tamen diu admodum extra Coloniam manendum esse videretur R.ae V ae Nam aliquos ex ea Universitate X.° Dno. acquirere magni faciendum arbitramur, et forte Dnus. Deus Collegia fieri Coloniae et Lovanii noluit ut aliquid melius ad commune bonum provideret. Et revera juvenes studiosos et bonis ingenii, probitatis et doctrinae dotibus ornatos ad X.um trahere prae multis collegiis materialibus aestimandum ducimus.„ Polancus, *ex com.*, Patri Leonardo Kessel, 1 Maji 1554.

584. Cum P. Bernardus [1] Coloniam sub finem anni praeteriti venisset, ut in Belgium progrederetur, comitatus est eum P. Leonardus Lovanium usque; et cum inde in patriam valetudinis gratia P. Bernardus iret, rediturus Coloniam idem Pater, juvenem quemdam decem et octo annos natum, qui se ipsi obtulerat ut in Societate nostra Deo serviret, secum adduxit.

585. Juvenis alius Leodiensis, viginti et unum annos natus, nomine Leonardus, cum S.ti Lamberti sacellanus esset, nondum sacerdos, et saeculi vanitatibus valde deditus, Coloniam veniens, et P. Leonardum semel aut iterum alloquutus, sic fuit a Domino compunctus, ut de re nulla alia quam de saeculo deserendo ac Deo inserviendo serio cogitaret. Post dies aliquot coepit confiteri et communicare, et cum post confessionem generalem magnopere contenderet ut in Societatem admitteretur, in domum admissus est, cujus conversio totam civitatem leodiensem in admirationem convertit; cum enim litteris valediceret, et quaedam, quae ei Dominus dabat, eisdem loqueretur, canonici quidam ad eum venerunt, ex eadem ecclesia S.ti Lamberti, qui multis cum lacrymis se vitam in melius correcturos ei promittebant. Veniebant et ad eum milites, qui lacrymantes dicebant: "O Leonarde, quomodo es jam mutatus, et ad Christum conversus! quid nos miseri faciemus ut salvemur?„ Promittebant autem et ipsi meliora, et se ejus orationibus commendabant; ad alios etiam admiratio perveniebat ex his, qui Deum non timebant, qui proverbio quodam, apud eos usitato, dicebant quod diabolus eremita factus esset [2].

586. Tertius etiam juvenis ex Tilla [3] civitate, spiritu Domini accensus, ad P. Leonardum venit, Jacobus nomine, quem a religionis proposito per duos annos parentes, qui ex praecipuis ejus civitatis erant, retardaverant; sed ille patrem et matrem plus quam Christum non esse diligendos intelligens, illis atque aliis consanguineis posthabitis internae inspirationi satisfaciens, ad P. Leonardum venit

---

[1] P. Bernardus Oliverius. Vide supra, t. I, pag. 215, n. 466.

[2] Desumpta sunt haec ad verbum fere ex memoratis supra Kesselii litteris, quas habes in *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 680-683.

[3] *Tilla* hic perspicue est in ms.; quamvis alibi persaepe et in Kesselii litteris, si recte legit noster librarius, Lilanus is appellatur. Vide *Litt. Quad.* ut supra.— Quis autem is fuerit et quo tandem, patriae, nomine appellandus sit, certi nihil adhuc statuere valemus, an scilicet dicendus sit *Lilanus* (Insulanus?), an Tillanus, Tylanus (ex Thiel, oppido Geldriae). Vide BRAUNSBERGER, l. c., pag. 101.

587. Quartus accessit Mag. Theodoricus Canisius, qui canonicus erat Noviomagi, et cum venisset Coloniam ut diaconus ordinaretur, et cum exercitia spiritualia postulasset, et cum fructu suscepisset, quod diu antea cogitaverat, decrevit Societati se totum ad Dei servitium dare. Eodem die, quo ad diaconatum promovendus erat, voto scholasticorum Societatis propositum illud confirmavit, quod, jam diu a consanguineis et amicis impeditus, non fuerat exequutus. Ante aliquot annos Lovanii ad magisterium artium liberalium promotus fuerat juvenis, ut scribit P. Leonardus [1], bene doctus et animo virgineo ac multis virtutibus ornato, corpore etiam integro et sano, qui omnibus suo exemplo aedificationi erat [2].

588. Hunc sequutus est quintus, canonicus etiam noviomagensis, nomine Henricus Dionysius [3], qui colloquiis magistri Theodorici excitatus ad meliora, licet summi templi noviomagensis esset concionator et confessarius, exercitiorum spiritualium gratia Coloniam venit, et eis susceptis, Societati se addixit, omnino Christi amore incensus, cui se etiam per votum consecravit. Rediit autem in patriam ut suis valediceret, et de rebus suis disponeret: prius eo venerat Mag. Theodoricus, cujus vocationem cum consanguinei a Deo esse cognovissent, non solum non ei se opposuerunt, sed famulum etiam addiderunt, cum quo Coloniam, et deinde Viennam, ut diximus [4], et Romam postremo hoc ipso anno venit. Sequutus autem fuit eum quidam ejus consanguineus, nomine Arnoldus, noviomagensis,

---

[1] *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 681.

[2] "Theodoricus Canisius (1532-1606) Coloniae 9 Martii 1554 in Societatem Jesu admissus est; in qua tribus collegiis cum rectoris auctoritate praefuit annos triginta: monacensi aliquot, dilingano ipsos viginti, reliquos ingolstadiensi. Postea Lucernam Helvetiorum missus, operam suam tum Sociis domi, tum exteris in templo utilem locavit. De quo *Matthaeus Raderus*, qui ipsum noverat, haec scripsit: «Meo quidem animo haud multum Petro Canisio in religionis studio concessit, quamuis virtutem omnibus modis tegere solitus sit.» (De vita Canisii, p. 283). Cf. *eiusdem* Bavariam piam (Monachii 1628) p. 147-151, et Vitam P. Theodorici a *P. Eus. Nieremberg* S. J. enarratam in opere Varones ilustres de la Compañía de Jesus, VI (2. ed., Bilbao 1890), 37-42.„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 417, annot. 2; et pag. 419, annot. 3: "*P. Matthaeus Raderus* testis auritus haec de Theodorico Canisio scribit: «Vbi coepit cogitare, quod genus vitae sequeretur, ingentibus curarum aestibus iactatus, nullam animo quietis partem capiebat, quoad decreuit suum inter Socios nomen se professurum; extemploque ut ipse mihi coram fassus est, cogitationum fluctus sedere, omnesque turbinum ac turbarum procellae posuere, vti tanquam in sereno tranquilloque mari, portum sibi secundis ventis subisse videretur». (De Vita Canisii, p. 284).„—Vide supra, pag. 248, n. 541.

[3] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 682, annot. 1.

[4] Supra, pag. 248, n. 541, et pag. 260, n. 559.

et alius quidam studiosus 3.ª Aprilis; quatuor simul Colonia profecti fuerunt. Erat autem viginti duos annos natus Mag. Theodoricus cum Societatem ingressus est.

589. Sextus se adjunxit Mag. Thomas, canonicus etiam noviomagensis, qui ut tunc magistrum Henricum Dionysium in Societate adeunda sequutus est, et in itinere Viennam et deinde Romam versus conficiendo, utinam etiam in perseverantia imitatus fuisset!; quibus P. Leonardus duos juvenes, scilicet Leonardum illum, de quo supra [1], et Henricum etiam Leodiensem adjunxit, qui mense Augusto simul cum eis Viennam pervenerunt.

590. Cum autem Lovanio fratres quidam mitterentur Romam, inter illos Andreas Schiren antuerpiensis in aegritudinem incidit, et ideo eum P. Leonardus retinuit ut, postquam sanitatem recuperaret, socium ipsi adjungens, Romam destinaret [2]. Per eos autem, qui progrediebantur in Urbem, duo capita Sanctarum Virginum Martyrum de Societate S.tae Ursulae cum aliis Sanctorum reliquiis ad P. Ignatium misit.

591. Accessit etiam ex eadem civitate noviomagensi quidam sacerdos, etiam canonicus, nomine Mauritius, qui septem annos concionatorem Noviomagi summo in templo egit, qui etiam Societati se totum dedere cupiebat; sed quia erant quaedam prius ei expedienda, post aliquot dies se rediturum, ut spiritualia exercitia quietius susciperet, promisit: non mediocri dono concionandi praeditus erat [3].

592. Juvenis quidam Leodiensis studiosus, H. [4] frater, postquam se in spiritualibus exercitationibus exercuisset, Societati etiam se obtulit; sed tamen cum postea intellexisset P. Leonardus quod ex decepta quadam puella filium suscepisset, noluit

---

[1] Pag. 272, n. 585.

[2] Hic Andreas Schiren Romam sub finem Octobris pervenisse videtur, unde paulo post Lauretum, ut ibi humanioribus litteris operam daret, destinatus est.

[3] "De Domino Mauritio, canonico, exspectamus intelligere quid statuerit de statu rerum suarum. Revera exercitum videtur comparare Dominus Jesus Christus ad hostes fidei et religionis christianae profligandos in Germania inferiore et etiam superiore. Non pauci enim huc confluunt, qui, cum profecerint in spiritu et litteris, aptissimi fore videntur ad catholicam veritatem propugnandam et asserendam etiam inter medios haereticos. Exaudiat Dominus hac in re [vota] nostra et desideria.„ Polancus, *ex com.* Patri Leonardo Kessel, 13 Novembris 1554.

[4] Haud facile est discernere an hic scriptum sit *H.* an *N.* Tam parum differunt *H.* et *N.* a Polanci librario scriptae. Si autem sit *H*, tunc indigitari certo videtur illius, de quo supra, n. 589, Henrici leodiensis frater.

eum admittere, sed ut filio prospiceret, et deceptam puellam in uxorem duceret, hortatus est.

592. Mag. Joannes Catena, unus ex nostris coloniensibus, cum Theologiae daret operam, erudite et publice respondit in scholis Theologorum et cum magna eorum satisfactione [1].

594. Complures Noviomagi Societatem expetebant; et quia commendatum fuerat P. Leonardo ut intelligeret et scriberet exactius quae de domo illa superius attigimus, quam Noviomagi matertera Mag. Theodorici Canisii Societati offerebat [2], existimavit ille [expedire], aliqua occasione accepta, ut Noviomagum veniret, quod et fecit mense Novembri, invitatus ab amicis noviomagensibus, qui per litteras id efflagitabant [3]. Distat ergo Noviomagum Colonia decem et novem milliaribus [4], quod tempore hyemali tridui iter exigit: ergo postridie D. Martini [5] profectus Colonia, amanter exceptus est a D. Mauritio, canonico et concionatore summi templi, ut superius diximus [6]: die sequenti vocatus est a canonico ex senioribus, nomine Mag. Thoma Buis, in cujus aedibus multos congregatos invenit, qui magna congratulatione eum exceperunt; accessit eo mater P. Henrici Dionysii et mater Theodorici Canisii cum sorore Mag. Thomae, quae et P. Leonardo confessa est.

595. A prandio autem per aliquos deductus est ad videndum locum et domos, quas matertera Mag. Theodorici, virgo sexagenaria, Societati dare cupiebat, immo jam dederat, si Societas admittere vellet. Invenit locum amplum esse, domos magnas etiam duas [7], quibus adjunctae erant tres aut quatuor domus parvae, inter quas situs magnus erat, in quo ecclesia satis ampla aedificari poterat; totus autem locus in optimo et valde salubri aëre situs erat, nec procul a summo templo et a schola: aedes autem supellectilibus necessariis erant ornatae.

---

[1] Vide supra, pag. 268, n. 577.

[2] Vide supra, pag. 255, n. 553.

[3] "Eodem die venit tabellarius missus a Nouiomagensibus, per litteras rogantes *(sic)* ut Nouiomagum venire vellem, quibus lectis non dubitavi amplius de Dni. voluntate.„ Leonardus Kessel Sancto Ignatio 30 Novembris 1554. Has litteras, Deo volente, edemus in tertio volumine *Litterae Quadrimestres*.

[4] "Novendecim milliaribus satis magnis.„ Kessel, l. c.

[5] "Altera die Diui Martini Epis. et Confes.„ Id., ibid. Quod bene verti non videtur per *postridie*.

[6] Supra, pag. 274, n. 591.

[7] "quae magnitudine ac altitudine, omnium vicinorum domus excedunt.„ Kessel, ibid.

596. Sed et alia quaedam matrona suam domum, huic loco vicinam, Societati dare volebat; alia autem, cujus confessionem vocatus audierat P. Leonardus, non solum domum suam, sed omnia, quae habebat, in usum collegii relinquere statuerat. Maximus praeterea eorum erat numerus, qui Societati providere de rebus necessariis cupiebant; inter hos erat mater jam dicta Mag. Henrici, quae, cum existimaret mansuros esse nostros Noviomagi, necessaria percontari et eadem parare coeperat; sic et alii cives faciebant: quae etiam ad Missae sacrificium celebrandum pertinebant, ab aliis parabantur. Erat et matrona, quae statim centum aureos ad res necessarias dare parata erat; hospes P. Leonardi crucem auream, in qua dominicae crucis non exigua pars continebatur, Societati legaverat: demum longum esset illorum civium utriusque [sexus] affectum et auxilia, quae offerebant, sigillatim persequi [1]. Obtrudere volebant aliqui aureos nummos, alii multos thaleros, qui sunt argentei magni ponderis, et cum nihil acciperet P. Leonardus, eo magis horum omnium charitas erga Societatem accendebatur.

597. Cum ergo locum vidisset (quem valde aptum ad usum collegii existimabat), reversus est P. Leonardus ad domum canonici Mag. Thomae Buis, quo tantus hominum numerus venit confitendi consulendique gratia, ut sex diebus continuis non potuerit ipsis satisfacere, licet mane, hora sexta post mediam noctem incipiens, usque ad sextam post meridiem perpetuo eis audiendis vacaret; tanta erat populi devotio, ut vix locus prandii relinqueretur: aliquae etiam nobiles personae a duabus milliaribus germanicis veniebant; nullus autem sine magna consolatione spirituali redibat; nonnulli etiam affirmabant se pro tota urbe Noviomago nolle caruisse opera Mag. Leonardi; tam multae lacrymae fundebantur, tot nova proposita bene vivendi in cujuscumque conditionis hominibus cernebantur, ut quid simile sibi unquam contigisse P. Leonardus negaret; nec ullam sentiebat lassitudinem, sed, ut ipse scribit, tam firmis erat viribus ac recentibus vesperi, post diurnum laborem continuum, quam mane cum dare operam confessionibus incipiebat; nec putat aliquem fuisse ex his, qui ad eum accedebant, qui non peculiarem gratiam a Deo consequutus esset, id quod omnes illi et fatebantur et

[1] Persequitur id KESSEL ibid.

mirabantur; sed et hospes ipsius ad anteriora se extendere, et vitam in melius renovare statuit, et a centum annis talem fervorem Noviomagi auditum non fuisse affirmabat.

598. Tantum paucis scientibus, 23 Novembris Coloniam rediit [1]; sed ipso die S.tae Caeciliae, qui 22 est Novembris, rogaverunt eum obnixe et cogebant ut locum illum cum domibus recipere vellet. Respondit se scripturum P. Ignatio; sed tandem precibus multis hoc impetrarunt, ut claves reciperet, et quod Noviomagum rediret, ut illarum domorum uteretur hospitio, quo possent homines consulendi gratia ad eum liberius accedere; quia magnus eorum erat numerus, quibus non concessus fuerat locus nec tempus ad ipsum accedendi, et circa Natalem Domini putabat se Noviomagum redire posse. Quatuordecim ex nostris circa aestatem futuram noviomagenses cum desiderio expectabant, quibus necessaria suppeditare volebant; domus autem ad 40 excipiendos capax erat; primi itaque noviomagenses in Inferiori Germania locum proprium Societati nostrae obtulerunt.

599. Absente P. Leonardo, Coloniae satisfacere poterat P. Joannes de Catena ad breve tempus, qui id temporis ad gradum baccalaureatus Theologiae se praeparabat. Vix explicari posset, ut inquit P. Leonardus, quantum spiritualis fructus ex ingressu Societatem canonicorum noviomagensium [2], de quibus mentionem fecimus, sit consequutus; dum enim, relictis omnibus, eos Christum sequi cernebant, multum aedificationis omnes inde capiebant, et plurimi eorum exemplum imitari conabantur, et, relictis saecularibus vanitatibus, crebro confiteri et communicare coeperunt.

600. Cum Coloniam rediisset, magnopere indigere bono aliquo concionatore et doctore catholico urbem invenit; tres enim concionatores suspecti, immo et infecti, cum magna populi frequentia, Coloniae concionabantur, et in dies lutheranum fermentum latius patebat, nec se quisquam eis opponebat propter populi favorem. Incoeperat paulo ante concionari Joannes de Catena apud S. Agatham; pergebat et ipse P. Leonardus in suis

---

[1] "Tandem ipso die Sancti Clementis clam, paucis scientibus, iterum Coloniam proficiscor.„ Id. ibid.

[2] "M. Henrici Dionysii et M. Thomae.„ Kessel, ibid. Vide supra, pag. 273, nn. 588 et 589.

exhortationibus et in audiendis confessionibus; et inter alios quidam haereticus hoc autumno ad Christi Ecclesiam rediit; et multorum generales confessiones cum fructu audivit.

601. Non pauci Societatem ingredi sub anni finem volebant; misit autem P. Leonardus Romam Andream Antuerpiensem, adjuncto Jacobo Tilano, de quibus superius mentio facta est [1].

602. Gratias egerat per litteras suas P. Ignatius Priori Carthusiae Coloniensis, Fratri Gerardo, de eleemosynis, quas in fratres nostros colonienses tanta cum charitate faciebat, et de centum illis coronatis, quos Romano Collegio miserat, atque eumdem Priorem cum monasterio suo in communionem precum et sacrificiorum Societatis ut benefactorem admittebat; quae res magna animi consolatione bonum Priorem affecit, et munusculum illud, exiguum, non fuisse actione gratiarum dignum nec suo affectu erga Societatem, postquam Petrum Fabrum, s. mem., cognovisset [2], deditque statim quingentos florenos P. Leonardo, nec gratitudinem nec litteras requirens, et significavit in animo se habere majora subsidia mittendi Romano Collegio, si turbulenta tempora id permitterent, significans magnum desiderium videndi, antequam moreretur, Coloniae Collegium Societatis nostrae fundatum.

603. Scribit se praelatis et rectoribus civitatis ad persuadendum multa suggessisse, sed quod rectores se difficiles reddebant ad Societatem rogandam, cum eorum civitas et collegiis et templis et monasteriis utriusque sexus, plena esset, quibus alia collegia addere superfluum putabant; sed magis fortassis illud impediebat, quod simultas et dissensio inter clerum et senatum exorta fuerat, ex qua defectio in fide et alia mala timenda erant; exigebat enim senatus a clero subsidium de pane, vino et cervisia; clerus autem contra eos agebat in judicio camerae imperatoriae, et neutra pars alteri cedebat. Respondebat illis Prior quod nostri non agebant de monasterio, sed de collegio

[1] Supra, pag. 272, n. 586.

[2] Scilicet, affectu, quo erga Societatem ferri inceperat ex quo P. Petrum Fabrum, sanctae memoriae, cognoverat; seu, ut ipse scripsit Gerardus, "per affectum, quem mihi Dominus jam diu per M. Petrum Fabri, sanctae memoriae, erga vos dedit,,. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 519; sed observa Gerardi litteras, prout ibi ex opere *Acta Sanctorum*, mense Julio, *Vita S. Ignatii*, comm. praev., n. 389, transcriptae sunt, valde esse decurtatas. Integras affert REIFFENBERG, l. c., *Mantissa Diplomatum*, pag. 16, et nos, in eorum commodum, quibus rarum jam admodum Reiffenberg opus prae manibus esse non potest, in Nova serie litterarum Sancti Ignatii edemus.

instituendo, et adjecit quod tempore S.ti Enghelberti Episcopi et Martyris, quando mendicantes ordines Coloniam ingressi fuerant, cum magnopere parochi eis resisterent, Episcopus, convocata synodo, interrogavit hujusmodi pastores an scirent aliquod crimen vel infamiam de hujusmodi mendicantibus: cum negarent se scire, tunc, omnibus audientibus, hanc sententiam tulit Episcopus: "quamdiu bene vivunt, sinite eos; qui non est contra nos, pro nobis est„, et ita usque in hodiernam diem manserunt. Episcopum quidem facile consentire institutioni collegii, verum is non habet merum dominium Coloniae. Subdit demum bonus Prior se timere ne accidat quod praedixit S. Brigidae Christus multis in locis revelationum ejus, sese missurum amicos suos ad paganos convertendos, qui devote suam fidem essent suscepturi, quam prius nescierant, et christianos tepidos, charitatem Dei in Ecclesia Occidentali deserentes, se desertorum, et fidem catholicam ad illos se translaturum, idque jurat per divinitatem et humanitatem suam; et huc omnia tendere bono seni videbantur; sed utinam comminatoria prophetia tantum sit, et harum regionum Deus misereatur [1].

604. Erant autem multi, ut diximus, sed privati, qui collegium Societatis institui Coloniae peroptabant, et affirmat P. Leonardus quod senatus ipse optabat Societatem nostram Coloniae praedicationi et etiam institutioni litterariae suo fungi officio; et quia aliquando eam repudiaverat, rogare vel invitare eam nolebat, sed si sponte sua adesset, omnem ipsi benevolentiam exhiberet, ac praecipue si aliqui de Societate egregio talento praediti essent ad concionandum, et linguas graecam et hebraicam ac Theologiam docendam; et fructum non poenitendum ex eo sperari posse. Quidam autem, qui nostris semper se opposuerat et dum viveret se oppositurum affirmaverat, his diebus de medio sublatus fuit. Et quod intelligebatur de ratione Romani Collegii et spargebatur, magis in dies accendebat multorum desideria talis collegii Coloniae videndi, ad bonam juventutis in litteris et moribus institutionem; unde illis diebus quidam ad nostros venit, qui domum amplissimam nostris ostendit in medio civitatis et aëre saluberrimo, ut viderent nostri

[1] Quae in his nn. 602 et 603 continentur, desumpta sunt, paucissimis mutatis, ex ipsius Patris Gerardi Hamontani litteris.

an Societati conveniret, et Societati se velle eam emere significabat. Dnus. etiam Gropperus in oppido quodam novem germanica milliaria distante ab urbe Colonia, locum quemdam amplum nostris dare volebat; sed prius Coloniae stabiliri oportebat Societatem, in qua toto hoc tempore conductitiam domum, quasi hospites, nostri habitabant; et tamen de multis in dies benemereri pergebant.

DE COLLEGIO LOVANIENSI

605. Nondum facultas obtenta fuerat collegium Lovanii aut alio in loco Inferioris Germaniae instituendi, quamvis satis multa ad eam facultatem obtinendam tentata fuerint. Nam in primis Dnus. a Pictavia, Cancellarius Leodiensis, cui Ferdinandus, Romanorum Rex, hoc negotium commendaverat, Reginam Mariam nomine dicti Regis alloquutus fuerat de Lovaniensi Collegio erigendo; sed cum videret eam prae se ferre signis quibusdam quod de rebus nostrae Societatis informationem malam haberet, judicavit Dnus. a Pictavia rem hanc ulterius urgendam non esse [1].

606. Significabat autem idem quaenam illa essent, quae in Societate displicerent in Aula; alterum erat, quod magnae expectationis ingenia virosque Inferiori Germaniae utiles futuros ad externas nationes mitterent; alterum erat quod, inconsultis et invitis parentibus, in Societatem admitterent filios et alio transmitterent. Cum P. Adrianus haec intellexisset, significavit eidem D. Pictaviae per litteras, P. Ignatium ad illas pro-

[1] Quae in Imperatoris et Reginae Mariae aula Societati objiciebantur, enarrat Polancus num. sequenti 606. Sed notatu dignissimum est quod de iis scribens ipse Patri Adriano Adriaenssens ait: "Intelleximus quod scribis de Domino Cancellario Pictavia et de Reginae existimatione FORTE ALIIS EX CAUSIS quam prae se ferat concepta.„ 23 Januarii 1554.– Has *alias causas,* quas subolfacit hic Polancus, intelliges partim ex sequentibus, partim ex opere P. L. DELPLACE, *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas,* ubi haec ad rem: "Des préjugés enracinés, une défiance peu éclairée et basée sur de faux rapports, d'autres raisons encore que la suite de ce travail indiquera, anéantirent pour le moment toutes les espérances„ pag. 10.

vincias juvandas valde propensum esse, et remissurum esse in Belgium, quos inde educi noluisset, si ibidem haberent ubi alerentur et ministeria Societatis exercerent; quod sine collegiis fieri non poterat; deinde curam haberi ut parentes certiores fiant de suorum admissione cum spes esset quod impedituri non essent Dei vocationem.

607. Functus est etiam charitatis et amicitiae officio D. Ludovicus Blosius, abbas monasterii Letiensis, de quo anno superiori mentio facta est, qui cum evocatus esset a curia et alia abbatia ei fuisset oblata, quae ditissima erat, prope Tornacum (magnam enim habebat gratiam et auctoritatem apud Reginam), recusavit ille quidem, ut spiritualem et pium virum decebat, et cum a praeside consilii regii, D. Viglio [1], ad prandium invitatus esset, aderant eidem mensae nobiles quidam holandi; et cum sermo illatus fuisset de Mag. Theodorico Amsterdamensi [2], qui patre inconsulto Societatem ingressus erat, omnes decernebant male factum id esse. Viglius autem praeses, videns abbatem tacere, ad eum conversus "¿nonne, inquit, hoc male factum est?„ Respondit abbas: "Quonam modo hoc malum esset, cum in Ecclesia Dei ut bonum et sanctum numquam non fuerit probatum?„ "An bonum, inquit Viglius, est, ut cum parentes tam multos subierint labores et sumptus pro filiis, ut ipsi post haec, parentibus invitis, ingrediantur religionem?„. "Ad eum finem, inquit abbas, nutriuntur filii, ut se totos Dei servitio impendant; cum ergo hoc fit, parentes non perdunt filios, sed potius acquirunt.„

608. Confessus deinde est praeses Viglius, quod fere ante unum annum Regina [sibi] commisisset negotium nostrae Societatis excipiendae, et se legisse Litteras Apostolicas nostras, et mirum esse quod contra canones Pontifex tam multa privilegia nostris concederet; ad quae abbas multa opportune respondit. Et quia seorsum agere cum praeside hac de re volebat et deinde locum non habuit, per litteras hoc officio charitatis functus est, quibus praesidi scribit Societatem nostram a Deo missam in Ecclesiam suam; et persequitur eisdem litteris quam multa Deus per eam ad animarum salutem ubique gentium dignare-

---

[1] Viglius van Zwichem.
[2] Theodorico Geeraerts (Gerardi). Vide supra, t. III, pag. 7, annot. 3.

tur operari; quod omnes fere religiones, in suis initiis, contradictiones hujusmodi passae sunt; quod privilegia concessa Societati omnino ad ejus vocationem essent necessaria, licet ampliora sunt quam quae antiquis religionibus concedebantur; hortatur deinde ne contrarius sit Societati, ex qua sperabat ad Dei honorem et animarum salutem magnam utilitatem ad eas provincias redundaturam, quamvis aliunde timebat nondum tali beneficio eas dignas esse. Harum litterarum exemplum idem optimus Abbas P. Adriano [1] transmisit [2]. Quamvis repugnabant admissioni Societatis, fructum ex ejus opera provenientem negare non poterant; mirum enim in modum et ad stuporem usque operariorum proficiebant, qui nostris confitebantur; et ipsemet praeses Viglius et alii dicebant omnia jesuitis esse plena, cum illi, qui pie vivebant, Jesuitae vocarentur.

609. Erat in Curia Imperatoris Bruxellis D. Alexius Fontana, natione sardus, officio secretarius, qui a P. Fabro [3], et Claudio [4] atque Araoz [5], in rebus spiritualibus adjutus fuerat, et eisdem se amicum praebuerat; nostris etiam lovaniensibus familiarem et benevolum se praebebat. Cum autem de abbatiis Panormitano et Messanensi Collegio applicandis [6], et de subsidio Neapolitani Collegii ageretur [7], Pro-regum et civitatum illarum nomine cum Imperatore, ad bonam expeditionem pro officii sui ratione [8], utilem operam praestiterat. Hic, P. Ignatio scribens, bonum suum erga Societatem animum litteris significavit; et cum aliqua de rebus ad Societatis aedificationem pertinentibus

---

1 Patri Adriano Adriaënssens, Lovaniensis domus Superiori.

2 Has litteras primus e idit P. L. DELPLACE, *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas*, pag. 5*, et prius in *Precis historiques*, t. XXXV, pag. 346. Eas etiam habes in *Cartas de San Ignacio*, t. VI, pag. 583 585.

3 Patrem Petrum Fabrum novit Alexius Fontana Spirae et Ratisbonae, annis 1540 et 1541. Vide *Cartas y otros escritos del B. P. Pedro Fabro*, t. I.

4 Dubium nullum esse potest quin sermo hic fiat de P. Claudio Jaio. Eum autem nosse ejusque opera uti debuit Alexius Fontana annis 1546-1548, cum Imperatorem in Germania comitatus est. Alexii tamen nomen in Serie eorum, qui Imperatoris Curiam sequebantur eo tempore, non reperimus. Vide DELPLACE, *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas*, pag. 20, annot. 1, et BUTKENS, *Supplement aux trophées tant sacrés que profanes du Duché de Brabant*, t. I, lib. IV, Etat de la Cour de l'Empereur Charles-Quint en l'an 1546 et 1547.

5 P. Antonius de Araoz ab anno 1541 in Curia Philippi Hispaniarum Principis assiduus fuerat.

6 Vide supra, praesertim, t. II, pag. 551, n. 331 et 333.

7 Supra, pag. 180, n. 379, et pag. 190, n. 409.

8 Erat unus ex "employés dans les secretaireries de Charles-Quint et de Philippe II.„ DELPLACE, l. c.

ad nostros per eum mitterentur, et quidem extra fasciculum [1] ut legere ipse posset, pro magno beneficio id ducebat; et cum ea, quae agebantur in Corsica, intellexisset, magnopere laetatus, commendare coepit ut Sardiniae vicinae memor esset [2]; et quamvis nihil tunc scripsit de collegio, quod instituere in civitate Turritana, quam *Sacer* vulgo vocant, cogitabat, jam tunc videtur id meditatus fuisse, quod postea per suum testamentum vita decedens aperuit [3]. Cum hoc ergo D. Fontana P. Adrianus contulit quae de admittendo collegio Lovanii agebantur; cum autem ille sciret statuta illius provinciae nostris obstare, quae nolunt ad manum mortuam bona stabilia venire [4]; cumque intelligeret principem Hispaniarum Philippum nostris fore propitium, cujus adventus in Belgium brevi sperabatur, rem differendam in ipsius adventum censuit, et interim praesidem Viglium, a quo res tota quodammodo pendebat, disponendum esse per abbatem Blosium jam dictum.

610. Aliud etiam medium tentaverat P. Adrianus, scilicet P. Petrum de Soto [5], olim Imperatoris Caroli confessa-

---

[1] Extra fasciculum, *fuera del envoltorio,* hoc est, in litteris apertis seu non obsignatis, extra earum fasciculum, quae, quia non communia sed privata continebant, clausae seu obsignatae mittebantur. "Hae litterae mittuntur per Dnum. Alexium Fontanam, cui communicare quadrimestres et alias ad aedificationem facientes litteras bonum esset, cum gratum ei valde futurum sit.„ Polancus, *ex com.,* Patri Adriano Adriaënssens, 19 Martii 1554. – Vide etiam litteras ad ipsum Alexium Fontanam datas eadem die 19 Martii in *Cartas de San Ignacio,* t. IV, pag. 112.

[2] Sardus erat Alexius ex urbe Sassari seu Sacer.

[3] Cfr. *Hist. Soc. Jesu,* p. III, lib. III, nn. 77, et seq.

[4] "Les anciens souverains de nos provinces avaient déjà exigé l'approbation du prince pour la mutation de biens immeubles ordinaires acquis à un titre quelconque par les monastères, les corporations, etc., en biens privilégiés de main morte, exempts des droits de transmission, d'impôts, etc.; Charles-Quint étendit et généralisa cette législation par son édit perpétuel du 10 novembre 1520 (Placards de Brabant, 1.e partie, pp. 80 à 84). Il y fait expressément défense aux communautés religieuses d'acquérir des immeubles ab intestat ou par disposition testamentaire sans le consentement 1.° du prince, 2.° des gens de loi des chefs-villes où ces biens sont situés „ DELPLACE, l, c., pag. 73, annot. 1.

[5] Vide supra, t. II, pag. 76, 275, 475 et 476 —" Soto (Fr. Pedro de) nació en Corboba, tomó el habito de Santo Domingo en Salamanca, y fué confesor de Carlos V. El Cardenal Oton de Truchses, Obispo de Ausburgo lo escogió para enseñar la teologia en la universidad de Dilinga, y Felipe II le llamó á Inglaterra para restablecer la religion católica en la de Oxford. Retirado al convento de Talavera, que le hizo su prior, y nombrado despues su vicario provincial, le envió Pio IV á la última reunion del concilio, y allí murió el 20 de Abril de 1563. *(D. Nicolás Antonio,—Bibliotheca hispana.—* ECHARD, *Scriptores Ordinis Praedicatorum.*—TOURON, *Varones ilustres de la órden de Santo Domingo.*— MADALENA, *Manual de dominicos.* – LLORENTE, *Historia crítica de la Inquisicion de España).„* SAINZ DE BARANDA, *Noticia de los españoles que asistieron al Concilio de Trento* in *Coleccion de documentos inéditos para la historia de España,* t. IX, pag. 69.

rium [1], quem Bruxellis alloquutus est P. Adrianus de Collegio, quod Lovanii erigi optabat; postea eumdem Lovanii convenit, ab ipsomet P. Petro Soto ad prandium invitatus. Excusavit se quod Bruxellis causam nostram non egerat, quod jam valedixisset Imperatori; sed in reditu recepit se id facturum esse, non tanquam ob commendationem ipsius P. Adriani, sed tanquam ob commendationem D. Ruardi [2], cancellarii et decani lovaniensis, et aliorum, qui cum eo loquuti fuerant, et magnopere institutionem hujus collegii optabant; et dolere se bonus P. Soto significabat, quod haec collegii tractatio successum eatenus non habuisset; "quid, inquit, siccine Imperator non admittet operarios, quos ipsemet deberet conducere? [3]„ Et cum memoriale ad hoc negotium tractandum peteret, dedit ei P. Adrianus formam supplicationis similem ei, quam suis litteris incluserat Rex Romanorum.

611. Alloquutus est ergo Imperatorem P. Sotus, exponendo quomodo Cancellarius Lovaniensis et alii rogaverant ut nostros suae Majestati commendaret, et peteret erigendi Collegii Lovaniensis facultatem. Imperator autem benigne quae dicebantur suscepit, et eidem P. Petro injunxit ut haec eadem Re-

---

[1] Fuit Imperatori Carolo V a confessionibus usque ad annum 1547, quo, illo e Germania in Flandriam recedente, mansit ipse in Germania ut Ottonem Trutchses in instauranda Dilingensi Universitate juvaret. NIEREMBERG, *Varones ilustres de la Compañía de Jesus.* Vida del P. Martin Olave, ed. antiquae t. IV, pag. 684, recentis t. V, pag. 13.—Ei autem in officio confessarii successit alius ejusdem cognominis et ordinis, Fr. Dominicus de Soto, qui theologus et concionator apud ipsum Imperatorem fuerat. —"Soto (Fr. Domingo de) nacido en Segovia, hizo sus primeros estudios en Alcalá de Henares, donde tuvo por maestro á Santo Tomás de Villanueva; y habiendo pasado luego á París á continuarlos, regresó despues á Alcalá, en cuya universidad fué catedrático, y colegial mayor de San Ildefonso. A la edad de treinta años tomó el hábito de la Orden de Predicadores en San Pablo de Burgos, y allí enseñó filosofía y teología hasta que ganó la cátedra de vísperas de la universidad de Salamanca. Carlos V le envió por su teólogo en la primera indiccion del concilio, y despues de su primera suspension le llamó á Alemania haciéndole su confesor; pero renunció luego á este cargo para retirarse á Salamanca, cuya universidad le dió la cátedra de prima de teología, y cuyo convento de San Esteban le nombró prior, en cuyo cargo le asaltó la muerte en 15 de Noviembre de 1560.„ SAINZ DE BARANDA, l. c., pag. 68.

[2] Ruardus Tapper, de quo saepius jam mentio facta est et fiet.

[3] "Quod attinet ad negotium Collegii Lovaniensis, tractari commodius aut efficacius per alium non poterat quam per Rdum. Patrem F. Petrum de Soto, quia vix alium novimus, qui tam serio Christi negotia et christianae reipublicae et tanta cum auctoritate apud Caesaream Majestatem agere posset; unde et exitum optimum expectamus. Scribit ad eum Pater Doctor Olaveus, qui magna familiaritate et amicitia eidem conjunctus est. V. R. curabit ut hae litterae fideliter ei reddantur.„ Polancus, *ex com.* Patri Adriano Adriaenssens, 27 Februarii 1554.

ginae Mariae [1] indicaret: ille autem et scripto summam rei complexus est, et ore eadem Reginae explicavit, quae benigne etiam audivit et se velle eadem conferre cum Imperatore dixit. Satis autem significavit P. Petrus de Soto quod tam in Imperatore quam in Regina Maria signa quaedam viderat prima fronte quod non bonas de Societate informationes accepissent, [2] sed utrumque satis placatum et melius sentientem reliquit. Fuerat autem evocatus ex Germania P. Petrus de Soto, et rediturus brevi, a rebus dilingensibus expeditus, dicebatur ad ipsum Imperatorem, qui jam resignationem suorum statuum meditabatur (quam non multo post exequutus est [3]), et in Hispaniam secessurus, et P. Petrum de Soto comitem habiturus dicebatur.

612. Aliquis autem amicus intellexit eumdem Patrem non probare magnopere quod Societas, de rebus ad aedificationem pertinentibus scribens, videretur bona sua opera omnibus ingerere; sed is, qui hoc P. Adriano referebat, [respondit] isthaec fratribus nostris scribi ad eos animandos et consolandos, amicis autem intimis accidere ut aliquando ea communicentur ad eorum aedificationem et Dei solius gloriam; et ita non difficile fuit bene dispositis, quod optimae rationi nitebatur, comprobare.

613. Venerat ad Curiam Imperatoris Cardinalis Polus [4], Sedis Apostolicae Legatus, qui cum discessurus esset ad Regem Galliae (nam cum utroque, nomine Pontificis, acturus erat) [5], salutavit eum P. Adrianus nomine P. Ignatii, quam salutationem

---

[1] Maria, Caroli V soror, Flandriae gubernatrix.

[2] Vide supra, pag. 280, n. 605.

[3] Anno, scilicet, sequenti 1555.

[4] Reginaldus Polus.

[5] "Romae die Sabbathi apud S. Marcum V. Augusti MDLIII. fuit facta Congregatio coram Sanctitate Sua, hora XX super rebus Angliae, et deputati Legati et Nuntii ad Regnum Angliae, cum significatum esset populum filiam antiqui Regis in eorum Reginam elegisse, et fuit deputatus Legatus ad Principes Christianos et praecipue ad ipsam Reginam Reverendissimus Dominus Reginaldus S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis Polus, cum facultatibus in modo et forma in Brevi expressis, eique commisit sedulam operam navare, seque vel ad Caesarem, vel ad Gallorum Regem, vel ad utrumque conferre, prout gerendae rei spes illi affulgeret." RAYNALDI, *Annales*, 1553, n. III.—"Initurus putabatur colloquia Reginaldus Polus cum Caesare et Galliae Rege pro constituenda re Anglicana, eaque de causa illi dedit imperia Pontifex, et licet ii Principes hactenus a concordia alieni visi essent, tamen occasiones omnes temporumque inclinationes observare jussit, ut pro sua exaggerata prudentia pacem inter ipsos conciliaret." Id., ibid., n. XXXII.—Londinum in Anglia non pervenit Polus ante diem 23 Novembris 1554.

cum magna gaudii significatione suscepit [1]; et cum in itinere [2] obviam haberet D. Blosium, abbatem Letiensem, sibi familiariter notum, interrogavit eum an nostros novisset; et cum familiarem etiam esse intelligeret, hortabatur eum Legatus ut in amicitia et familiaritate eadem perseveraret. Contulerat cum eodem Legato P. Adrianus quae ex Urbe acceperat de expeditione in Aethiopiam et de aliis ad Indiam pertinentibus, quae magna eumdem laetitia affecerunt.

614. Eumdem autem, post reditum ex Gallia, convenit simul cum P. Bernardo Oliverio et litteras ab eo commendatitias ad Episcopos Inferioris Germaniae postularunt ut ministeria, Societati consueta, cum bona ipsorum venia exercere possent; quas ille statim et quidem officiose scripsit; et inter alios, ad Episcopum Cameracensem [3], cui P. Bernardus eas obtulit, simul etiam et litteras Apostolicas ad Societatem pertinentes exhibens. Sed ille [4] indignabundus, contumeliosis verbis nostros excipiens, sub poena carceris inhibuit P. Bernardo ut nullo modo concionaretur in sua dioecesi, ac suis officialibus per litteras injunxit ut, si quem de Societate concionantem invenirent in sua dioecesi, statim eum in carcerem detruderent: causa vero, qua se moveri dicebat, haec fuit: quod omnes mendicantes ordines statuissent litem contra nos instituere, quibus ipse se comitem adjungere volebat, idque ea de causa, quod nostra Societas tam religiosis quam omnibus parochis injuriam faceret, quod nec ex Missis, nec ex concionibus, nec ex auditis confessionibus quidquam accipere vellemus [5].

---

[1] "Rmum. Cardinalem Polum in Collegii negotio et in aliis propitium semper inveniet V. R. et ad optima quaeque maxime propensum, quae est ejus pietas et singularis erga nos et omnes affectus charitatis. Si Lovanii fuerit, non semel Patris nostri et Societatis nomine ipsum salutare oportebit.„ Polancus, *ex com.*, Patri Adriano Adriaënssens, 27 Februarii 1554.

[2] Itinere terrestri Bruxellis Parisios versus.—Parisiis reversum iterum P. Adrianus convenit cum P. Bernardo Oliverio. Vide n. seq.

[3] Has litteras, quas prius ediderat QUIRINI, *Epistolae Reginaldi Poli*, t. IV, pag. 116, denuo edidit P. L. DELPLACE, l. c., pag. 11* et 12*. Eae autem sunt commendatitiae Patrum Bernardi Oliverii, Quintini Charlart et Antonii Bouclet. Vide infra, nn. 614-616, 653, 666 et 667.

[4] Nimirum Cameracensis Episcopus, Robertus de Croy.

[5] Haec et alia, quae tunc dixit gessitque Cameracensis Episcopus, enarravit P. Bernardus Oliverius litteris ad P. Adrianum Adriaënssens datis ex oppido Peruwelz (Peruetum) 7 Maji 1554, quas affert DELPLACE, l. c., pag. 9*-11*; inde translatae sunt in *Cartas de San Ignacio*, t. VI, pag. 566-569.—Vide etiam infra, nn. 648 et 649.

615. Significavit haec P. Adrianus Cancellario Lovaniensi [1], et ab eodem litteras ad Legatum Apostolicum postulavit; nam aliquos detraxisse Societati Lovanii apud ipsum intellexerat. Statim Cancellarius magno cum affectu charitatis litteras scripsit, et cum memoriale accepisset a P. Adriano [2], "nimis, inquit, sobriae sunt commendationes istae„; itaque alias ferventiores scribens, eadem nocte ad P. Adrianum misit. Ille autem Bruxellas ad Legatum Cardinalem Polum profectus, in primis tradidit ei litteras Cancellarii, quibus lectis, tradidit litteras P. Bernardi, quae tragoediam Episcopi continebant [3], quibus etiam lectis, significavit cupere se ne Romam haec scriberentur, et se officiales Episcopi alloquuturum esse dixit, et valde mirabatur quod sic se gessisset Episcopus; et postquam consolatus esset verbis P. Adrianum, manu apprehensum ad prandium secum deduxit, et Imperatorem ac Reginam de rebus nostris se alloquuturum recepit; et cum diceret P. Adrianus etiam ad capita communitatum complura mala de nobis referri, nec tamen illos [4] quemquam ex nostris vocare ut intelligant vera sint necne, "semper, inquit Legatus, quo vita alicujus est purior, eo plures habet qui ei adversentur.„

616. Deinde Legatus valde eleganter et strenue partes nostras egit cum officialibus, qui multis modis excusare suum Episcopum conabantur, et indicabant ipsum poenitere eorum, quae dixisset ac decrevisset; demum promiserunt se litteras nostras Apostolicas lecturos. Et ita illis in locis, quemadmodum et in aliis, contradictiones et calumniae, contra Societatem, cedebant ad majorem nostri Instituti cognitionem et auctoritatem, et homines melius in dies sentire meliusque affici erga nostros videbantur. "Postea renunciavit Legatus nostris Cameracensem Episcopum contentum esse ut tres illi nostri sacerdotes (hi autem erant PP. Bernardus, Quintinus et Ant.s Bruchetus [5]), concionari possent et alia ministeria nostrae Societatis exercere in ipsius dioecesi; et ita suam prohibitionem ipsemet exclusit.

---

[1] Ruardus Tapper.

[2] Id est, "cum litterarum, quae ab ipso expetebantur, adversarium, seu memoriale puncta continens, de quibus in litteris agendum erat, a P. Adriano Adriaënssens confectum, accepisset.„

[3] Vide, n. praecedenti, annot. 1.

[4] qui capita sunt communitatum.

[5] Bucletus, Boucletus, *Bouclet, Bouclier*. Vide supra, t. III, pag. 283, annot. 2.

Cupiebat quidem P. Adrianus non tantum pro tribus illis, sed pro quolibet de Societate, eam facultatem obtinere, et ejus testimonium in scriptis habere; sed amicis videbatur expedire ut concessa jam facultate nostri uterentur, qua possesione capta nostrorum ministeriorum, facile reliqua deinde possent obtineri.

617. Alloquutus est et Nuncium Apostolicum, qui se erga Societatem amicissimum exhibebat, et ipsi etiam curae fuit ut res nostras Imperatori commendaret nomine Pontificis [1]; et cum quotidie a diversis, qui Societatem diligebant, curia illa melius informaretur, emolliendi tandem animi hominum videbantur: ad negotium tamen Collegii amici existimabant expedire ut Regis [2] adventus expectaretur. Aliquas interim gratias spirituales Nuncius P. Adriano concessit.

618. Pergratus fuit nostris Lovaniensibus tractatus ille de ingressu Religionis, etiam non consentientibus parentibus, qui, Neapoli a P. Andrea de Oviedo confectus et Romae limatus, ad ipsos missus fuerat, qui peculiariter eo indigere videbantur, et illum imprimi magnopere P. Adrianus optabat ut contrariae

---

[1] Nuntius hic erat Hieronymus Muzzarelli, de quo ita Polancus, *ex com.*, Patri Adriano: "Bene actum est a R V. quod eos significet de Societate non esse, quos Jesuytas vocant. Et ego de ea et aliis multis rebus admonui Rmum. Nuntium Apostolicum, Archiepiscopum Consensem, qui hodie ad Caesaream Majestatem Roma profectus est. Est vir doctisimus et jam cum esset Magister Sacri Palatii nos plurimum in Dno. diligebat, et jam jam profecturus omnia nobis pollicitus est, quae praestare apud Caesaream Majestatem posset, et quidem magno cum affectu, ut videbatur; proinde, si acciderit occasio curiam Caesareae Majestatis adeundi, V. R. eum officiose salutet nomine patris nostri Ignatii et totius domus, et si quid ille praestare poterit gratiarum (quas amplissimas eum ferre existimo) vel favoris, praestabit, ut spero, magna cum charitate.„ 23 Januarii 1554.

"Muzzarelli (Gerónimo), religioso dominico, natural de Bolonia en Italia. Cuando comenzó el Concilio de Trento, desempeñaba en su patria la cátedra de teología, y asistió á las primeras sesiones de aquella santa asamblea. En 1547 fué nombrado Inquisidor de la referida ciudad de Bolonia; Maestro del Sacro Palacio en 1550, y Arzobispo por último de Conza, en el reino de Nápoles en 11 de Diciembre de 1553. Hallábase ya gobernando esta iglesia, cuando fué nombrado nuncio apostólico cerca del Emperador Carlos V. Murió en Conza en 1561, dejando escritos un *Tratado contra los errores de Lutero*, y una obra en defensa de la autoridad del Papa; pero se ignora si llegaron á ver la luz pública.—S. B.„ *Biografía eclesiástica completa*, t. XIV, pag. 873.

[2] Intellige Philippum, Hispaniarum Principem, hoc anno, ex matrimonio cum Maria, Angliae Regem.—"Princeps Hispaniarum et jam futurus Angliae Rex optime erga Societatem nostram affectus est, sicut et Dnus. Ruy Gomez de Silva, qui primas apud ipsum tenet, et Dnus. Gundisalvus Perez, Primus Secretarius. Arctissime enim diligunt Societatem nostram et de ea optime sentiunt; nihil ergo difficile impetratu fore existimo, quod ad ipsum principem pertineat conferre. In primis tamen immo solum in Domino anchora spei nostrae constituenda est.„ Polancus, *ex com.*, Patri Adriano, 23 Januarii 1554.

multorum sententiae obviam iretur; quamvis D. Cancellarius Lovaniensis, hoc fere tempore, ut erat vir doctissimus nec minus pius, publice hac de re disseruit, et quod liceat, immo sanctum sit, inconsultis et invitis parentibus, religionem ingredi et vovere. Doctor etiam quidam nomine Adrianus de re eadem fuse disseruit [1].

619. Vidua quaedam 22 annos nata Antuerpiae, duobus liberis, a marito defuncto sumptis, sub cura parentum suorum relictis, religionem ingredi cupiebat: cum autem multi hoc ei dissuaderent, parentes autem ejus, ut probaret spiritum suum, apud sorores P. Adriani eam constituerunt, quae tam religiose vivebant, ut earum domus parvum quoddam monasterium videretur: cum autem etiam qui pii videbantur deterrerent viduam et dicerent ipsi non licere Religionem ingredi, in magnis illa angustiis constituta, humiliter a P. Adriano postulavit ut quid ipse sentiret explicaret, qui bono spiritu ipsam duci censens, et consolatus est, et animavit ad illud vitae genus suscipiendum, et a parentibus (qui ex primoribus erant et valde divites) impetravit ut libenter liberorum curam susciperent [2].

620. Fruebantur nostri Lovanii nova quadam et insolita tranquillitate, et omnes tragoediae praeteritae oblivioni prorsus traditae ac sepultae videbantur, et optimi quique et eminentissimi auctoritate ac dignitate, aut favebant rebus nostris, aut certe dissimulabant; nec accedentes ad nostros ullus impedie-

---

[1] "Mitto etiam quaestionem illam de religionis ingressu, inconsultis vel etiam invitis parentibus, serio tractatam, ut R. V. se velle significaverat, quamvis in florenti ista Academia Lovaniensi hic labor parum videatur mihi fuisse necessarius. Ut tamen intelligas, Pater, quam cupiam rem gratam facere T. R. etiam in re minime necessaria, jucunda tamen, parere volui. Refutationes, quae in calce sunt, argumentorum contra veritatem objectorum, forte non expediret omnibus ostendi, ne male dispositis efficacia illa argumenta potius quam solutiones viderentur; sed hoc tuae prudentiae committitur." Polancus, *ex com.*, Patri Adriano, 23 Januarii 1554.

Hujus autem *tractatus*, qui non typis editus sed manu scriptus, Lovanium missus videtur, nullibi apud bibliographos mentionem factam reperimus, neque sub Andreae de Oviedo nomine neque sub Polanci. Ejus vero unicus vel saltem praecipuus auctor fuit P. Andreas de Oviedo. Ait enim Polancus, *ex com.*, Patri Salmeron scribens: "quanto á lo scripto del P. Mtro. Andres sobre entrar en Religion, no hay que decir sino que estaba bueno, y con añadirle algunos testimonios de la scriptura y de los doctores y algunos ejemplos, se ha inviado á Lovania." 28 Januarii 1554.—Quis vero ille fuerit Doctor nomine Adrianus, qui de re eadem, ut ait Polancus, fuse hoc tempore Lovanii disseruit, nobis nondum compertum est.

[2] Desumpta sunt haec, et quae sequentibus tribus nn. continentur, ad verbum fere ex quadrimestribus a P. Arnoldo Hezeo subscriptis litteris, quas habes in *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 592-597.

bat, qui suis etiam quandoque in concionibus aliquando nostris saltem detrahebant, jam quasi eumdem spiritum hausissent, eadem, quae nostri publice et privatim docebant, commendabant et promovebant, et contra abusus severe invehebantur, ad frequentem confessionem et communionem hortabantur, et alia hujusmodi.

621. Quod ad paedagogia vel collegia Lovaniensia [attinet], hoc dicendum est, quod ultra nostris suam operam offerebant, ut, si quando contingeret nostros habere apud se fratres studiosos, in suorum catalogum eos reciperent; exemplo et experientia quadam paedagogii Falconensis [1] edocti, a quo tam ignomi-

---

[1] Quoniam, dum priora tria hujus *Chronici* volumina, necnon duo prima *Quadrimestrium litterarum*, edebamus, quaedam subdubitanter affirmavimus, quae confusioni ansam praebere posse videntur, operae pretium putamus brevem quamdam enumerationem et descriptionem subjungere Collegiorum seu Paedagogiorum in Universitate Lovaniensi ante annum 1556, quo nostrum hoc desinit *Chronicon*, erectorum.

"LES COLLEGES L'UNIVERSITÉ.

Il a dans cette Université XLI Colléges dont nous donnerons la Liste en suivant leur ancienneté. Nous commencerons par les quatre grands Colléges, sçavoir.

I. Le Collége du *Chateau*, fondé par Godefroy de Goimpel, Chantre et Chanoine de St. Jean de Bois-le-duc, qui en 1457 ordonna que les exécuteurs de son Testament feroient de ses maisons un Collége pour la Faculté des Arts.

II. Le Collége du *Porc* fondé en 1430 par Henri de Loë, Bachelier en Théologie, qui le gouverna pendant quelques années, et qui fut, dit-on, Prémier dans une promotion des Arts. En 1441 il quitta le monde pour se retirer dans une maison nommée Capelle, près d'Enghin, Ville de Hainaut, où il entra dans l'ordre des Chartreux; y ayant passé quarante ans, il y mourut en odeur de sainteté l'an 1481. Ce Collége renferme aussi la maison du Reverendissime Messire Henri de Berghes, Evêque de Cambray, de qui on l'acheta en 1516.

III. Le Collége du *Lys* fut fondé par *Charles Viruli*-ou *Manneken*, qui en fut Regent pendant 56 ans. Il prend son nom de l'Enseigne de une maison qu'il legua à ce Collége par son Testament en 1493 en partie pour l'usage des Maitres ès Arts qui s'exerce et font des Leçons actuellement dans le Collége du Lys.

IV. Le Collége du *Faucon* a pris son nom de l'enseigne de la maison dont il a pris la place. *Guillaume Everaerts* avoit acheté ce terrain en 1543, pour son propre usage; la Faculté des Arts l'acheta de lui en 1546 pour en faire un Collége. Mais comme avec le temps les Edifices et le bon ordre sembloient y menacer ruine, Messire *Martin Baudoin Rithove* Evêque d'Ipres, et *Jean Venduille* alors Secretaire du Roy Catholique, le retablirent en partie de leur propre bien et par des aumones, à la priere de plusieurs personnes de probité, ensorte qu'ils le sauvèrent d'une ruine certaine, mais à condition que les profits qu'on en tireroit, seroient employez à la nourriture et à l'entretien des pauvres. En l'an 1597, *Nicolas Zoesius* Licentié en Droit, alors Chanoine et Official de Tournay et depuis Evêque de Bois-le-duc et Mr. *Charles de Zillelebeke*, surnommé *Tackoen* achetèrent ce Collége; et en 1601 ils le transportèrent à de certaines conditions aux Proviseurs du même Collége, et ainsi il se retablit peu à peu, et aujourd'hui c'est un des plus superbes Colléges.

I. (V.) Le Collége de Théologie fondé en 1442 par Louis de *Rycke;* c'étoit un homme de Robbe et Trésorier du Prince. Depuis lui il y a eû plusieurs personnes qui enrichirent ce Collége de plusieurs fondations. On dit que le *Cardinal Bessarion* Patriar-

niose, qui ei praeerat, nostros fratres excluserat; quia collegium honore primi gradus inter promovendos privasse videremur, quosdam admittendo, quibus ipse primum locum deferendum esse putabat; sed paedagogium illud mulctatum est poena huic honoris cupiditati contraria; nam ab eo tempore, cum se primum habiturum locum putaret, vix sextum aut septimum inter promotos in Universitate obtinuit.

---

che de Constantinople, très-sçavant dans la langue Grecque, ayant été envoyé en qualité de Légat du St. Siege en 1463, vers *Philipe le Bon*, Duc de Brabant, il s'arreta à Louvain, et logea dans ce Collége, ou il laissa une Bible manuscrite afin qu'on se souvint de lui. Le nombre des Pensionnaires augmente beaucoup.

II. (VI.) On divisa ce Collége en deux en 1662. ainsi qu'il est encore aujourd'hui, ce qui fait qu'on le nomme le grand et le petit Collége en Théologie.

III. (VII.) Le Collége de *St. Ive* et qui on nomme des Juristes, eut pour fondateur en 1483. *Robert van den Poele*, et il est pour ceux qui étudient dans l'un et l'autre Droit.

IV. (VIII.) Le Collége de *St. Donatien* fondé en 1484 par *Antoine Haveron;* il est destiné pour ceux qui étudient dans l'un et l'autre Droit. Il fut depuis retabli, augmenté et doté par *Jean Carondelet*, Archevêque de Palerme, qui ainsi que le prémier avoit été Prévot de St. Donatien de Bruges.

V. (IX.) Le Collége de *Houterlé* a été fondé par *Henri de Houterlé*, Prêtre et Ecolâtre de St. Pierre, qui par son Testament fait en 1499. ordonna la fondation de ce Collége pour les Etudians en Théologie.

VI. (X.) Le Collége de *Winckele* reconnoit pour fondateur *Jean de Winckele*, Notaire et Secretaire du Conservateur des Privilèges de l'Université de Louvain, mort en 1505. C'est en mourant qu'il legua la pluspart de ses biens pour la fondation d'un Collége pour ceux qui étudient en l'un en l'autre Droit.

VII. (XI.) Le Collége *d'Arras* doit sa fondation à *Nicolas Ruistre*, qui de Prévot de St. Pierre fut fait Evêque d'Arras en 1509. Il est pour les Etudians en Philosophie ou en Théologie, ou l'un et l'autre Droit.

VIII. (XII.) Le Collége de *Standonck*, a été fondé en 1490 par le Celebre *Jean Standonck*, Docteur et Professeur en Théologie à Paris. Il avoit reçu le jour à Malines de parens peu favorisez des biens de la fortune. Il merita par son savoir d'être élevé au Doctorat dans la célébre Université de Paris. Aidé des liberalitez de personnes pieuses il fonda à Paris, à Louvain, à Malines, sa patrie, à Cambrai, et à Valenciennes des Colléges ou Maisons pour les pauvres Etudians en Philosophie et en Théologie. Il mourut à Paris en l'an 1505.

IX. (XIII.) Le Collége des *Trois Langues*, ainsi nommé parce qu'il y a des Professeurs pour l'Hebreux, le Grec, et le Latin; il porte aussi le nom de *Buslyde*, qu'il prend de son fondateur *Jerome Buslyde*, Prévot d'Aire, qui eut le bonheur d'être en faveur auprès de l'Empereur *Charles V* et qui en mourant en 1517. legua ses biens pour ceux qui s'apliquent à l'Etude.

X. (XIV.) Le Collége du *Pape* fondé par *Adrien VI* qui avant d'être élevé sur le St. Siege, avoit été Doyen de St. Pierre, et Precepteur de l'Empereur *Charles V*. Par son Testament, fait dix jours avant sa mort que arriva le 3 de Septembre 1523. il le destina aux Etudians en Théologie; d'autres l'ont depuis augmenté et doté.

XI. (XV.) Le Collége de *Ste. Anne* fondé par *Nicolas Goublet*, Prévot de Dinant, en 1535. Il fut d'abord destiné pour les Etudians en Philosophie et en suite pour ceux en Théologie ou en Droit.

XII. (XVI.) Le Collége de *Savoye* a été fondé en 1551, par *Eustache Chapuis*, Savoyard, originaire d'Anneci et Conseiller de l'Empereur *Charles V*. il le destina pour les jeunes Savoyards, qui étudient en Théologie ou en Droit.„

BUTKENS, *Supplement aux trophées de Brabant*, t. II, lib. VI, pag. 398-401.

622. Pauci admodum erant nostri initio hujus anni, qui in collegiolo nostro Lovaniensi versabantur, scilicet, ipse P. Adrianus cum P. Arnoldo Ezeo [1] ac P. Petro Spiga sardo; non enim augendam valde familiam existimabant, donec collegium auctoritate publica fuisset admissum, cum juvenes pauci in religiosa disciplina bene institui non possent. Alii tamen, qui ad Societatem animum adjecerant, latebant in privatis domibus et nostris non cohabitabant [2]. Accesserant quidem Roma missi PP. Bernardus Oliverius, Quintinus Charlart et Antonius Bucletus [3]; sed alibi in Dni. vinea laborabant.

623. Accessit et P. Adrianus Candidus [4], valetudinis gratia in aërem patrium missus, qui statim melius habere coepit; et omnes magna laetitia tum nostros, tum etiam amicos affecerunt, cum ad vineam Belgicae colendam operarii utiles valde futuri mitterentur. P. autem Candidus, qui, sanguinem expuens etiam ipso in itinere et pectoris dolore laborans, in magno versari periculo videbatur, sic vires recuperavit, ut et pedibus iter conficere cum P. Adriano, et concionari etiam, tum Leodii, tum Antuerpiae, non sine fructu coeperit [5].

624. Tres juvenes eruditos Romam P. Adrianus initio Augusti misit, ut ibi Christi militiae nomen suum darent. Quartus erat mittendus sacerdos quidam et theologus, Mag. Jordanus nomine; sed ex causis quibusdam rationi consentaneis hoc anno in Belgio retentus est, et in Hollandiam destinatus, quod eum instanter peteret decanus quidam nostrae Societatis amicissimus, ubi, in ministerio concionum et sacramentorum confessionis et communionis ac christiana doctrina tradenda, Societatis nostrae tyrocinium ponebat [6].

625. Tres operarii lovanienses jam dicti [7] diligenter vineam Domini lovaniensem excolebant; sed et P. Spiga messem habuit extra Lovanium non exiguam, cum in confinibus Galliae

---

[1] Sic; alias *Hezeus* et *Hezius*.

[2] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 594.

[3] Vide infra, n. 633.

[4] Vide infra, n. 633.

[5] Is, juxta Ignatii praescriptum, cum PP. Oliverio et Charlart, eis se Venetiis adjungens, iter ex Italia in Belgium arripere debuerat; sed variis de causis, quae in Nova Serie litterarum Sancti Ignatii manifestae fient, in Italia aliquantisper haesit.

[6] Deprompta sunt haec ex quadrimestribus P. Arnoldi Hezei litteris Lovanii datis 11 Septembris hujus anni 1554, quas edemus in *Litterae Quadrimestres*, t. III.

[7] PP. Adrianus Adriaënssens, Arnoldus van Hees, et Petrus Spiga.

praesidia militum hispanorum, ab Imperatore disposita, ejus opera cum spirituali fructu in hac quadragesima usi fuerint, et aliqui etiam generales confessiones vitae totius apud eum fecerunt. Fuit autem magna cum charitate exceptus a clero, et ejus capite praecipue, qui eum hospitio excepit; sed et Abbas Letiensis, D. Ludovicus Blosius, qui prope loca suam abbatiam regebat, magna cum charitate eum ad monasterium suum evocatum excepit [1].

626. Duo autem qui manserunt Lovanii, cum jubilaeum plenarium ibidem esset promulgatum, a summo mane in multam noctem in confessionibus occupati fuerunt, nec facile fructus ex eis proveniens explicari posset. Inter poenitentes autem magna sacerdotum et scholasticorum fuit multitudo, quorum multi de collegio theologorum [2] erant, et sic profecerunt ex quo P. Adriano [3] coeperunt confiteri, ut vitae suae exemplo religiosi prorsus viderentur. Hos autem sacerdotes P. Adrianus per varias ecclesias ad confessiones audiendas disposuit, ut spiritum Domini, quem hauserant, in alios transfundere niterentur [4]. Laicus autem populus, qui a nostris adjutus fuerat, sic de nostris sentiebat et eo honore afficiebat, ut puderet nostros cum per vias publicas incederent. Quidam autem ex poenitentibus aut a longo tempore, aut numquam bene, confessi fuerant, qui hoc spirituale detrimentum per generales confessiones instaurarunt.

627. Quaedam religiosae foeminae, instigante diabolo, et statum et professionem relinquere statuerant: hae cum ad nostros accessissent, ut vi jubilaei a votis suis solverentur, per confessionis sacramentum adjutae, et daemonis fallacias agnoverunt, et ad sui cognitionem reductae, cum fervore spiritus suum religiosum institutum amplecti et prosequi voluerunt. Quaedam etiam religiosa, quae mira quadam vitae singularitate pro sancta habebatur, et tamen sub hac specie execrabilem et aliis perniciosam vitam tegebat, divino spiritu, ut creditur, mota, quamvis casu quodam, si ejus deliberatio spectetur, in nostros incidens, Deo adjuvante, in eam contritionem peccato-

---

[1] Cf. *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 594.

[2] Vide supra, pag. 290, n. 621, annot. 1, i(v).

[3] Adriaënssens.

[4] Plenius haec meliusque intelliges, si litteras Arnoldi Hezei, Lovanii 23 Aprili datas, consulas in *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 592-597.

rum et vitae detestationem perducta est, ut statim, pessimo illo vivendi genere relicto, ad omnem suae professionis constitutionem arctissime observandam se totam composuerit; et in multis lacrymis et occulta poenitentia sic perseverabat, ut fraeno jam potius quam calcaribus indigere videretur. Juvit autem multos, gravibus peccatis obnoxios, et ad maturius et majori compunctione confitendum compulit terremotus quidam, qui in ipso die coenae Domini tam valide Lovanium et tam saepe concussit, ut post hominum memoriam tale quid quidam visum non fuisse affirmarent.

628. Accessit ergo [1] ad venerationem SS.mi sacramenti Eucharistiae, dum et publicis concionibus et privatis exhortationibus id curatur, ut cum prius unica incensa candela ad infirmos portari sine reverentia solitum esset, eo res perducta est, ut cum pluribus facibus et lanternis accensis debita cum reverentia portaretur. Crescebat autem in dies frequentia tum virorum tum mulierum, qui cum magna dulcedine spiritus et aviditate ad sanctissimum Christi corpus dominicis et festis diebus assumendum accedebant. Erat autem multis in ecclesiis et fere omnibus tanta communionum frequentia, ut peregrinos in magnum stuporem raperet, qui dicebant Lovanium, si aliis Inferioris Germaniae locis compararetur, monasterium potius quam urbem censendam esse; nec juvenum tantum et mulierum, sed et sacerdotum et non infimae conditionis virorum haec erat frequentia. Fuit autem inter alios, qui adjuti fuerunt, foemina quaedam, quae totos sexdecim annos a confessione abstinuerat, et cum stimulis conscientiae urgeretur, tamen, peccatorum gravitate deterrita et diabolicis laqueata suggestionibus, confessionem omittebat; tandem in morbum incidens, quemdam ex nostris evocari jussit, et cum magna vi lacrymarum et contritione confessa est, et non multo post, sacro Eucharistiae viatico munita, ex his miseriis ad Dominum migravit.

629. Concionabantur nostri Lovanii in monasteriis quibusdam aut templis non primariis; sed aliquarum etiam personarum saecularium utriusque sexus corda a gravissimis peccatis

---

[1] In ms. est abbreviatum ꝙ.°, quod legi consuevit *ergo*. Sensus tamen et Arnoldi Hezei litterae, l. supra c., e quibus desumpta haec sunt, exigunt ut hic scribatur *quoque*, minime vero *ergo*.

et etiam a pompis saecularibus, per eas conciones et consequentes confessiones, a Domino revocabantur.

630. Saepe ad infirmos et coenobia et oppida vicina evocabantur; et pro dono Dei non vulgari habebant, ubi eorum praesentia et spirituali auxilio frui poterant; nec studiis ullis, sed functionibus his Societatis dabant nostri operam; nam morientes animare aut juvare, visitare infirmos et afflictos consolari, pro studio ipsis erat; si quid tamen temporis vacuum ab his pietatis operibus relinquebatur, id libenter studiis privatis impendebant; quibusdam etiam spiritualia exercitia proposuerunt, ex quibus duo Societatem nostram ingressi sunt.

631. Episcopum Leodiensem [1] Dnus. Pictavia, Cancellarius Leodiensis, de rebus nostrae Societatis instruxerat; et litteras suo sigillo munitas ille dedit, quibus Societatem nostram et omnia ipsius privilegia comprobabat, et per totam ipsius dioecesim ea publicari volebat. Idem etiam D. Pictavia, electus in Episcopum Morinensem, simul atque confirmatus esset [2] significavit se Societatem evocaturum et exemplo praeiturum reliquis Inferioris Germaniae Episcopis in rebus nostrae Societatis omni studio fovendis ac promovendis. Fuerunt et nostri evocati Leodium ut has Episcopi litteras acciperent, et aliqui domos cum hortis adjunctas ad collegium ibi instituendum offerebant; sed P. Adrianus cum socio P. Candido in aliud tempus institutionem collegii differendam censebant; et praeter aedes et hortos, reditus annuos et alia quaedam esse necessaria ad collegiorum institutionem dicebant; nec tamen domos recusavit, sicut nec suscepit, sed bona spe fovit [3].

632. Episcopus Tornacensis [4] Societatem etiam admisit in

---

[1] "L'évêque de Liège, Georges d'Autriche (1543-1557), comme son coadjuteur et successeur, Robert de Berghes (1549-1565), se montrèrent toujours favorables à la Compagnie de Jésus.„ DELPLACE, l. c., pag. 10*, annot. 1.

[2] Ejus confirmationem in *Actis Consistorialibus* non reperimus.

[3] Si bene scriptum est a Polanci librario recusa*vit*, suscep*it*, fov*it*, tunc subintelligendus est *Adrianus* aut forte *Ignatius*. Vide num. seq.

[4] Carolus de Croy, electus anno 1524 † 1564.—"Le siège de Tournai fut cédé, du consentment de l'empereur Charles-Quint, à Charles de Croy, moine profès de l'abbaye d'Affligbem, abbé titulaire de ce monastère et administrateur des abbayes de Saint Ghislain et de Hautmont. Il n'avait malheureusement que dix sept ans; le jeune prélat voyagea en Italie et ailleurs, et ne fixa sa residence à Tournai que treize ans plus tard. Jusqu'en 1539 le diocèse fut gouverné par un suffragan, du titre de Sarepta. Buzelin est d'accord avec Voisin pour considérer l'eloignement du pasteur comme une des causes du ravage que fit l'hérésie dans le berçail (BUZELIN, S. J., *Gallo-Flandria*

sua dioecesi [1], id tamen addens, ut nostri curarent ne inter mendicantes et nostros controversia oriretur. Sed Episcopus Cameracensis non omnino quiescebat, et duas causas cur nostros repellendos censeret, praeter eam, quam superius diximus [2], allegabat: altera erat quod nostri non ei se praesentassent; quamvis ei respondit Legatus quod satis se nostri praesentassent, et ad se praesentandos quocumque tempore parati essent; secunda erat causa quod Reginae Mariae non placeret nostra Societas, quamvis et ipsam Cardinalis Polus, in Angliam accessurus, alloquutus est hoc autumno, et illa benignam se exhibuit, et negotium commisit secretario cuidam suo [3], qui familiaris erat Nuncio Apostolico, et ita suscepit curam ipse Nuncius rem cum Regina et ipso secretario conficiendi. Sed antequam Bruxellis recederet Legatus Apostolicus Polus, qui in Angliam a Summo Pontifice mittebatur, et a Regibus Angliae cum universali consensu regii Consilii in id regnum vocabatur, P. Ignatio scripsit ipsius et Societatis petens orationes ad impetrandum felix complementum reductionis Angliae, cujus magnam spem divina bonitas dabat [4].

633. Pervenerant Lovanium 19 Maji PP. Quintinus et Antonius et deinde 1.ª Junii P. Adrianus Candidus; et quia cum prioribus, et etiam cum posteriori, aliqui juvenes, ad eis auxilium in itinere ferendis idonei, missi fuerant, censuit P. Adrianus remittendos eos esse. Cum enim Lovanii nulla exercitia litteraria aut spiritualia, quod ad domesticam attinet disciplinam, junioribus convenientia haberentur, cumque essent sacerdotes toto fere die extra domum in pietatis functionibus occupati, non alios esse mittendos P. Adrianus censebat, quam operarios jam probatos, donec collegii instituendi facultas haberetur [5]. Circa id tempus bonus quidam et eruditus sacerdos rogavit P. Adria-

---

sacra et profana, lib. x, pag. 495)., L. DELPLACE, § 1, pag. 266 operis infra, n. 648, describendi.

[1] "Accepimus etiam litteras septima Septembris (scriptas) et intelleximus Societatem nostram admissam a Reverendissimis Episcopis Leodiensi et Tornacensi et Deo gratias agimus. Utinam ad ejus honorem aliquid insigne Societas in illis regionibus operetur! Et quidem de domo Leodii admittenda alias plura.„ Polancus, *ex com.*, Patri Adriano Adriaënssens, 16 Octobris 1554.

[2] Supra, pag. 286, n. 614.

[3] Scilicet, Reginae secretario.

[4] Dedit has litteras Ignatio Cardinalis Polus Bruxellis 11 Novembris hujus anni 1554. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. v, pag. 19.

[5] Vide supra, pag. 292, n. 622.

num ut litteras ipsi daret, quas Romam ferret ut in Societatem admitti posset, quas ei dedit et Romam sic misit.

634. Postquam Leodio rediit idem Adrianus, Brugas se contulit, quae insignis Flandriae civitas est; multis enim precibus cujusdam monasterii virginum evocatus fuerat, in quo multae spirituales filiae P. Cornelii Wischaven et ipsiusmet P. Adriani religiosam agebant vitam. Cum ergo venisset, et earum spiritualem Patrem febribus laborantem invenisset, ejus rogatu omnium confessiones audivit et extempore ibidem concionatus est, et quidem frequenter, sed eo spiritu et gratia, ut qui eum prius noverant, vehementer mirarentur et gauderent; ipsae autem moniales summopere recreatae in Domino ac refectae fuerunt, et quodammodo in spiritu renovatae. Mansit Brugis quinque aut sex diebus, quo tempore praepositus summae ecclesiae Brugas venit, et cum intellexisset in civitate esse P. Adrianum, eum accersendum curavit; et cum multa inter se contulissent de rebus spiritualibus, brevi se subducturum Brugensibus, et ad spiritualia exercitia excipienda Lovanium venturum dixit. Summus etiam pastor vel parochus magnam ei humanitatem exhibuit.

635. Antuerpiam inde veniens, prope civitatem quoddam virginum monasterium invisens, ibidem concionatus est, deinde prope Mechliniam, in Abbatia quadam monialium, bis eodem munere functus est, et ubique Deo propitio, optimus Societatis odor simul cum fructu spargebatur. Scribebat autem idem P. Adrianus se a concionandi officio propter mortificationis defectum retardari, et opus illi esse ut suggestum conscenderet; alioqui si vel modico ante tempore praemonitus esset, continuo se sollicitudine quadam obrui dicendorum, licet contra ipsius voluntatem. Rogabant autem et moniales et sacerdotes illius Abbatiae prope Mechliniam ut saepius rediret. P. etiam Arnoldus Ezeus Trajectum a P. Adriano missus est ut concionibus et sacramentorum ministerio eam urbem consolaretur. Quamdiu autem illi aberant, P. Adrianus Candidus Lovanii eorum occupationibus utcumque satisfacere substitutus poterat.

636. Cum juvenis quidam, post spiritualia exercitia Societatis, in religionem S.ti Francisci ingressus esset, ejus mater, Lovanium veniens, summo conatu eum avellere a sua religione nitebatur, lacrymis et ululatibus omnia implens, et demum,

propter moestitiam in morbum incidens satis periculosum, filium interim semper in ore habendo, qui cum constans in animi proposito maneret, quidam insignis doctor, ejus praedictae matris confessarius, consuluit hac de re D. Ruardum Cancellarium, qui aperte respondit filium non debere relinquere suum institutum. Ait alter: "quid si moriatur„? Respondit: "Etiam si moriatur.„ Replicavit alter: "quid si mater per praesentiam filii convalesceret„? Respondit Cancellarius: "quid si non convalesceret? in manu Domini est.„ Demum sive mater convalesceret, sive moreretur, dictum filium statuit non teneri ad institutum suum propter matrem relinquendum.

637. Quidam etiam sacerdos per spiritualia exercitia et consequentem generalem confessionem, a pusillanimitatis morbo purgatus est, propter quem nec pluribus annis communicaverat, nec celebraverat: tunc autem, postquam Missam celebravit, cum pace spiritus domum rediit.

Et haec de Lovaniensi Collegio sufficiant.

DE P. BERNARDO OLIVERIO

ET INITIIS COLLEGII TORNACENSIS [1].

638. In autumno praeteriti anni P. Bernardus Oliverius, graviter aegrotans, in Belgium, nativum scilicet aërem, missus est [2], et in Alpibus Rhetiis duos juvenes frisios invenit, qui perutiles ei socii Coloniam usque fuerunt. Cum enim idem P. Bernardus galerum quemdam magnum et pennulam more italico ferret, mulo etiam veheretur, hispanum existimantes, hospitio excipere alicubi nolebant; sed illi frisii, comites, et sibi et

---

[1] De iis quae sub hoc capite continentur, videnda quae scripsit P. L. DELPLACE, *Le protestantisme et la Compagnie de Jésus à Tournai au XVI.e siècle,* in epheméride *Précis historiques,* t. XL, pag. 263, 309, 349, 401, 459.—Ex iis nos libere mutuabimur quidquid ad narrationem Polanci illustrandam conferre videbitur.

[2] Vide supra, t. III, pag. 215, n. 466, et pag. 271, annot. 1.

P. Bernardo cum socio [1] hospitium parabant; et ita numquam illi defuit, nec etiam occasio exercendae patientiae inter haereticos, qui, quod esset sacerdos, eum irridebant, et *paef* clamabant; et in tota Germania, a Tridento Lovanium usque, in civitatibus vel oppidis, cum mulum viderent, congregati pueri illum sequebantur, clamantes eo cantu, qui asinis proprius est [2], immo et viri hoc ipsum aliquando faciebant; et satis animadversum est, nec hujusmodi jumentum nec habitum per illam provinciam transeuntibus convenientem esse [3].

639. Comitante ergo quartana febri, Coloniam et deinde Lovanium pervenit prima Decembris, et admiratus est Lovaniensis civitatis mutationem, ubi aliquando fuerat, et tanta jam in laicis et clero devotio cernebatur, ut quodammodo, sicut prius diximus [4], religionis faciem civitas prae se ferret. Quia vero, ubi major erat commoditas ad adhibenda remedia, magis eum quartana premebat [5], Lovanio ad patriam suam, duorum dierum itinere distantem [6], profectus, postquam duas vel tres hebdomadas cum eadem conflictatus esset in patria, fere medio Januario mense liberum eum reliquit quartana; pectoris etiam aegritudo allevari magnopere coepit, et, appetentia cibi capiendi restituta, brevi vires recuperavit.

---

[1] Thoma, supra, t. II, pag. 271, annot. 1.—Thomas Marchiensis, supra in hoc vol. IV, pag. 268, n. 577.—Thomas de Marche. DELPLACE, l. c., pag. 309.

[2] "Le grand chapeau italien surtout excitait les risées de la populace; on l'accueilliait parfois au cri de *Pfaffe*, papiste, et l'on imitait, à son adresse la voix de maître Aliboron, *îîââ*, ainsi qu'il l'écrivait lui même. *(Hist. msc. Polanci* [scilicet hoc *Chronicon], Tornacum 1554).*„ DELPLACE, l. c., pag. 309, annot. 2.—Hoc autem non ideo, ut patet, afferimus ut Polanci narrationem confirmemus (ex Polanco enim desumptum est), sed ut illustremus, praesertim illud *paef*, quod scripsit Polancus.

[3] "Charissimo in X.° Padre: Ricevessimo quelle di 9 di Decembre de V. R., quale furono le prime dopo le altre de 3, et molto ci rallegrassimo nel S. N. d'intendere della sua arrivata in Lovanio, quantunque si habbino burlato del capello et del mulo con coda li tudeschi. Sia ringratiato Iddio a chi piaccia levar anche la quartana in quanto sarà per maggior servitio suo; et havremo molto a caro con ogni posta intendere come si porta la R. V.

„De Thomaso si è disposto convenientemente dandolo a Mtro. Leonardo.

„L' aviso delli vestimenti et del modo di andare in Fiandra del P. Quintino et altri pare sia ben dato et vederemo di nuovo questa lettera quando questi Padri averanno a partirsi.

„Quanto al mulo pare sarà meglio rimandarlo in queste bande che venderlo, et come ripigli le forze, credo sarà atto a far buone giornate; ma del tempo di rimandarlo non importa che sia presto, sicche potrà con commodità mandarsi et non faremo disegno di quello per il P. Quintino.„ Polancus, *ex com.*, Patri Bernardo Oliverio, 23 Januarii 1554.

[4] Supra, pag. 294, n. 628.

[5] In ms. est *praebebat*.

[6] Antoing.

640. Nec omittam remedium quoddam, quod illa in provincia inventum fuerat ad languentium, macilentorum et pallidorum remedium, quales ethici esse solent; quidam enim medicus abscindebat particulam carnis emortuae, quae super linguam in gutture erat, qua praecisa, homines statim melius habebant; et cum a multis experientia id compertum esse P. Bernardus intellexisset, qui eadem symptomata sentiebant, quibus P. Bernardus obnoxius erat, medicos consuluit, quibus visum est nihil esse periculi si curaret eam particulam carnis sibi praecidi, et cum id fecisset, melius habere coepit; quamvis paulo ante, ut dixi, quartana eum reliquerit [1].

641. Rogatus quidem erat a multis ut concionaretur; sed usque ad quadragesimam hujus anni, ut confirmaret sanitatem, ab ea exercitatione abstinuit, privatis exhortationibus contentus. Optabat tamen ad munus concionandi vires habere, cum religiosi quidam, qui concionabantur, a suggestu descendentes, publice ad hospitia divertebant et inebriabantur, et ita fructum non referebant: lutheranis etiam provincia plena erat [2]. Rogatu ergo parochi cujusdam loci, in quo versabatur, nomine Perveto [3], secunda dominica quadragesimae ante prandium concionari coepit, et post vespertinum officium christianam doctrinam explicabat, et ita sequentibus dominicis et semel ac iterum in hebdomada conciones prosequutus est. Tam autem conciones quam lectiones frequens auditorium sequebatur, et multi ab una et duabus leucis ad eum audiendum accedebant, et cum magna consolatione domum redibant.

642. Distat Pervetum Tornaco tres leucas, et ibi apud fratrem suum [4] commode habitabat: rogatus fuerat a Domina cu-

---

[1] Enarrat haec ipse Bernardus Oliverius litteris ad S. Ignatium Tornaci datis ultima Januarii 1554.

[2] "...in verità non mi pare hauer' mai visto terra che ne habbia più di bisogno che questa, imperòche benche è vero che sono alcuni religiosi che predicano, ma non è così presto finita la predica, che non vadino publicamente a l' hostaria inebriacarsi, et così non fanno frutto. Hora lasso de li lutherani de li quali il paese è pieno.„ Bernardus Oliverius Sancto Ignatio 31 Januarii 1554.

[3] Péruwelz. Vide supra, pag. 286, n. 5. "Péruwelz et Antoing, étant situés sur la rive droite de l' Escaut, appartenaient au diocèse de Cambrai; le P. Olivier y avait inauguré son ministère, sur l' invitation des curés.„ DELPLACE, l. c., pag. 310.

[4] "Le P. Bernard Olivier avait un frère, Henry Olivier, qui habitai Peruwelz; plus tard, ce frère entra dans la Compagnie ainsi que trois de ses fils; l'un d'eux, appelé Bernard, comme son oncle, fut recteur à Valenciennes et provincial de Belgique. Il avait été élevé par autre de ses oncles, Jacques Olivier, curé de Saint-Jacques à Tournai et

jusdam vicini loci (cui Antoing [1] nomen est prope Tornacum) ut in quadragesima ibi concionaretur, sed noluit franciscanum quemdam concionatorem, quem jam habebat, quique concionari in Quadragesima coeperat, hoc incommodo afficere, et magnam jam ab ipso initio curam habuit benevolentiam religiosorum conciliandi ac retinendi. Non tamen illa sufficiebat, et ideo amici eum hortabantur ne sine Cameracensis Episcopi facultate concionaretur, ne religiosi occasionem haberent molestiae inferendae; sed ille [2] satis esse existimabat si ab ipsis parochis facultatem haberet; timebat enim ne diu retineret apud se privilegia Societatis Episcopus Cameracensis, si ab eo facultatem peteret. Audiebat etiam aliquorum confessiones: admonet autem P. Ignatium [3] Tornaci a canonicis et populo magnopere P. Quintinum desiderari, et difficile sine ejus praesentia magnum fructum ex ea civitate referri posse affirmabat, cum tamen illa civitas summopere cultu indigeret; paratum se tamen offerebat, si obedientia sancta aliud injungeret.

643. Spiritualia exercitia paucis dare posse ea in regione judicabat, quod ea laicorum captum excederent, et sacerdotum dissolutio et ebrietas locum eis exiguum daret: non libenter hujusmodi sacerdotes se P. Bernardo conjungebant, immo potius ab eo fugiebant, cum tanta inter eos esset morum dissimilitudo.

644. Cum de his scriberet ineunte Martio [4], et si veniret P. Quintinus Tornacum, in ejus domo simul se posse vivere, et vacare Societatis ministeriis, eo maturius P. Ignatius eumdem cum P. Antonio Bucleto misit, quos alioqui mittere in Belgium constituerat.

645. Prosequutus est usque ad Majum mensem suas conciones et christianae doctrinae lectiones, et non solum numerus audientium, sed et animorum propensio et fructus augebatur; et tamen sic vires corporis post diuturnam aegritudinem firmatae fuerant, ut in die veneris sancti quatuor horas de passio-

---

licencié en théologie „ DELPLACE, *L'établissement*, etc., pag. 11.*—Vide etiam *Cartas de San Ignacio*, t. v. pag. 141, annot. 3.

[1] *Antonio* legitur in textu originali, sed error evidens est.

[2] P. Bernardus Oliverius.

[3] Litteris, quarum supra mentio facta est.

[4] Has Bernardi Oliverii litteras nondum reperimus. Alias toto hoc anno de his Tornacensibus rebus scriptas dabimus, Deo juvante, in Nova serie litterarum Sancti Ignatii. Nonnulla etiam attingunt Adrianus Adriaënssens et Arnoldus Hezeus litteris suis quadrimestribus jam editis et edendis.

ne Domini concionem protrahere potuerit, cum magnis auditorum fletibus, quorum plurimi ab una, duabus et tribus leucis audiendi gratia veniebant. Rogante autem parocho cujusdam ecclesiae vicinae, quae B.ae Virgini sacra erat [1], ipso die Annunciationis cum auditorio tam numeroso concionatus est, ut intra ecclesiam aliqui deliquium passi fuerint, et plures erant extra templum, qui nitebantur ingredi, quam intra illud: quidam religiosus S.ti Dominici [concionem] habiturus, venerat, sed parochus eum non admiserat; sed cum hoc ignorasset P. Bernardus, populo praedicavit; postea id resciscens doluit; parochus tamen illi religioso pecuniam illam donari curavit, quae concionatori dari solebat, et id etiam inconsulto P. Bernardo fecit, et ita satisfieri potuit monacho. Contradictiones tamen expectabat P. Bernardus ab eis profectas, qui displicere sibi nostrorum adventum verbis et factis prae se ferebant.

646. Sub finem ergo Aprilis Lovanium se contulit, et Bruxellas, ut litteras, de quibus superius mentio facta est [2], ad Episcopos Tornacensem et Cameracensem a Legato obtineret, sine quorum expresso consensu ante id tempus officio suo functus fuerat parochorum beneplacito contentus; sed prohibitionem, quae postea sequuta est, aliqui ei praedicebant nomine Episcopi Cameracensis, ad quem aliquis retulerat quod P. Bernardus contra ipsum fuerat concionatus, quod tamen nullo modo verum erat [3]. Invectus quidem fuerat contra libidinem, avaritiam, gulam et ebrietatem, quae vitia ea in provincia latissime patebant, tam inter ecclesiasticos quam inter laicos; complures enim canonici vel pastores domi suae et concubinas et earum

---

[1] "le jour de l'Annonciation, il precha encore dans l'église de Notre Dame de Bon Sécours.„ DELPLACE, l. c., pag. 310.

[2] Supra, pag. 292, n. 624.—De iis, quae Bruxellis Oliverius nunc gessit, ei rescribens, *ex com.*, Polancus, haec ait: "Il visitar li doi Cardinali (Polum et Burgensem) è stato molto bene, et credo in quello accadessi sarebbono molto favorevoli, come si sono offerti; et appresso li Vescovi di Cambrai et Tornai il favor loro et del Rmo. Nuncio credo sarebbe assai importante. Il medesimo dico degli altri Prelati, in cui diocesi si essercitassino nelli offitii della Compagnia et sarebbe assai conveniente esser molto nella gratia loro, offerendosi per suoi ministri nel divino servitio et domandando la loro benedizione et autorità, quantunque non havessimo de bisogno, ultra la quale possiamo usare delle nostre facultà; finalmente se potessi farsi che li Prelati tenessero li nostri per cosa sua, si levarebbono le occasioni di molti disturbi et si potria molto servire Iddio Nostro Signore.„ 23 Maji 1554.

[3] "par bonheur, les deux de Croy, que Charles-Quint fit promouvoir à l' épiscopat, etaient, disons mieux, devinrent dignes d'une si importante charge.„ DELPLACE, l. c., pag. 267.

filios alebant; ebrietas etiam tam publica erat, ut aliqui quotidie deportandi in domos suas essent; alii sex et septem beneficia incompatibilia tenebant; ex quibus vitiis magna ex parte haeresis ortum habuit [1]; affirmabat etiam aliquis fidedignus latum esse aliquem illis in locis, qui uno et eodem tempore plures quam decem foeminas ex se gravidas haberet. Cum ergo concionatoris conscientia urgeretur ad talia vitia reprehendenda, quamvis nullam personam particularem perstringeret, fieri non poterat quin aliqui contra se torqueri tela reprehensionis existimarent, et hinc contradictiones ortum habuerunt, per quas sperabat Societatis institutum magis ad Dei gloriam cognoscendum esse.

647. Sed ut ad litteras Legati redeam, commendabat ille praedictis Episcopis Societatis nostrae operarios, qui suis temporibus egregiam in primis operam in religione tuenda et propaganda, Deo juvante, navassent; testabatur etiam a Sede Apostolica facultatem verbi Dei praedicandi et confessiones audiendi, et alia privilegia a Sede apostolica nostrae Societati fuisse concessa; et nominatim PP. Bernardum, Quintinum et Antonium paratos esse ad Societatis ministeria in ipsius dioecesi exercenda scribebat, quibus et aliis ut cum bona voluntate ipsorum praelatorum id facere liceret officiose petebat.

648. Cum his ergo Legati litteris, ferens etiam Apostolicas, Episcopum Cameracensem P. Bernardus adiit [2], et cum ingressus esset hortum, in quo deambulabat, misit ad eum qui percontaretur quid vellet; cui respondit P. Bernardus habere se lit-

---

[1] "En cette année (1519), Josse Clichtove, prêtre natif de Nieuport et docteur en théologie, dédia à son ancien élève, Guillard, un opuscule fort interessant, intitulé: *De vita et moribus sacerdotum;* c'était un traité sur les devoirs du clergé, que nous ne pouvons analyser ici et qui renferme d'excellents conseils de sainteté et de prudence sacerdotale. On les retrouve au surplus dans les décrets du synode, que l'évêque tint l'année suivante à Tournai *(Summa statutorum Synodalium...* Insulis MDCCXXVI, pp. 152-154). Il suffit de lire avec réflexion ces statuts diocésains et l'ouvrage de Clichtove pour se former une idée fort juste mais assez peu flatteuse de la situation... La conduite du clergé laissait beaucoup à désirer. HAVENTIUS, *Commentarius de erectione novorum episcoporum,* Coloniae, 1609, III, pp. 108-120. — LINDANUS, *Panoplia,* lib. IV. c. 77, p. 406.„ DELPLACE, l. c., pag. 265-207, § I, *La situation religieuse à Tournai vers l'an 1550.*

[2] "C'est à Robert de Croy, frère de l'évêque de Tournai, qu'il (P. Bernardus Oliverius) dut s'adresser; le 7 Mai il se rendit à cet effet à Condé.„ DELPLACE, l. c., pag. 310.—"Le chateau de Condé (Nord) était alors une des résidences de la famille de Croy; il n'était éloigné que d'une lieue de Péruwelz.„ ID. *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas,* pag. 10*.

teras a Legato Apostolico, quas ei tradere cuperet; remisit ille quemdam qui Legati litteras peteret [et Bernardo injungeret ut] post prandium pro responso rediret. Tradidit quidem Bernardus Legati litteras, sed habere se alias praeterea quas Episcopo daret, scilicet, litteras Apostolicas Societatis. Expectavit itaque donec Episcopus litteras Legati perlegisset, qui misit quosdam famulos ad eumdem P. Bernardum, qui renunciarent ei quod nullo modo vellet admittere nec approbare ordinem suum, quia non esset de eo bene informatus. Respondit Bernardus se non petere ullam approbationem ab eo nostri ordinis, cum satis approbatus esset ab Ecclesia et Summis Pontificibus duobus, sed ea de causa ad Episcopum se venisse ut de approbatione hujusmodi certiorem ipsum redderet; obtulitque litteras Apostolicas, vixque obtinere potuit ut eas Episcopo traderent.

649. Quibus visis, non tamen lectis, accersit Episcopus P. Bernardum, qui verbis asperis cum eo agens: "quid, inquit, vultis hic concionari? nonne satis multi concionatores hic sunt et viri docti?„ Et addidit quod superius diximus [1] de lite, quam decreverant intendere mendicantes, parochi et ipsi cum eis, quod injuriam ei facerent nihil accipiendo pro suis ministeriis. P. Bernardus respondit nos nullo modo velle cuiquam eorum injuriam facere, immo pro viribus nostris eos juvare, et magnopere rogabat Episcopum ut se audire aut litteras Apostolicas legere dignaretur, ut institutum Societatis cognosceret. Subdit Episcopus: "cur non itis ad Germanos, Turcas et Indos, aut etiam in Anglos,„ ut paterentur ibi martyrium pro fide Christi si tam boni essent quam haberi volebant? "Sed vos, inquit, estis hypocritae, vagabundi, seductores et advolatitii,„ id enim nomen gallice sonat leves homines externos, incognitos et semper peregrinantes: et haec verba saepius aspere repetebat. Respondit Bernardus aliquos ex nostris esse in Germania et plures in India, et se, si ab obedientia mitteretur, paratum fore ad tales missiones; si Dnus. dignaretur tantam gratiam tribuere ut martyrium pro nomine ejus pateretur, quod non esset primus, cui hoc in Societate contigisset; se praeterea et socios non esse advolatitios sed in illa ipsius dioecesi natos, ac

[1] Supra, pag. 286, n. 614.

proinde ut inquireret an essent vagabundi, seductores et hypocritae, ut dicebat. Episcopus ait se satis informatum esse nec alias informationes se velle. At Bernardus: "In his Provinciis vix est qui noverit Institutum Societatis, ac proinde securius esse fidem adhibere Summo Pontifici et ejus Legato, et aliis Cardinalibus, quam his, qui Societatem non cognoscunt.„ Persistebat nihilominus in sua sententia, quod nollet nostros admittere; "sed si velis, inquit, concionari, fias minorita, aut alterius ordinis approbati.„ Respondit Bernardus nostram religionem approbatam esse a Sede Apostolica, prout videre poterat in litteris praesentatis: "Sed vos, ait ille, decepistis Pontificem vestris mendaciis,„ et addidit: "Inhibeo tibi ne concioneris in mea dioecesi; alioqui jubebo te in carcerem conjici.„ At Bernardus: "Summus Pontifex omnibus praelatis praecipit his litteris Apostolicis, ut si aliquis nostris privilegiis impedimentum praestet, ipsi per censuras et aliis rationibus impedimenta removeant; proinde si Tua Dominatio impedimentum poneret...„ Tunc Episcopus: "Cave ne concioneris: alias in carcerem mitteris;„ et haec hujusmodi cum clamoribus dicebat, ut ejus famuli existimarent quod baculo P. Bernardum esset percussurus; ille patientiam se habiturum dicebat, et Legato Apostolico se renunciaturum quod dicebat. Subdit Episcopus: "Nec pro Legato nec pro quocumque faciam aliud, immo nec pro Summo Pontifice, quia rationes meas audiet,„ et jussit eum inde recedere. Postea revocavit, et pluribus testibus coram eo legi voluit litteras, quas ad suos officiales mittebat, ut, si quem ex nostris concionantem viderent, statim in carcerem detruderent. Arbitrabatur tamen ipse P. Bernardus quod timebat Pontificem; nam misit deinde suum secretarium ut ei suaderet ut a concionando abstineret, et demum, ut superius diximus, suum edictum revocavit, et potestatem concionandi tribus illis nostris fecit [1].

650. Jam enim hoc tempore eo venerant P. Quintinus et P. Antonius, qui inter multa pericula militum, quibus fervebat hoc anno Germania, primo Coloniam, deinde Leodium venien-

[1] Quae duobus his nn. 648 et 649 continentur, deprompta sunt ex Bernardi Oliverii litteris ad Patrem Adrianum Adriaënssens, in oppido Péruwelz datis 7 Maji 1554, quas affert DELPLACE, *L'établissement*, etc., pag. 9*-11*.

tes, salutaverant D. Esium [1] ac D. Pictaviam, qui omnem suam operam nostris pollicebantur. Inviserunt etiam pauperum hospitalia Leodii et unum ex Collegiis Leodiensibus, ubi ducenti et quinquaginta scholastici fere erant, ad quorum tres classes inferiores P. Antonius Bluchetus sermonem habuit cum magno applausu et approbatione auditorum de rebus ad christianam doctrinam et eorum institutionem pertinentibus: ipse P. Quintinus provectioribus concionatus est de pietate cum studiis litterarum conjungenda; et uterque tam gratus fuit Rectori et aliis, ut si Tornaci, quo mittebantur, ostium ipsis praecluderetur ad fructificandum, Leodium esse redeundum censerent, ubi valde apertum videbatur.

651. Postea Lovanium, et demum Tornacum accesserunt, ubi manendum sibi tres illi Patres censuerunt. Admonuerat autem P. Ignatius ut quidquid agerent, cum benedictione praelatorum id agere curarent [2], et ita id praestiterunt. In domo P. Quintini duodecim ex nostris habitare facile poterant, et ex reditibus canonicatus Tornacensis, quem nondum reliquerat, octo aut novem sustentari commode poterant: quamvis tantum tres jam dicti sacerdotes [essent] cum uno vel altero, qui inserviebat in rebus externis, qui se Societati dare cupiebat: ibidem autem et concionari et sacramenta ministrare coeperunt, et de scholis aperiendis cogitabant.

652. Mense autem Junio ab amicis rogati fuerunt ut in oppidum quoddam, quae patria erat P. Antonii Bucleti [3] ad quaedam pietatis opera se conferrent. Tres ergo simul Hauenam [4] cum venissent, et ejus parochum, qui in exercitiis spirituali-

---

[1] Sic in ms Vix tamen esse dubium potest quin sermo sit de Theodorico Hesio, Leodiensis ecclesiae prodecano, quem tamen ORLANDINI, lib. IV, n. 50, ait anno 1544 aetate jam inclinata fuisse.

[2] Litteris ad P. Bernardum Oliverium datis 23 Maji. Vide supra, n. 646, annot. 2.

[3] Antonio Bouclet vel Bouclier patria erat Binche, quod infra latine Polancus dicit Vinchium.

[4] Emendata est in ms. hujus vocabuli prima littera et hic et infra, nec certo erui potest quid tandem legi debeat, *Hauenam, Nauenam,* aut *Auenam.* DELPLACE, l. c., pag. 311, gallice vertit *Avesnes.* "A peine arrivés à Tournai, les deux pères entreprirent en juin avec le P. Olivier une excursion apostolique. Par Avesnes, où le P. Olivier prêcha, ils se rendirent à Liessies; ils y furent accueillis avec la plus tendre charité, l'abbé pria le P. Quentin d'adresser une exhortation latine à ses religieux; le P. Olivier prêcha dans l'eglise paroissiale.„ — Ipse autem Oliverius scripsit *Auenna.* "In questo mentre vienne un' altro canonico de Auenna visitarci, dicendo a l' abbate che di quella predica era tanto commosso che non poteva restar di venir....„ 27 Junii 1554. Vide infra, n. seq.

bus apud P. Adrianum profecerat, adierunt, qui cum aegrotaret, rogavit nostros ut eorum aliquis sua in ecclesia concionaretur, quod cum non mediocri consolatione auditorum praestitit P. Bernardus; et quamvis profestus dies esset, templum nihilominus plenum fuit.

653. Canonicus autem quidam de reformatione vitae suae nostros consulere cupiens, ad vicinam quamdam Abbatiam, nomine Liesi [1], duas inde leucas distantem, adduxit [2]: Abbas autem et multi religiosi ejus monasterii spiritualia exercitia Lovanii fecerant, et valde in Societatem affecti erant; nec solum canonicus, sed Abbas et religiosi de rebus suis spiritualibus conferre cum nostris multa biduo potuerunt. Alter etiam canonicus Hauena [3] eodem venit, qui concione se commotum dicebat Abbati, et ideo ad consilium petendum a nostris de vitae reformatione veniebat; et tam hic quam prior canonicus ad spiritualia exercitia suscipienda se Tornacum venturos promiserunt. Eodem in loco, scilicet, Liesi, P. Bernardus in parochiali ecclesia concionatus est, et P. Quintinus religiosis latine, et quidem cum satisfactione et admiratione. Die lunae sequenti in magna quadam parochia expectatus P. Bernardus concionari populo coactus est; sed et ipse P. Quintinus in monasterio monialium hoc ipsum praestitit, nam mater monasterii Liesim, una leuca distantem, venerat ut precibus hoc impetraret.

654. Processerunt deinde duas vel tres leucas in quamdam Abbatiam monialium, ubi magno cum affectu expectabantur; et cum Abbatissa in quamdam aulam eos deduxisset, curavit monachas omnes congregandas, et rogarunt nostros ut aliqua ad ipsarum profectum loquerentur, quod omnes tres vicissim [praestitere] cum mira monialium consolatione, quam cum intima gratiarum actione ex intimo testatae sunt; et quamvis nostros rogarent ut eo in loco nocte illa manerent, ne tamen viderentur hospitii commoditate ducti ad ea praestanda, quae in ipsarum gratiam praestiterant, maluerunt in pagum nomine Vinchium, non longe ab Abbatia distantem, progredi; nec enim

[1] Ita hic et infra perspicue in ms. DELPLACE (vide supra, annot. 2, ad n. 662) vertit *Liessies*. Et re quidem vera Abbas Lactiensis *(de Liessies)*, Ludovicus Blosius, cum quibusdam ejusdem Abbatiae religiosis, Lovanii exercitiis spiritualibus exculti fuerant. Vide supra, t. III, p. 277, annot. 2.—Oliverius scripserat *Liessy*.

[2] Sic; sensus tamen requirit ut scribatur *advenit* aut quid simile.

[3] Vide n. praecedentem.

quibusdam religiosis, qui erant ibidem, placebat admodum quod nostri tanto honore ab illis monialibus afficiebantur. Erat autem Vinchium patria P. Antonii, ubi sequenti die P. Quintinus in quodam monialium monasterio concionatus est; sed tam multi saeculares ad templum accesserunt, ut partem eorum, quae praeparaverat in religiosarum gratiam, relinquere et in saecularium usum aliis de rebus agere debuerit.

655. Interim autem PP. Bernardus et Antonius in oppidum, nomine Turinium [1], se contulerunt ut quoddam monasterium monialium inviserent, cujus aliquando P. Usmarus [2], ejus oppidi canonicus, curam habuerat: sed initio nostros admittere nolebant, expostulantes cum P. Antonio quod P. Usmarum non reduxisset, quem inde abduxerat. Sed postea ipsaemet postularunt ut P. Bernardus apud eas exhortationem haberet, qua peracta, quaedam vitae dissolutioris, in quarum gratiam eo venerant, seorsum eum alloqui voluerunt; et earum emendationem sperabant.

656. Deinde, Vinchium reversi, invenerunt P. Quintinum in summo templo concionatum esse, quibusdam canonicis id postulantibus, et postea P. Bernardum praedicaturum esse populo significaverat. Liberavit ejus fidem P. Bernardus; et absoluta concione, tam ipse, quam P. Antonius tanto poenitentium numero obruebantur, ut refectionis capiendae tempus non invenirent.

657. Deinde Tornacum redeuntes, quo praecesserat P. Quintinus, in itinere alio in loco idem P. Bernardus semen verbi Dei jecit. In hac ergo peregrinatione non poenitendus fructus collectus est; multi enim sacerdotes compuncti ad cor redierunt, complures etiam ad exercitia spiritualia se accessuros promiserunt; populi etiam majorem Societatis notitiam habere et majori cum siti nostrorum opera uti coeperunt; suum etiam affectum, multis muneribus oblatis, ostenderunt; sed nostri nullum admittebant; et cum, nostris insciis, vinum honorarium [3] ho-

[1] Sic in ms., non solum in textu, manu librarii, quo usus est Polancus, sed etiam ad paginae oram manu Patris Sacchini. Est autem Thuin, oppidum non longe Binchio distans. Oliverius scribit *Tudinio*.

[2] P. Ursmarus Goisson. Vide supra, t. III, pag. 283, n. 636 et annot. 2.

[3] Verbum hoc *honorarium* addidit suo marte Polancus. Oliverius enim sic scripserat: "Una donna ci mandò del vino et fu pigliato in la casa dove eravamo primo che lo sapessimo, ma subito dopoi lo mandassimo a l' hospitale con edificatione di molti.„ Ibid.

spes quidam, ubi nostri divertebant, accepisset, cum nostri id intellexissent, ad hospitale cum multorum aedificatione miserunt.

658. Tornaci aliquot lutherani in custodia publica erant, quos PP. Bernardus et Quintinus inviserunt, et unus eorum a Dno., eorum opera, ad catholicam fidem conversus est, antequam caput ei abscinderetur; alter, nulla ratione emollitus, vivus in sua obstinatione combustus fuit [1]. Civitas autem propter labores, quos nostri sumpserant cum eis, quaedam munera honoraria [2] nostris offerebat; et cum nostri non admisissent, ad novam domum nostram magistratus accesserunt, et consulentes de aliis lutheranis, qui in custodia detinebantur, et cum intellexissent nostros nihil pro suis ministeriis accipere et libenter ad carcerem ituros, et quidquid possent ad Dei honorem et eorum, qui detinebantur, auxilium facturos, cum magna aedificatione a nostris recesserunt.

659. Canonici tornacenses, cum se P. Quintinus ad residentiam faciendam praesentasset, dicebant sine Pontificis dispensatione id non posse fieri cum paupertatis votum P. ille emisisset; sed respondit eis se professionem non emisisse, juxta cujus constitutiones bona retineri posse usque ad professionem.

660. Erant Tornaci tam multi haeretici, ut boni etiam quodammodo dubitarent quid credere deberent. Coepit ergo P. Quintinus dominicis diebus post meridiem articulos fidei catholicae

---

[1] "Quelques obstinés, comme le remarque Cousin (*Histoire de Tournai*, 1620, IV, pp. 297, 299), aymoient mieux estre martyrs du diable que de quitter leurs erreurs. Un meschant hérétique, se trouvant le jour de Noël, l'an 1554, en la paroisse Notre Dame de Tournay, arracha le Saint Sacrement des mains du curé célebrant, et éslévant la sainte hostie consacrée et, après l'avoir dechirée, la jetta par terre et la foula aux pieds avec grand scandale et horreur du peuple." Le malheureux sacrilège expia sur le bûcher cette horrible profanation sans que le P. Quentin eût reussi à le ramener à la foi catholique. DELPLACE, l. c., pag. 312 et 313. Et in iis respondente annot. 1, pag. 313: "Wesembeke, *Mémoires*, p. 78, nomme, outre Pierre Brusly, et plusieurs autres, exécutés à Tournai en 1545, deux hérétiques, Godefroid Hamel et Thomas Calbergen, exécutés, le premier en 1552, l'autre en 1554. Ce sont probablement les deux auxquels Cousin fait allusion (IV, 297, 299). Charlart, alors encore chanoine à Tournai, fit d'inutiles efforts pour mener le premier à la foi catholique; il mourut impénitent, le 23 juillet 1552. Le second avait agit à l'instigation d'un hérétique, qu'Olivier Bernard eut le bonheur de convertir. (*Hist. msc.* 1555, Tornacum.) Il convertit ainsi Quénon (Henri) Castelin, teinturier de Wedde, qui fut décapité le 22 juin 1554 pour crime d'hérésie (*France protestante*, V, p. 1144.)"

[2] Respondet hoc Oliverii verbis, qui ait civitatem ea munera obtulisse "per li travagli che per cio havevamo havuto"

explicare; ipse autem P. Bernardus mane concionabatur in templo quodam, quod Vicarius Episcopi eis ad praedicandum assignaverat; tam enim tornacensis quam cameracensis eo tempore Societatis ministeria exercere nostris permittebant: erat autem ecclesia conjuncta cuidam monasterio, quod Beghinarum vocant, quarum, antequam Tornaco recederet, curam ipse P. Quintinus habuerat, et tunc ei restituerant [1] ad confessiones earum audiendas et verbum Dei praedicandum. Cum autem Tornaci confessiones eo tempore rariores essent, non existimaverunt nostri ad tempus id munus detrectandum esse, donec alia majoris momenti negotia eos alio avocarent.

661. Vivebant autem pacifice admodum, sed sine superiore, in initio. Cum autem P. Ignatius eos consuluisset, sicut et lovavienses ac colonienses, an videretur aliquis Tornaci superior eligendus, ac praeterea an Provincialis aliquis, qui curam haberet nostrorum, qui in Inferiori Germania, Coloniae, Lovanii et Tornaci residebant, et si qui in Anglia essent mittendi [2], nostri, qui in tribus his locis versabantur, scripto P. Ignatio suas sententias miserunt. Erat autem fere omnium communis consensus, Tornaci superiorem aliquem aut rectorem esse constituendum: quod ad Provincialem attinet, non quidem illum videri necessarium, cum pauci essent in tribus praedictis locis (vix enim omnes quindecim erant), cum scholastici nulli essent, et admissi Romam aut Viennam destinarentur; utilem tamen fore hujusmodi Provincialem fere omnes sentiebant [3].

662. Cum autem quisnam eis ad utrumque munus aptior videretur, jussu P. Ignatii [4] suam sententiam sacerdotes scri-

---

[1] Minus certe hic exprimi videtur quam habet DELPLACE, l. c., pag. 314. "Le P. Quentin prêchait depuis son arrivée à l'église du béguinage, ou il avait *conservé* sa jurisdiction d' autrefois.„ Oliverius scribebat: "Questo è monasterio di donne che si chiamano baghine *(sic)* del quale soleva haver il P. Quintino la cura prima che se n' andasse et adesso gli hanno reso la cura...„

[2] "potrà etiam trattarsi se saria bene che havessino di là un capo come Provinciale, a cui obedientia stessero li altri, et si questo tal capo potria bastare per Lovanio et Colonia o vero non. D' ogni cosa trattando fra se, potranno dar un poco d' aviso accio Ntro. Padre provedа.„ Polancus. *ex com.*, Patri Bernardo Oliverio, 23 Maji 1554.— "Exspectamus quid statueritis his de rebus, quas ad vos ultimo scripsimus circa gubernationem Societatis ad inferiorem Germaniam et an Provincialem constitui debere judicetis.„ Idem Patri Adriano Adriaënssens, 26 Junii 1554.

[3] Bernardi Oliverii sententia continetur litteris, quarum saepius jam mentio facta est, 27 Junii Tornaci datis.

[4] Litteris a P. Polanco, *ex com*, datis ad P. Adrianum Adriaënssens, 24 Julii 1554, et aliis eadem die ad P. Bernardum Oliverium.

berent, in Rectorem Tornacensem major pars P. Bernardum, aliqui P. Quintinum nominabant; in Provincialem autem P. Adrianum, Lovaniensem Rectorem, qui inter professos erat antiquissimus, et eos, qui essent in Inferiori Germania, Belgio et Anglia, videbatur commode posse regere. Sed P. Ignatius Tornaci constituit superiorem P. Quintinum, ac liberum ad alias functiones P. Bernardum reservavit; non autem hoc anno Provincialem esse constituendum censuit; et quamvis libera esset facultas P. Ignatio et instituendi superiores in praedictis locis, et, quos judicaret expedire ad eadem officia, nominandi, aliis inconsultis, hac suavi ratione gubernationis uti interdum volebat [1].

663. Egrediebatur diebus festis urbe, concionandi gratia, P. Bernardus, et ita variis in locis verbum Dei seminabat; deinde constituit mane Tornaci praedicare et a prandio alibi extra urbem: cum autem quinque vel sex [2] scholasticos alere possent, P. Ignatio proposuerunt ad demerendos civium animos perutile fore scholas Tornaci aperire; quamvis difficile videbatur capitulum tornacense in eam adducere sententiam, penes quos facultas hujusmodi scholarum erat.

664. Sed cum Satanas doleret aliquos ex ejus faucibus eripi, et multo plures eripiendos nostrorum opera timeret, cursum confessionum et sacramentorum, satis prospere procedentem, impedire conatus est; nam, praeter morem ejus provinciae, in festis praecipuis ad communionem accedebant, et multo plures confitebantur, non audentes adhuc communicare, quod res admodum inusitata haberetur; multorum discordiae componebantur (inter quos duo fuerunt, qui multos annos propter discordiam a confessione abstinuerant); multi vitam corrigebant, et, cum aliorum magna aedificatione, christianis dignam vitam ducere incipiebant. Ex consanguineis autem et conjunctis P. Bernardo, qui multi erant, pene omnes ad frequentem communionem erant inducti.

665. Tornaci autem, praeter conciones habitas in illo primo templo beghinarum, ter aut quater concionatus fuerat in parochiali ecclesia S.ti Brizii [3] P. Bernardus, quae, quamvis

---

[1] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. II, pag. 1-14, et 473-475.

[2] "per insino a quattro o sei.„ Oliverius.

[3] *S.ti Brictii*. Oliverius, Tornaci, 10 Septembris, 1554. — *S.—Brice*. Delplace, l. c., pag. 314.

inter caeteras esset vel maxima, tantus erat populi concursus, ut, templo pleno, columnas et altaria conscendere cogebantur [1]: testabatur autem animorum commotionem, concurrentium ad nostros pro consilio, ad vitae emendationem, multitudo. Hunc ergo profectum spiritualem ut impediret daemon, per nescio quos persuasit Episcopo Cameracensi, qui primam illam suam prohibitionem revocaverat [2], ut eam denuo renovaret, et secundo jam prohiberet ne quis nostrum in sua dioecesi concionaretur, quam prohibitionem non solum Legatus, sed totus fere populus, apud quem nostri concionabantur, molestissime tulit; et primores denuo apud eum curabant ut secundam prohibitionem suspenderet. Curaverat autem Episcopus citandos quosdam parochos, apud quos P. Bernardus praedicaverat; nam consultus Legatus ab eodem P. Bernardo, hoc illi consilii dedit, ut si parochi contenti essent, non se subjicerent ad facultatem ab Episcopo petendam [3].

666. Non omittebat autem conciones P. Quintinus, nec lectiones christianae doctrinae in sua ecclesia Beghinarum, in qua etiam P. Antonius et P. Quintinus multorum confessiones audiebant: dum P. Bernardus extra urbem in pagis vicinis mane in uno, a prandio in altero, concionabatur. Cum autem in quodam ex his pagis uxor gubernatoris Tornacensis [4] habitaret, quae una erat ex primoribus totius Belgii et potentioribus foeminis, ab eadem semel atque iterum invitatus est ad prandium, et omnem suam operam magno cum affectu erga Societatem obtulit.

667. Visum tamen est Cardinali Polo abstinendum esse a praedicatione P. Bernardo, donec ipse alloqueretur officialem Episcopi Cameracensis et Reginam Mariam. Et significavit aperte idem Cardinalis P. Bernardo quod tota curia erat plena malis informationibus commentitiis contra Societatem; et ipse quemdam primariae auctoritatis virum, qui praefectus erat do-

---

[1] "Vir erat (Bernardus Oliverius) doctrina pietateque insignis, dono sermonis et dicendi gratia admirabilis, maximum ad suas conciones concursum trahebat, adeo ut a 10, 15 et 20 milliaribus multi ad eum audiendum accurrerent.„ OLIVERIUS MANAREUS, *De rebus Societatis commentarius*, cap. II, § 2.

[2] "qui inhibitionem semel a se factam, ad instantiam Reverendissimi Cardinalis Angliae revocaverat.„ OLIVERIUS MANAREUS, ibid.

[3] Vide supra, pag. 287, n. 616.

[4] Gubernator urbis Tornacensis erat Florentius de Montmorency, Comes de Montigny. DELPLACE, l. c., pag. 313.

mus Reginae, cum multa se audivisse Cardinali referret, veritate ab eodem intellecta, et quam graviter peccarent qui falsas infamiae notas religioni inurerent, longe aliter de Societate sentiens, et cum bona aedificatione, recessit. Hortabatur autem P. Bernardum ad patientiam, donec veritas cognosceretur; nam magnum esse signum, quod daemoni displiceret Societas, quando tot ei aemulationes et contradictiones procuraret. Suasit etiam ne in Tornacensi dioecesi ipse concionaretur, ne populus dioecesis Cameracensis vicinus detrahendi suo Episcopo occasionem haberet ob prohibitionem istam, cum ei [1] gratissimae conciones essent P. Bernardi. Agebat autem hoc Cardinalis ne irritaretur Cameracensis Episcopus, quem conciliari Societati cupiebat.

668. Prohibitus ergo praedicatione, in Angliam, ubi gallicus sermo a multis intelligitur, vel ad aliam missionem P. Bernardus propensus erat, quamvis omnino obedientiae se subjiceret. Timebat [2] autem ne peccata earum provinciarum mererentur ut hoc spirituale auxilium Societatis ipsis substraheretur, propter quae anno eo multa loca a gallis in illa provincia vastata, et plurimi extincti fuerant; et praecedentibus annis simili flagello percussa, vitam non emendabant: quia tamen adventus Philippi, Angliae Regis, Septembri mense in Belgio expectabatur (quem pater Imperator evocaverat ut ei suos status et dominia renunciaret), de ejus profectione in Angliam, licet aliis praeter eum probaretur, non est actum [3].

669. Alloquutus est Nuncium Apostolicum P. Bernardus de hac secunda prohibitione; et valde miratus est [4], et recepit eumdem [5] se alloquuturum; quamvis a Summo Pontifice remedium potissimum expectandum P. Bernardus sentiebat: ut, scilicet, citato Episcopo, inquisitionem hujus rei Nuncio suo committeret, quia, cum plurimi jesuitae in illis provinciis dicerentur, nostris (qui perpauci et tunc omnes relicti erant) multa, ratione hujus nominis, affingebant, et aliorum defectus

---

[1] Scilicet, populo.
[2] Vide infra, pag. seq., annot. 1.
[3] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. v, pag. 272-274, annot. 3.
[4] Nuncius Apostolicus.
[5] Cameracensem Episcopum.

nostrae Societati, occasione nominis, tribuebant; et sic curiae aures falsis informationibus replebant [1].

670. Non potuit tamen geminata prohibitio efficere quin aliquot animae a daemonum potestate per Dei gratiam subducerentur; nam duae meretrices, verbo Dei compunctae, conversarum monasterium ingressae sunt; fuit et quaedam, quae, cum viginti annos et amplius in adulterio vixisset, et adulteri filios marito, tamquam proprios filios, supposuisset, nec sincere unquam toto eo tempore confessa fuisset, graviter de peccatis dolens, animae suae consuluit.

671. Cum autem in peregrinatione, de qua superius mentio facta est [2], animadvertissent nostri quod, propter vastitatem ab hostibus illatam, multi tristitia, et etiam fame quidam, deficerent, collecta ex eleemosynis non exigua pecuniae summa, P. Antonius Bluchetus in eadem loca se iterum contulit, ut et verbo et subsidio pecuniario solatium et auxilium indigentibus conferret; quae res magnam quamplurimis aedificationem attulit. Pater etiam secundum carnem ejusdem Mag. Antonii (cujus paulo ante generalem totius vitae confessionem P. Bernardus andierat) in quodam tumultu hostium captus a gallis, et tam acerbe cruciatus fuit, ut in itinere, antequam ad patriam rediret, extremum spiritum exhalaverit.

672. Perseverabat, etiam post prohibitionem a Cameracensi Episcopo factam, P. Quintinus in suis concionibus, Tornaci habitis in ecclesia Beghinarum, quae, quamvis procul a frequentia urbis sita esset, frequentes tamen habebat auditores, et plurimae ibidem confessiones a nostris audiebantur; nec Tornacensis Episcopus [3], qui frater erat Cameracensis, praedicationem aut ministeria nostris interdixerat, immo satis humaniter nostros exceperat, et se permissurum esse ut suis uterentur privilegiis dixerat, dummodo religiosi mendicantes a contentionibus cum Societate nostra abstinerent [4]; nondum tamen dederat litteras ad suos officiales, et ideo spectare videbatur quorsum evaderet aut quem successum haberet prohibitio sui fra-

---

[1] Postremae hae sententiae, a vocibus *Timebat autem...*, in n. praecedenti, hucusque, ipsius Polanci manu insertae sunt.

[2] Num. 652-657.

[3] Carolus de Croy.
Vide supra, pag. 286, n. 614.

tris. Interim multorum civium inter se dissidentium concordiae a nostris curabantur, et nostrorum consilio atque opera multi in suis scrupulis et afflictionibus utentes, cum pace et consolatione spiritus a domo nostra recedebant; et sic res se habebat, ut etiam illi, qui Societatem mordebant ac vituperabant, multa bona ab ea fieri vel inviti faterentur [1].

673. Sentiebat autem P. Bernardus, etiam si videretur P. Ignatio ab illis locis nostros avocandos esse, non expedire ut id fieret donec prius essent concionati, ne ex illa provincia expulsi fugere nostri viderentur. Aliter tamen de his rebus sentiebat P. Ignatius, quem contradictiones hujusmodi minime terrebant, cum consequuturi fructus indicia essent, ut vere accidit, immo et Collegia, tam Cameraci quam Tornaci, instituta postea fuerunt [2].

674. Religiosi quidam non admodum huic compati contradictioni videbantur; immo cum P. Bernardus in quodam monasterio monialium Ordinis Sti. Francisci de observantia saepe concionatus esset, Provincialis ejus Ordinis eisdem prohibuit ne amplius eum ad praedicationem admitterent, cum tamen fere numquam verbum Dei audire solitae essent; et cum illae aegre prohibitionem hanc ferrent, evocatus a monasterii matre P. Bernardus, eisdem persuasit ut obedientiae sui Superioris acquiescerent sine murmuratione; et antequam eis concionari coepisset idem Pater, non solum a monialibus saepe rogatus fuerat, sed affirmabat etiam quae monasterio praeerat Provincialem contentum esse, et hoc ipsum rogare; sed postea sententiam mutavit [3]. Crescebat nihilominus quotidie Societatis notitia et messis nostros adeuntium; et qui alibi auxilium non inveniebant, publice ad nostros mittebantur tamquam ad ultimum refugium.

675. P. Ignatius, his rebus intellectis, nihil tamen aspere agendum nec absoluta Pontificis auctoritate censuit, sed litteras a Cardinale Carpensi, Societatis nostrae protectore [4], ad

---

[1] Vide supra, pag. 282, sub finem n. 608.

[2] Cameracense Collegium institutum est anno 1563, Tornacense anno 1569. Hamy, *Documents pour servir à l'histoire des domiciles de la Compagnie de Jésus dans le monde entier de 1540 à 1773*, pag. 30 et 53.

[3] Provincialis.

[4] Rodolfo Pio de Carpi.

Nuncium Apostolicum, qui apud Imperatorem erat [1], misit, simul cum patentibus litteris, quibus constabat de facultatibus Societatis P. Bernardo communicatis; qui Bruxellas profectus, ac litteras Nuncio reddens, et eumdem nomine P. Ignatii salutans, humanissime ab eo exceptus est; et cum litteras legisset, quas valde bonas esse dicebat, in gratiam Cardinalis Carpensis se libentissime facturum promisit, quod tamen propter ipsam Societatem sponte sua erat facturus; promisit etiam se Episcopum Cameracensem conventurum et, si opus esset, Reginam.

676. Jam recesserat Legatus Apostolicus Polus in Angliam, unde Novembri mense prospera nuncia ferebantur, aliquos scilicet ex praecipuis doctoribus haereticorum, ad catholicam fidem redeuntes, publice contra haereses concionatos esse. Venerant etiam primores ejus regni in Belgium ad accersendum et deducendum ad se Cardinalem et Legatum praedictum: ferebatur etiam multos franciscanos eodem missos esse; et quamvis ipse P. Bernardus eodem propensum animum haberet [2], tamen hoc anno Tornaci omnes manserunt, et in illo templo jam dicto, quod P. Quintino, ut canonico, non ut religioso Societatis nostrae, commissum fuerat, in verbi Dei explicatione, catechismi expositione et sacramentorum ministerio nostri perstiterunt.

Et haec de initiis Collegii Tornacensis sint dicta.

DE COLLEGIO PARISIENSI

677. Erat initio hujus anni P. Paschasius [3] in Auvernia, qui Episcopi Claramontani [4] hortatu quadraginta quatuor parochias ejus dioecesis visitaverat, et spiritualia exercitia duobus viris nobilibus dederat; quorum alter quatuor aut quinque beneficia

[1] Vide supra, pag. 288, annot. 1.
[2] Vide supra, pag. 313, n. 668.
[3] P. Paschasius Broët.
[4] Guilielmus du Prat.

ecclesiastica, quibus oneratus erat, reliquit. Cum autem in scriptis summam eorum, quae in visitatione egerat, Episcopo traderet, magna ille animi laetitia perfusus est. Erant inter illas ecclesias xenodochia et quaedam canonicorum collegia, et fere tribus hebdomadis in eis lustrandis occupatus, non exiguum inde fructum retulit. Apud arvernos autem suavissimum odorem suavitatis tam P. Hieronymus Bassius, qui Parisios redierat, quam ipse P. Paschasius, reliquerunt, et Societatis aliquam coloniam ad se deduci ardenter optabant [1].

678. Antequam recederet ex ea provincia dictus P. Paschasius, dedit ei Episcopus Claramontanus suum quoddam diploma, quo reditus annuos ducentorum et quinquaginta francorum libere Societati donabat; et hujusmodi reditus, ut initium quoddam eorum, quos applicare constituerat, ac veluti arrham dederat, ut pro domo Claramontana, quam nostri Parisiis habitabant, compensationem hanc dare possent. Promisit autem tam Parisiensi quam Billomensi Collegio reditus se daturum ad scholasticorum sustentationem, et eos amplos futuros Vicarius ejus affirmabat.

679. Rediit autem P. Paschasius Parisios postquam tres fere menses in Auvernia exegisset. Parisiis autem (quo pervenerat sub initium Februarii) diligenter curabat, quam vocant, amortizationem ejus reditus [2], et per Cardinalem Lotharingum [3] Rex eam concessit; sed capitulum ecclesiae Claramontanae huic permutationi domus cum reditibus consensum praestare noluit, quamvis compensatio pretium superaret domus, quae alioqui ruinam propter vetustatem aliqua ex parte minabatur, et reparatio non sine magna expensa fieri poterat. Ubique itaque contradictiones et occasio patientiae exercendae se offerebant, et praecipue Parisiis: insinuari etiam oportebat donationem coram judice, ut valida esset, in loco ubi reditus erant; sed id non placuit Episcopo Claramontano, quia permutationem cito

---

[1] "Habbiamo inteso dell' andata delli nostri fratelli, et etiam di V. R. al Vescovato del Rmo. de Claramonte, et Nostro Padre ha havuto molto caro che l' habbino fatto alcun servitio et anche desidera poter satisfare a sua Sria. Rma. et servirla nell' aiuto della sua Università di Billon, et col tempo indubitatamente lo farà col divino favor, perche al presente ha la Compagnia due cause di non poter far quella provisione che si desidera.„ Polancus, *ex com.*, Patri Paschasio Broët, 30 Januarii 1554.

[2] Reditus, scilicet, ab Episcopo Claramontano oblati in domus Claramontanae *(Hôtel de Clermont)* Parisiis compensationem.

[3] Vide supra, t. III, pag. 288, n. 645, et t. II, pag. 90, annot. 1.

fieri cum domo cupiebat, et majores dare reditus proposuerat. Urgebat autem idem Episcopus suum Collegium Billionense, ad quod tres vel quatuor Roma mitti postulabat.

680. Communitas etiam Montis Arginii [1], quae viginti quatuor exiguis leucis Lutetia distat, aliquos ex nostris ad se mitti [postulabat], inter quos aliquis scholae praefectus esset cum alio socio; et praefectus ejus oppidi, vir magnae apud suos auctoritatis, summis precibus id obtinere contendebat; domum cum horto et reditus centum francorum offerebant, cum omni supellectile. Sed paucitatem nostrorum obtendens in Gallia, non concessit P. Paschasius quod praefectus postulabat; erant etiam reditus exigui et non admodum firmi. Et tamen P. Ignatius magnitudinem ejus oppidi scire voluit hac de re consultus, cum in Gallia ne exigua quidem initia collegiorum eo tempore contemnenda viderentur [2]. Parochus etiam, qui hoc ipsum curabat, se suaque nostris dare se decrevisse affirmabat. Erant in Gallia id temporis tantum sex ex nostris [3], quamvis ante anni finem duplicatus fuerit numerus; unde non mirum est, imminente institutione Collegii Billionensis, [quod] apud cives Montis Argini se excusaverint, non tamen omnem spem futuri successus eis adimentes.

681. Non est autem mirandum si pauci in amplissima illa Universitate ad nostros accederent, immo et plerique, diligentes hoc saeculum, a nostris recederent [4]; cum omnia Parisiis contradictionibus plena essent. Nihilominus P. Paschasius in vicina parochia Sti. Cosmae, et in abbatia Sti. Germani, et in aegrotantium aedibus confessiones audire pergebat; non tamen ab Episcopo facultas ad id obtenta fuerat, sed ab ipso parocho Sti. Cosmae. Concionandi autem ministerium minus utique per-

---

[1] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 662, annot. 2.

[2] "Circa l' oblatione di Monte Argi V. R. ci avisi quanto è discosto di Parigi, come è, gran terra o piccola, come etiam è sana et atta a pigliarne un poco di recreatione quelli di Parigi, et alhora si scriverà di qua più risoluta risposta. Si potrebbe etiam scrivere quanti si tratterrebono in detto collegietto et che cose basterebbono per satisfar all' obbligo di tal luogho.„ Polancus, *ex com.*, Patri Paschasio Broët, 11 Julii 1554.

[3] Scilicet Paschasius Broët et Hieronymus Le Bas, sacerdotes, et Robertus Claysonius et Jacobus Morellus, scholastici. Aliorum duorum nomina nondum reperimus. Forte iis jam annumerandus est Antonius Lassar, cujus paulo infra, n. 687, ipse Polancus meminit.

[4] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 662.

missum fuerat; itaque spiritualia exercitia quodammodo inter omnia nostra ministeria libere Parisiis exerceri poterant.

682. Initio hujus anni vir quidam nobilis, hujusmodi exercitiis institutus, non parum profecit; alter, qui sacerdos fuit, patria Biturícensis [1], post eadem confecta, Societati se totum tradere decrevit, et non solum suis precibus, sed etiam Cardinalis Poli Legati, qui ad Regem Galliae venerat, apud P. Paschasium id obtinuit [2]. Tres alii adolescentes ad Societatem animum adjecerant, quorum unum parentum exhortatio ab hoc affectu revocavit, duo reliqui admissi sunt; haud dubie multo plures accessuri videbantur, si templum nostri habuissent, aut saltem si non contradictionum fluctibus tantopere fuissent jactati.

683. Fratrem nostrum Jacobum Morellum ad sacros ordines P. Paschasius promovendum obtulit; sed quia professus non erat, nullus eum voluit promovere: itum est ad Episcopum Parisiensem, et Societatis nostrae privilegia significavit [3]; sed ille non esse in Gallia nostram Societatem approbatam clare respondit, et si non esset professus quis in approbato ordine vel beneficio ecclesiastico praeditus, se non promoturum esse affirmavit.

684. Censuram annotationum Roberti Stephani a Facultate Theologica Parisiensi factam, tandem, quorumdam amicorum opera, P. Paschasius obtinuit, ac Romam ad officium S.tae In-

---

[1] "ante annum Episcopi Myrapicensis, oratoris Regis Galliarum apud Pontificem, domesticus famulus, triginta quinque annorum aetatem superans.„ Robertus Clayssonius, litteris ad Ignatium datis 3 Maji hujus anni. Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 663.

[2] "Nec parum ipsum juvit quod P. noster Paschasius Bononiae ipsi a confessione fuerit quodque Romano Collegio familiarissimus extiterit, ut ipse bona legitimaque fide testatur.„ Clayssonius, l. c.

[3] "Quanto alla promotione di Mtro. Jacobo Morello alli ordini sacri, non c' è difficultà alcuna, perche lui è a obedientia della Compagnia et con voto, et non si ricerca la professione nella Compagnia per far promovere al sacerdotio li Religiosi di quella, conciosiache la decima parte delli Religiosi non sono professi, et come si vede nel Breve delli coadjutori, basta che siano coadjutori per promoversi al Sacerdotio; etiam si veda nella Bolla confirmatoria di Julio III che la Compagnia ne tiene tre parti, cioè professi, coadjutori, scholari, et non solamente li professi, ma li coadjutori et scholari, si fanno promovere al Sacerdotio come Religiosi in tutti li luoghi che habbiamo in Italia, Sicilia et altre bande, et tra le gratie nostre troverà V. R. esser questa di poter presentar li sudditi per li ordini sacri et che si possono promuovere a quovis Antistite, etc., et non ha usato fin' adesso altro modo senon il significar la voluntà del Superiore verbo vel scripto; et questo può certificar V. R. al Vescovo che lo deva promovere.„ Polancus, *ex com.*, Patri Paschasio Broët 30 Januarii 1554. — Similia fere iterantur 8 Maji.

quisitionis misit, quam anno superiore a Facultate Theologica non obtinuerat [1].

685. Mag. Robertus Clayssonius cum et doctrina theologiae et gratia verbi praeditus esset, ac idioma gallicum egregie teneret, concionaturus erat in parochia prope S.tum Bartholomaeum sacra [2], tertia dominica post Pascha; quorum enim intererat, eam illi cathedram concesserant; sed adeundus fuit Episcopus ne succenseret, si sine ipsius facultate concionatus esset. Episcopus autem totam Sorbonam nostris contrariam fore si ille concionaretur [praetexens], et ad quosdam alios [3] rem rejiciens, demum cum tempus aliquod tritum fuisset, facultatem negavit, vultum juvenilem [causans] [4] et quatuor ordines mendicantium irritandos fore dicens, praedicationem non permisit. At quidam Societatis amicus, in aede S.ti Sulpicii, quae a jurisdictione Episcopi immunis est, libertatem praedicandi impetrare eidem magistro Roberto studuit; sed pastor illius ecclesiae, qui doctor erat theologus, admittere Societatis concionatorem noluit. Tertio hoc tentavit vir quidam magnae auctoritatis, Consiliarius, cognomine Dumont [5], offensus tam multis offensionibus et calumniis, hanc provinciam sponte suscepit ut in templo SSmae. Trinitatis facultatem concionandi ei impetraret; sed

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 293, n. 655.—"Circa le scholie sopra la Biblia di Roberto Stephano, se si potranno trovare in mano di qualche particolare, bene quidem; se non, poiche fa tanta difficoltà la facoltà di Theologia, si potranno lasciar stare.„ Polancus, *ex com.*, Patri Paschasio Broët, 30 Januarii 1554.—Ratio autem cur tam difficilem se in his tradendis scholiis seu censuris praebebat Theologica Facultas, fuisse videtur quod non satis de iis inter ipsos Sorbonicos Doctores conveniret. Vide QUICHERAT, *Histoire de Sainte Barbe*, t. I, cap. XIV, pag. 123.—Tandem: "Le annotationi sopra la Biblia di Roberto Stephano, insieme con l' altre congionte ricevessimo. Molto ringratiamo V. R. de sua diligenza in questo caso.„ Polancus Paschasio Broët, 8 Maji 1554.

[2] Sic perspicue in ms., sed dicendum videtur *in parochiali ecclesia Sancto Bartholomaeo sacra*.—"Delle nuove che intendiamo del nostro fratello Mtro. Ruberto Claissonio ci rallegriamo non poco nel Sig.or nostro ; et il P. D. Olave nostro, che è prattico in Parigi, non reputa poca cosa il pergolo di San Bartholomeo.„ Joannes Philippus Vito Patri Paschasio Broët, *ex com.*, 8 Maji.—Et in *Quadrimestribus* ipsius Clayssonii litteris, e quibus haec deprompta sunt, dicitur Clayssonius munus hoc suscepisse rogatus *ab Aedilibus sacrae Aedis S. Bartholomaei*. Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 664.

[3] "Rejecit Parisiensis Episcopus rem ad Dominum Poenitentiarium et Dominum Cantorem Parisiensis Ecclesiae„ Id., ibid.—Poenitentiarius autem fuit a 1 Oct. 1550 ad 4 Apr. 1573, in quo obiit, Dr. Dnus. Joannes Alleaume. Cod. LL. 313 (sine tit.), Archives Nationales, Parisiis; DU BOULAY, *Historia Universitatis Parisiensis*, t. VI, pag. 476.

[4] "Uterque causatur vultum adhuc juvenilem (qualem ego quidem ingenue agnosco).„ CLAYSSONIUS. *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 664.

[5] Is erat Reginae a libellis et Consiliarius. Ibid.; DU BOULAY, l. c., pag. 480.

Episcopus, alioquin ipsi familiarissimus, aperte ei dixit se numquam concionandi nec confessiones audiendi facultatem nostris permissurum, nisi more saecularium sacerdotum jurisdictioni et potestati ipsius subderentur [1].

686. Ter igitur repulsam passus, a P. Paschasio missus Mag. Robertus ad quamdam abbatiam, cui nondum Societas innotuerat, ibidem concionem bis habuit cum bona religiosarum et astantium fruge. Deinde mense Maji per duas hebdomadas in dioecesi Senonensi versatus est, et dominicis sacraeque Pentecostes diebus in duobus pagis concionatus est cum fructu non poenitendo.

687. Parisiis autem quibusdam aliis exercitia spiritualia proposita fuerunt; inter quos nobilis fuit quidam adolescens ex familia Cardinalis de Vendome [2], qui cum profectu spirituali magno ab eis recessit: quidam autem sacerdos et canonicus, pius ac modestus, qui ante sesquiannum Societatis exercitiis fuerat institutus, Societati se totum resignavit: alii quidam hoc eodem tempore nostros eminus sequebantur, non audentes aperte se nostris conjungere, calumniis adversariorum deterriti, qui tamen lacte enutriebantur ac fovebantur, donec solidioris cibi participes esse possent. Gessit autem se strenue quidam ex nostris, Antonius de Lassar, Burgundus, qui, cum perdives esset ac valde nobilis, acrem admodum domesticorum suorum impugnationem ter aut quater iteratam superavit, cum alii ad matrimonium ipsum protruderent, alii ad abbatiam admittendam urgerent. Hac ultima ratione fuit etiam oppugnatus Mag. Robertus Clayssonius, cui duplex abbatia, Dumnensis et S.ti Andreae prope Brugas [3], simul cum canonicatu ecclesiae

[1] "Del predicare di nostro fratello Mtro. Roberto, et della licenza di sentir confessioni et promovere alli ordini sacri, habbiamo inteso la difficoltà che fa il Vescovo di Parigi, et secondo il parere di N. P., senza procurar altri mezzi, habbiamo procurato che il Cardinale di Bellay scrivesse a detto Vescovo una lettera, cui substantia qui mando, et già detta lettera per un corriero fu mandata. Oltra di questo Monsignor di Burdeos ci ha offerto di far a bocca questo officio col Vescovo detto molto caldamente et Sua S. R portarà queste lettere o vero copia di quelle. Ci si mostra et si è mostrato molto favorevole in casa del Cardinale di Bellay, et anche lui vorria havere alcuni de' nostri per Burdeos. Crediamo haverà autorità col Vescovo di Parigi per haver tanta col Cardinal suo zio, cui casa governa.„ Polancus, *ex com.*, Patri Paschasio Broët, 11 Julii 1554.

[2] Carolus Borbonius de Vendome, a Paulo III creatus Cardinalis 27 Jul. 1547.

[3] Natus erat Robertus Brugis. "Robert Clayssone, né à Bruges en 1518, admis à Paris en 1549, mort à Bruges le 17 Novembre 1601; il fut recteur à St. Omer et à Bruges.„ Delplace, *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas*, pag. 3*.

S.ti Donatiani, oblata fuit; sed eas Societatis sequendae affectu contempsit, nec offensi patrui rationem habuit.

688. Episcopus autem Claramontanus, qui inter hos fluctus constantem semper erga Societatem voluntatem retinuit, profecturus in suam dioecesim, ad quadragesimam anni sequentis comitem habere magistrum Robertum Clayssonium voluit, ut in ipsius Episcopatu ecclesiastes et theologiae praelectoris officio fungeretur. Incitabat quidem Episcopum P. Paschasius ut statim manum admoveret operi aedificando atque dotando Billomi, ut cum nostri Roma venirent, principium aliquod collegii eos exciperet; sed ille dicebat sex millia francorum annui reditus se habere quos ad pios usus destinaverat, quod eos ex bonis ecclesiasticis emisset, et ideo ad consanguineos pervenire nolebat, et significabat ex his se Collegium Parisiense et Billiomense dotaturum; et licet mortalis esset, ut ei suggerebat [1], testamento tamen se posse legare quod vivens non fecisset significabat.

689. Cum autem diceret P. Paschasius quod Societas Billiomensis Universitatis [2] totum onus libentius susceptura esset, quam simul cum aliis saecularibus docendi officio fungeretur, sed tunc bonum nostrorum numerum necessarium esse, qui saltem ad quatuordecim ascenderet, ut scilicet quatuor essent praelectores, reliqui scholastici, laetatus est magnopere Episcopus quod munus illud integrum vellet Societas suscipere [3]; sed adhuc persistebat in ea sententia, ut in initio tres boni lectores litterarum humaniorum, et quartus, qui lectionem aliquam theologiae enarraret, mitterentur; reliquos autem in ipsa Universitate Billiomensi facile Societati acquiri posse. Optabat ergo P. Paschasius ut ante collegii aedificationem P. Ignatius Episcopo satisfaceret, paucis illis mittendis, quibus ipse domum et omnia necessaria se subministraturum dicebat.

---

[1] P. Paschasius Broët.

[2] Ms. habet *civitatis*, sed error fit ex sequentibus manifestus.

[3] "Si rappresentava etiam che sarebbe la vera restauratione della Università che la Compagnia pigliasse tutto l' assumpto di quella, come ha pigliato d' altre, perche allora si aggiuterebbono li scholari insieme in lettere et buoni costumi, etc.; ma questo assumpto non pigliarebbe la Compagnia, se non fossi con commodità di poter trattener assai grande numero di scholari, il che si potrebbe fare con le intrate che adesso tengono li Mastri et l' Università...„ Polancus, *ex com.*, Patri Paschasio Broët, sine die sed certe 30 Januarii 1554.

690. Cum ad promotionem ad sacros ordines [1] consiliarius ille D.[s] Dumont [2] suam operam apud Episcopum [3] obtulisset, dixit illi aperte Episcopus se id facere ne, si ad ordines sacros aliquem ex nostris admitteret, nostram Societatem approbare videretur; et addidit quod theologi in nostris diplomatibus Apostolicis plus quam quadraginta errores deprehendissent, unde Societatem rem esse nefariam colligebat. Nec mirum si litterae Apostolicae tam exiguam auctoritatem apud ipsum haberent; nam et P. Paschasio, qui approbationem duorum Pontificum ei ostendebat, respondit Summos Pontifices multa facere, quae bona non sint, quasi si nostrae Societatis approbatio inter ea fuisset. Voluit idem D. Dumont ipsas Apostolicas litteras legere, in quibus cum nihil quod pium non esset et sanctum videret, ad Episcopum rediit; sed eum, cum vitae periculo, morbo laborantem invenit.

691. Suadebat ergo idem D. Dumont P. Paschasio ut urgeret Facultatem Theologiae ad pronunciandam sententiam de Societatis Instituto, quandoquidem Senatus ei [4] suam subjecerat: ut enim erat vir pius et doctus, sperabat eam sententiam a Facultate Theologiae egressuram, quae approbatam a Sede Apostolica Societatem confirmaret; et magis ea spes aucta est, cum D. Pichardum [5], egregium concionatorem, Societati amicissimum, convenisset, qui, optime de Societate nostra sentiens, omnem suam operam est pollicitus: accessit idem Doctorem Democharem [6] et Doctorem Pelletarium [7], praecipui nominis theologos, alterum ex Collegio Sorbonico, alterum ex Collegio Navarrae, in quorum manibus nostra diplomata ex delectu Facultatis Theologicae versabantur, qui se nostra negotia sincere curaturos promiserunt; sed et alii fere viginti theologi

---

[1] Vide supra, pag. 319, n. 683.

[2] Vide supra, pag. 320, n. 685.

[3] Parisiensem intellige, Eustaquium du Bellay.

[4] Scilicet, Facultati Theologiae.

[5] Franciscus Picart. Vide supra, t. III, pag. 291, n. 649, et annot. 1.

[6] "Antoine de Monchi (ou Mouchi), surnommé Democharès, Docteur et doyen de la Faculté de Théologie de Paris, né à Ressons-sur-Matz, près Compiegne (Oise): mourut à Paris en 1574. Il fut aussi inquisiteur de la foi." Vide FÖCHER, *Allgemeines Gelehrten-Lexi-con*, Leipzig, 1751, et passim historias tum Parisiensis Universitatis, tum Galliarum Ecclesiae.

[7] Joannes Pelletier. Vide supra, t. III, pag. 291, et PRAT, *Memoires pour servir à l'histoire du P. Paschase Broët et des origines de la Compagnie de Jésus en France*, part. III, lib. 1 et 2.

eadem cribrabant. P. quidem Paschasius eo tempore causam nostram theologorum arbitrio offerendam esse non censebat; sed tanti viri tamque benevoli praesidio et auctoritate impulsus, rem aggressus est; nam, si aliter quam par esset Facultas Theologica sententiam tulisset, se Regi negotium nostrum commendaturum promisit. Erat alioqui vir perdives ac sine liberis, qui haud vulgare subsidium templo Collegii extruendo pollicitus fuerat, et privilegium illud ducentorum et quinquaginta francorum, cujus litterae quinquaginta aureis expeditae non fuissent a nostris [1], ipse expeditum domum cum aliis eleemosynis misit.

692. Facultati ergo Theologicae pro more recepto, ipso Decano [2] efflagitante et Senatus edicto per ostiarium denunciato, negotium decreti ferendi injunctum est, ut sine mora suam proferrent communi consensu sententiam; quamvis, timentes fortassis Pontificis offensam, cunctabantur illi, et unum et alterum et plures etiam menses rem extrahebant. Sed non est silentio praetereunda doctoris cujusdam vox, qui cum in templo in publico hominum conventu ex praescripto Decani diplomatum [3] examinationi interesse rogaretur per quemdam, qui domui nostrae inserviebat, stomachabundus exclamavit: "Per B. Virginem oporteret vos omnes flagellis caedere et ex urbe ejicere: haec est mea sententia, quam laturus sum.„

693. Acceperat, dum haec agerentur, Episcopus Claramontanus litteras ex Urbe [cujusdam], qui aliquando Minimorum generalis fuerat, deinde Archiepiscopus Regiensis [4], qui mirifice Collegii nostri Romani laudes extollebat; quibus litteris Episcopus multum delectatus est, et urgebat ut properaremus Billiomense Collegium inchoare, nihil de ipsius liberalitate ambigentes. Sed P. Ignatius, cum omnia bellis essent perturbata inter Imperatorem ac Galliae Regem, non facile aliquos in Galliam mittendos censebat, praesertim qui natione galli non essent. Voluit ergo a P. Paschasio intelligere an secure nostri eo in re-

---

[1] De hoc privilegio nihil certi adhuc statuere valuimus.

[2] M. Nicolaus le Clerc. DU BOULAY, l. c., pag. 476.

[3] Intellige Apostolicas litteras approbationem, confirmationem et privilegia Societatis exprimentes.

[4] Erat is Dnus. Gaspar a Fosso, de quo videndus UGHELLI, *Italia sacra*, t. IX, col. 334. Ab aliis dicitur Caspar de Fossa, Caspar dal Fosso, etc. Vide etiam *Cartas de San Ignacio*, t. III, pag. 322.

gno versari possent. P. autem Paschasius mense Decembri scripsit se ab aliquo amico fidedigno intellexisse nostros Parisiis securos esse posse, quamvis Imperatori subditi essent, ut erat Mag. Robertus Clayssonius, belga, Brugensis, sed Billiomii multo securiores nostros fore: hoc tamen affirmabat amicus ille, dummodo aliud edictum non prodiret quam quae eatenus prodierant: sed hoc anno supersedendum fuit ab hac missione.

694. Quidam adolescens, mediocriter doctus, hac aestate, postquam ex exercitiis uberrimum fructum collegisset, Societati se adjungens, nostrorum auxit numerum: alius etiam sacerdos, post hujusmodi exercitia, id ipsum optabat; sed, quia pius magis quam litteratus erat, a P. Paschasio non est admissus: vir praeterea quidam probe eruditus ac pius sub P. Paschasio se diligenter exercuit, et in eisdem multum profecit, sicut et monachus quidam ordinis S.ti Benedicti. Erat et quidam canonicus regularis S.ti Augustini, Theologiae doctoratu post Pascha insigniendus, ecclesiastes, qui cum magno zelo divini honoris eo fungebatur officio; hic nostris se adjungere magnopere optabat, et summo dolore affectus est quod alterius religionis professio id impediret.

695. Cum Parisiis concionari non liceret, missus est a P. Paschasio Mag. Robertus in quamdam Abbatiam sex leucis Lutetia distantem, quae Portus Regius [1] dicebatur, et ibidem, licet esset in dioecesi Parisiensi, cum fructu concionatus est: mense autem Septembri ad quinque pagos Senonensis dioecesis, cum animarum fructu non mediocri, in duobus praesertim, consequuto, eodem officio functus est. In Octobri vero in eadem dioecesi Senonensi, in quinque pagis, et ipsis feriis D. Dionysii in urbe Briensi [2], concionem habuit cum summa incolarum frequentia ac favore, et eumdem in Adventu ecclesiastem optabant; et Parisios aedituum legaverunt ut intelligeret num parochus alii suggestum addixisset; quod si non esset factum, ut significaret sacerdotum collegium et populum Mag. Robertum in ecclesiaste exercitare [3]; ipse autem nec refragari civium affectui, nec etiam suffragari voluit.

---

[1] Port-Royal des Champs.

[2] Brie Comte Robert?

[3] Sic; rectius forte *in ecclesiastem expetere, ecclesiastem expectare,* aut quid simile.

696. Primis autem diebus Novembris, scilicet in Omnium Sanctorum festo et die sequenti, suffragiis defunctorum deputato, in pago, Fontenaio [1] nomine, dioecesis Parisiensis, et in duobus aliis pagis celebribus dioecesis Senonensis, cum maximo populi conventu et sacerdotum benigno favore concionatus est; ipso autem die Omnium Sanctorum trinam habuit in tribus pagis concionem; aliis diebus binas habere solitus erat; et mirum quanto affectu tam viri nobiles locorum illorum, quam sacerdotes ac populus, eum prosequuti fuerint, quamque honorifice exceperint. Sed supervenerunt bini doctores Theologiae, carmelitae, ex urbe Milioniensi [2] ad pagum Boysilianum [3] contendentes, qui ab Archidiacono interdictorias litteras extorserant, quibus Vicarium terrebat ac persuadebat ut suggestum Mag. Roberto praecluderet; quibus tamen et aliis obtrectationibus nihil aliud sunt consequuti quam ut non concionaretur Mag. Robertus in eodem loco, ubi ipsi concionaturi erant, et nescio quas eleemosynas collecturi; aliis in locis ei praedicare licuit, et tribus mensibus in undecim locis, partim Senonensis, partim Parisiensis dioecesis, praedicationis officio functus, cum egregio fructu ac bono odore Societatis relicto, Parisios rediit.

697. Cum hoc tempore tam multis modis Societas exagitaretur Parisiis, admonuit P. Paschasius de sua et multorum sententia, quod cum [a] multis, eruditione et auctoritate magnis, oppugnaretur Societas Parisiis, aliquis esset nostro Parisiensi Collegio praepositus [4], eruditione et audacia major, qui magnis illis doctoribus rationibus et auctoritate se opponeret, et non sola cum simplicitate, ut scribit ipse P. Paschasius; cujus tamen postulatio non est exaudita, cum facile non esset Societati alium aptiorem Parisios mittere.

698. Nocuit tamen illi ea simplicitas, non apud doctores, qui potius affectu quam ratione duci videbantur; sed quod gallum quemdam domi admisit, qui se de Societate esse et Lovanium mitti referebat; et cum quinque vel sex dies in Collegio fuisset, omnibus insalutatis, sed non vacuis manibus, recessit;

---

[1] Fontenay.

[2] Sic; Melun? Sed hoc latine dicitur *Melodunum*.

[3] Sic; nec facile est inter tot dioecesis Senonensis oppida, quorum primum et quasi genericum nomen est *Boissy*, quodnam hoc sit designare.

[4] Sic; rectius *praeponendus, praeficiendus*, aut *praepositus mittendus*.

et hujusmodi exempla cautiorem Societatem fecerunt; et merito ne sine litteris quisque admitteretur constitutum est [1].

699. Auctus fuit nostrorum numerus duorum accessione, quorum alter sacerdos erat et canonicus et ad actionem idoneus, alter juvenis litteris humanioribus bene versatus. Itaque jam undecim numero, et, eo qui inserviebat computato, duodecim esse Parisiis coeperunt [2]: postea accessit quidam philosophiae studiosus; quamvis enim multorum contradictio [plures] revocaret, quosdam tamen divina bonitas vocabat. Ex studiosis autem tres litteris humanioribus, quatuor philosophiae dabant operam; solus Mag. Robertus theologiae. Erant autem quatuor sacerdotes; et plures futuri erant, si per Episcopum ad ordines promovere aliquem licuisset.

700. Et hi conficiebant Galliae provinciam: jam enim ab eo tempore, quo P. Paschasius in Galliam missus est, facultatem habuit Provincialis; sed cum uno tantum loco, scilicet, Parisiis, nostri residerent, et numero perpauci essent (cum aliquando numerum senarium non excederent, ut vidimus), potestas Provincialis non amplius quam potestas Rectoris se exerebat; immo et nomen ipsum provinciae ac provincialis parum in usu esse potuit, donec, Collegio Billionensi admisso, duobus saltem in locis Societas coepit residere et in actum exire Provincialis facultas, quae prius quodammodo in virtute tantum erat.

701. Ex his, qui Parisiis erant, cum Mag. Robertus Clayssonius acri ingenio et non mediocri eruditione praeditus esset [3],

---

[1] "Quel francese che portò la veste del fratello Mtro. Ruberto, senza dubbio doveva esser ingannandosi; qua dubitamo sia stato qualche latrone domestico, come sarebbe uno francese che se fuggì de Modena robando quello che ha potuto. La R. V. a sue spese intenderà che meritamente s' era ordinato che non accettassero huomo alcuno come della Compagnia, se non ha lettere nostre, il che s' era ordinato di qua per obviare a molti ingannatori di che habbiamo esperienza.„ Polancus, *ex com.*, Patri Paschasio Broët, 15 Octobris 1554.

[2] Vide supra, pag. 318, n. 680.

[3] "Ex tuorum litteris, charissime frater, ac praesertim domini Paschasii intellexisse existimo, ut in hanc nostram Arverniam dominum Robertum Clayssonium abduxerim, virum ex tuo sodalitio ut litterarum peritia, ita sane morum integritate et christianae religionis pietate commendabilem; ...ad illas aliquot urbes eum misi ut in eis concione publica suae tum eruditionis tum virtutis specimen praeberet. Quod tam feliciter successit, ut eum omnes avidissime audierint, velut ex concionantis ore pendentes, idemque pene, quod divo Paulo Athenienses, acclamaverint: Audiemus te de hoc iterum.„ Guilielmus du Prat, Sancto Ignatio, 5 Februarii 1555, apud *Acta Sanctorum*, mense Julio, t. VII, pars. II, Comm. praev. nn. 450 et 451.

amicis compluribus expedire videbatur, ad captandam Doctorum Parisiensium benevolentiam, ut theologicum cursum ingrederetur, donec gradum aliquem esset consequutus; nam licet tantum ad bachalaureatum promotus fuisset, jus ad concionandum etiam Parisiis partum illi esset; sed has deliberationes abrupit Episcopi Claramontani justa postulatio et ejus dioecesis spiritualis necessitas, propter quam eumdem Mag. Robertum cum P. Hieronymo Bassio, qui philosophiae cursum nondum absolverat, secum in suam dioecesim ducere optabat, cum facultas concionandi, quae nostris Parisiis negabatur, in Auvernia offerretur, immo cum magno desiderio et Episcopi et populorum, eorum opera expeteretur [1].

702. Urgebant interim nostri Theologicam Facultatem parisiensem ut de rebus Societatis nostrae tandem decerneret; jam enim qui deputati fuerant ad litteras Apostolicas examinandas, officio suo se functos affirmabant; sed generalem theologorum synodum [cogendam] ac promulgandam communi consensu sententiam dicebant. Sed interim tam multis linguarum telis nostri confodiebantur ac Societas ipsa proscindebatur, vel ob ipsum nomen Societatis Jesu, ut sive Episcopum, sive Facultatem Theologicam, sive Senatum, sive populum, aut etiam ipsam Universitatem spectarent, magnam exercendae patientiae occasionem undecumque haberent et suspicandi quo tandem decretum, quod expectabatur, evasurum esset. Illa [2] autem prima die mensis Decembris, post Missam de Spiritu Santo celebratam in Collegio Sorbonae, decretum illud edidit, cujus tenor hic est:

703. "Haec nova Societas insolitam nominis Jesu appellationem peculiariter sibi vendicans, tam licenter et sine delectu quaslibet personas, quantumlibet facinorosas et illegitimas et infames, admittens, nullam a saecularibus sacerdotibus habens differentiam in habitu exteriori, tum tonsura, tum horis canonicis privatim dicendis aut publice in templo decantandis; in claustris, silentio, in delectu ciborum et dierum, in jejuniis et

---

[1] "L' altra questione sopra l' entrare nel corso di Theologia Mtro. Roberto, pare sia soluta con mandarsi fuora; pur non è ripugnante all' instituto nostro entrar nel corso di Theologia, nè anche pigliar tutti gli gradi: vero è che la prattica di questo pende di molte circumstantie.„ Polancus, *ex com.*, Patri Paschasio Broët, 15 Decembris 1554.

[2] Ms. habet *Illud;* sermo tamen est de *Theologica Facultate.*

aliis variis legibus et caeremoniis, quibus status religionum distinguuntur et conservantur. Tam multis tamque variis privilegiis, indultis et libertatibus donata, praesertim in administratione sacramenti Poenitentiae et Eucharistiae, idque sine discrimine locorum aut personarum. In officio etiam praedicandi, legendi et docendi, in praejudicium Ordinariorum et hyerarchici ordinis; in praejudicium quoque aliarum religionum, immo et principum et dominorum temporalium, contra privilegia Universitatum, denique in magnum gravamen populi. Religionis monasticae honestatem violare videtur, studiosum et pium et pernecessarium virtutum, abstinentiarum, caeremoniarum et austeritatis enervat exercitium, immo occasionem dat libere apostatandi a reliquis religionibus, debitam Ordinariis obedientiam et subjectionem subtrahit, dominos tam temporales quam ecclesiasticos suis juribus injuste privat, perturbationem in utraque politia, multas in populo querelas, multas lites, dissidia, contentionesque et aemulationes, variaque schismata inducit. Itaque his omnibus atque aliis diligenter examinatis et expensis, haec Societas videtur in negotio fidei periculosa, pacis Ecclesiae perturbativa, monasticae religionis eversiva, et magis in destructionem quam in aedificationem. De mandato dominorum Decani et magnorum magistrorum Sacratisimae Theologiae Facultatis Parisiensis.„

704. Quamvis autem hoc decretum primo die Decembris factum esset, non est nostris significatum usque ad anni sequentis initium; sed forte viri religiosi mendicantium prius quam nostri id intellexerant; nam tres ex illis ordinibus publice suis in concionibus contra nostros invecti sunt. Augustiniani tantum reliqui erant, a quibus nihil tale auditum fuerat. Hoc tempore cum inter prandendum, prout assolet, aliqui doctores et bachalaurei Theologiae contra Societatem multa dicerent, quidam inter eos, etiam bachalaureus et Societati amicus: "Tempus, inquit, teritis, his religiosis et tot bonis operibus eorum contradicendo: si enim non abstinueritis ab eis exagitandis, impetrare poterunt a Summo Pontifice praeceptum aliquod ut sub poena excommunicationis eos non impedire cogamini.„ Non defuit autem unus aut plures eorum, qui responderet quod, si Summus Pontifex tale quid praeciperet, Facultas Theologica appellatura erat ad futurum Concilium.

705. Cum autem ille D. Dumont tale decretum vidit et legit, stultitiam ejus, ut ipse loquebatur, admirans, numquam sibi in mentem venire potuisse fatebatur decretum, tot mendaciis et calumniis plenum, a Theologica Facultate contra nostros egredi potuisse; nec de nostris rebus juvandis animum despondebat; et Cardinalem Lotharingium, protectorem Societatis in Gallia, alloqui volebat, quod et P. Paschasius facturus erat, cum primum Parisios venisset. Videbatur autem eidem D. Dumont (officium is habebat supplicum libellorum, qui Regi offeruntur, quamvis prius fuerat de numero consiliariorum Parlamenti) rem totam Summo Pontifici significandam esse, quandoquidem ea injuria non Societati tantum, sed Sedi Apostolicae facta fuisset. Quid autem P. Ignatio visum fuerit agendum esse, anno sequenti, Deo duce, dicetur.

Et haec de Collegio Parisiensi sint dicta.

DE PROVINCIA ARAGONIAE

AC PRIMO DE

COLLEGIO VALENTIAE [1]

706. Cum P. Baptista de Barma, Gandiensis Collegii Rector, Collegio Valentino etiam praeesset, ut anno superiori dictum est a P. Natali fuisse ipsi injunctum [2], sub tempus Adventus nihilominus Barchinonam concionandi gratia missus, praefecit aliis P. Caravajalem [3]. Sed ineunte hoc anno rediit Valentiam [4], scilicet 17.ª Januarii, et magna laetitia tum nostros, tum etiam amicos, affecit.

707. Vacabant eo tempore nostri aedificationi ecclesiae, cujus duae tertiae partes, ligneo tecto coopertae, lateritio jam cooperiendae erant: sed religiosi ordinis S.ti Augustini litem nostris intentarunt, quod contra ipsorum privilegia ecclesiam intra centum et quinquaginta cannas [5] ab ipsorum monasterio erigeremus. Nostri quidem pacifice rem componendam per amicos tentarunt, sed frustra [6]; quamvis jus ecclesiam erigendi

---

[1] Hic ad paginae oram alia, sed antiqua, manus scripsit: "De rebus a P. Borgia. Commissario, gestis videnda sunt ea quae dicuntur versus finem hujus tomi post missionem Aethiopicam.„ Ea autem hic reperies infra a n. 1242 ad n. 1272.

[2] Vide supra, t. III, pag. 373, n. 819.

[3] Hujus nomen nullibi adhuc reperimus, nequidem in nostrorum catalogis Romam sub hoc tempus a PP. Natali et Araoz missis, ubi semper *P. Carvajal* dicitur, additurque fuisse "enfermizo, de pocas letras, aunque ha oydo alguna theologia; si tamen tuviese salud, seria apto para confesiones y algunas predicaciones.„

[4] P. Joannes Baptista de Barma.

[5] *Canna* mensura est duas ulnas parum excedens, qua pannos metimur et agros. Hispanice, in Catalaunia praesertim, *cana*.

[6] "Hasta ahora, ultra de sustituir un procurador en los actos del notario, no se ha hecho otro, ni pienso se deba hacer cuanto á la lite; porque ellos no mueven nada, que han habido lo que pretendían, que era estorbar, y nosotros no iremos por via ordinaria de lites, sino procurando de haber un *mo'u proprio* del Papa que les ponga perpetuo

simul cum Collegio eis ostendissent. Cum autem illi rem urgerent et ad excommunicationem usque nostrorum venturi brevi viderentur, necessarium fuit nostris, ne id accideret, inhibendo judicem ipsorum [1], appellare ad Sedem Apostolicam. Nec interim opus intermittebatur, nam id temporis tectum, ex lignis confectum, tegulis tegendum erat, ne injuriae pluviarum pateret.

708. Sed cum haec cessasset quodammodo molestia (quamvis referebant procuratores quod religiosi non hujus tantum religionis, sed et franciscanorum, potius quidquid habebant amissuri quam ut oratorium fieret, et Missae, confessiones et praedicationes ibidem fierent passuri essent), parochus quidam vicinus ecclesiae S.ti Martini, vel sponte sua vel ab eisdem religiosis motus, aedificationem eamdem impedire volens, quod aliqua emolumenta temporalia se amissurum existimaret, quibusdam litteris a Sede Apostolica impetratis, nostros Romam citaverunt intra sexaginta dies, et interim ut ab aedificando desisterent, auctoritate litterarum Apostolicarum jusserunt; et ita cessatum est, donec Romae, rebus melius intellectis, expeditae fuerunt Apostolicae litterae, quibus progredi in coepto aedificio sine parochi aut religiosorum impedimento potuerunt; quamvis parochus ille non expectavit litteras, quae ex Urbe in autumno hujus anni Valentiam pervenerunt; nam, postquam nostros ab opere prohibuit, paucos menses supervixit [2].

---

silencio; y este *motu proprio* no se ha espedido hasta aquí por la enfermedad del Papa, mas dentro de dos dias esperamos habrá signatura y se procurará por dos Cardenales de ella que pase este *motu proprio*. Si allá se pueden concertar buenamente, está bien; si no, por esta esperamos dejarán hacer de buena voluntad ó sin ella.„ Polancus, *ex com.*, Petro Domenech, 21 Junii 1554.

[1] Scilicet judicem *(Conservatorem* eum appellabant) a fratribus Ordinis Sancti Augustini ad eorum jura tuenda seu *conservanda* designatum.

[2] In codice ms. *Historia de la fundacion y progresos del Colegio de la Compañia de Jesús de San Pablo de Valencia, escrita año 1712*, auctore incerto, lib. I. c. x. fol. 22 v. et 23, sequentia reperimus: "...pusieron su pleito en Roma los clérigos de San Martin por su parte, y por la suya al mismo tiempo suscitaron sus pretensiones tambien en Roma los Padres Agustinos. Pero ni los clérigos ni los frailes fueron bastantes para impedir el edificio material que Dios quería y ordenaba para el espiritual de muchos. Porque la Compañía en Roma dió razon de sí y de lo que pasaba en Valencia; y como el Papa Julio III habia despachado Bula en 8 de Setiembre de 1550, dando licencia peculiar para la fundacion del colegio é iglesia, ahora, sabiendo lo que pasaba, despachó otra inhibitiva y prohibitiva so graves censuras contra los frailes Agustinos y cualquier otra persona que impidiesen la fábrica del colegio é iglesia, dada en Roma á 14 de Setiembre de 1554... Pero nótese que en la Bulla plumbea, que Paulo III *(sic)* expidió para la ereccion del Colegio, la qual se guarda en el Archivo, le nombra con la

709. Quamvis ecclesia initio hujus anni confecta non esset [1], multis tamen confessionis et communionis sacramentum domi nostri impertierunt; sed extra Collegium, in ecclesia quadam, diebus festis, mulieribus sacramenta ministrabant. Fuerunt autem nostrorum opera non pauci a pessima peccandi consuetudine revocati, inter quos nonnulli plurimos annos suae conscientiae per confessionem non consuluerant. Inter hos quidam fuit, qui ad monasterium S.ti Dominici ad virum religiosum magnae auctoritatis et eruditionis, cognomine Miconem [2], se

---

invocacion de *Santa Maria de Jesus*, y no se sabe la ocasion, que hubo para mudar la invocacion de *Nuestra Señora* en la de *San Pablo*.„

Ex his colliges ternas ante annum 1555 in favorem Valentini Collegii datas fuisse literas; scilicet, 1.° a Paulo III, si recte hic scriptum est *Paulo* nec scribendum *Julio*; 2.° a Julio III die 8 Septembris 1550, et 3.° denique ab eodem Julio III die 14 Septembris 1554. Harum autem Apostolicarum litterarum mentionem nullam factam reperimus in opere *Acta Sanctae Sedis in causa Societatis Jesu, 1540-1773*.

[1] ...pasó adelante con veras el edificio, que por estas contradicciones se habia llevado muy poco á poco, y se acabó una iglesia pequeña, pero muy pulida y alegre, el año 1556.„ *Historia* ms. *del Colegio de Valencia*, ut supra.

[2] Venerabilis P. Joannes Micó, praeclarum Ordinis Praedicatorum decus. Ejus gesta enarraverunt qui res hispanae Ecclesiae scripsere quique egere de scriptoribus, qui in Hispania saeculo XVI floruerunt, Ximeno, Altamura, Quetif et Echard, Nicolaus Antonio, etc. Ea breviter complectitur sequens epitaphium quod in ejus sepulchro hodiedum Valentiae cernitur:

D. O. M.
Venerabilis Pater Magister Frater Joannes Micó
Valentinus ex oppido Palomar
Hujus Aedis alumnus et ter Prior
Terque Aragonum Vicarius Generalis ac semel Provincialis
Qui baculo innixus Provinciam ad pristinum splendorem restituit
Communis inopum ac desperatorum salus
Constitutionum Ordinis ad unguem observator
Triginta quatuor Quadragesimas in celebrioribus ecclesiis declamavit
Ab universo populo ut novus Elias habitus et Apostolus
Utrumque Sanctum Joannem imitatus
Baptistam voce et poenitentia
Evangelistam virginitate et amore in Jesum
Tandem Beato Ludovico Bertran
Quem suis manibus Habitum induit
Ut alterum Vincentium Ferrer Sanctum futurum praedixit
Charitatis bona quasi palia Elisaeis relinquens
Diem et horam praenuntians ad coelum advolavit
Populo ad funus effluxo
Vixit LXIII annos
Decessit pridie Kal. Septembris MDLV
Ex prisca urna in hanc translatus
Ubi inter filios emicat.

Quae in hoc loco de P. Fr. Joanne Micó narrat Polancus, confirmantur iis quae auctor *Historiae* ms. *del Colegio de San Pablo de Valencia* colligit his verbis: "Un mes antes de la muerte del Santo Arzobispo (Thomas a Villanova) cogió Dios del vergel de

contulit, et cum fluctus conscientiae suae, quibus multos annos exagitatus, et non confessus, fuerat, exposuisset, misit eum Fr. Micon ad Collegium nostrum affirmans quod nullibi posset quam apud eos Patres in his, quae ad conscientiam ejus pertinebant, juvari, et ad quemdam sibi cognitum ex nostris sacerdotibus eum direxit; qui, ejus audita confessione generali, hominem cum uxore sua consolatus est.

710. In hospitali quodam cum pauperes aegrotantes tum solatio spirituali, tum auxilio corporali, indigerent, curarunt nostri ut confraternitas quaedam horum hominum, qui collegium frequentabant, institueretur, quibus et alii boni viri se adjunxerunt, et confraternitas *vigilantium* nominata est, et duo ex illis, singulis noctibus ibidem vigilantes, pernoctabant, et morientibus adminiculo erant, et aliis aegrotantibus subsidio; aliqui etiam ex eis diebus dominicis eosdem invisebant, manus eorum lavabant, ungues praescindebant, et alia hujusmodi charitatis opera eis impendebant [1].

Valencia, para trasplantarla al del cielo otra suavíssima flor, que fué el Beato Juan Micó, santo y religiosíssimo varon de la Sagrada Religion del Patriarca Sto. Domingo, tenido de todos en esta ciudad y Reyno, por santo, y con razon. Fué este bendito Padre muy devoto favorecedor de Nuestra Compañia; y en público y en secreto dava grandes muestras y señales de ello, haziendo mucha caridad a los Nuestros como tambien otros de aquella sagrada familia. Es indecible lo que se consolava, y alegrava de todas nuestras cosas este santissimo viejo: todos nuestros hechos le parecían bien y se regocijava de todos nuestros progresos, como si fuesse uno de nosotros: queriendo ser partícipe de todos los méritos de la Compañia, con especialidad de los de las Indias. Tenian en él los nuestros un verdadero padre y protector, y como á tal acudian a él por consejo y favor siempre que lo avian menester. Tenia el P. Micó de costumbre, con mas gloria de la Compañia de lo que la modestia permite dezir, que en sabiendo, ó encontrando alguna persona de vida depravada, para la reformacion de sus costumbres luégo la imbiava á los nuestros, lo qual hazia con todos los que necesitavan de amparo y consejo para el bien de sus almas. Pero como entonces la Compañía era nueva en Valencia, y en el mundo no vieja, y se hablasse diferentemente de sus cosas é instituto, el P. Fray Juan Micó, no solo en las conversaciones particulares, sino en el púlpito la defendia y alabava; y con su grande authoridad y crédito la authorizava y acreditava; y assi es mucho lo que devemos á la santa memoria de este bendito Padre, y á toda su Religion. Y es de considerar que al tiempo que los nuestros en Çaragoza eran tratados mal en los púlpitos, en Valencia el P. Micó y muchos otros los abonaban y alababan en los sermones: para que se vea cómo Dios á los suyos, no solo en diferentes tiempos, sino en el mismo haze lo que dixo la Profetisa: *Mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit.* I Reg. II, v. 6.„

[1] Similes huic confraternitates piorum hominum, qui aegrotis in hospitalibus haec charitatis officia praestent, pluribus in locis opera Societatis institutae sunt, quarum aliquae adhuc perseverant. In magno autem hospitali urbis Valentiae, de quo hic est sermo, quia reditibus abundat et, si turbata quaedam tempora excipiantur, optimos semper moderatores nactum est, exiguus nunc datur locus saecularibus viris pia haec opera exercendi.]

711. Erat domus quaedam Valentiae, in quam peccatrices foeminae, quae a peccatis recedere cupiebant, sese recipiebant, ubi et salutari doctrina ac exhortationibus, sacramento etiam confessionis adjutae [erant, donec] vel in privatis honestorum hominum domibus, vel in matrimonio collocarentur; quidam autem cives harum mulierum curam gerebant; et quia non ea prudentia et spiritu praediti erant, quae ad difficilem hujusmodi mulierum reformationem erant necessaria, hoc opus minus quam boni optabant florebat. Curavit autem quidam ex nostris sacerdotibus, ut quidam vir valde bonus cum sua uxore curam illius domus susciperet, quem cum Domini spiritus adjuvaret, tam in spiritualibus quam in temporalibus felicem habere successum coepit; et quamvis nostri soliti erant et suis exhortationibus ac suis documentis et confessionum ministerio mulieres illas adjuvare, postquam meliorem administrationem domesticam habentes, ad profectum spiritualem magis se disposuerunt, longe uberiorem fructum ex eis nostri referebant, et frequentius de eisdem benemereri pergebant.

712. Archiepiscopus [1], quamvis pius ac benevolus, lectis Indiae litteris, nostris, qui Valentiae erant, magis affici coepit, ut non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus ab eo auxilium nostri sperarent.

713. Fonteniensibus [2] promissa erat P. Baptistae de Barma opera in quadragesima hujus anni; cum tamen propter assiduos labores intellexisset P. Ignatius eum debilem admodum esse factum, prohibuit ne quotidie concionaretur, et P. Antonium Cordesem superiorem ipsi constituit in his, quae ad corporis ipsius curam pertinebant; id demum constitutum est ab eodem P. Antonio, ut ter tantum in hebdomada P. Baptista concionaretur, quod alioqui gratum futurum esse fonteniensibus videbatur, quod familiaribus colloquiis, ipsis valde utilibus et gratis, major locus sic relictus erat.

714. Initio hujus anni magnae spei juvenis, quindecim annos natus, in philosophia tamen bachalaureus, cognomine Capil-

[1] Sanctus Thomas a Villanova, Ordinis Sancti Augustini. Quantum is Societatem dilexerit et in sua dioecesi foverit videre est in ejus *Vita*, in *Historia Societatis Jesu*, parte I, et in *Cartas de San Ignacio*, t. IV et V.

[2] Alias saepe *Onteniensibus*, incolis scilicet oppidi Onteniente in regno Valentiae.

la [1], in Societatem admissus est: alii etiam ad Societatis Institutum afficiebantur, qui in spiritualibus exercitiis non mediocriter proficiebant; et eorum unus liberalibus artibus institutus, et ad gradum promotus in eisdem, qui medicinae studio jam se

---

[1] Andreas Capilla, cujus meminit P. GABRIEL ALVAREZ, dum, res gestas enarrans Patris Petri Martinez, ait: "Desde Valencia fué enviado (P. Petrus Martinez) á Gandía, y en aquel Colegio hizo oficio de ministro y leyó gramática, donde dice el P. Matías Borrasá que le halló el año 1554 y que era fervoroso, de grande pecho y corazon, y fecundo en ayudar á bien morir. Desde Gandía fué con el h. Andrés Capilla á impedir un corro de toros en la villa de la Oliva en tiempo del Conde viejo. El cual como supo que habian venido de Gandía á solo eso mandó que no se corriesen; y el h. Capilla, que era de quince años y novicio, predicó del juicio final en la sala del Castillo, con mucha acepcion y aplauso de los oyentes.„ *Historia* ms. *de la Provincia de Aragon de la Compañia de Jesus*, t. I, cap. 46.

Hic ille est Andreas Capilla, cujus gesta enarrat librosque editos et ineditos enumerat VINCENTIUS XIMENO, *Escritores del reyno de Valencia*, t. I, pag. 250, qui e Societate in Carthusiam anno 1569 transit et anno 1587 Episcopus Urgellensis creatus est. At, quoniam aliqua eorum, quae narrat XIMENO, non conveniunt iis quae e nostris antiquis monumentis eruuntur, juvat hic ea saltem, quae habet *Historia* ms. *del Colegio de Valencia*, sub oculos futuris rerum nostrarum scriptoribus ponere: "Entró después (post fratrem Magistrum Jacobum seu Didacum Cañizares) á ser maestro de novicios (in Collegio Valentino, non in Domo probationis Tarraconensi, ut habet XIMENO) el P. Andrés Capilla, de quien devemos hazer honorifica mencion, aunque nos dexó, por los altos destinos de la divina Providencia, para ser Cartujo y morir Obispo de Urgel. Pidió la Compañía en este Colegio por espacio de dos años, siendo superior de él el P. Gerónimo Domenech, el qual le quiso llevar consigo á Sicilia. Entró el P. Andres Capilla en este Colegio por el Enero del año 1553 *(sic)*. De Valencia fue imbiado á Gandía, siendo Rector el P. Antonio Cordeses, donde hizo su noviciado, y prosiguió juntamente sus estudios. De Gandía lo imbiaron á Alcalá de Henares, donde hizo los votos de los dos años, y acabó de oyr la theología, y dio los exercicios el año 1558 al Maestro Deza, de los quales salió resuelto de entrarse en la Compañia despues de una larga y muy combatida lucha; y assi entró este mismo año, y tras él muchos otros, que fué lance de mucha importancia, como se dexa entender; debiéndose mucho al H.° Andrés Capilla, que era el medio de que Dios se valía para victorias tan grandes de su servicio y gloria. De Alcalá fué el H. Capilla en Mission con el P. Luis de Guzman á Almodovar del Campo, patria del P. Maestro Juan de Avila, varon Apostólico de nuestros tiempos, y aunque tan santo y tan grande predicador, quiso y pidió que los de la Compañia cultivassen el campo de su nacimiento. Predicaba tambien el H.° Andrés Capilla aunque no era sacerdote por falta de edad, y dezian los del pueblo: que el P. Luis de Guzman llevaba las sonajas y el H.° Capilla el tamboril: burdo lenguaje, pero con que explicaban el alto concepto que tenian de sus missioneros.

Desde Alcalá fué con el P. Gil Gonzalez á la nueva casa de Toledo, donde hazian los dos oficios de Coadjutores, sin atender á estudios, hasta que passando por alli el P. Antonio Araoz, Provincial de Castilla mando que volviessen á Alcalá, de donde el H. Capilla se vino á este Colegio de Valencia, ordenóse de missa y se quedó desde entonces en esta Provincia. Leyo la primera licion de Theologia en este Colegio a nuestros Hermanos y a los de fuera, y de estos tuvo por discipulo al Doctor D.n Juan Teres, Arzobispo que fue de Tarragona. Hizieronle en este tiempo Maestro de Novicios, y fue quando baxo de su Magisterio se compusso y ordenó el Noviciado segun lo que mandan las Constituciones de la Compañia siendo muchos y muy hábiles los Novicios que con su direccion se formaron, en casa aparte, governados del P. Andres Capilla, su Maestro. Sucedió al P. Capilla en el oficio de Maestro de Novicios el P. Antonio Ivañez, y el P. Capilla sucedió al P. Ivañez en el oficio de Retor de este Colegio; y siéndolo acabó el quarto, y comenzó el claustro, como despues veremos. Despues passó el P. An-

addixerat [1]: tertius autem in humanioribus litteris exercitatus, dialecticae dabat operam. Ex multis aliis, qui in progressu hujus anni usque ad autummum in Societatem se admitti postulabant, ne in singulis immorer, decem P. Baptista selegit.

715. Est enim Universitas illa Valentina satis fecundum seminarium, cum multi ex variis provinciis scholastici studiorum gratia ad eam se conferant [2]; et cum scholastici collegii nostri quasdam assertiones, quae prius in publicis scholis affigebantur, defenderent (inter hos Lucius Crucius de tota dialectica Aristotelis et ex quibusdam libris physicorum, quos audierat, per diem integrum propositiones defendit), multi externi disputaturi accedebant, maximeque probare se illam litterarum exercitationem verbis et aliis signis ostendebant. De rebus etiam spiritualibus cum nostris colloquentes, alii ad frequentem sacramentorum usum inducti sunt, alii ad nostram Societatem, alii ad alias religiones aspirabant: aucto autem nostrorum numero, cum crebro communicare viderentur, eorum exemplum multi studiosi sequebantur.

716. Postquam sub autumnum P. Natalis Valentia recesserat, quemdam theologiae scholasticum et tres alios in humanioribus litteris versatos ac bono ingenio praeditos admisit, ut minus difficile fuerit satisfacere desiderio P. Hieronymi Dome-

---

dres Capilla a Roma, y en ella leyó dos años Theología y tuvo cargo de los Novicios, que estavan en el Colegio Romano y fue ayudante en el Noviciado de S. Andres del P. Manuel Sá, que era el Maestro de los Novicios; porque entonces estavan divididos en estas dos partes; y al cabo gozando de la licencia que los Sumos Pontífices dieron á los nuestros, se pasó a la Cartuxa, y despues vino a morir Obispo de Urgel, aviéndonos fundado aquel Colegio.„

[1] P. Joannes Rojel "natural de Pamplona, que, siendo licenciado en Artes y bachiller en medicina, habia sido recibido en el Colegio de Valencia en el mes de Abril de 1554, y oyó la teología en el Colegio de Gandía.„ ALVAREZ, *Historia de la Provincia de Aragon de la Compañia de Jesus*, t. I, cap. 46.—Obiit in urbe *Veracruz*, regni Mexicani 19 januarii 1620, aetatis suae nonagesimo secundo. FLORENCIA, *Menologio de Nueva España*.

[2] Non solum numero scholasticorum sed etiam pietate florebat eo tempore recens instituta (1500) Universitas Valentina. "Al revés de lo que sucedia en Salamanca y luego en Alcalá, en Valencia, pueblo siempre muy piadoso, se celaba mucho por la moralidad de los estudiantes, no contentándose con constituciones teóricas, sino vigilando la conducta de los estudiantes, pero sin exageraciones. Las comuniones eran mensuales, y los catedráticos tenían que dar ejemplo.

„Los ejercicios para el Doctorado se hacian en la capilla de la Universidad, cuya titular era Nuestra Señora de la Sapiencia.

„La Universidad continuó en este estado, aunque con pocos recursos, hasta el año de 1585, en que mejoró mucho de aspecto con la creación de las pavordías, segun veremos más adelante.„ VICENTE DE LA FUENTE, *Historia de las Universidades, Colegios y demás establecimientos de enseñanza en España*, t. II, cap. IX, pag. 57.

nech, qui, ut superius diximus [1], Fratrem nostrum Dominicum Rivam Valentiam miserat, ut aliquos ex his, qui in Societatem ibi admissi essent, in Siciliam ad ea juvanda collegia trasferret; et quia P. Natalis arbitrio P. Baptistae hanc missionem reliquerat, satisfacere P. Hieronymo voluit. Inter eos autem, qui tunc missi sunt, fuit Frater Velver [2] et Dominicus Andalur [3].

717. Inter eos autem, qui in spiritualibus exercitiis Societati se dedere summo desiderio optabant, duo sacerdotes fuerunt, non mediocribus Dei dotibus praediti; qui hoc anno admissi non fuerunt, quia P. Ignatius quibusdam ex causis prius consulendus erat. Hoc etiam autumno P. Carrillo [4], qui concionaturus Valentiam venerat, cum P. Baptista de Barma de rebus suis conferens, Societati se dedere constituit; sed ejus ingressus etiam in sequentem annum dilatus est. Novembri tamen mense quemdam ex Baetica, bene in humanioribus litteris exercitatum, et alium ex Sardinia P. Baptista in Societatem admisit, qui philosophiae dabat operam.

718. Merito itaque P. Franciscus de Borgia, quem Commissarium, ut inferius dicetur, P. Ignatius constituerat, domum probationis in Aragoniae Provincia constitui volebat, quo se novitii reciperent et ubi simul probarentur; quoniam jam multi Societatem ibidem ingrediebantur. Dubitabatur autem an Gandiae, an potius Valentiae, ea constitui deberet, nec leves rationes ad utramque partem P. Baptistae de Barma occurrebant; et fuisset ille propensior ad Collegium Gandiense, nisi obstitisset quod experimento comperiebat, cum aestus magni vigent, nostros in varias aegritudines Gandiae incidere [5], qui tamen Valentiam deducti bene habebant; et ita nullo modo Probationis domum Gandiae tenendam censebat ob sanitatis defectum, nisi

---

[1] Pag. 212, n. 472.

[2] P. Petrus Velver (alias saepius et, ut videtur, rectius *Belver*), "de nacion Aragonés, que murió en Sicilia, Rector del Colegio de Bibona.„ ALVAREZ, l. c.—Vide etiam AGUILERA, *Provinciae Siculae Soc. Jes. Ortus et Res gestae*, parte I, cap. VI, n. XVII.

[3] *Aldalur?* Statuere nihil certi possumus, quia nullibi alias hujus mentionem cognomine expresso factam reperimus, nequidem in *Memorial de los que residen en el Colegio de Valencia*, a P. Araoz confecto et Romam misso intra mensem februarium hujus anni 1554.

[4] Probe hic distinguendus est a P. Didaco Carrillo, etiam concionatore, qui Praepositus Provincialis Provinciae Castellanae fuit et Abulae obiit anno 1571; ingressus enim is erat Societatem anno 1549. CASTRO, *Historia del Colegio de Alcalá*, I, passim; *Historia Soc. Jes.*, parte II et III.

[5] Vide supra, t. III, pag. 380, n. 837.

tribus aut quatuor anni mensibus, dum aestas maxime fervet, Valentiam transferrentur [1].

719. Injunctum fuerat P. Baptistae ut ad concionandum in futura quadragesima Caesaraugustam iret: significavit autem ipse necessarium sibi prorsus videri ut aliquis non vulgari talento praeditus, Valentino Collegio praeficeretur, cum nobilissimi quique ejus civitatis et doctissimi quique Universitatis cum ejus Collegii Superiore negotium habere soliti essent [2].

720. Cum jubilaeum hoc anno aliis in locis multum negotii nostris exhiberet, Valentiae plurimum exhibuit; sed ne, quae similia sunt aliis, repetamus, eadem dicta intelligantur: sicut etiam de carceris et hospitalium visitatione, quibus hi vacabant potissimum, qui jam suorum studiorum curriculum absolverant.

721. Illud tamen singillatim attingam, quod cuidam ex Patribus, carcerem invisenti, casu se obtulit quidam, qui, quamdiu vixerat, numquam confessus fuerat, et diligenti exhortatione opus fuit ut ille, vinculis animi non minus quam corporis alligatus, ab eis solvi vellet; quod tandem, generali totius vitae confessione peracta, Deo juvante, praestitit. Eis autem, qui dominicis et festivis diebus ad sacramenta accedebant, vix quinque, sacerdotes propter eorum multitudinem, satisfacere illis diebus poterant.

722. Numerus nostrorum major quidem erat solito Valentiae; cum enim anni initio decem essent [3], in progressu ad vi-

---

[1] Constituta est tandem Probationis domus pro Aragoniae Provincia, non in Gandiensi, sed in Valentino Collegio, a quo post varias vicissitudines anno tandem 1575 Tarraconam translata est. *Historia del Colegio de San Pablo de Valencia;* Alvarez, *Historia de la Provincia de Aragon.*

[2] Substitutus ei est et Collegio praefuit Michaël Govierno, nondum sacerdos.

[3] Ita est in *Memorial de los que residen en el Colegio de Valencia,* de quo supra, n. 716, annot. 3, pag. 338. In eo, praetermisso Rectore, qui dum hoc *Memorial* conficiebatur, Gandiae agebat, numerantur novem, hoc modo:

"P.° El P. Baltasar [Diaz], natural de Illescas, bachiller en theologia, de edad de treinta y seis años ó cerca; ha siete años ó mas que está en la Compañia.

„El P. [Alphonso] Lozano, gallego, de edad de treinta y tres años ó cerca; oye theología; ha cinco años que está en la Compañia

„El P. Carvajal, andaluz, de edad de treinta y seis años, es theólogo, ha tres años ó mas que está en la Compañía.

„El P. [Pedro] Parra, de edad de treinta y cinco años ó cerca; oye theología; ha tres ó quatro años que está en la Compañía.

„El H.° Lucio [Croce], natural de Tíbuli; oye artes.

„El H.° Don Pedro de Cabrera, natural de Barcelona, de edad de veinte años; oye artes.

ginti pervenerunt; sed plures etiam fuissent, nisi ad varia loca dimissi, Collegium illud satis tenue, quod ad temporalia attinet, exonerassent; ex illis autem, qui in Collegio dabant operam litteris, partim theologiae, partim philosophiae aut dialecticae, non parum in litteris promovebant propter diligentes et utiles exercitationes.

723. Propter occupationes quadragesimae intermissae fuerunt conciones, quae in Collegio nostro diebus festis fieri solebant; sed post Pascha resumptae fuerunt; et cum P. Baptista [1], Gandia Valentiam veniens, secum Fratrem Dionysium Vazquez adduxisset, coepit ille [2] hujusmodi concionibus dare operam, et quidem cum frequenti admodum auditorio et mira ejus satisfactione; et res eo rediit, ut, cum domus nostra tam multos auditores non caperet, Dionysius cum eis in ecclesiam, quae capacior esset, conciones transferre debuerit.

724. Missus fuerat Roma Tarquinius de Reynaldis, ut suorum molestias effugeret, initio hujus anni cum P. Olave [3]. Is prima die Pentecostes Valentiam pervenit; et quod ad valetudinem attinet, cum bene haberet, ibidem studiis dare operam coepit.

725. Residebat autem Valentiae, cum poterat, P. Baptista de Barma, postquam alius lector theologiae [4] Gandiam missus fuerat, et in parochiis variis valentinae civitatis concionabatur; nam domi, ut diximus [5], Dionysius id praestabat, qui Valentiae ad gradum Magisterii promotus est; et quamvis ad ecclesiam ille se transtulisset, domi tamen christiana doctrina pueris proponebatur. Aliqui etiam alii fratres concionandi gratia ad publica loca urbis mittebantur; ubi saltationes cum offensa Dei, cum magna spectantium corona utriusque sexus, fieri solebant. Duo ex illis tanto cum fervore otiosis his hominibus sunt concionati, ut jam publicae saltationes minime fierent, nec

---

„El H.° Domingo [Aldalur?], natural de Vergara, de edad de diez y ocho años; estudia retórica, ha tres años que está en la Compañía.—Vide supra, pag. 338, n. 716.

„El H.° Pedro Navarro; este es lego, y no ha un año que entró en la Compañía.

„El H.° [Diego] Sarabia, de la diócesis de Burgos ó Calahorra; es lego; ha tres ó quatro años que está en la Compañía.„

[1] P. Baptista de Barma.

[2] Fr. Dionysius Vazquez.

[3] Vide supra, pag. 140, n. 280.

[4] P. Christophorus Rodriguez. Vide supra, t. III, pag. 324, n. 726.

[5] Supra, n. 723.

quisquam eas rursus introducere auderet; et cum inter hujusmodi spectatores mulier quaedam, quae publice peccatrix erat, interesset, quodam ex his duobus audito, conversa est ad Dominum: quidam etiam vir, qui totos decem annos a confessione abstinuerat, statim ad confessarium quaerendum se contulit. Postquam autem domi nostrae convenientibus pueris christiana doctrina recitata erat, unus ex fratribus, editum locum conscendens, majoribus natu et prolixius eam interpretabatur.

726. Nec deerant sacerdotibus consuetae occupationes eos juvandi, qui in extremo mortis agone positi erant, nec componendi discordias inter dissidentes; et ita etiam ex extremis partibus civitatis ad nostros, oblata necessitate, auxilii petendi gratia accurrebant. Et cum in amplissima illa civitate non omnibus de plebe nomen aut habitatio Collegii plane cognita esset, et tamen ad eos hujusmodi bonorum operum odor pervenisset, aliqui ex eis, nostros inquirentes, interrogare solebant, ubinam habitarent illi, quorum tota cura erat opera misericordiae exercere. Inter alia autem hujusmodi opera, cuidam mulieri opportuna consolatio adhibita est, quae vel se suspendere, vel in puteum praecipitare, vel fame seipsam necare decreverat, propterea quod ab ipsa filia discessisset; sed nostri eam matri restitui diligenter curaverunt et obtinuerunt.

727. Cum autem studia id permittebant, fratres scholastici tanta cum consolatione pauperum xenodochium visitabant, ut si quando aliis occupationibus detenti non accessissent, multum illi conquererentur: non enim solum ministeria eorum corporibus, sed et verba atque exhortationes animis multum solatii ferebant.

728. Non omittam indicium satisfactionis et profectus spiritualis, quem ex continuis praedicationibus P. Baptistae consequebatur, quod scilicet quidam generosi viri et ex primaria nobilitate Valentiae sic ejus doctrinae affecti erant, ut ad ejus cellam, eo non praemonito, introeuntes, ad ejus se pedes abjecerint, et sic per Dei amorem obnixe postularent aliquarum concionum, quas habuerat, exempla scripta sibi tribui, ex quibus magnum spirituale commodum se reportaturos asseverabant; et vix credi posse quantum, ipso audito, ad virtutis amorem inflammati essent affirmabant.

729. Hac eadem auctoritate et gratia utebatur ad dissidentes inter se reconciliandos. Supersedeo tamen ab explicandis sigillatim aliis reconciliationibus: de una tantum dicam, quae extra Valentiam inter primarios cives oppidi Fontenentis (ubi in quadragesima concionatus fuerat), per eum curata est. Cum enim capita ejus populi inter se, nescio qua occasione nata, acriter contenderent, universus fere populus una cum eis fere est perturbatus; nam alii, aliis faventes, se adversarios aliorum declarabant, et ita alii alios pro hostibus habebant; multi quidem viri nobiles, et alii religiosi, dissidentes illorum animos componere magno conatu attentarunt, sed parum admodum eorum preces momenti habuerunt; et sic animi excanduerant, ut nec admonentes audirent, nec spem pacis ullam relinquerent. Qui ergo pacem optabant, nec aliunde remedium sperabant, ad P. Baptistam confugerunt, qui hoc autumno, omnibus aliis negotiis relictis, Fontenientem properavit, ibidemque per quindecim dies commoratus, principes dissidii multoties est alloquutus, quos nunc dulcedine sermonis alliciens, nunc asperitate orationis deterrens, aliquibus etiam concionibus habitis, tandem, Deo propitio, eos in suam sententiam compulit et corda illorum durissima verbo Dei emollita sic fuerunt, ut se totos voluntati P. Baptistae subjicerent, et quodcumque sibi praecepisset, firmissime se observaturos pollicerentur. Eos ergo P. Baptista ad ecclesiam convocat, Sacrum ibi facit, multa de pace praeclara dicit, et tenens in manibus SS.^{mum} Christi Corpus, mutuum amorem eis commendat; tandem effecit ut novam amicitiam in perpetuum, Deo volente, duraturam, amplexibus invicem confirmarent, et ita felicem successum haec ejus peregrinatio, Deo favente, sortita est; a qua vix expeditus erat, cum nuncius quidam a vicino populo missus adventavit, qui universi populi nomine a P. Baptista summis precibus efflagitavit ut ad se accederet, cum ejus videndi et audiendi incredibili desiderio tenerentur. Acquievit P. Baptista; et cum ad eorum oppidum accederet, obviam ei venerunt magistratus (*Juratos* vocant) cum aliis primoribus populi, et cum puerulis multis christianam doctrinam canentibus, quod quidam ex nostris eos docuerant, exceperunt: concionatus est aliquoties cum maxima eorum consolatione.

730. Duo etiam alii Patres missi fuerunt ad populos quosdam

Suburbio *(Segorbe* vulgo vocant) [1] vicinos ut verbum Dei seminarent, confessiones audirent, et alia quaecumque possent proximis auxilia ferrent. Inter hos unus erat P. Santander [2]. Quantum autem utilitatis ex eo labore sit consequutum testatur ipsemet Episcopus Suburbiensis [3] suis ad P. Ignatium litteris [4], qui Collegio Gandiensi bonam partem redituum ecclesiasticorum ei applicatorum dederat, et Caesaraugustano similes alios reditus dare paratus erat, ad suum Episcopatum non parum utilitatis emanaturum sperans; et eodem fructu motus, Barchinonensi Collegio, paupertate laboranti et ita coeptum templum absolvere non valenti, scripsit se suis expensis velle ipsum usque ad finem perducere [5].

731. Tantopere crevit Valentiae eorum numerus, qui doctrinae explicationi intererant, ut cum locus unus non sufficeret, in tribus templis ea traderetur, et vix auditorum multitudinem capere poterant; nec inter pueros nec natu grandiores turpiter quidquam cani videbatur, sed veterum cantilenarum loco oratio dominica aut salutatio angelica, aut symbolum, aut decalogus et alia huc pertinentia, cum nostrorum non exigua [consolatione] audiebantur, et concionatores publice pluribus verbis quam recensere nos deceat, ministeria nostrae Societatis laudabant.

732. Sub anni finem [in] domesticis disputationibus breves orationes graecae vel latinae in alicujus virtutis aut facultatis

---

[1] Latine aliis, quos sequi videtur Gams, *Series Episcoporum Ecclesiae catholicae*, est *Ercavica;* aliis *Segobriga*, ut operose probant Florez, *España Sagrada*, et auctor descriptionis hujus urbis apud Madoz, *Diccionario geográfico de España*, et Escolano, *Historia de la Ciudad y Reino de Valencia*.

[2] Alter fuisse videtur fr. Balthasar de Piñas. Vide infra, n. 793.

[3] Gaspar Jofre de Borja, Patris Francisci de Borja consanguineus.—Ne quis in errorem inducatur, animadvertere oportet in *Historia de Cataluña y de la Carona de Aragon, por Victor Balaguer*. (Barcelona, 1863), lib. IX, cap. XII, perperam dici anno proxime sequenti 1555 Inquisitorem Barcinone fuisse Dnum. Didacum de Sarmiento, Episcopum Segorbiensem "El dia de la festividad de la Virgen 8 de Setiembre, con motivo de celebrar misa de pontifical en la fiesta de la Lonja, el Inquisidor, D. Diego Sarmiento, Obispo de Segorbe, mandó poner su silla...„ Hic enim Didacus de Sarmiento et Sotomayor vere fuit Inquisitor Barcinone, nunquam tamen Segorbiensis Episcopum, sed Asturicensis *(de Astorga)*. Verum est paulo infra ab eodem Balaguer mentionem injici Episcopi Asturicensis; at non satis ex contextu liquet hunc unum eumdemque esse cum Didaco de Sarmiento, quem supra per errorem Segorbiensem Episcopum dixerat. Vide La Fuente, *Historia eclesiástica de España*, t. V, cap. XXVII, et Gil Gonzalez Dávila, *Teatro de las Iglesias de España, Astorga*, lib. III, cap. 2.

[4] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 363 et 364.

[5] Vide infra, n. 793.

laudem recitari solebant; nec jam solum scholastici externi, sed etiam Universitatis professores interdum accedebant, et dum externis argumentandi locus datur, in diem sequentem suas disputationes differre nostri cogebantur [1]; intererant et nostri aliorum disputationibus, nec minus acriter quam modeste disputabant; et demum, professoribus ipsis testibus et tota Universitate, nostri inter primos et qui maxime profecerunt commemorabantur.

733. In postremis his mensibus anni juvenis quidam 24 annos vix natus admissus est, qui omnium consensu in Universitate Valentina in linguis primas tenebat; nam, praeter latinam, sic graecam didicerat, ut eam publice posset profiteri; et in hebraeo eos fecerat progressus, ut totam sacram paginam facile interpretari posse diceretur. In medicinae etiam facultate lauream acceperat; et cum ejus ingressus non paucos ex scholasticis commovisset, tres alii vel quatuor sub anni finem in Societatem cooptati sunt [2].

734. Cum P. Natalis Valentiam mense Julio venisset, et Societatis Institutum ac constitutiones non attulisset solum sed et declarasset, et juxta earum normam res Valentini Collegii constituisset, multum omnibus nostris et aedificationis et consolationis attulit. Injunxit ille quidem P. Baptistae ut tantum decimo quinto quoque die concionaretur; sed, quia rem tandem ejus arbitrio reliquerat, non potuit hominum devotioni satisfacere, nisi frequentius id exequeretur.

735. Jam hoc anno agebatur Valentiae de domo Professorum a collegio separata instituenda, et conjecerat oculos P. Baptista in optimum quemdam situm in medio urbis, satis amplum, qui confraternitatis cujusdam erat [3], et videbatur ei a Deo locus ad hoc opus reservatus; utebantur autem nostri Proregis [4] [favore] ad illum obtinendum, qui suam operam liben-

---

[1] Scilicet, ut nostris scholasticis se in arguendo exercendi locus fieret, in alterum diem disputationes protrahere oportuit; primum enim totum sibi vindicaverant externi auditores.

[2] Haud facile est certo asserere quis hic eruditione insignis juvenis fuisset. Nulli enim eorum, qui in veteribus documentis hoc anno Societatem Valentiae ingressi dicuntur, plene conveniunt ea, quae de hoc narrantur, nisi forte P. Joanni Rojel, de quo supra, pag. 335, n. 714, qui tamen non hujus anni postremis mensibus sed Aprili Societatem ingressus est.

[3] Ms. hic perperam, ut nobis videtur, habet *quod confraternitas quidem erat*.

[4] Bernardinus de Cárdenas et Pacheco, Dux de Maqueda.

tissime ad id obtulit, et, praeter alia maxima et praecipua emolumenta ad proximorum auxilium pertinentia, perutilem domum illam collegio nostro futuram esse censebat; nam in ea novitii institui poterant, perinde atque Romae id fiebat, ut probationis domus institueretur [1].

736. Sub anni finem Concham profecturus erat sub obedientiae praescripto P. Baptista, ut Collegii ibidem inchoati foveret initia (de quo inferius agetur [2]) et gratitudinem aliquam erga fundatores ostenderet; sed ab Episcopo etiam Carthaginensi [3] litteris Murciam evocabatur, nam de Collegio ibi instituendo, quod cogitaverat Episcopus, cum eo conferre cupiebat; adjunxit et suas litteras praedicator quidam cognomine Verdolay, qui Murciae eo tempore agebat, et de re magni momenti agendum esse significabat [4].

Sed hactenus de Valentino Collegio sit dictum.

---

[1] Sic sunt haec postrema verba in ms.; sed sensus et syntaxis requirere videntur ut scribantur ita: *nam in ea novitii institui poterant, si, perinde ac Romae fiebat, probationis domus in ipsa Professorum domo institueretur.*

[2] Num. 915 et seq.

[3] Stephanus de Almeyda, lusitanus.

[4] P. Joannes de Verdolay, eximius concionator, cui scripsit Ignatius litteras, quas habes in *Cartas de San Ignacio*, t. I, pag. 52, quique post Ignatii mortem Societatem ingressus, a vocatione defecit et in Carthusiam transiit. Rem ita narrat noster NIEREMBERG: "Este Padre (Joannes de Verdolay) siendo Sacerdote seglar, fué un varon Apostólico y predicó por los Reinos de Aragon, Valencia, y Cataluña con gran fama y fruto en todas partes. Mereció su zelo que San Ignacio le escriviesse y aunque se alegró sumamente con su carta, no entró en la Compañia hasta despues de su muerte. Quando entró admiró mucho á los seglares, diciendo: Gran cosa deve ser esta nueva Religion, pues un hombre de tanta santidad y prudencia se ha entrado en ella. Los de casa dezian, que Dios le avia traido después de muerto San Ignacio y otros varones santos de la Compañia, para poner en ella nuevas colunas, en lugar de las que la avian faltado. El mismo Padre Verdolaio estava tan gozoso, que aunque añadió nuevos trabajos á los passados, dezia, que Dios se los avia pagado todos, dándole en el último tercio de su vida aquel estado tan dichoso. Pero envejeciose presto el buen Padre, cargáronle algunos escrúpulos, pareciéndole que era destraimiento el cuidar de los próximos, para gozar de una contemplacion muy quieta, y assi determinó buscar mayor descanso de su espíritu en otra parte, que en la que él mismo avia confessado le avia hallado sumo, buscó mas que lo sumo en la Religion de la Cartuxa, passándose á ella.

Pero aconteciole lo que dize San Basilio de los que navegando en un grande navío se marean, y pareciéndoles que es la causa el navío, se pasan á un batel, y se marean de la propia suerte, porque ellos se llevan en el estómago la cólera, que es causa de aquellas sus vascas. Lo mismo le passó á este Padre; porque de allí á poco, preguntado cómo le iva, y si tenía la contemplacion que deseava? Respondió suspirando. Estoime moliendo (hablaba solo de lo que a él le passava) ocho horas cada dia cantando en el coro, y assi no quedo hombre para contemplar, sino para descansar. Ni puedo buscar despues el descanso del espíritu sino del cuerpo. Consultándole tambien un caballero en qué Religion entraría, luego le aconsejó que fuesse la Compañía, con tales alabanças della, que su sentimiento las pudo dezir, y no repetir nuestra modestia.„ *Varones ilustres de la Compañia de Jesus; Vida del P. Juan Ramirez*, ed. 1.ae t. II, pag. 222 et 223; ed. 2.ae Bilbaënsis, t. VII, pag. 179.

DE COLLEGIO GANDIAE

737. Aberat toto hoc anno Dux Gandiae, Carolus de Borgia, propter quamdam dissensionem et injuriam illatam nobili viro valentino, auctoritate Regis egredi jussus ex tribus illis regnis Aragoniae, et in civitate nomine Baza in Baetica exulabat [1]. Praeerat Collegio nostro, ut Rector, P. Baptista de Barma, jam dictus [2]; sed quia extra Gandiam agere, magna ex parte, communis boni ratione cogebatur, cum P. Natalis, Commissarius, Julio mense Gandiam inviseret, P. Antonium Cordesem Rectorem ejus Collegii constituit, qui loco P. Baptistae eatenus Collegium regebat.

738. Studia theologiae et alia inferiora primis mensibus satis diligenter procedebant, quamvis nostri, ut superius diximus, infimas scholas grammatices cum suis reditibus, oppidi magistratibus id exoptantibus, cum magno Societatis commodo reliquerant [3]. Sed facile gandienses quam male sibi consuluissent in ea postulatione animadverterunt; nam ex eo tempore quo illa studia sibi vendicaverant, externis praeceptoribus adhibitis, non frigere tantum, sed et jacere prorsus et quodammodo perdita esse studia grammatices observabant; atque ita optabant ut nostri laborem hunc denuo subirent, quo tamen valde opportune sublevatum esse Collegium videbatur.

739. Lector erat theologiae P. Christophorus Rodriguez, qui Compluto cum F. Dionysio Vazquez Gandiam missus fuerat; duobus tamen mensibus Julii et Augusti vacatum a studiis est ex praescripto P. Natalis: in autumno simul cum Doctore

---

[1] Vide in MONUMENTA HISTORICA S. J. *Sanctus Franciscus Borgia*, t. I, pag. 462-493; et in hoc POLANCI *Chronico*, supra, t. III, pag. 380, n. 838.

[2] Praeerat is simul Valentino et Gandiensi Collegio. Vide supra, t. III, pag. 372, n. 819.

[3] Vide supra, t. II, pag. 666, n. 561, ubi tamen id tantum asseritur, exoptasse et petiisse magistratus civitatis ut infimae scholae cum suis reditibus eis restituerentur.

Rodriguez ipse P. Cordeses, Rector, lectionem de conscientiae casibus erat praelecturus.

740. Non autem sine causa P. Natalis vacare nostros a studiis voluit, nam tota aestate morbis satis molestis omnes propemodum collegiales gandienses vexati fuerant, et unum ex nostris, Antonium Diaz nomine, privilegio quodam peculiari ad meliorem vitam Dnus. evocavit, qui simul atque in Societatem admissus est, intra duodecim horas vel tredecim in acutum morbum incidit, qui septem diebus ad Dominum eum transmisit, cum toto eo tempore usque ad mortem se cum optima aedificatione gessisset; mense etiam Septembri et Octobri magna nostrorum pars in eodem Collegio aegrotavit, et ex hac tam late patente nostrorum afflictione (cum alioqui in victu et aliis omnibus magna sanitatis ratio haberetur) colligebat P. Baptista quod superius diximus [1]: hoc unicum adhiberi posse remedium, si tempore aestivo inde nostri vel Valentiam vel alio transferrentur.

741. Ipso Purificationis B.ae Virginis festo post mediam noctem, P. Baptista praeeunte, caeteris autem ordine suo succedentibus, cum magna lacrymarum ubertate ac devotione vota sua renovaverant; sed cum P. Natalis Julio mense Gandiae versatus est, et constitutiones eis promulgavit et declaravit, ac regulas interpretatus est, et post varia colloquia, suo more habita, res juxta instituti nostri rationem constituisset, magnopere totum Collegium refectum ac recreatum est in Domino.

742. Tempore quadragesimae adventante, juxta id quod promissum fuerat, P. Baptista, qui Barchinona Valentiam venerat, Fontenentem praedicaturus se contulit, ubi summo cum desiderio et aviditate ab oppidanis (inter quos magna erat nobilitas) exceptus est; sed ipse cum duobus sociis, quos secum deduxerat ad messem illam Domini, xenodochium pauperum in hospitium delegit, nec inde avelli a fontenentibus potuit, nam ajebat pauperum illud esse domicilium, inter quos erat Societas nostra. Dies aliquot ante quadragesimam tranquilli satis praeter consuetudinem effluxerunt; cum enim P. Baptista intellexisset ludos quosdam parum honestos ab omni aetate et sexu in publicum prodire, suos eo misit socios, ut vehementi oratione

[1] Pag. 338, n. 718.

consilia illorum hominum interturbarent; nec id successu caruit, nam eis populum ad Dei verbum vocantibus, relictis ludicris, ad seria audienda omnes convenere, nec illi antea cessarunt, quam omnes ludorum apparatus disparuere; nec multo post cum funambuli spectacula in foro parata essent, populusque ac magistratus spectatum accessissent, misit idem P. Baptista suos socios, qui suo nomine magistratus orarent ut funambulum abire juberent, nec paterentur id genus ludorum populo obtrudi, in quo non obscurum videbatur instare tum animae, tum corporis periculum. Obtemperarunt illi, et totum illum ludicrum apparatum dissolventes, populum dimisere et funambulum oppido excedere jusserunt.

743. Cum autem conciones quadragesimae inchoasset, non solum ex populo illo frequentissimi auditores, sed ex vicinis etiam oppidis aderant, et quod multitudo attentionem non minueret, ex eo compertum est, quod pomeridianis horis (nam id tempus familiaribus colloquiis designatum a P. Baptista fuerat, ut spiritualia negotia cum eo tractare possent), cum reposceret P. Baptista eorum, quae concionatus mane fuerat, [rationem] et illi redderent, nihil ferme ex concione periisse inveniebatur.

744. Longum esset singula persequi, quae ad Dei gloriam ex concionum ministerio ea quadragesima sunt consequuta; illud tamen sigillatim referam, quod populo fonteniensi gratissimum accidit, cum de dilectione inimicorum quadam in concione egisset, et plurimis ut in gratiam cum inimicis redirent persuasisset; aderat tunc forte quidam, qui ex patria sua Valentiam pergens ad judices contra quemdam inimicum, quem pessime oderat, incitandos, [ingressus] ecclesiam oppidi Fontenensis (nam per illud recta itur Valentiam) audivit Patrem de diligendis inimicis disserentem, et ita tactus motu cordis intrinsecus non dissimulavit veritatem, et fassus est quo animo patria exiisset, sed tunc se intellexisse quid agendum sibi esset; et ita, sententia [in] melius mutata, in patriam rediit, et cum inimico, quem fuerat accusaturus, in gratiam redivit. Sic adolescens alius, qui impia temeritate quemdam sacerdotem sibi infensum ad singulare certamen provocaverat, cum eum P. Baptista esset alloquutus, non solum ad reconciliationem eum perduxit, sed ut ad sacerdotis genua provolutus, veniamque sui erroris petens, suae poenitentiae fidem faceret.

745. Obtinuit idem Pater ut publica magistratuum edicta promulgarentur, quibus omnium generum ludos interdicerent sacro illo quadragesimae tempore. Bona etiam quaedam publica, quae a magistratibus quotannis occupari solita erant, quorum desperata recuperatio magno incommodo plebem afficiebat, P. Baptista plurimum in eo laborante, restituta fuerunt; nec mirum si etiam res valde difficiles in digito Dei obtineret, cum universus populus eam de ipso opinionem concepisset, ut quidquid ad Dei cultum et hominum salutem attineret, ab eo admittendum esse sibi persuaderent, immo ad eum, ut ad anchoram sacram, ad id recurrerent. Pauperibus eleemosynas largiebatur, quas populus postea lubens persolvebat. Xenodochium pauperibus hospitio excipiendis aegrisque curandis construendum curavit, et quidem satis magnificum, nam quo antea recipiebantur, exiguum erat pro loci illius magnitudine ac necessitate [1]; et ut annuos reditus clerus decerneret, effecit, ut pueri quidam bona indole instituerentur et educarentur, qui canonicis horis inservirent; nam ad Dei cultum id pertinere in ecclesia Fontenentis praecipua videbatur; publica oppidanorum vitia scire diligenter curabat, ut infamia notatos a peccatorum tenebris ad justitiae lumen reduceret: cum autem quidam obstinato animo, licet a P. Baptista rogatus, a mulieris tamen cujusdam inhonesta consuetudine nollet recedere, judices, ejusdem P. Baptistae hortatu, in exilium eum egere, ne alios suo exemplo in simili peccato confirmaret.

746. Ea vero concione, quam antelucanam de Christi Jesu passione habuit in die Parasceves, incredibilem pene lacrymarum ac gemituum affectum ei populo concessit Dominus, qualem nusquam alias vidisse qui aderant, testabantur, et eo usque creverat P. Baptistae dolor, quamvis ille reprimere et dissimulare conaretur, ut astantibus affectus, quo prius movebantur, scilicet compassionis, in timorem fuerit conversus; metuere quippe coeperunt, ne P. Baptistam eo in loco et spiritus et vita destituerent, et eodem zelo aliqui ex primoribus suggestum conscenderunt, P. Baptistam, quem mire diligebant, ne ulterius in dicendo progrederetur revocaturi.

---

[1] En originem hospitalis, quam ignorasse fatetur auctor descriptionis oppidi Ontenniente apud Madoz, *Diccionario geográfico de España*.

747. Post pascha vero discedentem et lacrymis uberrimis et donis animi sui erga ipsum benevolentiam testabantur; sed recusavit omnia P. Baptista, et longe a Societatis instituto esse ostendit quidpiam pro suis ministeriis admittere. Cum autem ex nobili quodam oppido vicino ardentibus desideriis evocaretur saltem ad paucos dies, ut aliquas guttulas, ut ipsi scribebant, ejus doctrinae degustarent, cum tamen P. Baptistam cura Collegii Gandiensis et Valentini urgeret, placidis verbis se excusavit.

748. Gandiam autem reversus, cupiens ut populus ille christianam doctrinam recte teneret, fratrem quemdam in theologiae studiis provectum, scilicet Dionysium Vazquez, cum Doctore Rodriguez Compluto missum [1], concionibus praefecit, ut diebus dominicis populum de praeceptis decalogi et fidei articulis aliisque necessariis doceret, quantum auditorum capere possent ingenia; praeter hunc autem, dum abesset in quadragesima P. Baptista, alii ex fratribus concionabantur Gandiae, non sine frequenti eorum conventu, ita ut ecclesia nostra eos capere vix posset; fuit autem ea exercitatio gandiensibus pergrata, nec minus utilis; quidam ex nostris fratribus statis horis quotidie cum tintinnabulo aliqua oppidi loca circuibat, ad sacram doctrinam pueros invitans, quem duo pueri comitabantur, qui suavi cantu caeteris doctrinam imbibendam tradebant. Hos domum revertentes pueri, tintinnabulum audientes, sponte insequebantur, vel a parentibus domo educti, nostro Patri commendabantur: tanta itaque turba ille stipatus redibat, ut quando ecclesia eos non capiebat commode, in scholam se conferre debuerint, quae capacior erat; quidam autem ex sacerdotibus [2], qui [3] magnum docendi talentum a Deo acceperat et ad puerorum animos tractandos, ut haberet supra ducentos pueros duorum mensium spatio, qui possent alibi docere quae hoc tempore didicerant; aliis etiam auditoribus computatis, ad quingentos numerus accedebat, nec toto oppido diu noctuque a magnis aut parvis [aliud] canebatur quam christiana doctrina; immo et mechanici operarii in oppido, et agricolae in agris, hoc cantu

[1] Vide supra, t. III, pag. 324, n. 726.

[2] Is esse videtur P. Aloysius, vel Ludovicus, Santander. Vide CASTRO, *Historia del Colegio de Alcalá*, lib. I; SANTIVAÑEZ, *Historia de Andalucia*, lib. I, cap. XL.

[3] Sic; forte rectius scriberetur *adeo*.

laborem suum solabantur, et matres domi jam sine rubore a filiis quae ignorabant addiscebant.

749. Mores etiam juventutis ab his Patribus diligenter adjuti sunt, pejerandi aut male jurandi usus pene sublatus. Tam multi autem octavo quoque die mensae dominicae participabant, ut qua die communicaturi essent, brevibus eorum confessionibus audiendis, vix nostri confessarii sufficerent; spiritualibus autem exercitiis multi instruebantur: inter caeteros autem mercatoris cujusdam insignis fuit profectus, quem meditationum sanctarum usus in magnam Dei atque sui cognitionem adduxit: ex his autem aliqui expectabant P. Baptistae adventum ut in Societatem se admitti ab eo postularent, et quosdam majoris expectationis admisit, aliis aliud vitae genus tenendum censuit, alios diutius probandos existimavit.

750. Primis Julii mensis diebus cessavit Gandiae exercitatio illa quotidiana, mense Martio inchoata, christianae doctrinae, quamvis in hebdomada, ne obliviscerentur, bis etiam tunc docebatur. Tam autem fuit haec institutio grata populo, ut illi etiam, qui parum Societati prius favere videbantur, longe alium animum jam prae se ferrent; et populus optabat centum ante annos Collegium inchoatum, et ejus fundatori omnia felicia precabantur. Pauci autem ex pueris reliqui fuerunt, qui catechismum non didicerint; et accidebat infantes trium annorum, qui nondum loqui sciebant, cantillare tamen christianam doctrinam, et quia suavis erat tonus, in quo tradebatur, facile alios cantus profanos a populo fugabat: multi autem de populo, qui vel a nostris vel a pueris christianam doctrinam didicerant, affirmabant se numquam cognovisse quid esset christianum esse usque ad illud tempus. Accidebat autem in multis domibus populi ut, multis pueris ac puellis congregatis, aliquo puerorum officio magistri fungente, christiana doctrina cum parentum magno applausu et laetitia caneretur. Perveniebant aliquando ad quadringentos hi pueri, qui congregabantur in collegio, quod in populo non magno non parum erat. Accusabant autem mutuo se ipsos pueri, si quid perperam dixissent vel egissent, praemia vero proposita dominicis et festis diebus illis, qui melius cathechismum didicissent, rosaria scilicet vel pii libri, multum eorum animos excitabant: sed tam multi bene didicerant, ut aliquoties septuaginta et octoginta etiam praemia dari oporteret.

751. Aliquis ex nostris perseveravit etiam hoc anno in concionibus Gandiae ad populum habendis; et in frequentibus etiam confessionibus audiendis perseveratum est. Cum autem peccatrix quaedam mulier ad Dominum fuisset conversa, dotem ei ut in matrimonio collocaretur curarunt; multis etiam indigentibus [ut subveniretur] effecerunt cum populi aedificatione; infirmis etiam et morientibus assistentes, spirituale solatium et auxilium attulerunt.

752. Mense Majo et Junio duo ex nostris ad quatuor aut quinque populos missi fuerunt, ut in christiana doctrina tradenda, praedicatione et ministerio confessionis eos juvarent, et magnus admodum fructus ex eorum laboribus provenit, sed praecipue in christiana doctrina is eminuit; non enim multo minus quam Gandiae in eo ministerio praestiterunt; et in duobus populis substituerunt aliquos, qui in catechismo docendo perseverarent; in quodam autem populo, nomine Bochairen [1], plurimorum confessiones sunt auditae, et si plures fuissent confessarii, totus pene populus hoc sacramento fuisset expiatus; et cum limitatum tempus nostri ad redeundum haberent, magistratus per proprium nuncium Gandiam scripserunt ut aliquam temporis prorogationem impetrarent.

753. In templo nostro [2], cum in quadam concione ad libros profanos ac fabulosos comburendos concionator populum hortaretur, vel ut ad nostrum Collegium afferrent ut igni traderentur, ac nostri Missas et orationes, et spirituales libros eis, qui hujusmodi profanos libros afferrent, oblaturi dicerentur, plus quam quinquaginta libri hujusmodi ut *Amadis, Horlandus furiosus* [3] et similes allati fuerunt cum magna quadam sporta, quae hispanicis versibus profanis referta erat; quae omnia pu-

---

[1] Hispanice *Bocayrente*, oppidum haud exiguum tredecim leucis Valentia distans.

[2] Gandiae.

[3] *Amadis de Gaula. Aqui comienzan los cuatro libros primeros del invencible caballero Amadis de Gaula, en los cuales se tratan sus altos hechos de armas y caballerias.—La segunda parte de Orlando, con el verdadero suceso de la batalla de Roncesvalles, fin y muerte de los doze Pares de Francia.*—Postremum hunc arbitramur indigitari hic a Polanco; hunc enim, pluries jam illo tempore editum, hispani diurna nocturnaque manu versabant; ille vero Ariosti, qui *Orlando furioso* nuncupatur, parum adhuc erat notus.—In hos similesque libros, qui *caballerescos* seu *de caballerias* dicebantur, invehebantur magna vi concionatores, ne populus inutiliter eorum lectione tempus tereret neve, his assuetus, a piorum graviorumque librorum lectione, ut assolet, retraheretur. Verum quam innocui illi videbuntur, si cum hodiernis romanensibus historiis, *novelas, romans, romanzi*, conferantur!

blice in medio Universitatis combusserunt cum magna laetitia, et pueri circa pyram ignis discurrebant doctrinam christianam canentes: alio etiam die, aliis libris hujusmodi collectis, tantumdem factum est.

754. De domesticis hoc tantum dicam: quod, cum regulas et constitutiones ad praxim deduxissent, in dies nostri majorem utilitatem ex earum observatione sentiebant.

Et haec de Gandiensi Collegio.

DE COLLEGIO BARCHINONAE

755. Tres sacerdotes ex nostris Barchinonae initio hujus anni residebant, scilicet P. Joannes Queralt, qui Superior erat, ac PP. Joannes Gesti cum P. Antonio Monserrat; nullus eorum concionator erat, sed confessionibus audiendis magna ex parte vacabant [1]. Ex morbis autem, quibus anno proximo afflicti fuerant [2], initio hujus anni debiles adhuc vires eorum erant.

[1] En statum hujus Barchinonensis Collegii juxta *Memorial* a P. Araoz confectum hoc anno 1554, aut forte praecedenti 1553:

COLEGIO DE BARCELONA.

AÑOS DE C.ª	NOMBRES	Indoles, dotes, etc.
Mas de 7.	P. [Joannes] Queralt.....	
	P. [Antonius] Monserrat .	Buenos subiectos para conversar y confesar fructuosos.
	P. Luis [Cisteró].....	El P. Luis tiene menos suficiencia.
Poco mas de uno.	P. Mosen [Joannes] Gesti.	
	h. Juan Queralt.....	De pocas fuerzas y talento; ha oido el curso de artes.
	h.....	Buen subiecto para su ministerio.

Sextus hic, frater coadjutor, cujus nomen ignorabat Araoz, quis fuerit affirmare certo non valemus.

[2] Nullam horum morborum mentionem fecit Polancus anno proxime elapso 1553, dum de Collegio Barchinonensi: fuisse autem videntur catarrhi, de quibus saepius hoc anno et praecedenti.

756. Ecclesia, quam aedificare coeperant, diu intermissa fuerat; quamvis enim aliorum adversariorum contradictio cessasset, paupertas tamen non cessabat, quae illos ab aedificio impedivit; sed vigesima nona Maji ad opus prosequendum redierunt, et eo saltem pervenire cupiebant ut tectum supremum muris imponerent, quamvis fornix in aliud tempus differretur, ut sic demum ad ministeria Missarum et sacramentorum ea uti possent. Sed Episcopus Segurbiensis, ut superius attigimus [1], expensas etiam ad fornicem obtulit, qui mense Novembri venturus Barchinonam dicebatur; et ita quamvis tectum imposuerant initio hujus autumni, Missam in ea celebrare distulerunt ex sententia P. Natalis, ut sic magis Episcopus animaretur ad id quod promiserat explendum.

757. Satis dura cervix ejus civitatis erat, et perdifficile esse docebat experientia mundo quidquam adimere, et quod ei detrahebatur et spiritui accedebat difficile et non sine magno labore consequi poterat. Nostros autem experiri paupertatis effectus facile permittebant; et eo res redierat, ut scriberent novo suo Provinciali [2] parum abesse quin situs Collegii venderetur et nostri inde egredi cogerentur. Deerat etiam illis concionator, qui animos hominum excitaret et ad majorem benevolentiam accenderet.

758. P. quidem Loarte [3], [qui] Barchinonae cum P. Didaco de Guzman commodam navigationen in Italiam expectabat, in diversis ecclesiis cum non mediocri satisfactione audientium concionatus est mense Julio et Augusto; sed cum tempus magnis aestibus esset obnoxium, non frequens habuit auditorium, et deinde Septembri mense navigavit cum P. Natali Genuam versus. P. Strada, quem Aragoniae Provincialem hoc anno P. Ignatius creaverat, Barchinonam erat profecturus ut in Adventu concionaretur; sed, Caesaraugustae retentus, usque ad anni novi initium venire Barchinonam non potuit.

759. Excitaverant quidem animos multorum hoc vere litterae Roma missae, quibus missio Aethiopiae continebatur et alia, quae ad aedificationem pertinebant, quae, multis communicatae, multum eis consolationis attulerunt; et unus ex Consi-

[1] Vide supra, pag. 342, n. 730.
[2] Patri Francisco de Strada. Vide infra, n. 758, et n. 829.
[3] P. Gaspar Loarte.

lio regio coram toto senatu [1] eas legendas dedit, et in quibusdam etiam ecclesiis lectae fuerunt, congregato clero, et magnam Societatis notitiam et affectum erga eam dederunt; sed haec et hujusmodi facile temporis successu excidunt, et concionatoris opera aut alia ex his mediis, quibus uti solet Societas ad conciliandos Deo hominum animos, necessaria sunt ut retineatur populorum affectus.

760. Sub initium autumni recessit ex hac vita P. Montserrat, et ut sperari debet tam ex ejus, dum viveret, actionibus [quam ex ejus] morte, ad beatitudinem ex laboribus vocavit eum Dominus [2].

761. Auxit temporales angustias rei familiaris quod mercator quidam amicus, cognomine Bolet [3], qui fere sexcentos aureos

---

[1] Intellige senatum seu Juratorum concilium Barchinonae.

[2] Nonnihil latet hic difficultatis, a futuris Societatis, praesertim Collegii Barchinonensis, historiographis solvendum; videlicet quisnam hic sit P. Monserrat, qui obiisse hoc anno dicitur Barchinone, et an revera hoc anno obierit necne.

Ad difficultatis solutionem aliquid conferre possunt sequentia:

1.° P. GABRIEL ALVAREZ, *Historia de la Provincia de Aragon*, lib. II, cap. VIII, dum primos Collegii Barchinonensis incolas enumerat, ait eos fuisse sacerdotes quatuor, nempe: PP. Joannem Queralt, Monserrat Soler, Ludovicum Cisteró et Bernardum Casellas: ubi secundo videtur attribuere nomen *Monserrat*, cognomen vero *Soler*.

2.° P. Antonius Monserrat, cujus mentionem supra, n. 755, factam a Polanco vidimus, adhuc in vivis erat mense Aprili anni 1555. Extat enim in *Historia varia*, t. I, fol. 395, quaedam ejus epistola, Septimancis 18 illius mensis data, quam edidimus in *Cartas de San Ignacio*, t. V, pag. 559.

3.° Probe hic P. Antonius Monserrat ab illo ejusdem nominis et cognominis distinguendus, qui Societatem Barchinonae ingressus est 2 Aprilis 1558, cujus meminere CASSANI, *Varones ilustres de la Compañia de Jesus, Mision de Etiopia*, t. VII, pag. 335; FRANCO, *Synopsis Annalium Soc. Jesu in Provincia Portugalliae*; IDEM, *annus gloriosus Societatis Jesu in Lusitania*; IDEM, *Imagem da virtude em o Noviciado da Companhia de Jesu na Corte de Lisboa*; TELLEZ, *Historia geral de Ethiopia*, l. 3.°, pag. 209; GUZMAN, *Historia de las Misiones de la Compañia de Jesus en la India oriental, la China y el Japon*, l. 3; *Historia Soc. Jesu*, pars V, t. II, lib. XXII, n. 13, 15; CARDOSO, *Agiologio Lusitano*, II; D'OULTREMAN, *Tableaux des personnages signalés de la Compagnie de Jésus*; RHO, *Variae virtutum historiae*, lib. VII, cap. IV, n. VII; MONZON, *Menologio de la Compañia de Jesus*, 4 Jun.; *Biografia eclesiástica*, t. XIV, pag. 304.

4.° PP. Eugenius Uriarte et Caecilius Gomez Rodeles, qui ingenti labore plura schedularum millia confecerunt, in quibus Patrum fratrumque Societatis nomen, aetatem, aliaque adjuncta descripsere, unum eumdemque fecerunt fratrem Antonium Gou, qui hoc tempore in Hispania degebat, Barchinone Societatem ante paucos annos ingressus, cum fratre Antonio Monserrat. Habent enim schedulam, quae haec refert MONSERRAT, *frater Antonius, Prov. Aragoniae*.—Vide Gou, *fr. Antonius. N(atus) Olot*. Verum fr. Antonius Gou, licet cogitatum fuerit de eo ad sacros ordines promovendo, nunquam promotus est; ideoque, etsi velimus admittere ipsum appellatum aliquando *Monserrat*, nunquam tamen appellari potuit *P. Monserrat*; et tandem paucis adhuc annis supervixit.

[3] Vide supra, t. III, pag. 384, n. 846, et ALVAREZ, *Historia de la Provincia de Aragon*, lib. II, cap. XLIV; ibi asseritur hunc Joannem Bolet ad aedificandum Barchino-

ad ecclesiae aedificium mutuo dederat, rebus parum prospere succedentibus, eo devenit, ut creditores ejus bona occupare niterentur, et inde aliquid molestiae nostri sibi imminere timebant.

762. Justitiae administratio illa in provincia Catalauniae, et etiam Barchinonae, anteactis annis remissior fuerat, quam hominum illorum ingenia exigebant; et cum multis privilegiis et immunitatibus urbs illa et provincia praeditae essent, omnia hoc tempore litibus, discordiis, factionibus, immo et oppressionibus ac homicidiis plena erant, et non solum in itineribus, sed etiam in viis et plateis urbis, immo et in propriis domibus leves ob causas crudeliter homines necabantur; et id in causa erat ut conciones, exhortationes et aliae hujusmodi medicinae tam gravi morbo curando non sufficerent [1]: sed missus fuerat sub hoc tempore novus Pro-rex Marchio Tarifae, qui postea Dux de Alcala vocatus, et diu Neapolitani regni Pro-rex extitit [2]. Hic cum justitiae zelum non mediocrem haberet, acriorem medicinam, ut oportebat, his malis adhibuit, et quotidie per justitiae severitatem res praeclaras gerebat, et illi civitati ac provinciae pernecessarias; et ita, purgata ea regione a spinis, semen verbi Dei et sacramentorum uberiorem fructum reportaturum esse in posterum sperabatur. Ejusdem Pro-regis opera effectum est quod nostri frustra tentaverant, ut, scilicet, quo tempore in ecclesiis divina officia dicuntur et verbum Dei praedicatur, non in eis homines in rumore deambularent; frustra concionatores contra hunc abusum invecti fuerant, nec Episcopus remedium adhibere potuerat, quod nostri per Pro-regem adhiberi curarunt.

763. Venit Barchinonam P. Petrus de Tablares ut in his,

---

nense templum non *fere sexcentos*, ut habet hic Polancus, sed *septingentos* aureos mutuo dedisse.

[1] His congruunt quae habet CIENFUEGOS, *Vida del grande San Francisco de Borja*, lib. II, cap IX, et BALAGUER, *Historia de Cataluña*, lib. IX, cap. XI et XII; licet huic, dum hujus perturbati status causas exponit, minime, et quidem jure, assentiretur Polancus.

[2] "Don Pere Afan de Ribera y Portocarrero, segundo Marques de Tarifa, sexto Conde de los Molares y Adelantado mayor de Andalucía, virey y capitan general de Cataluña, y luego del reino de Nápoles, cumplido caballero y denodado capitan, fué por merced del Sr. Rey D. Felipe II condecorado en 1558 con el título de Duque de Alcalá. Casó con D.ª Leonor Ponce de Leon, hija de los marqueses de Lara y falleció sin sucesion.„ BURGOS, *Blason de España*, t. I, pag. 159.

quae ad navigationem mittendorum in Italiam pertinebant, P. Natalem Commissarium juvaret; notus is fuerat, antequam Societatem ingrederetur, Pro-regi Catalauniae [1], quem alloquutus est sub finem aestatis, et ad benevolentiam erga Societatem eum magis adducere studuit, quamvis prius bono etiam animo esset erga nostros; egit cum eodem de fundatione Collegii Barchinonensis, sed existimabat Pro-rex, ut hoc fieri commodius posset, praesentiam P. Francisci Borgiae valde opportunam fore: cum enim olim ejus principatus Catalauniae Pro-rex fuisset, in magna veneratione in eo habebatur, quam auxerat religionis professio, et cum Barchinonam venisset, dicebat Pro-rex se congregaturum primores urbis, et cum Episcopo [2] et clero, simul cum illis coram acturum esse P. Franciscum de rebus Societatis, et de utilitate quae ex instituto Collegio ad urbem redire poterat; et praeter subsidium, quod civitas et alii privati Collegio erigendo et dotando obtulissent, dicebat Pro-rex se simul cum Episcopo et civitate Imperatori scripturum esse, et gratiam ab eo postulaturum primae vacantis Abbatiae illis in locis, cujus reditibus Collegium dotaretur [3].

764. Interim autem P. Petrus Domenech Abbatiam, quam habebat Villae Beltrami, permutare cum aliis ecclesiasticis re-

---

[1] De P. Petro Tablares ait P. Alcazar *Chronohistoria de la Provincia de Toledo*, Dec. I, año 7, cap. 1, §. 2, eum fuisse cum Societatem ingressus est "Sacerdote ya de edad, hombre agudísimo, chistoso, y de un natural tan apacible y adornado de otras prendas, que era muy querido de los Príncipes y Grandes."—Plura habet P. Castro, *Historia del Colegio de Alcalá*, lib. I, cap. 9.

[2] Jacobus (Jaime) Cazador, de quo vide *Cartas de San Ignacio*, t. I, praesertim pag. 26, annot. 2.

[3] Pro Collegio Barchinonae instituendo instabat etiam Barchinonensis Archidiaconus Dimas Camps. "Con el Sr. Arcediano Camps se ha platicado de algunas cosas que tocan á la fundacion de un Colegio en esa ciudad, instando el mesmo y dando forma para la fundacion. Pero de esto, cuando él allá fuere, hablará más largo, y pienso espera la primera oportunidad.„ Polancus, *ex com.*, Patri Joanni de Queralt, 8 Februarii 1554.—"Va estos dias para España el Arcediano Dimas Camps, á quien yo conocí en Paris, discípulo del Doctor Olave en el curso de Artes y de los más doctos en él. Despues ha venido á esta Corte, de donde lleva, como creo, mil quinientos ducados de renta y una idea de hacer en Barcelona mucho por la Compañía, porque el estudio público, que parece está muy destruido en aquella ciudad, pretende él que se haya de reducir á la Compañía, y ofrécese el mesmo por lector de alguna leccion de Artes y de traer tambien algun amigo para que haga lo mismo. Querria tambien dar algunos beneficios que tiene para ayudar el tal Colegio y desde luego se ofrece de los suyos ó de sus amigos de dar lo necesario para diez ó doce personas de la Compañía „ Idem, *ex com.*, Patri Francisco de Borja, 15 Maji 1554.—Vide etiam in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 174, epistolam CCCCLXXX, et observa in *Regesto* datam dici Mtro. *Pedro Camez*, quod verti debere videtur, non *Gomez*, sed *Cams*. Verum de his plura in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii*.

ditibus in animo habebat, ut illis Collegium Barchinonense juvare posset, quamvis, debitis multis implicatus, quod optabat, morte etiam accedente, praestare non potuit. Voto se ille, ut superius dictum est [1], obstrinxerat, non tamen nostris cohabitare poterat, donec soluto aere alieno [2] Abbatiam relinqueret, quae non longe a Barchinona sita erat; ibi tamen non pauca ad Dei gloriam gessit, nam ex monasterio suo, quod canonici regulares sine ulla observantia viventes habitabant, novem concubinas ejecit, et duas ex oppido; et tam aegre id tulerunt canonici, ut ter illum scriptis libellis ad certamen, militum more, provocaverint, et coram ipsum contumeliis affecerint, et faciem ipsius vulneribus se percussuros minarentur; sed haec patientia illos vicit, et qui inter concubinarios praecipui fuerant, veniam ab eo humiliter postularunt; et videbatur ex inferno quodammodo paradisus effectus locus ille. Optabat tamen bonus Abbas, Deo juvante, sese expedire ab illis, ut Deo liberius inserviret; dum autem in oppido illo suo manebat, cum quibusdam ex illis factiosis exulantibus, qui in Catalaunia plurimi esse solent, aliquid ad Dei gloriam effecit; nam cum exercerent illi inimicitias cum quibusdam ex primariis populi, et inter ipsos tria vel quatuor homicidia sequuta fuissent, et mortem duobus [ex] illis [3] minarentur, adjuvit eos [4] P. Petrus Domenech Abbas, et, Deo adjuvante, eorum animos mitigavit, adeo ut cuidam Baroni, cujus erant subditi, promitterent se nihil mali duobus illis illaturos; immo duo, qui inter exules primas tenebant, in Galliam vicinam transierunt ut quietius viverent, et se potius benemereri de illis hominibus quam eis nocere velle promiserunt.

765. Aliud etiam praeclarum opus per eumdem Patrem effecit Dominus; cum enim Dei nomen perjuriis et juramentis irreverenter ab hominibus illius provinciae usurparetur, cogitavit de confraternitate quadam instituenda sub nomine Jesu, cui qui nomen darent, omnino proponerent a juramentis, juxta Christi consilium, abstinere; et, si propter consuetudinem malam juras-

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 386, n. 849.

[2] De hoc et de litibus, quas Romae habebat bonus hic Abbas, scripsit ei saepius Polancus; sed videndae praesertim litterae 8 Februarii hujus anni 1554 datae.

[3] Primariis viris.

[4] Factiosos exulantes. Ii similes erant, similemque vitae rationem paribusque de causis tenebant iis, qui eodem tempore in Italia, praesertim in Neapolitano regno, *fuorusciti* dicebantur.

sent, ut pro singulis hujusmodi lapsibus aliquid poenae sibi imponerent, quod die Dominico persolverent. Placuit autem Domino ut non tantum in illo oppido confraternitas haec admitteretur, sed cum rem contulisset cum Vicecomite Rochabertino [1] et cum procuratore Ducis Segurbiensis [2] et cum eorum concionatoribus, in populosis oppidis Parelade [3] et Castellonis [4] eadem confraternitas est admissa, et Vicecomes praedictus in suis oppidis, et procurator ducis Segurbiensis in toto comitatu Ampuriarum induci et observari voluerunt; consules etiam et magistratus oppidi de Figueras postmodum eam admiserunt; aliqui etiam praedicatores aliorum populorum curam susceperunt hujus confraternitatis inducendae, et jam non exiguum fructum ex ea consequi audiebatur, et res paulatim sese extendebat.

766. Misit etiam Legato Apostolico Poggio supplicatorias litteras ut per totum Principatum Catalauniae, adhibitis etiam indulgentiis, confraternitas haec extenderetur. Cardinalis autem, cum in suo transitu per eam Provinciam quantum spiritualis utilitatis inde sequeretur intellexisset, facultatem suis litteris contestatam dedit, ut ubique locorum hujusmodi confraternitates possent institui; et ita in quinque Episcopatibus res promulgata fuit, et in tribus aliis, qui supererant in toto Principatu Catalauniae [5], id ipsum bonus Pater fieri curavit. Inquisitores autem et Episcopus Barchinonensis, magnopere faventes huic instituto, sex millia hujusmodi exemplarium imprimi curarunt; et per totam Catalauniam prosperum res habuit successum; et oppidorum rectores de numero confratrum P. Petro Domenech scribebant, ille quingentos, hic sexcentos, alius mille confratres se habere monebant, et in insigni monasterio Montis Serrati liber satis magnus hujusmodi confratrum nominibus repletus brevi fuit. Nec solum viri, sed pueri etiam tam

---

[1] Onophrius Martin. Salazar y Castro, *Historia genealógica de la Casa de Lara*, lib. xv, § v, n. 15.

[2] Segorbiensis Dux, secundus, tunc erat "Don Alonso de Aragon, Conde de Ampurias... gran condestable de Aragon, y virey de Valencia, que murió en 16 de Octubre de 1563.„ Burgos, *Blason de España*, t. vi, pag. 58.

[3] Sic; est autem *Parelada*, quod etiam dicitur Perelada, oppidum in provincia et dioecesi Gerundensi.

[4] Ex sequentibus intelliges sermonem esse de oppido, quod *Castellon de Ampurias* nuncupatur.

[5] Hi Episcopatus saeculo xvi erant: *Tarragona, Barcelona, Gerona, Lérida, Solsona, Tortosa, Urgel, Vich.*

serio agebant, ut si quem alium puerum irreverenter jurantem deprehendissent, non prius eum relinquerent quam terram osculari cogerent.

767. Aliis etiam operibus pietatis idem Pater vacabat; nam inter multos dissidentes pacem composuit et lites sustulit, et mirabantur eum, cum Abbas esset, in ecclesia assidue [versari], viris, mulieribus et pueris audiendis, qui ad confessionem accedebant; et nullum Abbatem visum ibi fuisse affirmabant, qui confessiones audisset; et hoc ipsum sibi displicere Abbas respondebat, quod alii subditis et filiis suis tam diligentem operam quam oportebat non impendissent. Censebat idem in puerorum orphanorum collegiis utilem valde operam posse Societatem nostram impendere, eos in oratione et ratione confessionis et communionis instruendo, quamvis voluntarie et sine obligatione id fieret [1]; et quod ille Pater peculiare talentum ad hanc institutionem puerorum in Portugallia ostenderat, magnopere a Rege Portugalliae litteris urgebatur ad collegiorum hujusmodi, in quibus pueri instituebantur, curam agendam.

768. Et haec de Barchinonensi Collegio sint dicta, illo tantum addito quod in spiritualibus exercitiis tradendis nonnihil est ab eis elaboratum, et fuit qui a viginti leucis ad ea suscipienda Barchinonam veniret.

---

[1] Renuit tamen Societas, praesertim in Portugallia, quantum potuit, se in iis orphanotrophiis immiscere; immo curatum est ne illuc bonus hic Abbas rediret, quod ejus animum nonnihil exacerbavit. "Acerca de lo que escribe Vmd. que no procuró en Portugal que la Compañía tomase cargo de las casas de niños huérfanos, sino solamente una superintendencia y autoridad de visitarlos, acá se crey como dice Vmd., porque aunque tenga aficion particular á las obras de los niños que tanto trabajo le han costado y tanto servicio divino se espera dellas, no hubiese tratado de gravar la Compañía con tal peso, como es governar tales casas, sin el consentimiento della, en especial tocándole á Vmd. por su parte, lo que al un miembro toca del bien ó mal de todo el cuerpo, y los nuestros de Portugal si algo han escrito no seria con mala intencion, ni aun sé que lo hayan hecho en otro sentido que el que ha escrito Vmd.„ Polancus, *excom.*, Abbati Petro Domenech, 17 Maji 1554.

DE COLLEGIO CAESARAUGUSTANO

769. Hoc anno res Caesaraugustanae aliquod incrementum susceperunt. Agebatur de situ quodam prope Carmelitas emendo, qui Collegio futuro valde accommodatus erat, quod ad habitationem nostrorum attinet, sed non perinde ad spiritualia ministeria accommodatus, quod in extrema parte civitatis est. Sed cum illi religiosi, et qui eis studebant, vehementer civitatem contra nostros concitarent, nec murmurationibus et minis parcerent; ut pax, quoad ejus fieri posset, cum omnibus retineretur, civitas de aliis duobus locis accipiendis per suos magistratus egit; sed in uno ex monasterio monialium, in alio ex monasterio fratrum Sti. Francisci resisti coeptum est, et ita nostris visum fuit ab utroque loco abstinere, ne charitas et quies laederetur, cum multi, et praesertim religiosi, magna signa animi alieni a nostra Societate, et ab eadem ne dicam abhorrentis, ostenderent. Cum ad alium situm quaerendum se convertissent, ecce religiosi Sti. Augustini fortiter admodum se nostris opponunt [1].

---

[1] Juvat hic Patris Alvarez verba exscribere, quia ad particularia quaedam, quae Polancus non attigit, descendit, et in quibusdam a Polanco discrepare videtur. Ait enim: "Assí se quedaron los nuestros por entónces (anno 1549); los cuales juntamente con aquellas personas principales que dijimos (inter quas erant P. Fr. Thomas Esquivel, Dominicanorum Prior, Dominus Jacobus Augustinus del Castillo et Matthaeus de Morranos), comenzaron á mirar qué sitio seria mas cómodo, facil de haver y menos costoso. Parecioles que lo era una casa y huerta, que estava en la Parrochia de San Pablo no lexos del Monasterio de los Padres Carmelitas; pero el dueño por ningun precio la queria vender. Los Señores Jurados de Çaragoça por la buena opinion y voluntad que tenian a los nuestros y por el buen exemplo y buenos oficios que dellos todos sin interese recibian en lo espiritual, movidos con deseo de acomodarlos en lo temporal, y juzgando que era bien comun, mandaron tassar la casa y pagar al dueño della el precio á cuenta de la Compañía. Pero los Frayles Carmelitas y los clerigos de San Pablo que no gustavan del vecindado, procuraron mucho impedir aquella venta: y aunque á los nuestros les fuera facil la execucion, por estar en paz con todos, y evitar contradicciones, y mas de personas eclesiásticas, pusieron los ojos en otro sitio cerca del Hospital general, y de Santa Cathalina, Monasterio de Monjas de la orden de S. Francisco, las quales juntamente con los Padres de su Orden hicieron tan grande contradiccion, que los nuestros por el mismo respeto, alzaron mano de aquella compra.

770. Totam demum urbem simul cum amicis [nostri] lustrarunt, ut, sicubi fieri posset, sine religiosorum offensione situs aliquis conveniens nostris ministeriis inveniretur; tandem situs quidam inventus est in medio urbis, ad ministeriorum nostrorum exercitationem idoneus, sed non ad nostrorum habitationem, eo quod non amplus esset, nec hortum habere posset; et vir quidam nobilis viliori etiam pretio nostris vendidit quam aliis vendere potuisset; et quia dirui domum oportebat, aliam ad nostrorum habitationem ei conjunctam conduxerunt, donec aedificium absolutum esset.

771. Non tamen defuerunt qui persuaderent viduae cuidam, cujus ea domus erat, ne nostris eam locaret; demum tam multae contradictiones, murmurationes, falsa testimonia, irrisiones et alia hujusmodi contra nostros Caesaraugustae cernebantur, et tam aperta significatio aversionis animorum in omnibus pene religiosis et plurimis sacerdotibus, non excipiendo ab hoc numero Archiepiscopum [1], ut crediderint nostri in universa

---

Despues con effecto se compró casa. Esta fué la de D. Juan Torrellas cerca de la Iglesia de S. Phelipe, la qual costó mil escudos. Entendida esta compra por los clérigos de N.ª S.ª del Pilar que es de aquella Parrochia, y de los de San Phelipe, mostraron sentimiento, como los demás, y procuraron que los nuestros no hiciessen assiento en ella: parte por esto y porque la casa comprada no era bastante sitio para el Collegio, y otra que era necessaria no la quería vender su dueño, determinaron los Padres de dexarla, y finalmente les deparó Nuestro Señor el sitio y lugar en que al presente está edificado aquel Collegio, que era una casa que se decia de Sancho de Francia, que estaba mas dentro de la ciudad, que los otros dos primeros sitios pretendidos, y no avia contradicion por entonces de parte de los vecinos eclesiásticos, con que los Padres trahian tan grande cuenta, y era lugar mas desocupado para poderse estender, que no el tercero sitio de la casa de D. Juan Torrellas. No careció de dificultad aquesta compra de parte de los dueños, que eran dos, y el uno tenia quatro partes en ella, y no podia vendellas sin consentimiento de personas ausentes. El otro dueño era moço de humor y mostravalo en este particular. Sin esto la casa era tributaria a la ciudad de Çaragoça de censo muerto, y assí costo mucho trabajo y tiempo el haver aquesta casa, pero con paciencia y diligencia ayudada del Señor que para todo vale mucho, se huvo el año 1555 por precio de 2500 escudos. Destos pagó la ciudad los mil que avia ofrecido; los otros mil y quinientos nos prestaron nuestros devotos y se pagaron despues de limosna. Quedó la casa para la Compañia aunque por ciertos respectos favorables la comissó la Ciudad y la volvió a la Compañia por el mismo censo, que era de doce sueldos, como consta del acto hecho á 3 de Noviembre de 1557. La otra casa que se compró de Don Juan de Torrellas se volvió á vender á D.ª María Sanchez de Toledo su muger por el mismo precio aviendo la Compañia algunos años aprovechadose de los alquileres, queriendo aquella Señora hacer este beneficio al Collegio.„ *Historia de la Provincia de Aragon de la Compañia de Jesus*, lib. II, cap. 50.

[1] "D. Fernando de Aragon, hijo de Don Alonso de Aragon, Arzobispo de Zaragoza, y nieto de D. Fernando rey de Castilla y Aragon. Presidió la iglesia de Zaragoza del 20 de Màrzo de 1529 á 20 de Enero de 1575, en que murió. Fué diligente anticuario....„ *Biografia eclesiástica*, t. I, pag. 871. Is erat Patris Francisci de Borja consanguineus

Hispania simul tantum contradictionis Societatem passam non esse quantum in ea sola civitate; sed nec forte tam multos amicos ullo alio in loco habebat, qui, optime de Societate sentientes, magnae charitatis affectu eam prosequebantur: plurimi etiam ex nostrorum familiaritate profecerant; et tamen, praeter sacramentorum ministerium ac colloquia privata, vix alio utebantur medio, quia concionatorem non habuerant, qui in eo munere perseverasset, et perpauci fuerant sacerdotes.

772. Sed ut ad domum emptam redeamus, reliquum erat ut in designato templo primus lapis poneretur; et quidem Cardinalis Poggius, qui multos dies Caesaraugustae fuit, ponere illum potuisset, nisi repentina ejus profectio et parum firma valetudo impedisset: eadem effecit ne cuiquam alii Episcopo (erant enim aliqui ex his, quos titulares vel annulares vocant, Caesaraugustae) [id ipsius nomine faciendum committeret], quamvis Barchinona facultatem ad id se missurum promisit. P. Rojas per Archiepiscopum Caesaraugustanum vel per ejus auctoritatem id fieri cupiebat; sed rogatus ille respondit se tunc non posse id facere, et cum id posset, se consideraturum quid expediret. Ut autem frigida haec responsio videbatur, ita expedire nostri judicabant ut aliqui viri primarii et Archiepiscopo grati eum alloquerentur: frustra tamen id tentatum est [1].

773. Observabant nihilominus nostri quod nec contradictiones religiosorum nec etiam dissuassiones, quibus utebantur aliqui ad separandos homines a frequentia sacramentorum, efficere potuerint quin satis multi, prout coeperant, crebro ad ea accederent, et alii in dies accederent; qui octavo quoque die vel decimo quinto confitebantur, plus quam sexaginta id temporis initio anni erant; qui autem singulis mensibus et festis solemnioribus, plurimi erant, et ex primoribus totius urbis; et admiranda quaedam operabatur Dominus in reducendis multis perditae vitae hominibus ad sui cognitionem et emendationem; et frustra aliqui, quamvis satis impudenter contra frequentem communionem loquerentur, et eam deriderent, et inferni viam esse dicerent, frustra, inquam, verba sua effundebant, licet reli-

---

et tamen erga Societatem animum gessit quandoque adversum, fere semper tepidissimum, ut suis litteris testatur P. Andreas de Oviedo.

[1] Vide infra, n. 787.

giosos et sacerdotes hujus doctrinae auctores haberent; nam illi, qui in se ipsis fructum sacramentorum experiebantur, facile dissuassorum verba veritati non inniti animadvertebant; et quod nostros vehementer recreabat hoc erat, quod jam frequentia confessionum in aliis etiam ecclesiis praeter nostram cernebatur; et gens ea, alioqui durior, et sui propositi tenacior, et ad devotionem non admodum propensa, emolliri in dies magis cernebatur.

774. Venit Junio mense P. Natalis Caesaraugustam, antequam Gandiam et Valentiam venisset, et magna consolatione nostros perfudit, multumque animavit non solum exemplo vitae, et charitate, quam omnibus exhibebat, sed promulgatione etiam et explicatione constitutionum et privatis colloquiis: venerunt cum ipso P. Strada, novus Provincialis, et P. Petrus de Tablares, qui Pro-regi Aragoniae, Comiti Melitensi [1], amicus et quidem valde familiaris erat [2]; hic autem utilissimam fuisse provinciis Hispaniae P. Natalis praesentiam affirmabat, tum quod lucis plurimum in his, quae ad Societatis institutum pertinent, attulisset, tum quod res omnes perspectas habens, P. Ignatio voce viva referre poterat quaecumque ad personas et negotia Societatis hispaniensis pertinebant; et ubi se occasio obtulerat doctrinae et prudentiae demonstrandae, magnam satisfactionem ab eo relictam esse. Humilitas autem et sui contemptus, simplicitas, et obedientia erga P. Ignatium, cum intima ejus dilectione, utilissimum in illis provinciis reliquit exemplum [3].

775. Sed ad P. Stradam redeundo, coepit ille sese expedire ut Barchinonam progrederetur, prout P. Natalis ei injunxerat; sed Pro-rex [4] ac civitas ubi id intellexit, legationem ad eum misit per viros primarios ut ab eo devote peterent ut subsisteret

---

[1] Hujus jam saepius mentio facta est supra, t. II et III.

[2] P. Petrus de Tablares in gratiam praesertim Comitis de Melito, Aragoniae Proregis, Caesaraugustam hoc tempore missus est; ideo, cum non ad Aragoniam sed ad Castellanam provinciam pertineret, ab obedientia Provincialis Aragoniae exemptus, soli Commissario, Patri Franc sco. subjacebat. Hoc autem a P. Natale ordinatum confirmavit Ignatius litteris ad P. Tablares datis 26 Octobris 1554.

[3] Quantum utilitatis hic Patris Natalis adventus Hispaniae et Lusitaniae provinciis attulerit, et quid de eodem Patre senserint praecipui in his provinciis socii, in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii* perspicuum fiet.

[4] Intellige Aragoniae Proregem, Comitem de Melito.

Caesaraugustae, et verbo Dei civitatem eam pasceret. Coepit ergo concionari, et in templo B.ae Mariae, quam *del Pilar* vocant [1], Pro-regem habuit auditorem cum primaria nobilitate urbis, et multis popularium millibus. Confessiones etiam et communiones solito frequentiores erant; et cum ita hominum animi bene erga Societatem affecti viderentur, agere coepit P. Strada Provincialis de novo aliquo loco ad instituendum Collegium eligendo: is enim, quem paulo ante jam emptum fuisse diximus [2], exiguus et parum commodus videbatur.

776. Quamvis autem cogitabat idem Pater sub initium Octobris Barchinonam pergere et hyemem ibidem exigere, et sequuturam quadragesimam Valentiae, non tamen id ita fieri potuit; nam Caesaraugustanorum devotio et rerum Collegii nostri necessitas totum hunc annum Caesaraugustae ipsum et in vicinis locis detinuit; et quamvis aestus molestus ipsi esset ac parum salubris, non potuit tamen crebro non concionari, cum variis ex locis hominum devotio quodammodo ipsum compelleret.

777. Erant autem ex nostris id temporis Caesaraugustae quinque sacerdotes et tres alii fratres, qui in rebus domesticis Domino inserviebant [3].

778. Conquerebatur autem P. Strada quod cum speraret quietem et recollectionis tempus aliquod, ut postulaverat a P. Ignatio, geminatus ipsi labor fuisset; nam praeter praedicationis officium, cura etiam Provincialis imposita ipsi fuerat, et praeterquam quod consequens multa itinera conficiendi necessitas ipsi erat valde incommoda, judicabat ipse praedicandi officium liberum ab aliis occupationibus et curis hominem postu-

---

[1] Hoc primarium est urbis Caesaraugustanae templum, immo totius Hispaniae.

[2] Supra, n. 770.

[3] Duorum tantum Patrum et unius fratris coadjutoris meminit P. Araoz in *Memorial de los que residen en Zaragoza*, quod mense Februario hujus anni 1554 confecisse videtur, hoc modo:

"El P. [Franciscus] Rojas.

„El P. [Alphonsus] Roman, Es canonista; es de la diócesis de Toledo; oyó artes; es de edad de treinta años; ha cuatro ó cinco años que está en la Compañía.

„El hermano Juan , lego, de edad de cerca de veinticinco años; ha cuatro ó cinco años que está en la Compañía; es de la diócesis de Palencia.„

His forte annumerat Polancus Patrem Strada, qui totum hunc annum Caesaraugustae exegit, vel P. Balthasarem Piñas, qui, Valentia hoc autumno Caesaraugustam missus, ibi sacris initiatus est et primum fecit sacrum et in confessionum ministerio alios juvare incepit. Vide infra, n. 798.

lare; suam tamen obedientiam usque ad mortem promptus offerebat [1].

779. Quia vero Archiepiscopum adversarium magnopere nostri experiebantur, et qui hoc opus Collegii, quoad ejus fieri posset, vellet impedire, et nostros etiam Caesaraugusta expellere [2], cui sese et religiosi et alii ecclesiastici adjungebant, existimabat a Sede Apostolica apertum privilegium et expressum impetrandum esse ut impediri in Collegii erectione nostri minime possent; et haec inter praecipuas occasiones fuit cur hujusmodi privilegium a Sede Apostolica postulatum fuerit, quamvis his annis non obtentum usque ad Pii IV Pontificatum [3].

780. Cum ergo P. Strada optaret nobiles caesaraugustanos ac alios cives mentem suam declarare num vellent serio Collegium hoc promovere, ut plures operarii mitti possent, curavit, adjuvante Pro-rege, nobilium congregationem fieri, qui Caesaraugustae hac aestate versabantur. Cum ergo in aula quadam sui palatii supra ducentos ex primaria nobilitate Pro-rex congregari jussisset, et ipsemet cum quibusdam Comitibus et Baronibus praesens esset, ingressus est P. Strada cum duobus sociis et coepit omnes simul alloqui per horae unius spatium, et de rebus Societatis nostrae et procedendi modo, ac fructu ex collegiis proveniente, multa disseruit, et exemplis aliarum civitatum eos ad hujus institutionem animavit. Attentissime omnes eum audierunt et cum applausu et animorum commotione non mediocri; et erat inter eos qui diceret quod ex ore suo et filiorum suorum vellet subtrahere ut tam sanctum opus juvaret: alii se numquam Societatis institutum intellexisse affirmabant, et toti civitati haec ipsa referenda fuisse, ut illud omnes intelligerent, quamvis se in suis domibus et civitate rem evulgaturos dicebant.

781. Aderat in hac congregatione unus ex praecipuis magistratibus civitatis (quos *Juratos* vocant [4]), qui ad Pro-regis

---

[1] Vide tamen infra, n. 1019, quid ei ab Ignatio injunctum fuerit, quo liberius se in praedicandi munere exercere posset.

[2] Vide infra, n. 787.

[3] Sermo est de Brevi, quod ita describit DELPLACE: "15. *Etsi ex debito.*—Pius IV Societati Jesu confirmat et de novo concedit facultatem circa aedificia, etiam intra 140 cannas aliorum Ordinum erigenda. R. ap. S. P. XIII Aprilis 1561, P. An. II.—*Nov. Bull. S. J.* 29.—*Reg. bull.* I, 231.„ *Synopsis Actorum S. Sedis in causa Soc. Jes.*„ I, pag. 22.

[4] Vide supra, pag. 214, n. 478, annot. 4.

latus sedebat, qui, postquam P. Strada perorasset, surgens et aperto capite obtulit se eadem, quae audierat, in Congregatione civitatis [1] propositurum; aequum enim esse censebat ut hujusmodi operi favor civitatis non deesset. Sed omnes jurati et consiliarii Caesaraugustani in aulam quamdam, ubi congregari soliti erant in suis consiliis, [cum] convenissent, voluerunt ut apud eosdem, qui civitatem totam repraesentabant, P. Strada similem sermonem vel colloquium haberet ei, quod apud Proregem et nobiles habuisset; quod cum fecisset P. Strada, qui inter illos primas tenebat verbis valde bonis respondit: deinde ipsi inter se quid acturi essent tractare coeperunt.

782. Ex his colloquiis duplex fructus consequutus est; alter quidem quod civitas de Societatis instituto ac rebus veram informationem accepit, qua non parum indigebat; alter, quod quibusdam nobilibus designatis ad auxilia privatorum quaerenda, ut situs commodior emi posset futuro Collegio, duobus fere diebus plusquam quatuor millia ducatorum oblata fuisse retulerunt: civitas ipsa, quae prius quinquaginta libras vel scuta dare singulis annis solita erat, earum loco mille aureos obtulit; ab aliis privatis reliqua summa promissa fuit: ipse autem Prorex, ut aliis exemplo praeiret, licet multis debitis oneratus esset, sexcentos aureos obtulit; et quamvis tota summa promissa ad quinque millia ascenderet, non tamen omnia statim recuperata sunt, quia major pars expectabat ut situs emeretur, de quo quaerendo solliciti multi ex amicis erant: de reditibus etiam ecclesiasticis applicandis quidam P. Stradam alloquuti sunt: Pro-rex etiam recepit se scripturum Imperatori ut, quemadmodum Siciliae Collegiis, ita etiam et Caesaraugustano aliquam Abbatiam applicari vellet; nec in hoc officio Pro-regem Catalauniae praeiturum esse affirmabat [2].

783. Incalescere autem animos Caesaraugustanorum judicabat P. Strada ex praedicatione verbi Dei, quod ille in templo Nostrae Dominae del Pilar, et in Cathedrali ecclesia [3], atque hospitali, quod insigne erat [4], populo diligenter proponebat,

---

[1] Intellige municipale Concilium, seu Praetoris et Juratorum conventum, quibus civitatis cura commissa est; hispanice *Ayuntamiento*.

[2] Vide supra, sub finem num. 763.

[3] Haec *la Seo* dicitur.

[4] Hospitale Dominae Nostrae *de Gracia*, cui, quoniam non incolis tantum, ut alias saepe fieri solebat, sed extraneis etiam quibuscumque excipiendis curandisque desti-

unde et in pietate et in affectu etiam erga Collegium homines crescere existimabat; et ita erat, ut credibile est [1].

784. Invisit nostros in sua domuncula conducta Pro-rex, a quo litteras postulavit P. Strada ad Episcopum Segurbiensem, quibus ei gratias ageret de auxiliis, quae Societati obtulerat, et ad progressum eum animaret; quod libentissime Pro-rex praestitit. Convenerat autem hic Episcopus Valentiae cum P. Natali, ut dum ipse [2] in suam [3] civitatem Albarracin, itinere trium dierum Caesaraugusta distantem, se contulisset, eo etiam P. Strada se conferret [4].

785. Prius tamen nostri migrarunt ad primarias quasdam aedes nobilis viri, qui protonotarius erat regni Aragoniae [5]; cum enim eum regia auctoritas ad curiam evocasset ut per triennium ibi resideret, cumque ille suam uxorem et totam domum eo transtulisset, domum suam Collegio obtulit, ut eam habitaret, donec propriam aedificassent: nec solum inde commoditas, sed et auctoritas, et habitationi et ministeriis nostris accedebat; ineunte ergo Septembri eo nostri commigrarunt.

786. Pergebant autem nostri pro suo more in sacramentorum frequenti administratione, et multorum conversio ad Deum confessariorum animos magna consolatione afficiebat. Elaboraverat autem in hac vinea perutiliter P. Alphonsus Roman; sed et P. Franciscus de Rojas in pietatis operibus diligenter se exercebat, et uterque de sanis et aegrotantibus, et interdum de morientibus, benemereri non cessabant: postquam autem P. Natalis, Junio mense, et P. Strada Provincialis cum socio Patre S.tae Crucis ac P. Tablares Caesaraugustam venit [6], mirum non

---

nabatur, nomen hoc ab initio inditum est: *Urbis et Orbis domus infirmorum.* MADOZ, *Diccionario geográfico y estadistico de España*, t. XVI, pag. 608.

[1] Quae sub his nn. 780-783 continentur, desumpta sunt ex litteris Patris Strada datis 2 Julii, 4 et 16 Augusti et 1.a Septembris. Vide Polanci, *ex com.*, litteras ad eumdem Patrem Strada 8 Novembris 1554.

[2] Scilicet, Segorbiensis Episcopus.

[3] *in suam*, scilicet, in suae dioeceseos civitatem Albarracin. Haec, divisa Segorbiensi in duas, novae dioeceseos caput facta est anno 1577.

[4] Vide infra, nn. 793-796.

[5] Eritne h'c ille *Don Sancho de Francia*, P. ALVAREZ (Vide supra, pag. 362, annot. 1, ad n. 769)? Hujus certe cognominis plures fuere jurisperiti Caesaraugustae saeculis XV et XVI, ut videre est praesertim apud LATASSA, *Biblioteca de escritores aragoneses*. Sed illius domum *emptam* ait ALVAREZ.— Hujus Protonotarii, nomine tamen nunquam expresso, saepe mentio fit in Sancti Ignatii, Sancti Francisci de Borja et Patrum Strada et Roman litteris toto hoc anno scriptis.

[6] Vide supra, pag. 364, n. 774.

est si, aucto numero operariorum, fructus etiam sit auctus; et praeter conciones, colloquia P. Strada in privatis domibus, ad quas aliquando accedebat, de rebus spiritualibus agens, non parum promovebat.

787. Expugnare tamen Archiepiscopi voluntatem nullus eorum potuit, qui jam clare significabat Societatem nostram Caesaraugustae necessariam non esse, et ita religiosis, qui nos excludere privilegio suarum cannarum cupiebant, suum favorem praestabat [1]; et ita non facile fuit, quamvis pretium suppeteret, alium situm emere. P. Rojas, qui nostris praeerat Caesaraugustae, evocatus a P. Francisco [2], alio migrare constituit; prius tamen rediit Caesaraugustam usque ad hujus anni finem.

788. Non omittam quod, in tanta religiosorum contradictione, erat Caesaraugustae, ut P. Tablares scribit, religiosus quidam ordinis S.ti Francisci, guardianus monasterii, quod ibi sub nomine Jesu habent, et vir sanctus existimabatur: affirmabat is quod nostra Societas causa reformationis futura erat et suae et aliis religionibus, nam oratio mentalis et humilitas, quae cursum suum in nostra Societate incipiebant, apud ipsos eum absolvisse videbantur; et ita videbatur sentire quod et ipsi ad suum principium hac occasione redituri essent [3].

789. Potissimum ea ratione missus fuerat jam dictus P. Tablares Caesaraugustam ut Pro-regis favorem nostris magis conciliaret [4]. Scripserat ei P. Ignatius, et scribi ab alio jusserat, de his, quae ad Dei gloriam per Societatem fiebant; gratias etiam agebat quod Societatem tanta benevolentia ac beneficiis prosequeretur; utrasque litteras cum magna consolatione Pro-rex accepit, et prolixiores, quae ad res Societatis agebant, penes se ut aliis communicaret, habere voluit [5]. Respondit autem cum ma-

[1] Vide supra, pag. 362, annot. 1, ad n. 771.—"Con el Rmo. Sr. Arzobispo de Zaragoza, ultra del rogar á Dios por él y de toda humildad y reverencia que se le use, letras de los príncipes ó personas, á quien él tiene respeto, aprovecharán, y el P. Francisco será parte para ello, y lo demás que convendrá; si todo no bastase, la paciencia á lo ménos bastará y el perseverar en dar buen ejemplo y ayudar segun nuestro Instituto esa ciudad en las cosas espirituales.„ Polancus, *ex com.*, Patri Francisco de Strada, 8 Novembris 1554.

[2] A P. Francisco de Borja, jam Hispaniae Commissario.

[3] Hic fuisse videtur Fr. Dominicus Biota (alii scribunt Viota), O. S. Fr., de quo videndus Murillo, *Excelencias de Zaragoza*, trat. II, cap. 51, pag. 443, col. 1 et 2.

[4] Vide supra, pag. 356, n. 763 et pag. 364, n. 774.

[5] Litteras de quibus hic fit sermo, alias ab Ignatio subscriptas, alias (quas *scribi ab alio jusserat*) a Polanco, habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 224-242.

gna suae charitatis et dilectionis observatione, et illud unum alicujus momenti fuisse scribit quod in Societatis gratiam fecisset, quod scilicet Principem Hispaniarum Philippum, ac suum generum D. Ruigomez [1], et alios magnates Hispaniarum, qui de Societate malas informationes acceperant, de Instituto Societatis bene informari curasset; reliqua, quae praestiterat, pro nihilo se ducere scribit, quamvis addit se supplicaturum Imperatori pro illius Collegii dotatione, aliqua Abbatia applicata, ut diximus [2]. Idem Pro-rex aliis litteris testatur per contradictiones veritatem Societatis tam dilucidam esse factam Caesaraugustae, ut eo ipso quod aliquis nostris contradiceret, sibi ipsi auctoritatem ac fidem derogaret.

790. Accidit autem hoc autumno ut peregrinus quidam Caesaraugustae versaretur, de quo Consilium Pro-regi suggesserat ut, tamquam exploratorem Galliae [3], in carcerem eum ejiceret; sed, ut ipse Pro-reginae [4] referebat, memor quod aliquando P. Ignatius ut peregrinus per varia loca ivisset, capi eum noluit, sed per quemdam ex suis peregrinum rogavit ut ad se in palatium veniret: deprehendit autem illum esse nobilem quemdam virum ex oppido Perpignan, qui, religionis gratia, peregrinatione ad S. Jacobum in Compostella peracta, domum rediens, in morbum Caesaraugustae inciderat.

791. Cum autem ei [5] diceret P. Tablares, qui debita ejus noverat [6], ut contentus esset Societatem [7] juvare, nec bonis suis, quae exhausta erant, juvaret, "bona mea, inquit ille, non opus est petere in Societatis usum, sed accipere,„ id significando quod bona ipsius tamquam propria Societas habitura esset.

792. Exercitia spiritualia, quae Caesaraugustae jamdiu data nulli fuerant, tunc dari quibusdam coeperunt; erant enim duo canonici ejus regni, qui Caesaraugustam ad id venerant; et al-

[1] Rui (Rodericus) Gomez de Silva. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 13, annot. 2 et pag. 224, annot. 2.

[2] Supra, pag. 367, n. 782.

[3] Bellum tunc exercebat cum Galliae Rege Carolus V Imperator.

[4] Catharina de Silva, prima Comitis Melitensis uxor, SALAZAR Y CASTRO, *Historia genealógica de la casa de Silva*, lib. III, cap. XV, § III; MURO, *Vida de la Princesa de Eboli*, cap. I.

[5] Scilicet Proregi.

[6] In tantas angustias Comitem Melitensem debita redegere ut aequum judicarent nostri Complutenses ei reddere quaecumque pro Complutensi Collegio dotando fundandoque et extruenda ecclesia ipse donaverat. Vide infra, n. 1022.

[7] Deest hic aliquod verbum, puta *auctoritate, potentia*, aut aliud simile.

ter eorum Societati, eis peractis, sese adjunxit, cum non mediocribus Dei donis praeditus et ad id idoneus videretur [1].

793. Cum Episcopus Segurbiensis Albarrazinum venisset, per nuncium, ad id missum cum litteris, P. Stradam accersivit [2]; et ita decima die Octobris eo proficiscens cum P. S.ta Cruce, die sabbati eo perveniens, quamvis magna cum charitate et hilaritate ab Episcopo exceptus, in hospitale tamen voluit divertere, ubi duos ex nostris [3] invenit, qui cum per varia loca Episcopatus discurrerent, ut superius diximus, Albarrazinum biduo vel triduo ante P. Stradam pervenerant. P. enim Baptista [4] eos in gratiam Episcopi eo miserat, et christianam doctrinam, canendo per publicas vias cum campanula, docebant, donec, omnibus pueris congregatis, in Cathedralem vel aliam ecclesiam ingrediebantur.

794. Aderat autem aliquando Episcopus, et non sine lacrymis doctrinam explicantes audiebat; sacerdos enim, qui de ea praedicabat, scilicet, P. Santander, ad fletum omnes conmovebat: dabat autem Episcopus puero vel puellae, qui melius doctrinam christianam referebat, nummum argenteum, vel quid hujusmodi, ut magis ad ejus studium animarentur, et copiosus omnino fructus capiebatur: id tantum conquerebantur, quod, nostris recedentibus, habituri non erant qui sacram doctrinam eos doceret, et ita oblivioni eam traditurus timebant; sed rationibus nostri eos etiam in hac parte solabantur. Magna erat ejus provinciae ignorantia, et illa etiam, quae e regione contra legem Dei erant ac prorsus mortalia peccata, ne peccata quidem esse cognoscebant.

795. Sed ad P. Stradam redeundo, quamvis defessus die sabbati eo venisset, die tamen dominica tum mane, tum vespere, in Cathedrali ecclesia concionatus est, et quidem cum magna tam cleri quam populi aedificatione, ut ex parte ex his videri potuit, qui domum, ut P. Stradam alloquerentur, veniebant; inter quos aliquem Deus per verbum suum compunxit, qui, cum diu religiosus fuisset, et, ut credebatur, sacerdos, a religione recedens, uxorem duxerat et ex ea filios susceperat.

[1] Vide infra, annot. 1, ad n. 799.

[2] Vide supra, pag. 367, n. 781.

[3] P. Ludovicum de Santander et fratrem Balthasarem de Piñas. Vide supra, pag. 342, n. 730.

[4] P. Joannes Baptista de Barma, Valentini et Gandiensis Collegiorum Rector.

Quamvis autem Episcopus in hospitali manere P. Stradam permisisset, vir quidam bonus, [qui] juris periti officio in ea civitate fungebatur, eum compulit ut, ex hospitali egressus, apud se hospitium acciperet, ut ecclesiae, ubi concionaturus erat, vicinior esset. Remisit autem socium Pater Strada Caesaraugustam ut in confessionibus nostris auxilio esset.

796. Postquam autem in festo Divi Lucae concionatus esset, et cum Episcopo contulisset de his, propter quae quaesitus fuerat, et ipse Caesaraugustam valde expectatus rediit; nam ipso die Omnium Sanctorum in templo S.tae Mariae del Pilar, et in Adventu [in] ecclesia hospitalis [1], et aliis etiam in templis, concionaturus erat.

797. Misit Episcopus Segurbiensis famulum cum pecunia Barchinonam ad ecclesiae illius aedificium absolvendum [2], et in eadem concionantem P. Stradam audire volebat: quadragesima sequenti in exercitiis etiam spiritualibus ab eodem Barchinonae institui postulavit, nam tunc [3] in gregis sui visitatione occupatus erat. Magnam vitae mutationem in melius hic Episcopus fecerat, sumptus superfluos suae domus resecaverat, et cum multum deberet pecuniae et cum damno non mediocri cambiorum eam esset accepturus, venit illi in mentem quod magnam vim argenti ad mensae suae ministerium haberet, et ita ex vasis argenteis pecuniam confecit et debita sua dissolvit, fictilibus vasis contentus.

798. Missus fuit hoc autumno Valentia Caesaraugustam Mag. Balthasar Pignas, jam diaconus, qui statim ad sacerdotium promotus et ipso die Omnium Sanctorum primam celebrans Missam, in confessionum ministerio Collegium juvare coepit, nam theologiae cursum jam absolverat.

799. Agebatur de domo jam empta suis restituenda, non solum quod angusta esset, sed quod vinculis quibusdam obligata. Quamvis tamen sollicite de alia emenda ageretur, et duo millia et quingentos aureos pro ea dare vellent, non tamen hoc anno id obtinere potuerunt. Episcopus Segurbiensis auxilium redituum ecclesiasticorum obtulerat, et alii fere quadringentos aureos annui reditus; sed beneficia illa ab animarum cura libera

[1] Vide supra, pag. 367, n. 783.
[2] Vide supra, pag. 342, n. 730.
[3] Scilicet, autumni et hyemis tempore.

non erant, et ideo non opportuna Collegii dotationi videbantur. Ille autem canonicus qui admissus fuerat [1], praeterquam quod obtulit supellectilem librorum (erat autem juris doctor) et lectorum et rerum aliarum, quibus paupertatem domus sublevavit, quosdam etiam ecclesiasticos reditus ad Societatis commodum obtulit. Et tum in spiritualibus, tum in temporalibus, utilem se Collegio exhibuit [2].

800. Praedicationes P. Stradae in hoc Adventu in ecclesia hospitalis habitae fuerunt; et quidem diebus dominicis mane et vespere concionabatur; semper autem eum auditorium frequens sequebatur, et multi ad meliorem vitae rationem capessendam movebantur, et messem confessariis solito uberiorem parabat: nec enim tantum festis diebus, sed profestis etiam in hoc ministerio satis erant occupati. Aliqui etiam in Societatem admitti postulabant, inter quos unus in coadjutorem admittendus visus est.

801. Nobilis quidam vir caesaraugustanus, Gaspar de Gurrea, significavit P. Stradae fratrem suum, Joannem de Gurrea, Neapoli Societatem ingressum esse (is unus erat ex militibus, quos Neapoli admissos diximus [3]), et id sibi pergratum esse significabat, et ipsius debita libenter se dissoluturum, quae Caesaraugustae reliquerat, et officiose omnem suam operam Societati obtulit.

802. Cum autem sub anni hujus finem Caesaraugusta recessurus esset P. Strada Barchinonam versus, P. Baptistam de Barma Valentia evocavit, ut Caesaraugustani Collegioli Rector esset, et cum Patribus Roman et Pignas et duobus aut tribus aliis coeptum opus prosequeretur, et ad concionandum jam ecclesiam designatam eidem P. Baptistae relinquebat; et ut Collegio Valentino praeesset, P. Joannem Gesti eo mittere constituit, quamvis idem ut Romae procurator generalis esset, aliunde evocabatur [4].

Et haec de Caesaraugustano Collegio et Provincia Aragoniae sint dicta.

---

[1] Vide supra, pag. 370, n. 792.

[2] Eritne hic ille Ludovicus de Santangel, rector ecclesiarum parochialium loci de Portalrubio et loci de Monreal, qui haec beneficia in favorem Collegii Caesaraugustani resignavit? Vide *Synopsis Actorum Sanctae Sedis in causa Soc. Jes.*, I, pag. 29, n. 37.

[3] Vide supra, pag. 181, n. 382, ubi tamen hic miles Joannes Rodriguez appellatur.

[4] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. V, pag. 195.

DE PROVINCIA CASTELLAE

AC PRIMO

DE COLLEGIO SALMANTICENSI

803. Quamvis absens esset P. Torres [1] et in Portugallia occupatus, Rector erat nihilominus Collegii Salmanticensis, donec hoc ipso anno, cum ex Portugallia rediisset, cum quinque aliis in Baeticam profectus est [2]; et tunc optabant quidem P. Antonium de Cordoba aliqui Salmanticensi Collegio Rectorem praefici; sed Marchionissa de Pliego, ipsius mater, obtinuit ut liber D. Antonius relinqueretur, et suis studiis operam daret [3]; et ita P. Bartholomaeus Hernandez, quem suo loco Dr. Torres ad Collegii gubernationem constituerat, Rector est institutus.

804. Erant autem sub anni praecedentis finem sexdecim in illo Collegio [4], inter quos quatuordecim theologi erant, et prae-

1 P. Michaël de Torres.

2 Vide infra, dum de Collegio Cordubensi agetur.

3 Vide infra, n. 982.

4 Quindecim tantum recensebat mense Novembri praecedentis anni 1553 P. Antonius de Araoz, sed annumerandus iis certo est P. Michaël de Torres, qui, licet absens, antequam e Portugallia evocaretur et Cordubam veniret, Rector erat Collegii. Illi autem erant:

NOMEN ET COGNOMEN	Aetas.	Patria.	Tempus quod in Societate exegerat.
1. P. Bartholomaeus Hernandez.....	Anni 32	Dioecesis Toletana.....	Anni 4
2. P. Martinus Gutierrez.....	„ 28	„ Id.	„ 3
3. P. Paulus Hernandez.....	„ 29	„ Compostellana..	„ 1 ½
4. P. Joannes Xuarez.....	„ 25	„ Conchensis.....	„ 2
5. P. Alphonsus Avila.....	„ 27	„ Hispalensis.....	„ 2
6. P. Gundisalvus Gonzalez.....	„ 29	„ Palentina.....	„ 4 ½
7. F. Joannes Prádano.....	„ 25	„ Calagurritana...	„ 1 ½
8. F. Henricus Paez.....	„ 23	„ Ulyssiponensis..	„ 2
9. F. Dominus Sanctius de Castilla..	„ 23	„ Toletana.....	Menses 20
10. F. Hieronymus de Portillo.....	„ 21	„ Calagurritana..	„ 20
11. F. Didacus de Cetina.	„ 22	„ Conchensis.....	Anni 2
12. F. Joannes de Leon.....	„ 20	„ Salmanticensis..	Menses 4 ½
13. F. Didacus Lopez..... ..	„ 24	„ Palentina.....	„ 3 ½
14. F. Joannes Gutierrez.....	„ 21	„ Toletana.....	Anni 2 ½
15. F. Gaspar de Dueñas.....	„ 18	„ Salmanticensis..	„ 1

ter operam, quam studiis complures eorum impendebant, juvandis etiam proximis per sacramenta confessionis et communionis alii sacerdotes [1] vacabant, et ipsis festis Natalitiis, seu anni initio, fere quingenti sacram communionem apud nostros susceperunt, plures longe futuri, si vel sacerdotes nostri plures, vel tempus minus breve fuisset. Diebus autem septuagesimae sequentis, cum jubilaeum ibi praedicatum fuisset diebus quindecim, nostri poenitentiae et Eucharistiae impendendis per quindecim dies [2] vacarunt, et mille et quingentos et eo plures post confessionem sanctissimo vitae Pane refecerunt; quorum non pauci in orationis et sacramentorum frequenti usu cum vitae reformatione et magno spirituali fructu perseverarunt.

805. Erat autem nostris negotium magna ex parte cum scholasticis [3]; sed praeceptores [4] ac cives non pauci ad hoc poenitentiae sacramentum ad nostros etiam concurrebant; immo et matronae, inter quas quaedam nobilis fuit, quae divino spiritu impulsa, vestium cultum et omnia genera ornamentorum ac deliciarum, quibus aetas illa diffluebat, in sobrium admodum et modestum vitae genus commutavit, orationibus ac piae lectioni sic dedita, ut cum rogaretur ad solita quaedam spectacula urbis venire, "gratiora, inquit illa, et multo pulchriora spectacula in meo libello sunt (erat autem precatorius, de vario orationum ac meditationum genere) quam ulla, quae homines hujus saeculi possent exhibere„.

806. Frequentior autem hic ad sacramenta concursus reddebatur, ut assolet, in festis solemnioribus; numquam autem deerant apud nostros aliqui, qui sese spiritualibus exercitiis instruendos praeberent, inter quos tres viri non mediocriter eru-

---

[1] Rectius fortasse *qui, licet theologiae darent operam, sacerdotes erant.*

[2] Redundant hic verba aut *quindecim diebus*, aut *per quindecim* dies; ni velimus intelligere *quindecimus diebus* de jubilaeo concionatum fuisse, et *per* eosdem aut alios *quindecim dies* confessionibus audiendis vacatum eorum, qui per conciones ad jubilaei indulgentiam lucrandam excitati fuerant.

[3] "Aciertase mucho, ya que la conversacion espiritual no puede estenderse á todos, que particularmente se tenga con los escolares de la Universidad, porque no solamente en ellos se hace provecho, pero aun por ellos en otros muchos, por ser semejantes personas idóneas para comunicar con otros lo que recibieren a gloria de Dios.„ Polancus, *ex com.*, Patri Rectori Collegii Salmanticensis (Bartholomaeo Hernandez) 2: Julii 1554. Harum litterarum pars est illa *Respuesta de N. S. P. sobre la sequedad de los hermanos estudiantes en la devocion*, edita in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 218.

[4] Intellige eos, qui in Salmanticensi Universitate docebant.

diti sese nostris adjunxerunt; duo theologi erant, et optimis praediti moribus, tertius juri civili operam dederat, sed et quartus brevi admittendus erat. Sed praeter hos, ex compluribus, qui sese exercuerunt in spirituali illa palaestra, tres carthusiensium ordinem ingressi sunt, unus autem Beatae MARIAE ordinem, quem de Mercede vel de Redemptione vocant; duo alii, qui multis id precibus impetrarunt, in Societatem praeter jam dictos admissi sunt, studiosi logices ac optimae spectationis juvenes [1].

807. Inter alios tunc se exercuit D. Bernardinus de Sandoval [2], scholasticus, vel ut alii vocant, magister scholae, quae di-

---

[1] In Archivo Universitatis Salmanticensis extat antiquus Codex, qui olim fuit in Archivo Collegii Societatis ejusdem urbis, cuique hic est titulus: *Antiguo libro primero de los que en este Colegio de la Compañia de Jesus de Salamanca han sido recibidos desde el año 1554 hasta 1589 y 28 dias de Abril*, cujus meminimus jam supra, t III, pag. 302, annot. 1.— Inchoavit hunc librum P. Bartholomaeus Hernandez, cum hoc anno 1554 hujus Salmanticensis Collegii Rector institutus est.—En, ex eo libro depromptam, eorum seriem, qui a P. Hernandez ultimis hujus anni mensibus in Societatem admissi sunt.

"El h. Juan de Salvatierra, fué examinado el 1.° de Mayo de 1554 por el P. Suarez *(sic, Xuarez?)*: natural de Salvatierra, diócesis de Calahorra, hijo de Juan y de Ana Lopez.=JUAN DE SALVATIERRA.

El h. Pedro Ruiz de Bernui; fué examinado á 22 de Junio de 1554 por el P. Suarez: natural de Burgos.=PEDRO RUIZ DE BERNUI.

El h. Pedro de la Peña; fué examinado á 10 de Agosto de 1554 por el P. Suarez.= PEDRO DE LA PEÑA =GONZ[ALEZ].

El herm.° Pedro Ximenez; fué examinado el doce de Agosto de 1554: natural de Nájera, provincia de Calahorra =PEDRO GIMENO *(sic)*.=GONZALEZ.

El herm.° Antonio Suarez; fué examinado por el P. Suarez: es natural de Zamora.

El P. Diego de Suarez; fué examinado á 6 de Noviembre de 1554 por el P. Suarez; es natural de Jaces? (portugués).

El herm.° Alonso del Prado; fué examinado á 7 de de 1554 por el P. Bartolomé [Hernandez], Rector: es natural de Berrueces, cerca de Medina de Rioseco.

El P. Fernando Gomez; fué examinado á 4 de Diciembre de 1554 por el P. Suarez; natural de la Villa de Santaren (portugués).„

Sequitur, ante eos, qui certo ingressi sunt anno 1555.

"El herm.° Francisco Dominguez fué recibido por el P. Hernandez á 20 de Setiembre 1554 5; natural de Cáceres„; sed quia emendatus est ultimus anni numerus, incertum est an anno hoc 1554 Societatem ingressus sit, an sequenti 1555.

[2] "Bernardinus Sandovalius, nobili apud Carpetanos stemmate illustris non tam genere, se, dum vixit, iactabat, quam litteris ac potissimum, pietate excellere gloriosum ducebat. Primis itaque haustis literis Juri se cum Caesareo, tum Pontificio consecravit, vicitque aequales: utque erat pietatis in paucis studiosus et sacerdos rarae virtutis piis sese quotidie operibus, cum aegrotos tum vinctos consolando, exercebat: scripsitque ut posteritas omnis exaudeat *(sic)*, sed Hispane volumina duo alterum *de Sacerdotis boni officio;* alterum de *iis, qui in carceris custodia asservantur consolandis*, anno 1564. Canonicus fuit Toleti, ubi opima admodum sacerdotia; atque adeo scholarcha rexit Academiam a maioribus suis excitatam. Post invidia, quae virtutem plerumque comitatur, laborare coepit, et generis ac stirpis quaestione mota ad causam Romae dicendam provocavit. Obiitque aeterna in urbe magno sui bonis omnibus relicto

gnitas est in illa ecclesia [1], deinde effectus ecclesiae Toletanae, in utroque jure bachalaureus, qui, quamdiu vixit, magnum suae virtutis odorem ubique sparsit. Alii etiam in theologia vel jure ad gradus promoti eisdem exculti fuerunt exercitiis, qui vix extra Societatem (ut ipsi asserebant) vivere poterant, et tamen propter impedimenta quaedam, a quibus extricari non poterant, Societatem tunc ingressi non sunt.

808. Effectum est etiam hoc anno quod et superioribus, ut non pauci, qui diversas ob causas tenacissimis odiis inter se dis-

---

desiderio: facultates enim pauperibus partim dum viveret distribuit, partim testamento legavit conditusque in aede B. Virginis maiore ad praesepia Domini, ubi titulus inscriptus legitur.

Bernardino Sandovali Hispano.
Toletanae Ecclesiae Canonico, et scholastico,
Academiae eiusdem urbis
A maiorib. suis institutae, ornataeque Cancellario,
Generis nobilitate,
Divini atque humani iuris singulari peritia
Quam libris editis scriptisque testatus est
Claro:
Ob eamque doctrinam
Et singularem vitae sanctimoniam
Cum summa humanitate morumque suavitate
Coniunctam
Pio V. Pont. Max.
Exteris et minus etiam notis
Amabili,
Georgius Fonseca
Fratri caris. praepropera morte
Rebus humanis exempto
Multis cum lacr. p.
Obiit anno. LXXXIX. V non. Maii
Anno Domini MDLXXII.

A. S. (Andreas Schottus), Peregrinus, *Hispaniae Bibliotheca, seu de Academiis ac Bibliothecis*, t. III, pag. 511.

[1] Non in ecclesia tantum Toletana, sed in omnibus fere cathedralibus ecclesiis, antiquissima est *Scholastici*, seu *Magistri scholae (Maestrescuela)*, dignitas, cujus proprium munus erat scholas, cathedrali ecclesiae annexas, gubernare, et temporis decursu non exigua jurisdictionis potestas ei collata est in Universitatibus praecipuis, licet hae nullo modo cathedrali ecclesiae essent annexae. "El Rey D. Alonso el Sabio en las ordenanzas, que hizo para el Estudio (sic Universitatem Salmantinam appellat) el año de 1254, manda que el Obispo y Maestrescuela de Salamanca hagan prender y echar en cárcel á los estudiantes peleadores „ ... "en un privilegio dado por Enrique III en Valladolid á 20 de Agosto de 1391 manda terminantemente que la jurisdiccion escolástica se ejerza solamente por el Maestrescuelas y no otro juez alguno, y que solamente él conozca de las causas de los estudiantes y familiares de la Universidad, añadiendo allí, como de paso, que ya su abuelo D. Enrique II y el rey D. Alonso XI, su bisabuelo, habian concedido á la Universidad este mismo privilegio.. La Fuente, *Historia de las Universidades... en España*, t. I, cap. XXXIII.

sidebant aut litigabant, in gratiam invicem redirent; et ita interdicta quaedam, propter judicum saecularium cum ecclesiasticis dissensiones, Salmanticae frequentissima, quibus homines a divinis abstinere coguntur, tollere nostri enixe curaverunt.

809. Dominicis item diebus ac festis fratres nostri, a studiorum occupatione liberiores, xenodochia, carceres et infirmos suis exhortationibus, confessionibus et etiam obsequiis pro more suo multum recrearunt; in locis etiam Salmanticae vicinis eodem officio charitatis fungebantur, immo et publicis peccatricibus, magno cum fervore et aedificatione hominum, poenitentiam praedicabant.

810. Fuit Salmanticae Bernardus Japonensis morbis quibusdam laborans, sed mirum in modum solida ejus fides, qua de Christi mysteriis cum magna mentis sinceritate ac dulcedine disserebat, et nostros consolabatur et in admirationem trahebat Dei benignitatis, qui virum aliquando idolis servientem, ex tam remotis mundi partibus, talibus fidei et charitatis donis replevisset, ut veterum christianorum, qui ab ineunte aetate in vera religione instituti fuerant, ignaviam et tepiditatem exprobrare ipso facto videretur [1].

811. P. Natalis praesentia his etiam non minus jucunda quam utilis ad omnium excitationem et instructionem fuit [2].

812. Studia apud nostros serio tractabantur [3].

813. Cum P. Gutierrez [4] christianam doctrinam explicaret,

---

[1] Vide supra, pag. 188, n. 403; et observa a typographis inversum ordinem annotationum ad illius pag. 188 calcem, ubi annot. 4.ª debet esse quinto loco et 5.ª quarto.—Dubitavit diu Ignatius an expediret hunc Bernardum Romam avocare, sed avocavit tandem et avocasse gavisus est, ut videbitur in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii.*

[2] "P. Hieronymus Natalis, cum ex Sicilia... Romam venisset et de constitutionibus ac regulis Societatis, cum P. Ignatio, quod oportebat, contulisset, ab eodem instructus, et per patentes litteras, quarto Idus Aprilis, Commissarius in Hispanias missus est, ut constitutiones ac regulas nostris collegiis et hominibus Societatis traderet ac declararet.„ Supra, t. III, pag. 6, n. 3. Vide etiam in eodem t. III, pag. 427, n. 946.—Non tamen secum tulit exemplar ullum constitutionum et regularum. Ait enim Polancus ei, *ex com.*, scribens 1.ª Januarii hujus anni 1554: "Mucho nos hemos alegrado in Domino que haya recibido V. R. las constituciones y reglas; y asi creemos dejará allá las cosas con buen concierto.„—Nec erat adhuc, cum Natali hoc constitutionum exemplum missum est, eis ultima manus imposita. Addit enim Polancus: "De la venida de V. R para el Setiembre que viene, poco más ó ménos no hay que decir sino que á Nuestro Padre parece mucho bien y podranse concluir entónces las constituciones, como V. R. toca.„—Vide etiam litteras Patri Francisco de Borja datas eadem die.

[3] Vide infra, n. 816.

[4] P. Martinus Gutierrez. Vide supra, pag. 374, n. 804, annot. 1.

tanta confluebat multitudo, ut bonam partem ejus plateae, quae ante domum erat, impleret, et undenam catechismus ille, quem explicabat, tam egregius venisset, inquirebant, et Roma missum esse divinabant [1]: cogebatur autem ante portam ecclesiae egredi, qui eum explicabat, ut qui in platea admodum frequentes erant, eum audire possent.

814. Qui P. Torrensem in Baeticam comitati sunt, fuerunt Gundisalvus Gonzalez et Alfonsus de Avila sacerdotes, et tres alii scholastici; et ita, his et aliis alio missis, minuebatur numerus nostrorum Salmanticensium, ut aliis advenientibus locus relinqueretur [2].

815. Quidam autem ex theologis admissis, partim ob corporis habitudinem melancholicam, partim quod orationi immoderatius ac sine discretionis freno se dedidit, in morbum quemdam amentiae proximum incidit, et tamen ut mens erat bonis conceptibus et desideriis plena, nihil, nisi pium et quod ad aedificationem faceret, delirabat: cum tamen extra urbem animi gratia deductus fuisset, ad se rediit; sed in patriam ad suos mittendus esse visus est.

816. In his, quae ad orationem et studiorum profectum pertinent, accessio magna post adventum P. Natalis facta est, et conclusiones octavo quoque die in publico loco et cum frequentia externorum scholasticorum et utilitate ac aedificatione omnium habebantur. Scribit P. Antonius de Cordoba aliquos etiam ex praeceptoribus [3] eis interesse, qui magnopere admirabantur et laudabant tum diligentiam, tum modestiam in disputando, fratrum nostrorum. Inter alios Fr. Petrus de Sotomajor, religiosus S.ti Dominici, et cathedrae, quam vocant, vesperarum

---

[1] Saepius jam in hoc *Chronico* et in *Cartas de San Ignacio* facta mentio est, et fiet adhuc in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii*, cujusdam libelli de doctrina christiana pueris et rudibus accommodati, Romae a Patribus Societatis ante hoc tempus (1554) concinnati, et ibidem aut forsan Venetiis excussi; sed de eo nondum quid certi eruere et statuere valuimus neque ex nostris neque ex externis bibliographis, forte quia sine auctoris nomine, quod tamen haud vero simile est, typis datus fuit.—Eritne hic libellus ille, quem Polanco attribuit et jejune satis describit SOMMERVOGEL?: "3. Dottrina Christiana. Venetia. Francesco Pampezzetto. 1570. 16.°„ At noster hic, quem Salmaticenses *Roma missum esse divinabant*, quique *tam egregius* erat, jam anno 1554, et, ut videtur (confer supra dicta, t. III, pag. 174, annot. 3), ante annum 1553, typis fuerat vulgatus.

[2] Vide infra, n. 994.

[3] Vide supra, pag. 375, annot. 4 ad n. 805.

praelector [1], cum rediisset ad suum insigne Collegium S.ti Stephani, postquam quibusdam disputationibus interfuisset, obstupuisse se fatebatur ex his, quae in Collegio nostro viderat: se existimasse nostrorum studia pro caeremonia tractari, sed vidisse se quod D. Thomae doctrinam nostri collegiales melius quam ipsius monachi intelligere et majori cum modestia eam tractare: et idem alii affirmabant, et magna ex parte homines veritatem rerum, quae in Societate habentur, cognoscebant [2].

817. Alii tamen mordicus priores suas sententias tenebant satis diversas a Doctoris Navarri existimatione, qui, cum Conimbrica sub hujus anni finem versus Navarram proficisceretur [3], nostros invisere in Salmanticensi Collegio [4] et consolari voluit, et dicebat venire se ad obedientiam praestandam illi domui, prout eam jam Societati dederat [5], et cum genibus flexis omnes fratres fuisset amplexatus, significavit nostris Regium Collegium [6] Conimbriae Societati datum esse, ut litteris post suum discessum acceperat; et tamen [7] se id credere propterea quod cum Rege et Infante D. Ludovico tractaverat, et se summopere gaudere ea de re propter eximium fructum, qui ex nostris Col-

---

[1] De hoc ita in *Biografia eclesiastica completa*, t. XXVII, pag. 951, JOSEPHUS SANCHEZ BIEDMA: "Sotomayor (Fr. Pedro de), religioso dominico, segun la opinion de Nicolás Antonio, y catedrático de la Universidad de Salamanca; escribió *Commentaria in Primam Secundae Sancti Thomae luculentissima*, que asegura el mismo autor haber visto escritos de letra de Fr. Pedro Solano, en un códice del Vaticano, núm. 4654.„

[2] Litterae, e quibus haec deprompta sunt, edentur aliae in *Litterae Quadrimestres*, t. III, aliae in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii*.

[3] Hic aut emendandus Polancus, aut recentissimus Doctoris Navarri, Martini de Azpilcueta, biographus, DR. D. MARIANUS DE ARIGITA ET LASA, qui ait: "Solo por acceder á los ruegos de los reyes (Portugalliae) permaneció Azpilcueta en Coimbra despues de jubilarse hasta el año 1555, en que cesó de explicar y se resolvió á volver á España... *El Doctor Navarro, Don Martin de Azpilcueta y sus obras*. Pamplona, 1895, cap. VII, § II, pag. 204. Et cap. X, § I, pag. 274. "Azpilcueta quien, como vimos, no salió de Portugal para España hasta el año 1555.„—Verum haud facile quis Polanci narrationem emendare audebit, cum is ea, quae hic narrat, ex epistolis hauserit Salmanticae scriptis, ut videre erit in *Litterae Quadrimestres*, t. III, et in *Nova serie litterarum Sancti Ignatii*.

[4] Habet hic DR. ARIGITA aliquam itineris, quod Conimbrica Navarram versus tenuit Navarrus, partem, quam ignorare se fatetur, dum scribit: "No sabemos qué camino tomó Don Martin para hacer este viaje: solamente sabemos que volvia á Navarra desde Portugal por Valladolid, donde entónces se encontraba la Corte.„ Cap. VIII, § I, pag. 208.

[5] Est hic ubi suam exerant diligentiam historiographi Habuitne in animo Doctor Navarrus Societatem ingredi? Emisitne votum eam ingrediendi? Deditne Societati obedientiam eo modo, quo suam dedere Hieronymus Viñes (Vide supra, pag. 181, n. 382) aliique non multi? Polanci verba simile quid certo portendunt.

[6] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 686, annot. 2.

[7] Sic; sed redundare hoc *tamen* videtur.

legiis proveniebat; et ajebat quod tam Conimbricense quam alia collegia nostra magnas essent contradictiones passura, propterea quod haec classis, quam P. Ignatius contra daemonem instruxerat, major erat quam hactenus instructa unquam fuisset; praecipue tamen Salmanticense Collegium et Parisiense bene fundari optabat, quod fontes essent litterarum, et ad quas major externorum hominum fieret concursus [1].

818. Idem P. Antonius missum se Salmanticam studia absolvendi gratia scribit, et cum summa sua consolatione non tantum nostrorum sed etiam externorum scholasticorum profectum se videre, cum numerosissima illa juventus Universitatis Salmanticensis ex crebro sacramentorum usu tantam habere recte ac studiose vivendi rationem videret, ut tantam reformationem, ex quo Universitatem cognoverat (fuerat autem ejus Rector ante ingressum in Societatem), numquam vidisset.

819. Illi autem Patres, qui Roma in Aethiopiam mittebantur, non solum nostros valde consolati sunt, sed talem sui odorem reliquerunt, ut omnes nostri salmanticenses studio quodam inflammati fuerint vitam Deo in opere tam sancto immolandi.

820. Missi sunt autem quatuor ex fratribus salmanticensibus cum P. Bartholomaeo de Bustamante [2] ad novam domum probationis, quam P. Franciscus (ut inferius dicetur [3]) instituebat, quae res magnopere in Hispania necessaria videbatur; et quamvis angustia rerum necessariarum Salmanticae premerentur, illi tamen suum subsidium miserunt.

821. Cum autem quatuor sacerdotes tantum relicti essent, singulis tamen hebdomadis centum, et in festis solemnioribus supra ducentos, sacramentis reficiebant. Optabatur autem magnopere illis in locis ut ex plantis, quae in Seminario Romano sub doctrina P. Ignatii crescebant, aliquae plantae in Hispaniam transferrentur, fructum ibi haud dubie centuplum allaturae [4].

---

[1] Ignoravit haec Doctor Arigita, qui tamen plura amoris in Societatem signa, tum scripto tum factis a Doctore Navarro exhibita, collegit l. c., cap. VI, § V, *Azpilcueta y los Jesuitas*.—Vide supra, t. II, pag. 716, an. 1552, n. 646, et t. III, pag. 424, n. 938.

[2] Hic comes itinerum et laborum socius fuerat fuitque deinceps annis nonnullis, Patri Francisco de Borja. Vide infra, n. 1021.

[3] Num. 1250 et seq.

[4] "Del enviar de Roma algunos para esas partes, con el tiempo se podrá hacer, si Dios será servido. Por ahora, como son nuevas estas fundaciones, y han de acabar los

822. Cupiebat autem P. Antonius, qui hoc scribit, suis reditibus Salmanticense Collegium potius quam Cordubense juvare; sed Marchionissa, ipsius mater, in causa fuit ut bona pars eorum Cordubensi applicarentur; accepit nihilominus Salmanticense non exiguum subsidium ex his, quae P. Antonius ei applicandos dedit [1]; praesentiam autem P. Francisci Borgiae valde opportunam Provinciae Baeticae scribit, et ut illos [2] per eum P. Ignatius consoletur postulabat.

Haec de Collegio Salmanticensi.

DE COLLEGIO METHYMNAE CAMPI

823. Sub initium hujus anni nostri methymnenses sub P. Petro Sevillano non spirituali tantum sed et materiali aedificio dabant operam; et cum pecunia vel fundamentis ipsis extruendis non sufficeret, complures ex mercatoribus, qui ad nundinas venerant, id intelligentes, non modo loculis non parcebant, sed ipsimet et coctiles lateres et calcem aliquando portabant; eis tamen perlibenter operas suas locantibus ea lex imposita erat, ut singulis oneribus psalmus aliquis aut oratio dominica vel alia quaepiam succederet; et tanto spiritu amoris divini hoc opus amplectebantur, ut inde contentionem ac indefessum eorum laborem vix nostrorum aliquis superare posset.

824. Accedebant autem, auditis concionibus et colloquiis domesticis, aliqui in dies ad frequentandam, post confessionem, Domini mensam, inter quos adolescens quidam mercator, cum

---

estudios muchos de los que atendían á leer letras de humanidad, no hay posibilidad para enviar; pero allá proveerá Dios N. Señor, qui adjutor est in opportunitatibus, etc.„ Polancus, *ex com.*, Patri Michaëli de Torres, 8 Novembris 1554.

[1] Juvit etiam hoc tempore Romanum Collegium. "El Colegio de Roma no trata de dar gracias á V. R de la mucha caridad y muy oportuna que le ha hecho (como entendemos por letras de allá), persuadiéndose, ultra de la nobleza de ánimo, del amor que V. R. tiene al bien universal, que tiene por suyo, como el de Córdoba, el de Roma, imitando no tanto los Angeles locales, como los Arcángeles que de todo el cuerpo de la Compañia tienen cuidado.„ Polancus, *ex com.*, Patri Antonio de Córdoba, 21 Julii 1554.

[2] Scilicet P. Antonii de Cordoba cognatos.

privato cuidam colloquio interfuisset, nullum fletus et singultus finem faciebat, nec domo abire volebat donec illum in Societatem etiam ad infima munia admitterent; jussus est tamen in frequenti communionis usu aliquandiu perseverare.

825. Inter eos qui, publicato jubilaeo, ad Dominum redierunt (qui numero multi fuerunt, largitate Sedis Apostolicae invitati), unus fuit qui, cum viginti duos annos inter gravissima peccata a confessione abstinuisset, in eam cognitionem et dolorem peccatorum per confessionem devenit, ut ad poenitentiam quamdiu viveret agendam statim se in monasterium quoddam religiosum contulerit.

826. Cum domunculae quaedam Collegio nostro, quod Methymnae aedificabatur, et ecclesiae futurae prorsus essent necessariae, et, quod multorum essent dominorum, non possent omnes inter se convenire ut nostris eas venderent, Vallisoletum ad consilium (quod *cancellariam* vocant [1]) se contulit [2], et regia auctoritate impetrata ut domunculae taxarentur ac nostris justo pretio venderentur, Methymnam rediit; et ita intermissum opus magno animo nostri prosequuti sunt, cum properarent hac aestate tectum aedificatae cuidam parti Collegii imponere ne pluviae hyemales aedificio nocerent; et ita res, Deo juvante, e sententia successit, nam hyemalia frigora et pluviae opertam tecto domum invenerunt.

827. Quarta die Aprilis P. Natalis Methymnam venit, et, prout aliis in Collegiis facere solitus erat, suis sermonibus institutum et Constitutiones Societatis declarabat; nec solum ea, de quibus nihil dubitabant, suis responsis solvebat, sed dubiis etiam, quae successu temporis occurrere poterant, respondebat. Fatetur Rector quod promulgatio Constitutionum, quae summopere fuerant exoptatae, velut ignem quemdam in cordibus omnium nostrorum injecit, et quodammodo in alios homines commutavit.

---

[1] Supremum tribunal seu concilium pro administratione justitiae. "Los Reyes Católicos .. ordenaron, segun lo habian anteriormente dispuesto sus antecesores, que la Cancillería residiese en la noble villa de Valladolid, y que en lo sucesivo este Tribunal se había de componer de un Presidente Prelado, cuatro Oidores, tres Alcaldes de cárcel, dos Procuradores Fiscales, y dos Abogados de pobres, previniendo que el desempeño y ejercicio de estos cargos, excepto el de Presidente, habia de durar un año solamente." Sangrador Vitores, *Historia de Valladolid*, parte I, cap. XXII. Hujus Tribunalis praeses erat hoc tempore Didacus de Alava et Esquivel, Abulensis Episcopus.

[2] Methymnensis Rector, P. Petrus Sevillano?

828. Fuit autem Methymnae indicta congregatio nostrorum Professorum, quae prima omnium fuit, quae quidem in Hispania celebrata fuit [1]; evocatus est P. Franciscus Borgia, P. Torres, P. Strada et P. ipse Provincialis Araoz; nec enim alii erant in Hispania Professi, praeter eos, qui in Portugallia versabantur [2]. Causa autem hujus congregationis haec fuit, quod initio hujus anni P. Ignatius, de statu rerum hispaniensium a P. Natali admonitus, existimavit tria sibi esse in Hispania constituenda: primum erat ut in plures provincias Hispania distribueretur et eis Provinciales praeficerentur; alterum ut omnibus illis Commissarius aliquis, ad quem Provinciales et alii recursum haberent, institueretur: tertium ut triennales tantum hujusmodi Provinciales et Commissarius essent.

829. Hanc autem partitionem P. Ignatius faciendam censuit: ut Regnum Aragoniae, Valentiae et Catalauniae, prout coeperant [3], sub uno essent Provinciali; eum autem esse debere P. Stradam, aut, si ille non admitteret, P. Baptistam de Barma, qui tunc Collegii Gandiensis Rector erat. In Provincia Castellae, ut Collegium Ognatense, Burgense, Vallisoletanum, Methymnense et Complutense manerent sub P. Araoz, qui in curia occupatus, longe ab ea recedere sine incommodo non videbatur. Collegium autem Salmanticense [4], Cordubense et alia, quae in Baetica praeparabantur, suum habere Provincialem distinctum jubebat, et Doctorem Torres primum Baeticae Provincialem designabat. In Portugallia vero voluit P. Mironem in officio Provincialis perseverare, donec triennium absolveret vel in Aethiopiam mitteretur, si eo mittendus erat.

---

[1] De tempore, quo haec prima Provincialis Congregatio in Hispania habita est, consule dicta in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 10, annot. 2; sed ea confer cum iis quae hic, praecedenti n. 827, dicta sunt.

[2] Vide supra, t. III, pag. 13, annot. 1, et in hoc t. IV, pag. 6, annot. 5.—Praeter hos quatuor Professos, alios, qui Professi non erant, immo et quemdam, qui de Societate non erat, huic primae hispaniensi congregationi interfuisse ait CIENFUEGOS his verbis: "Concurrieron á ella con el Santo Borja el P. Maestro Nadal, el P. Miguel de Torres, Rector de Salamanca, el P. Doctor Araoz, el P. Estrada, el P. Bustamante, el P. Villanueva, Rector de Alcalá, y el P. Tablares; y de afuera (aunque tenía vestida el alma con la Ropa) el Ilustrísimo Torres, Obispo que fué de Canaria, cuya gran sabiduría dejó perpetua y bien esculpida su memoria en la república literaria.„ *Vida del Grande San Francisco de Borja*, lib. IV, cap. X.

[3] Coeperant autem cum anno 1552 constitutus est Aragoniae Provincialis P. Simon Rodriguez. Vide supra, t. II, pag. 701 et seq., n. 624 et seq., et t. III, pag. 332, n. 739.

[4] Dubitatum agitatumque diu est cuinam Provinciae attribueretur Salmanticense Collegium, Baeticaene an Castellanae: sed tandem Castellanae attributum est. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 9 et seq., et infra, annot. 3 ad n. 820.

830. Commissarius autem, qui quatuor his provinciis praeesse debebat, P. Franciscus Borgia designatus est, et antequam ex Hispania recederet P. Natalis, in mandatis habuit ut hanc partitionem Provinciarum et constitutionem Provincialium et Commissarii exequeretur. Relinquebat nihilominus [1] ejus [2] arbitrio num Salmantica relinqui sub Provincia Castellae deberet [3]; et si de personis quid aliud sentiret, ut se consuleret, et nominatim de Doctore Torrensi injunxit P. Natali ne quid contra ejus voluntatem ipsi imponeret, haec verba addens: "ne magis illum quam pupillam oculi sui attingeret [4]„. Collaterales autem et consultores ut omnibus designaret pro suo arbitratu commisit [5].

---

[1] P. Ignatius.

[2] Patris Natalis.

[3] Praecipua ratio dubitandi an Salmanticense Collegium applicari oporteret Castellanae provinciae, an vero Baeticae, hoc erat: quod seminarium esset illud Collegium operariorum, quibus prae caeteris provinciis indigebat Baetica. Ideo, cum tandem Castellanae applicatum est, injunctum est Commissario, P. Francisco Borgia, ut ex illo Collegio libere utriusque provinciae, Castellanae scilicet et Baeticae, necessitatibus provideret, *aunque el Provincial de Castilla quisiere ser muy ángel de su provincia y retener los supósitos de Salamanca.* Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal, 21 Junii 1554. Vide etiam infra, n. 1020.

[4] Ita ipse Polancus, litteris, *ex com.*, datis Patri Hieronymo Natali, 1.ª Januarii 1554.

[5] Hujus partitionis Hispaniae in varias Provincias primus auctor fuisse videtur Natalis, qui eam Ignatio suggessit litteris sub finem anni 1553 ad eum datis. Ait enim Polancus Natali scribens 1.ª Januarii: "La particion de las provincias de España, dando sobre todas ellas un Comisario, parece mucho bien á Nuestro Padre.„ Addit deinde quae sub his num. 828, 829 et 830 continentur; sed ejus verba, ex ipsius litteris exscribere juvat; habent enim quaedam, quae hic praetermissa sunt, "y lo que acá ocurría en la divísion era esto: que la provincia de Aragon, Valencia y Cataluña fuese de uno; lo de Oñate, Burgos, Valladolid, Medina, Alcalá, y si otro hubiese por ahí cerca, fuese de otro; Salamanca, Córdoba y lo demás del Andalucía y Estremadura fuese de otro; y lo de Portugal como ahora está.

„Las personas que Nuestro Padre señala son estas: para la provincia de Aragon, etc. el Maestro Strada, el cual podrá aun ayudar con la predicacion mucho. En caso que él no aceptase de buena gana, el Maestro Baptista, Rector de Gandía. Para Castilla Vieja el Doctor Araoz, que por sus ocupaciones en la corte es bien que tenga su provincia, ó lo más della, cerca, y que se le quite parte del trabajo. Para lo de Salamanca, Estremadura y Andalucía el Doctor Torres. Para Portugal Maestro Miron hasta que acabe su trienio, ó vaya en Etiopía, que será de este Marzo á un año. El Comisario sobre todas estas provincias el P. Francisco.

„Con esto se entiende por tres años el cargo de cada uno segun las constituciones; y Nuestro Padre holgaria que antes que saliese de España V. R. dejase las provincias con sus provinciales ordenadas y el Comisario sobre todas cuatro. Y si pareciese que Salamanca debria quedar debajo de la provincia del Dr. Araoz, ó finalmente que debria hacerse otra particion, Nuestro Padre lo remite al parecer de V. R. Las personas no me ha dicho que las remite; pero si V. R. siente, por ver las circunstancias, que conviene otra cosa, creo será á tiempo de avisar y recibir respuesta... Del ordenar colaterales y consultores parece será muy conveniente. V. R. los ordene como mejor le parecerá, así en Portugal como en lo demás de España.„

831. Et quia tunc agebatur in Hispaniâ de multis collegiis instituendis, admonitus est P. Natalis, habita ratione operariorum, qui tunc inveniebantur in Societate, ac boni principii fundationis in rebus temporalibus, ut inchoarentur in nomine Domini; sed quia experientia didicerat P. Ignatius quantum negotii facesserent quamque molesta essent collegiola quaedam Italiae, rerum temporalium subsidio destituta, constituerat nullum admittere amplius ubi saltem duodecim sustentari [non] possent, de illis agendo collegiis ubi tres vel quatuor praeceptores dari solebant [1]; et volebat haec intelligere P. Natalem ut, intellecta P. Ignatii propensione ad talia collegiola non admittenda, videret quid in Hispania facto opus esset [2].

832. Injunxerat eidem ut aliquos ad professionem [in Castella] [3] et aliis Hispaniae locis admitteret, nisi aliud in re praesenti judicaret expedire, ac nominatim Rectorem Collegii Gandiensis P. Baptistam ac P. Emmanuelem [4], qui Compluti, et P. Baptistam Sanchez, qui Methymnae versabantur, et ad tria vota P. Franciscum de Villanova suggessit; nihil tamen in hac parte ita praescripsit, ut non libere Patris Natalis arbitrio hoc subjiceretur [5].

833. Admonitus autem est P. Araoz (postquam reprehensus esset, quod adhaerere nimium videretur plus aequo rebus P. Si-

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 78, n. 145 et alibi saepius tum in eodem t. III, tum in hoc IV et sequentibus.

[2] "De los cinco Colegios de Córdoba, Baeza, Granada, Jerez, Sevilla, no hay que decir sino que, hubiendo gente que enviar y dándose buen principio en lo temporal, serian los Colegios bien comenzados. Pero como acá está escarmentado Nuestro Padre de estos Colejuelos mal proveidos en lo temporal en Italia, ha hecho resolucion de no aceptar ninguno, sino donde den con que puedan mantenerse una docena, entre escolares y maestros, y dos coadjutores; hablo de Colegios donde se dan maestros para leer, á lo menos tres ó cuatro; y en esto está tan puesto, que, queriendo dentro de Génova hacer dos Colegios con trescientos ducados al año por cada uno, no quiere que se acepten, si no dan con que se puedan mantener en cada uno catorce; y esto de manera que á lo menos por un año no tengan que pedir á unos y otros, sino que recurriendo á uno solo les haya de proveer hasta que se asiente renta. Desto he querido avisar á V. R., porque, entendiendo la poca gana de aceptar colejuelos por acá, mire lo que conviene hacer por allá.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Natali, 1.° Januarii 1554.

[3] Vide infra, in hoc ipso num., annot. 5.

[4] Intellige P. Emmanuelem Lopez, qui Rector Complutensis Collegii constitutus est, cum P. Franciscus de Villanueva Cordubam abiit.

[5] "Del hacer algunos profesos en Castilla y lo demás de España, V. R. vea si así conviene, que acá parécelo; y especialmente ocurren algunos, como el Rector de Gandia y el P. Emmanuel de Alcalá, y el P. Baptista, y si algun otro pareciese á V. R., como el P. Villanueva, de tres votos; pero esto sirve de recuerdo y V. R. haga lo que mejor le pareciere.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal, 1.° Januarii 1554.

monis, et quod non monuisset P. Ignatium quod de ipso eligendo in magistrum infantis Caroli Hispaniarum ageretur [1]) de hac provinciarum partitione et temporis ad triennium limitatione juxta constitutiones, et ei suggestum ut scriberet ipse P. Ignatio litteras primo quoque tempore, quibus instanter peteret observationem illius constitutionis de triennali officio Provincialium et ut se P. Ignatius exoneraret, quandoquidem id tempus esset elapsum, vel saltem, dividendo provinciam, ipsius onus levius redderet; nec enim poterat in tanta occupatione cum ipsa curia remotissimorum locorum necessitatibus subvenire; et haec scribi, et litterarum exemplum penes se retinere, et aliis suo loco et tempore ostendere, utile fore videbatur, ne quisquam de divisione provinciae aut de novo Provinciali creando quereretur; quamvis adhuc onus illud Provincialis ferendum ipsi esse verisimile erat [2].

---

[1] De P. Antonio de Araoz in magistrum infantis Caroli, Philippi II filii, eligendo, agi debuit aut sub finem anni 1552, cum Philippus filii curam a foeminis ad viros transtulit, aut sub medium hujus anni 1554, cum ex Hispania in Angliam proficiscens Philippus domum filii et quidquid ad ejus gubernationem pertinebat ordinavit. "Jusqu' à l'âge de sept ans accomplis, Philippe laissa son fils entre les mains des femmes. Sur la fin de 1552, il résolut de lui donner un gouverneur. Il tenait alors, à Monzon, les cortès d'Aragon, de Catalogne et de Valence: il commanda à don Antonio de Rojas, Sr. de Villerias de Campos, son premier sommelier de corps, à Gutierre Lopez de Padilla, l'un de ses maîtres d'hôtel, et à Jean de Vandenesse, son contrôleur, de lui soumettre un projet pour l'organisation de la maison de l'infant. Le gouverneur sur qui il avait jeté les yeux était don Antonio de Rojas lui-même. Ce seigneur alla chercher don Carlos à Toro, et le conduisit à Madrid; il n'entra toutefois dans l'exercice de sa charge qu'aprés l'arrivée de Philippe en cette ville, qui eut lieu le 13 janvier 1553.

L'année suivante, Philippe quitta de nouveau l'Espagne: cette fois, c'était por aller épouser la reine d'Angleterre, Marie Tudor; il s'embarqua à la Corogne le 12 juillet. Avant son départ, il nomma précepteur de son fils Honorato Juan.„ GACHARD, *Don Carlos et Philippe II*, t. 1, cap. 1, pag. 10.—"En Valladolid puso casa al Infante D. Cárlos, y dióle por ayo y mayordomo mayor á D. Antonio de Rojas, soumillier de Cors, y por gentílhombres de su cámara á los Condes de Lerma, y Gelves, al Marqués de Tabara, y D. Luis Puertocarrero, y por Maestro á Honorato Juan, caballero valenciano docto; y los papeles para instruille y enseñalle la gramática dió Luis Vives, insigne en ciencias y lenguas antiguas.„ — CABRERA DE CÓRDOBA, *Historia de Felipe II*, lib. 1, c. 4, pag. 21.—Vide infra, n. 932.—"Del aceptar el cargo del Infante el Doctor Araoz, no ha escrito él nada; cuando se juzgase allá mayor servicio divino, V. R. le podrá decir que acepte, ó lo contrario, si tambien le pareciese no convenir; aunque, si lo primero fuese, parece se debria consultar acá etc.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal 1.ª Januarii 1554.—Reprehensio autem, de qua hic est sermo, continetur litteris eadem die a Polanco, *ex com.*, datis Patri Araoz.

[2] Vide infra, n. 932, et memoratas supra Polanci, *ex com.*, litteras Patri Araoz, 1.ª Januarii 1554.—"En lo que toca al P. Dr. Araoz el testimonio de V. R. es de tanto peso que no bastaria ninguna diligencia transmarina ni cismarina para que alcanzase lo que piensa V. R. que pretende, id est, de aliviarse del cargo, en especial juntándose con el testimonio que digo el de los efectos de su buen gobierno. Una cosa le podria haber eximido, si hubiese pasado en Inglaterra; y aun allí habria no solamente de re-

834. His ergo de rebus ut ageretur, praedictos Patres P. Natalis Methymnae congregavit, qui omnes praesto fuerunt, et de rebus ad commune bonum provinciarum acturi ut se citius expedirent, in concionibus occupati non fuerunt. Nec tamen aedificium materiale propter occupationes congregationis hujus substitit, quin potius surgere prae solito diligentius videbatur. Colloquia autem familiaria horum Patrum multum omnes nostros in Domino recrearunt. Et quamvis Collegium illud ad magnam paucitatem redactum est, multis ad nova collegia inde eductis [1], patienter et amore communis boni id no-

---

gir, pero de fundar nueva provincia; y si pesase esta carga á su espiritual sensualidad, haya paciencia. Pero desto, como Nuestro Padre esté para responder, se podrá escribir más en particular.„ Polancus, *ex com.*, Patri Francisco de Borja, 14 Junii 1554.

[1] En Collegii Methymnensis statum mense Novembri hujus anni 1554 (1553?):

NOMEN ET COGNOMEN	Aetas	Patria	Tempus quod in Societate exegerat.
1. Fr. Petrus Sevillano.....	An. 30	Villacastinensis.....	An. 10.
2. P. Maximilianus Capella.....	„ 32	Insulensis.....	„ 10.
3. P. Joannes Bautista Sanchez..	„ 28	Toletanus.....	„ 6.
4. P. Jacobus Duran.....	„ 35	Emeritensis.....	Mens. 3.
5. P. Dr. Didacus Castillo.....	„ 33	Guadalajarensis.....	An. 3.
6. P. Andreas Gonzalez.....	„ 28	Methymnensis.....	„ 3.
7. P. Hieronymus de Cuenca.....	„ 28	„	„ 2, mens 3.
8. Fr. Didacus de Acosta.....	„ 19	„	„ 1, „ 4.
9. Fr. Bernardinus de Acosta.....	„ 17	„	„ 1, „ 3.
10. Fr. Joseph de Acosta.....	„ 13	„	„ 1, „ 2.
11. Fr. Christophorus de Acosta..	„ 21	„	Mens. 4.
12. Fr. Gomez.....	„ 26	Ponferratensis.....	An. 1, mens. 4.
13. Fr. Isidorus	„	Methymnensis de Ruiseco.	„ 1, „ 4.
14. Fr. Ludovicus de Medina.....	„ 27	Methymnensis de Campo.	„ 1, „ 2.
15. P. Joannes Alvarez.....	„	Granatensis.....	

Postremus hic Granatam valetudinis gratia missus erat.

P. ARAOZ, *Memorial de los Padres y hermanos que residen en el Colegio de Medina del Campo. Noviembre 54.*

Mense Novembri 1552 erant in Collegio hoc Methymnensi socii viginti duo. Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 62.

Valde tamen dubium est *Memoriale* Patris Araoz, ex quo praecedentem statum desumimus, fuisse hoc anno *1554* confectum. Extat enim in folio, cujus recta seu prima facies olim pagina 15 designata fuit, postea 8, et, his linea super ducta cancellatis, nunc 7; versa vero, seu secunda, designatur pag. 8; et in hac 8 est *Memoriale* supradictum cum his in capite verbis *No.e 1554* eadem manu Patris Emmanuelis Lopez, qui caetera scripsit, exaratis. Verum 1.° Mirum est *Memoriale* hoc Collegii Methymnensis pertinere ad annum 54, cum *Memoriale* Salmanticensis Collegii, quod est in prima, seu 7, ejusdem folii pagina eadem manu eodemque, ut ex omnibus adjunctis apparet,

stri ferebant, et in hoc detrimento seipsos solabantur, quod primam congregationem Hispaniae domi suae habuissent, et inde P. Franciscus Borgia Commissarius, P. Araoz Castellae, P. Torres Baeticae, P. Strada Aragoniae, Provinciales egressi essent. Sed et intime constitutionum atque regularum promulgatio nostros in Domino recreavit.

835. Inter multos, qui a via aberraverant et opera nostrorum reducti fuerunt Methymnae, quidam religiosus fuit, qui, cum viginti quinque annos a confessione abstinuisset, extra religionem in magnis peccatis perseverans, compunctus, ad suum monasterium rediit.

836. In concionibus, quamdiu P. Baptista [1] ibi fuit, frequens admodum auditorium habuit; sed ejus recessus in Baeticam eo acerbius methymnenses senserunt, quo gratior omnibus erat [2]. Antequam omnino Methymna recederet, Abulam ex praescripto P. Francisci Borgiae idem se contulit, et eo tempore suis concionibus multum civitatem eam ad meliora promovit.

837. Quatuor sacerdotes et septem laici Septembri mense Methymnae relicti erant, sed et aliquos ex his alio miserunt; nam qui Grammaticam docebat, P. Duran, ad Collegium Burgense transmissus est; duo alii Placentiam, unus Vallisoletum ad philosophiae cursum audiendum, missus est; itaque septem vel octo tantum manserunt, et in domum quamdam vicinam Collegio, quod aedificabant, hoc autumno migrarunt; et, quamvis remotiores essent a frequentia habitationum, eos tamen plurimi sequebantur, nec messi copiosae tam pauci operarii sufficere

---

tempore confectum, inscriptum sit *Noviembre 1553* et ad annum 1553 certo pertineat.—2.° In hoc *Memoriale* scribitur Patrem Jacobum Duran tertio ante Novembrem hujus anni 1554 mense Societatem ingressum, qui tamen jam 25 Januarii ejusdem anni litteras dederat Ignatio ex hoc Methymnensi Collegio easque susbcripserat hoc modo: *Paternitatis Tuae indignus minimusque filius.* Vide *Litterae Quadrimestres,* t. II, pag. 565-570.—3.° P. Baptista Sanchez *sub aestatis* hujus anni 1554 *finem Septimancas abductus est, ubi quatuor fere menses fuit* (Vide infra, n. 838); non ergo erat Methymnae mense Novembri.—4.° *Quatuor sacerdotes et septem laici Septembri mense Methymnae relicti erant, sed et aliquos ex his alio miserunt... itaque septem vel octo tantum manserunt, qui in aliam domum hoc autumno migrarunt.* (infra, n. 837); in hoc tamen *Memoriale* quatuordecim in Collegio Novembri mense, scilicet sub autumni finem, numerantur.—5.° Tandem P. Jacobus Duran *ad Collegium burgense* hoc anno 1554 ante mensem Novembrem transmissus est (infra, eodem n. 837); ejus tamen nomen, ut hujus Collegii Methymnensis incolae, in hoc *Memoriale* apparet. Liquet ergo *Memoriale* hoc non anno 1554 sed 1553 fuisse confectum.

[1] P. Joannes Baptista Sanchez. Vide infra, nn. 838 et 839.

[2] Vide infra, n. 838.

poterant; expectabantur autem ibidem scholae publicae, quae ad magnum commune bonum futurae videbantur: non tamen hoc anno apertae fuerunt; et post recessum P. Baptistae, concionatore etiam in postrema anni parte caruerunt, qui publicis concionibus solitis populum pasceret [1], quod acerbe satis multi senserunt, inter quos unius referam affectum, qui, cum domesticis exhortationibus refici solitus esset, et postquam illae cessarunt, ad januam Collegii veniens et a janitore petens num concio domestica futura esset, respondit ille non fore; quod tanto dolore hominem affecit: "ah!, inquit ille, maluissem ut has genas colaphis caecidisses, quam hunc sermonem a te audire.„

838. P. quidem Baptista Sanchez sub aestatis finem Septimancas abductus erat, ubi quatuor fere menses fuit; sed quia vicinus adhuc erat, aequiori animo methymnenses id ferebant, quod rediturum sperarent; sed cum initio sequentis anni, scilicet secunda Januarii, proficisci eum Cordubam viderent, de reditu non amplius sperantes, nostrum Collegium incusabant quod eum retinendum diligentius non curassent.

839. Pergebant nihilominus ad sacramenta confessionis et communionis accedere, etiamsi post migrationem ad novas aedes longius a populi frequentia abessent; nam ibidem sacellum quoddam instituerunt, ubi etiam Sanctissimum Sacramentum laeti admodum statuerunt; et ita augebatur in dies, una cum spirituali fructu, poenitentium et communicantium concursus; et non pauca referri possent Dei beneficia per nostros quibusdam collata; sed, quia jam aliis dicta similia sunt, non ea persequar. Non omittam hoc tamen, quod Methymnensis Abbas [2], mutato animo quo prius rebus nostris adversabatur, impensius favere coepit, et non solum domui aedificandae benedixit, sed

---

[1] Ms. haec ita habet: "concionatore etiam in postrema anni parte caruerunt tam qui publicis concionibus solitis populum pascere...„; sed redundare videtur illud *tam*; deest enim secundum sententiae membrum quod ei *tam* respondeat, nec excogitari facile potest qnid praeter conciones a concionatore praestari posset, quod alii non concionatores praestare non valerent: ni forte *domesticae* conciones, de quibus mox fit sermo, ab illis *publicis* distinctae sint et *tam* publicae *quam* domesticae ab uno concionatore haberentur.

[2] Vide supra, t. II, pag. 626, ann. 1552, n. 481, et t. III, pag. 308, n. 684; ubi tamen meminerit oportet errasse nos dum in annot. 2 diximus hunc Abbatem esse Joannem de Rivera et Morejon. Sed erratum hoc jam emendavimus in *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 60, annot. 2.

et ecclesiae futurae primum lapidem solemniter propria manu subjecit.

840. Duo in Societatem admissi fuerunt sub anni finem, quorum alter Rectoris frater erat, Franciscus Sevillanus nomine: duorum autem Fratrum grammaticorum latinae orationes, quas de puero Jesu habuerunt ipsis festis natalitiis, magnopere et domesticos et externos ad nostrum sacellum, ubi habebantur, convenientes, recrearunt.

Et haec de Collegio Methymnensi.

DE COLLEGIO VALLISOLETANO

841. Vallisoleti, quod oppidum, insigne in regno Castellae, Pinciam aliqui vocant, Collegium nostrum hoc anno incrementum non mediocre accepit. Rector erat P. Joannes Gonzalez; sed, diuturno morbo afflictus, cum difficile valetudinem ac vires recuperare posset, etiam in progressu hujus anni ab eo onere sublevatus est, quod in P. Joannem de Valderrabano fuit translatum [1].

842. Firmum concionatorem nullum hic habebant nostri,

[1] En hujus Collegii statum mense Februario hujus anni 1554.

NOMEN ET COGNOMEN	Aetas.	Patria.	Tempus quod in Societate exegerat.
1. P. Joannes Gonzalez	An. 40	Dioec. Siguntinae	An. 6
2. P. Joannes Valderrábano	„ 33	Vallisoletanus	„ 7 vel 8
3. P. Petrus Tablares	„		„ 7
4 Fr. Gabriel coadj	„ 20	Plasentinus	„ 2
5. Fr. Rodericus	„ 25	Espinosa de los Monteros	„ 2
6. Fr. Michael Anda	„ 19	Vallisoletanus	„ 2
7. P. Petrus Domenec	„ 28	Catalaunus	„ 3

P. Aragoz, *Memorial de los que residen en Valladolid.*

quamvis P. Provincialis [1], cum aderat, eo munere fungeretur: per ministerium confessionum assiduum ac diligens, et SS.mae Eucharistiae communionem, praecipuum in horrea Domini fructum collegerunt; in Natalitiis festis sub anni initium trecenti homines fere nostris confessi sunt, inter quos, ut assolet, aliqui damnabilem vitae statum reliquerunt; et inter quasdam mulieres conversio insignis fuit cujusdam meretricis, quae, illucescente Domini gratia, tam vehementer vitam suam perosa est, ut ad eam deflendam quidquid ei superesset vitae vellet impendere.

843. Inter homines autem, qui vitam in melius mutarunt, multi, ad frequentem confessionem adducti, in ea perseverabant, qui prius raro admodum, nec tunc quidem qua oportet praeparatione ad sacramenta accedebant. Rector etiam cujusdam insignis Collegii Vallisoletani [2], theologus, simul cum aliis, nostris confiteri solitus, exercitia spiritualia poposcit; sed quia satis erant nostri occupati, in aliam Societatis domum, ut compos fieret sui desiderii, missus est; alii tamen viri docti et religiosi, non exiguae apud suos auctoritatis, hujusmodi exercitiis spiritualibus instructi fuerunt; xenodochiorum autem et carcerum et aegrotantium visitatio intermissa non fuit.

844. Auxit ubertatem messis sicut aliis in locis promulgatum jubilaeum, cujus gratia ingens hominum concursus ad confitendum peccata domi nostrae fuit, quod indicium erat augescentis in dies bonae existimationis ac devotionis hominum erga Societatem nostram; et ex horum numero frequentantium sacramenta non parum aucta fuit multitudo, quae eo usque crevit, ut eis expediendis, qui octavo vel decimo quinto quoque die veniebant, nostri non sufficerent; et perseverabant in hac sancta consuetudine etiam illi, qui concubinas reliquerant et aliis peccatis gravibus prius fuerant impliciti: quidam mercator inter alios fuit, qui plus quam par erat ad rem attentus, multa aliorum bona a viginti fere annis apud se detinebat, quae mille ducatorum summam excedebant; cum ei affulsisset inter

---

[1] P. Antonius de Araoz.

[2] Insignia vere hoc tempore Collegia Vallisoleti duo erant: Collegium Sanctae Crucis a Cardinale Petro Gonzalez de Mendoza anno 1479 institutum, et Collegium Sancti Gregorii, quod anno 1488 Fr. Alphonsus de Burgos, O. P., pro fratribus sui Ordinis erexit. Hic a Polanco sermonem de rimo fieri putamus.

confitendum divinae lucis radius, in tam largas prorupit lacrymas et gemitus quod tamdiu, non ut christianum decebat, sed ut paganus, ut ipse ajebat, vixisset, vix consolationem ab ipsomet confessario accipere volebat, cui omnia bona sua obtulit ut restitutiones illae omnes fierent, ad quas tenebatur, et peracta confessione, et instructione accepta eorum, quae facturus erat, statim ad ipsas restitutiones faciendas se accinxit, et, Zachaeum imitando, magnam partem bonorum suorum non in eis solum, sed in eleemosynis etiam pauperum consumpsit, nec amplius ad nundinas, ut solebat, se conferre voluit, sed, quoad poterat, ab hujusmodi occupationibus se subtrahebat; et tanto affectu Societatem nostram diligebat, ut, si liber esset ab uxore et filiis, ad eam aspiraturus omnino videretur; et plane in ejus anima insignis mutatio dexterae Excelsi visa est.

845. Nec tacebo de alio, qui, cum teneretur ad mille et ducentos ducatos restituendos et amplius, ut suae conscientiae satisfaceret, eam [restitutionem] facere constituens, cum uxore sua rem contulit; et tanta fuit hujus mulieris probitas, ut non contenta his, quae marito dixerat, ad confessarium ipsa se conferret, rogaretque propter Deum ne permitteret cum his bonis, quae male parta erant et restituenda, suum augeri peculium; melius enim esse ad paupertatem redigi quam in infernum detrudi, rogavitque confessarium ut amplius [non] audiret mariti sui confessionem donec restitutionem faceret et omnia sua debita dissolveret, et satis fore si filii id acciperent ex haereditate, quod legitime a parentibus partum invenirent: itaque eo officio illa fungebatur erga confessarium, quo fungi confessarius erga eam debebat.

846. Generales autem confessiones plurimae extiterunt, quia vix accedebant aliqui ad nostros secundo aut tertio, quin vellent totius anteactae vitae rationem reddere; qua de re eximius fructus ad Dei honorem proveniebat; sed inter alios nobilissima quaedam mulier fuit, quae inter confitendum sic illustrata et a Domino compuncta fuit, ut cum uberrimis lacrymis a confessario peteret ut generalem ipsius confessionem vellet audire, eo quod numquam recte confessa esse sibi videbatur; quae, pompis abjectis, cum magna se modestia et submissione gessit.

847. Postquam autem P. Franciscus [1], Vallisoletum veniens, palatium Principis Portugalliae, Joannae (quae, marito mortuo [2], in Castellae regnum rediens, pro fratre Philippo, Rege Hispaniae, gubernationi praeerat), frequentavit, nobiles virgines et aliae mulieres ejus curiae ad sacramentorum frequentiam tam avide accedebant, ut potius religiosae quam saeculares viderentur, et quae prior confessarium obtinere poterat, pro peculiari beneficio id ducebat; et tanto charitatis affectu Societatem prosequebantur, ut, quamvis illi [3] satis severe a rebus omnibus vanis eas arcerent, aliis tamen quam nostris confiteri nollent. Confessiones generales nonnullae fecerunt et ad vitae renovationem serio incumbebant.

848. Ex vicinis etiam oppidis, quamvis duabus et tribus leucis distarent, confitendi gratia aliqui ad nostros accedebant, et quidem aliqui decimo quinto quoque die.

849. Injunctum fuit a P. Provinciali Araoz ut nostri vallisoletani monasterium quoddam religiosarum, quae nullius ordinis monachis erant subditae [4], confiteri cupiens, audirent, quod et generaliter major pars earum fecit; et tantum in earum animis divina bonitas operata est, adeo ut qui eis praeerat magnopere admiraretur et nostros rogaret instanter ut aliquando hoc ipsum officium charitatis eis impenderent. Una earum silentio non est praetereunda, quae arcam suam, simul cum igne, ante confessarium et eam, quae monasterio praeerat, aliis etiam praesentibus, afferret, ut combureret quidquid visum esset non retinendum, quae tamen prius longe alium affectum prae se tulerat. Alia etiam, magnae inter eas auctoritatis, soccos monialium genibus flexis tergebat, et demum cum magna humilitate reformationem animorum prae se ferebat [5].

850. Cum autem jubilaei gratia Vallisoleti promulgata fuit,

---

[1] P. Franciscus Borgia; et sic semper intellige nisi aliter notetur.

[2] Princeps Portugalliae, Joannes, Regis Joannis III filius, Evorae natus 3 Junii 1537 et post genitum Principem Sebastianum, qui avo in Regno successit, mortuus Ulysippone 2 Januarii hujus anni 1554.

[3] Scilicet, Societatis Patres, nostri.

[4] Monialium monasterium, quae nullius Ordinis monachis subjicerentur, unum hoc tempore erat Vallisoleti, scilicet, Regium Monasterium Sanctae Mariae *de las Huelgas* dictum. SANGRADOR VITORES, *Historia de Valladolid*, t. II, cap. 12.

[5] His similia praestitit P. Franciscus Estrada, in Monasterio regio, huic simili, *de las Huelgas de Burgos*, quod tamen opibus, dignitate et monialium numero Vallisoletanum longe anteibat. Vide supra, t. II, pag. 319, num. 306.

quindecim diebus tantus fuit poenitentium concursus, ut diu noctuque quatuor sacerdotes eis satisfacere non possent; quingenti communicarunt, sed plures confessi fuerunt eo quod procul habitarent [1]; ex quibus multi generaliter confessi sunt, et ad frequentanda sacramenta crebro accedere constituerunt. Sermonibus autem P. Provincialis et praesentia P. Francisci Borgiae ad Dei servitium multi animati et adjuti in Domino fuerunt.

851. Cum autem vidisset P. Franciscus, Commissarius, quatuor sacerdotes non posse pondus tam multarum confessionum ferre, ut sex essent numero constituit, quo melius ejus numerosi ac nobilis populi devotioni posset satisfieri: crescebat enim in dies eorum numerus, qui nostrorum opera in rebus spiritualibus uti cupiebant.

852. Praeter hos autem sex sacerdotes et ipsum P. Provincialem, qui crebro ibidem residebat, quinque alii fratres erant, ex quibus duo philosophiae dare operam coeperant, et omnes fere usque ad unum morbo quodam, catarrho scilicet, qui latissime in eo populo patebat, hoc anno laborarunt; sed omnes, et inter alios ipse etiam P. Joannes Gonzalez, valetudini restituti fuerunt [2].

853. Et novum quemdam spiritum ac fervorem in his, quae ad vocationem nostram pertinent et sui abnegationem, post adventum P. Natalis [3], etiam illi conceperunt. Quemdam autem novitium, qui philosophiae operam dederat, ad hoc Collegium misit idem P. Natalis. Regulae et constitutiones magno cum fructu ibidem observari coeperunt, tam generales, quam quae ad officiales pertinebant; et potissimum in his, quae ad orationem et spiritualem profectum pertinebant, progressus magnos, sicut etiam in abnegatione sui, fecerunt, et usus injungendarum poenitentiarum ac mortificationum, quae intra Collegium publice faciendae erant, tunc inductus, magna cum aviditate observabatur.

---

[1] Concise nimis haec dicta ut verus sensus capiatur; is igitur est: *quingenti communicarunt, sed plures confessi sunt, quorum aliqui, eo quod procul a nostra ecclesia habitarent, in ea ad communionem non accessere.*

[2] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 512. Morbus autem, de quo hic fit sermo, ultimis praecedentis anni mensibus et primis hujus 1554 Vallisoleti praevaluit.

[3] Advenit P. Hieronymus Natalis Vallisoletum primis diebus mensis Martii. Vide infra, n. 881.

854. Multi ad Societatis institutum aspirabant, sed ibi eos admittendi commoditas non erat, immo scholasticus ille, quem paulo ante missum ad hoc Collegium diximus [1], ad Collegium Placentiae instituendum P. Franciscus secum adduxit; et cum in domo vicina Septimancarum grammatica doceretur, ex suis duos ad studia eo transmiserunt; aliquos etiam ex his, qui spiritualia exercitia ibidem fecerant, alio missi fuerunt, ut in Societate admitterentur. Sacerdos quidam non infimae notae, cum Societatem ingredi Vallisoleti decrevisset, secum etiam P. Franciscus eum adduxit ut Salmanticae vel Placentiae eum collocaret; unus tamen ex his, qui ad Societatem animum adjecerunt Vallisoleti, in eo Collegio mansit; et cum aliqui ex nostris jam dare operam studiis inciperent, sperabant non paucos ex scholasticis, qui ibidem satis multi studere solent, et satis ingeniosi, ad Dei servitium esse accessuros [2].

855. Jam inde ab hujus anni initio quidam ex consiliariis Cancellariae Vallisoletanae et qui fere in eo senatu primas tenebat, cum nostros arcte habitare videret, sponte suam operam obtulerat ad commodiorem et capaciorem domum in usum Collegii nostris curandam; sed, propter profectionem Principis Philippi in Angliam, res dilata fuit, donec ejus soror, princeps Joanna, eo veniret, ut loco recedentis Principis Hispaniarum ea regna gubernaret. Cum etiam P. Franciscus eo venisset, agere coepit de magna quadam domo nobilis cujusdam viri [3] emenda, quae nostro Collegio contigua erat, ut commodius et habitare, et ministeriis nostri instituti dare operam possent; et demum tribus millibus ducatorum empta fuit, quae, ampla valde cum esset, etiam augendae ecclesiae commoditatem praebebat, et interim, dum pretium omnino solvebatur, nomine, cujusdam amici, quasi depositi nomine, empta fuit; et notavit Rector et quasi mysterium id esse existimabat, quod in porta primaria in lapide fornicis nomen JESU sculptum erat, inter flammas quasdam eodem in lapide circa illud nomen depictas, ad eum

---

[1] Num. praecedenti.

[2] De hac nova domo Septimancis instituta vide infra, dum de Sancto Francisco Borgia sermo est.

[3] "del Vizconde de Altamira, Don Alonso Fernandez de Rivero, y de Doña María de Mercado, su mujer.„ VALDIVIA, *Colegios de Castilla*, t. I, cap. I, § 1.—Vide infra, n. 942.

modum, quo sigilla nostrae Societatis nomen JESU impressum habere solent [1]. Quamvis autem domus empta sic fuit, cum vir quidam praenobilis videret aliquid esse aedificandum, cubicula scilicet, refectorium et alia ad religiosae domus commoditatem opportuna, dedit pecuniam, quae ad hujusmodi aedificium necessaria erat, in eleemosynam.

856. Hoc anno ex oppido Vallisoleti quidam vir pius, nomine Gregorius de Peschera, qui ex Nova Hispania venerat, P. Ignatio bis scripsit, significando quod ad imitationem Collegii puerorum orphanorum Urbis, fere viginti instituta essent in Hispania et etiam in India, ex quo insignis pietatis opere magnae multitudini perditorum puerorum consultum fuerat, et eumdem Patrem rogando ut hujusmodi collegiorum sive domorum curam ac gubernationem a Societate suscipi vellet, cum periculum esset ne bonae gubernationis defectu ad deteriora laberentur, nam aliquae, ut scribit, hujusmodi ruinam minabantur, et illud etiam quod in litteris Apostolicis nostri Instituti habetur de puerorum institutione [2] in medium adducendo, ut P. Ignatius sub protectione Societatis hujusmodi domos susciperet, et per eos quos praeficeret, christianam doctrinam praelegi juberet sub vesperam, ut etiam qui ex opere ad populum redirent, diurnis laboribus perfuncti, doctrinam saluti necessariam audire possent; communicationem etiam indulgentiarum et facultatum, quae Collegio orphanorum Urbis concessae fuerant, impetraret. Venerat vir hic ex Mexico gratia cujusdam Collegii hujusmodi puerorum ibidem instituti, ubi fere ducentos pueros reliquerat, et impetravit ab Imperatore cum ipsius Consilio duo millia ducatorum annui reditus; et eamdem domum in hospitium Societatis, si eo venisset, magna cum animi voluntate offerebat; et quia in procinctu erat hic bonus ac pius vir ut in Novam Hispaniam navigaret, nihil cum eo transactum est; et alioqui hujusmodi piorum operum potius fovendorum ac promovendorum per alios, quam per nostros regendorum, suscipiendam esse curam P. Ignatius sentiebat [3].

Et hactenus de Collegio Vallisoletano dictum sit.

---

[1] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. v, pag. 38, annot. 8.

[2] Vide Pauli III litteras Apostolicas *Regimini militantis Ecclesiae*.

[3] Nihil de hoc Gregorio de Pesquera certi invenire adhuc valuimus. - Eritne hic ille, quem *Franciscum* appellat FLOREZ, dum ait: "Don Francisco de Pesquera, Ca-

DE COLLEGIO BURGENSI

857. Primos hujus anni menses P. Franciscus Strada, cum Burgis resideret, ejus Collegii curam gessit; sed quia recessurus erat in Aragoniae regnum, ut superius diximus, P. Ferdinandus Alvarez del Aguila Rector est institutus [1]; sed hujus ipsius anni autumno cum Abulam mitteretur, P. Gaspar, natione Toletanus in Collegio Rector praefectus est [2].

858. Perseverabat autem, anno ineunte, P. Strada tum in concionibus, tum in psalmorum interpretatione, anno praecedenti inchoata [3]. Concionabatur etiam Dr. Loarte [4], ac P. Didacus de Guzman christianam doctrinam docebat, opera duorum puerorum utendo, quos secum habebat bene instructos; et

---

nónigo (ecclesiae Burgensis) y camarero secreto del Papa Paulo III, fué aclamado padre de pobres, y murió en el 1560„? *España sagrada*, t. XXVI, pag. 432, *Tratado de Burgos*, cap. 4, n. 18.

[1] Collegii Burgensis status mense Februario hujus anni 1554 hic erat:

NOMEN ET COGNOMEN	Aetas.	Patria.	Tempus quod in Societate exegerat.
1. P. Franciscus de Estrada.....	An. 38	Dueñas, Dioec. Palent....	An. 14.
2. P. Petrus del Pozo.....	„ 28	„ „ Tolet.....	„ 5.
3. P. Joannes Santacruz..	„ 28	Catalaunus.....	„ 2.
4. P. Dr. Gaspar Loarte.....	„ 56	Medinaceli.....	„ 2.
5. P. Didacus de Guzman.....	„ 30	Hispalis.....	„ 2.
6. Fr. Joannes.....	„ 17	Dioec. Palent.....	
7. Fr. Ignatius.....	„	„ Calagurr..	
8. P. Gaspar Acebedo.....	„	Vallisoletum.....	„ 4.
9. Fr. Petrus Hernandez.....	„ 30	„	

P. ARAOZ, *Memorial de los que están en el Colegio de Burgos*.

[2] Is erat P. Gaspar de Acebedo quem tamen non Toletanum sed Vallisoletanum fuisse ait P. Araoz in *Memoriale*.

[3] Vide supra, t. III, pag. 319, nn. 713 et 714 et pag. 320, n. 716.

[4] Gaspar Loarte

quidem a plurimis et magna cum utilitate haec doctrina audiebatur, donec per dioecesim burgensem simul cum Dre. Loarte et duobus suis pueris discurrere coepit magno cum zelo salutis animarum. Et quocumque hi duo Patres se convertebant, magnus spiritualis proventus ex hac institutione eorum industriam consequebatur. Fuit autem haec eorum missio valde grata D. Ferdinando de Mendoza, Cardinalis Burgensis fratri. Post doctrinam autem confessiones multae audiebantur, et eam praedicatio Patris Loarte praecedebat.

859. Precibus deinde Episcopi Calagurritani [1], qui ad id nepotem suum Burgos miserat ad P. Stradam, ad dioecesim Calagurritanam transierunt, et utrobique gratissimi populis erant, et in magna veneratione habebantur, et pii laboris fructum uberem in multorum spirituali profectu referebant.

860. Pendebant hi duo, etiam tunc, ex auctoritate doctissimi et pietate insignis viri, Magistri Avilae (de quo superius non semel facta est mentio), a quo in Societatem destinati fuerant; et ita quemdam suum famulum ad eum consulendum miserant, num ipsi expedire videretur ut more Societatis vota sua emitterent; et cum Mag. Avila eos, remisso famulo, ad se Deo per vota consecrandos in Societate adhortatus esset, magna illi laetitia et consolatione affecti fuerunt; et in his ministeriis jam dictis tamdiu in ea provincia manserunt, donec jussu P. Natalis, qui hanc esse mentem P. Ignatii intellexerat, Barchinonam se contulerunt et cum ipso P. Natali in Italiam navigarunt [2].

---

[1] Joannes Bernal Diaz de Lugo. Vide *Cartas de San Ignacio,* passim, praesertim t. II, pag. 245, et *Cartas y otros escritos del B. P. Pedro Fabro,* t. I, pag. 107. Hujus etiam saepe mentio facta est in tribus praecedentibus hujus *Chronici* voluminibus.

[2] Haud facile est statuere quid genus dependentiae a suo olim Superiore, Magistro Avila, servarent adhuc PP. Guzman et Loarte, qui jam a duobus annis de Societate habebantur. Aliquid tamen ad hanc rem elucidandam erui posse speramus ex iis, quae in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii,* adjuvante Deo, edemus. In iis enim videbitur ideo praecipue Ignatium eos Romam avocasse, ut eos eriperet a jurisdictione hispanae Inquisitionis, ad quam aliqua adversus eos, ut adversus alios Magistri Avilae discipulos ipsumque Magistrum, ab hujus aemulis fuerant delata. Quamdiu autem in Hispania versabantur et proinde Inquisitionis jurisdictioni subjacebant et quamdiu sub judice lis erat, integrum non erat Ignatio, nec in ejus more positum, eorum vota Societatem ingrediendi rata habere.

Vide supra, pag. 41, n. 61, et in *Cartas de San Ignacio,* t. V, pag. 458, *Avisos que el Venerable* (nunc jam Beatorum albo a Summo Pontifice Leone XIII adscriptus est) *Avila dió á sus discipulos, D. Diego de Guzman y Gaspar Loarte, cuando iban á entrar en la Compañia.*—Confer etiam dicta supra, t. II, pag. 647, n. 519, et litteras, quas Polancus, *ex com.,* dedit Patri Hieronymo Natali 1.ª Januarii hujus anni 1554.

861. Ipse autem P. Strada tota quadragesima frequentissimo populo et cum magna ipsius satisfactione concionatus est, et non paucas etiam psalmorum lectiones praelegit, quamvis eas omittere catarrho defatigatus debuit [1], et quod magnus spiritualis fructus ex verbi Dei praedicatione sequutus sit, confessarii facile experiebantur. Egit autem ille tota quadragesima de poenitentia et tribus ejus partibus, et multum lucis attulit ut in confessionis functione peritiores essent, nec minus ad hoc pium opus ferventer praestandum commovit. Quod attinet ad confessionum frequentiam et fructum, his, quae alias scripsimus, multa similia dici possent; tantum hoc dicam, quod Hieronymus de Olave, Thesaurarius ecclesiae Victoriensis, qui post multos annos Societatem ingressus est, duorum dierum itinere ad confessionem generalem apud nostros faciendam venit, cum ad sacerdotium tunc promotus esset.

862. De studiis inchoandis litterarum humaniorum jam tum agebatur; sed ad id P. Natalis adventus expectabatur, qui Majo mense ad hoc Collegium perveniens, et constitutiones more suo, ut alibi dictum est, declarans, nostros in spiritu renovavit, et vota [2] ipsius Rectoris Ferdinandi Alvarez, et P. Gasparis, P. Pozo et S.tae Crucis [3] juxta Societatis morem [4] admisit; nec tamen lectiones inchoandas duxit, donec Collegii res, quod ad fundationem attinet, melius constituerentur [5].

863. Admissus fuit in hoc Collegio Ignatius de Tolosa hoc anno, qui postea in Portugalliam, et demum in Brasiliam Provin-

---

[1] Vide supra, pag. 7, n. 5. et pag. 395, n. 852.

[2] Intellige vota, quae dicuntur *biennii* suntque simplicia et post expletum secundae probationis seu novitiatus tempus emittuntur.

[3] P. Gasparis Acebedo, P. Petri del Pozo, et P. Joannis de Santa Cruz.

[4] Scilicet, formula nunc consueta, quae jam aliquot annos ante hunc 1554 in Italia in usu erat, sed nondum in Hispaniam nec in Lusitaniam pervenerat, aut saltem non ab omnibus, dum vota emitterent, adhiberi solebat. De iis plura in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii* et in *Monumentis historicis* ad P. Hieronymum Natalem spectantibus.

[5] Ratio, quae Patrem Natalem movit ne lectiones Burgis inchoarentur, *donec res Collegii, quod ad fundationem attinet, melius constituerentur*, haec, inter alias fuit, quod non multum de iis scholis instituendis, nec proinde de reditibus Collegio attribuendis, curabat Cardinalis Burgensis frater, Ferdinandus de Mendoza. "De que el Sr. Don Hernando no quiere en Burgos tanto los lectores cuanto los operarios, como él mira lo que le toca más de cerca, así tambien la Compañía lo que á ella más conviene para el divino servicio; y al fin no será difícil de acordar esto, pues él se habrá de contentar con lo que la Compañía hiciese, como el Cardenal mismo se contenta." Polancus, *ex com.*, Patri Antonio de Araoz, 24 Februarii 1554.

cialis missus est [1]; quidam etiam cognomine Fuentes, qui Logrogni artium cursum praelegebat, admissus est, et in theologia bacchalaureus erat, fuit etiam Burgis admissus *(sic)*; sed hunc P. Natalis, propter causas rationi consonas, in Hispania admittendum esse non judicavit. Fuerat etiam admissus Salmanticae quidam juvenis burgensis, filius cujusdam viri primarii, cognomine Ruiz [2], cujus pater, quamvis initio acerbe ejus ingressum ferebat, cum vicinus esset Collegio nostro Burgensi, et magis adhuc ipsius mater, litteris ejusdem juvenis, qui constans in proposito permanebat, conquievit.

864. Recessus P. Stradae, qui gratissimus ei civitati fuerat, quamvis satis molestus fuit, nihilominus in sacramentorum frequentia non solum perseverarunt, qui facere id soliti erant, sed alii etiam ad eorum numerum accesserunt; et quamvis recessit P. Ferdinandus Alvarez [3], ejus loco P. Duran Burgos missus est [4]; et tres illi sacerdotes, qui relicti fuerunt [5], sic in ministerio sacramentorum, in infirmis visitandis et morituris adjuvandis, erant occupati, ut licet duplicatus numerus operariorum fuisset, satis ei negotii messis oblata exhibuisset; nam multis ex locis evocabantur ut adessent, [et] opitularentur migrantibus ex hoc saeculo utriusque sexus; et quia morbus ille, de quo superius diximus [6], catarrhus scilicet, Burgis etiam multis molestus fuit et aliquos extinxit, nostris esse otiosis minime licebat, et cum non mediocri aedificatione hujusmodi et aliis pietatis officiis fungebantur; nam hi, qui morientibus et aegrotantibus assistebant, auditis nostris, ad meliora proficiendi magnam occasionem habuerunt.

865. Quamvis nullos haberet reditus Collegium illud, no-

---

[1] Hunc Lusitanum faciunt communiter scriptores; sed quoniam Societatem ingressus est Burgis, et in ea urbe haud infrequens erat cognomen Tolosa, eum ibi natum suspicamur. Vide AÑIBARRO, *Escritores burgaleses*, passim. —Vide supra, t. II, pag. 160, annot. 1, ubi quaedam ab eo scripta memoravimus, propter quae inter Societatis scriptores annumerari jure debet. Desideratur tamen in *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus* auctore AUGUSTINO DE BACKER, t. III. —Vide etiam GUILLERMY, *Ménologe de l'Assistance de Portugal*, t. I, pag. 474.

[2] "El h. Pedro Ruiz de Bernuy, fué examinado á 22 de Junio de 1554 por el P. Suarez; natural de Burgos.=PEDRO RUIZ DE BERNUY „= *Antiguo libro primero de los que en este Colegio de la Compañia de Jesus de Salamanca han sido recibidos desde el año 1554 hasta 1589 y 28 dias de Abril*, fol. 4.

[3] Is in Bæticam missus est. Vide infra, dum de Cordubensi Collegio agetur.

[4] Vide supra, pag. 389, n. 837.

[5] PP. Acebedo, Pozo et Santacruz.

[6] Pag. 7, n. 5, et pag. 395, n. 852.

stris tamen necessaria abunde subministrabantur, et magno affectu multi ex primoribus utriusque sexus, non solum ipsa plebs, nostros prosequebantur [1].

866. Accidit aliquando ut aliquis morti vicinus, brevis confessionis gratia quodam ex nostris evocato, et ab eodem discens quod non recte suae conscientiae in praeteritis confessionibus satisfecisset, necesse habuit viginti annorum confessionem repetere; et cum ad id Dominus vires dedisset, paulo post ex hac vita migravit. Aliae etiam confessiones generales perutiliter sunt auditae. In quadam etiam mulierum religiosarum domo omnes praeter duas confessionem generalem vitae instituerunt, et quidem cum magno spirituali fructu et aedificatione. Consequutae sunt etiam restitutiones multae. Inter eos autem, qui ex hac vita decedebant, mulier quaedam fuit, quae horrendis et desperationis plenis verbis astantes ad magnam sui commiserationem merito commovebat, et videbatur tamen non delirare, sed mentis compos esse; sed illusionibus daemonis ac visionibus molestissimis ad ea verba impellebatur: sed placuit divinae bonitati ut [cum] duo nostri sacerdotes ei adessent, ad se rediret, et de his quae dixerat dolens, uni ex nostris confessa fuerit, et post paucos dies migravit. Vir etiam alius fuit, in quo perspici potuit quantam vim haberent divina verba et sanctae commonitiones; cum enim similia his, quae diximus, ab eo audirentur, cum quidam ex nostris eum alloqueretur, ad se redibat, nec ea dicebat aut videbat quae prius.

867. Cum inter alios morituros quidam ex amicis nostris, Petrus de Tamayo nomine, pater Gonzalvi de Tamayo, de nostro Collegio optime meriti [2], a P. Ferdinando Alvarez juvaretur in ultimo vitae articulo, cum jam sacrum dicturus esset pro agonizante, eodem ex hac vita decedente, pro defuncto celebravit, cum magna omnium aedificatione tam in vita quam in morte, [in qua] tam praesens remedium ipsi collatum esset.

---

[1] Primarii hi viri, qui suis eleemosynis Burgense collegium sustentabant, erant: Ferdinandus de Mendoza, Cardinalis frater et ejus loco Burgensis dioeceseos Administrator; Petrus Fernandez de Velasco, Castellae Condestabilis, et ejus uxor, Juliana Angela de Velasco et Aragon; Gundisalvus de Tamayo; Bacchalaureus Ruiseco; Benedictus Ugueccioni; Domina Alduncia de Castilla, Petri de Mendoza, etiam Cardinalis fratris, uxor; et Patris Polanco consanguinei, praesertim Gregorius frater.

[2] Vide supra, t. II, pag. 111, n. 264, et in hoc t. IV, n. 865, et VALDIVIA, *Colegios de Castilla; fundacion del Colegio de Burgos*, et *Cartas de San Ignacio*, t. V, pag. 542.

868. Inter aliquos non infimae notae homines cum suis uxoribus concordia facta est cum primum valde inter se dissiderent; et cum maritus unius ex his uxoribus prius alieno esset animo a Societate (cum nostris ejus uxor confiteretur), hac ratione et ipse a Societate in rebus spiritualibus juvari voluit et nostris confiteri.

869. Amicus quidam cum intelligeret nostros penuriam librorum pati, notam eorum, qui opportuni esse poterant, postulavit, et ducentos aureos ipsemet ut in Gallia emerentur dedit, et habita facultate a Rege (nam comercium propter bella prohibitum erat) [1] advehendos illos curavit [2].

870. Cardinalis Burgensis expectabatur in sua illa dioecesi, qui multum favoris praestiturus nostro Collegio credebatur, nam ejus fratres D. Ferdinandus [3] et D. Petrus de Mendoza et hujus uxor, D.ª Alduncia [4], quae crebro nostro in sacello ad sacramenta accedebat, magnam omnino benevolentiam erga nostros exhibebant [5]. Cum autem qui in Aethiopiam mittebantur, P. Andreas [6] cum sociis, 17 Novembris Burgos pervenissent, multum consolationis nostris et quibusdam etiam externis attulerunt.

871. De fundatione Collegii Burgensis jam pridem agi coeptum fuerat, et D. Franciscus de Miranda, Abbas de Salas, quae dignitas est in Cathedrali ecclesia Burgensi, olim insignem suam domum, quam magno sumptu vir opulentus ex ecclesiasticis reditibus fabricaverat, et mille fere aureos annui re-

---

[1] Vere commercium prohibitum erat earum tantum rerum, quae bellantibus usui esse poterant, equorum, mulorum, armorum, tritici et similium: difficile tamen in omnibus reddebatur lege, qua cautum erat ne quis sine Regis facultate pecuniam a Regno extraheret; quae lex communis erat illo tempore Angliae, Germaniae, Italiae, Lusitaniae, etc., praeter Hispaniam. Vide *Cartas de San Ignacio*, passim, praesertim ubi de subveniendo Collegio Romano agitur, et DANVILA, *Historia del poder civil en España*, t. II.

[2] De iis plura in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii*.

[3] Is, de quo jam supra saepius mentio facta est, quique, dum ejus frater, Dnus. Franciscus de Mendoza et Bobadilla, Cardinalis Burgensis, a sua ecclesia aberat, eam quodammodo regebat, erat Archidiaconus ecclesiae Toletanae.

[4] „Don Pedro de Mendoza, Comendador de Aledo y Totana, capitan de hombres de armas, casado con Doña Aldonza de Castilla.„ BURGOS, *Blason de España*, t. II, pag. 148.

[5] Vide in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 341, litteras, quas Cardinali Burgensi, Bruxellis in ecclesiam suam profectionem paranti, dedit Ignatius 16 Octobris hujus anni 1554.

[6] P. Andreas de Oviedo.

ditus ecclesiastici [dare] decreverat; sed a fratre suo superioribus annis dissuasum ei fuit ne domum saltem illam, quae viginti millia ducatorum et forte amplius aestimabatur; daret; et ita tunc hoc negotium elanguit [1].

872. Hoc anno idem Abbas, qui Romae residebat, et valetudinarius satis erat [2], denuo ad negotium collegii a bono Domini spiritu, ut creditur, plane moveri coepit, et scripsit D. Benedicto Uguzioni facultatem ei praebens amplam ut collegium cum ecclesia aedificaret, et sexcentos aureos annui reditus, quos ipse Abbas emendos curaverat, cum aliis trecentis aut quadringentis, ad quos emendos pecuniam in Hispania habebat in numerato, in dotationem eidem collegio dari volebat [3].

873. Has litteras cum Benedictus accepisset, statim P. Ferdinando Alvarez, tunc Rectori, mense Junio legit, et an celandus esset frater Abbatis, inter se agere coeperunt, nam Abbas cum illo nolebat rem communicari; tamen non posse honeste fieri visum est ut ille celaretur; erat enim vir potens, et ex rectoribus (sic senatum vocant) unus [4]. Venit ergo quidam canonicus Obregon, qui Abbatis negotia gerebat [5], simul cum fratre ejusdem Abbatis, Christophoro de Miranda, et agere coeperunt de conditionibus ipsa vigilia Sti. Petri, ut intelligerent quid in gratiam Abbatis Societas factura esset, et intellexerunt quod Constitutiones in gratiam fundatorum faciebant; reliqua ad PP. Commissarium et Provincialem rejecerunt, quos ut evocaret Burgos valde illi rogarunt; et quia urserat praescriptum Abbatis, de manu admovenda aedificio primo quoque tempore cogitabant, et Julio mense domunculae quaedam, quae in eo situ erant ubi collegium erat aedificandum, dirutae, et lapides, coementa et alia necessaria parari coeperunt, et manu Patris Bustamantis, qui cum P. Francisco convenit, descriptio futuri

---

[1] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 341, 520 et 521.—Domum, quam Societati Dnus. Franciscus Ximenez de Miranda destinabat, quaeque adhuc exstat, quasi unam ex primariis urbis Burgensis describit MADOZ, *Diccionario geográfico de España*, t. IV, pag. 577.

[2] Vide infra, annot. 2 ad n. 876.

[3] Has litteras habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 521.

[4] Hi qui in senatum seu concilium civitatis a populo Burgis eligebantur, apellabantur *Regidores*, rectores; iidem qui a ibi *Jurati*, etc. Vide supra, annot. 4 ad n. 478.

[5] Litteras hujus Abbatis de Salas ad canonicum ecclesiae Burgensis, Dnum. Obregon, habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 520.

Collegii vel idea facta fuit [1], et conventiones factae Romam transmissae fuerunt [2].

874. Sed Christophorus de Miranda, qui Societati adversarium semper se exhibuerat, scripsit hoc mense Julio litteras quasdam fratri suo, et cum esset alioqui vir ingenio valens, et non ineruditus, miro artificio prolixas admodum litteras scripsit, et ut alii etiam amici [3] scriberent curavit, quibus hoc opus Collegii fratri dissuadebat, et ne tam propere ageret, sed mature rem gravissimam consideraret, suggerebat; multa interim contra Societatem, et Benedictum Uguccionem dicens, et ita Abbas denuo coepit fluctuare.

875. Interim Romae aliqui ex nostris et etiam ex amicis externis cum Abbate agebant, et ipse Dnus. Benedictus suis litteris Abbatem in bono animi proposito ut perseveraret hortabatur; et cum alioqui non esset difficile eo tendere Christophori de Miranda dissuassionem et dilationem, quam postulabat, ut Abbas [4], qui a morte non procul aberat [5], prius moreretur, quam bona sua temporalia huic operi pio applicaret (quamvis ipse [6] de suo patrimonio ad illud [7] pium opus adjuncturum quinque millia ducatorum diceret), Abbas non illi credendum esse tandem constituit, et plura Romae obtulit ac minus graves condi-

[1] "El Padre Bartolomé de Bustamante nació en Alcalá de Henares, aunque sus padres eran de la Montaña, dióse á los estudios con mucho cuidado, y salió muy buen Latino, y Griego, y en las Artes, Cánones y Teología aprovechó tanto, que en todas tres facultades se graduó, fué hombre de muy buen entendimiento, acertado juicio, y maduro consejo y juntamente gran Arquitecto.„ Nieremberg, *Varones ilustres,* ed. ant., t. IV, pag. 364; novae Bilbaensis, t. 2, pag. 65.—Vide etiam Santivañez, l. c., lib. 1. cap. 30, n. 2.

[2] Conditiones hae, seu, ut eas in *Regesto* vocat Polancus, capitulationes, Romae juxta Abbatis de Salas et Sancti Ignatii mentem confectae, Burgos missae et inde, annotationibus in margine additis per Abbatis fratrem et Canonicos Uguccioni et Escalona, remissae Romam fuere, quas comitabantur Benedicti Uguccioni litterae 13 Octobris datae. Ita Polancus, *ex com.,* Benedicto rescribens, 25 Novembris 1554; item litteris ad P. Strada eadem die datis.

[3] Horum unus fuit ipse Canonicus Obregon, qui cum prius Societatis fautorem se exhibuisset, tandem Christophori de Miranda partes strenue egit, ut videre est in litteris, quas Polancus, *ex com.,* dedit Benedicto Uguccioni 28 Septembris 1554.

[4] Ms ita haec habet: "eo tendere Christophorus de Miranda dissuasionem et dilationem, quam postulabat, quam ut abbas„; sed sensus et syntaxis exigere videntur ut scribatur prout supra a nobis scriptum, vel etiam hoc modo: "eo tendere Christophorum de Miranda dissuassione et dilatione, quam postulabat, ut abbas.„

[5] Vide n.seq.

[6] Scilicet Christophorus.

[7] Sic; sed scribendum videtur *aliud* ut cum hac Polanci sententia congruat: "y entre otras cosas ofrece (Christophorus de Miranda) cinco mil ducados de los suyos propios con que el Abad haga otra obra y no esta del Colegio.„ Benedicto Uguccioni 28 Septembris.

tiones exegit quam ejus procurator Burgis ejus nomine obtulerat et de Societate requisierat [1]. Voluit insuper ut quidam ipsius filius naturalis in Collegio instituereretur et habitaret, qui puer adhuc erat.

876. Spiritu quodam bono omnia quae habebat se daturum ad Dei honorem affirmabat, sed hic cerni facile potuit quod donum Dei magnum est hujusmodi pietatis insignia opera facere, et ad hoc donum accipiendum, aliis bonis operibus homines sese debere disponere: quia autem hoc non fecit bonus hic vir, quamvis bonas inspirationes a Domino acciperet, immo jam manum operi admoveret, et res in tota civitate burgensi promulgata esset, et magna cum aedificatione acciperetur, tamen destitit ab incoeptis. Jam evocaverat notarium ut donationem redituum stipularet, et convenerat cum Societate ut domus illa nostra, quae Burgis empta fuit, venderetur ad redituum augmentum, quamvis P. Gaspar vendendam non esse censeret, quod in commodissimo loco ad concursum hominum esset, sed in domum professorum converteretur; nihilominus cum ipsemet notarius in diem sequentem differri, nescio quam ob causam, postularet, eo temporis intervallo majores conatus adhibens satanas ne hic salutis suae occasionem ex tam praeclaro opere haberet, eum expugnavit ad dilationem diuturniorem; et ita, morte brevi succedente, nec hoc pium opus, nec quod frater suggerebat, efficiens, bona sua temporalia aliis usurpanda reliquit [2]; et nihilominus Collegio aut Domui Burgensi non defuit, qui eam promoveret et augeret.

DE COLLEGIO COMPLUTENSI

877. Absente P. Francisco de Villanova a Collegio Com-

[1] Conditiones has ab Abbate de Salas Romae temperatas explicat Polancus litteris, *ex com.*, datis ad Canonicum Benedictum Uguccioni 25 Augusti 1554.

[2] De his longam scripsit epistolam Polancus Benedicto Uguccioni 17 Septembris hujus anni 1554, cujus en postrema verba: "De lo que acá pasaremos con el Abad, avisaré á Vmd. de mano en mano, con decir que él está mal sano y tiene tal vida que, si presto no hace algun bien, la muerte es fácil cosa que le ataje, y quiera Jesucristo que no sea muerte de cuerpo y de ánima, si así le toma de presto. Acá le ayudamos con dos misas cada dia, que no vemos otro medio sino oraciones y moverle á buenas obras para disponerle á recibir gracia de Cristo Nuestro Señor con que se salve. Esto por aviso de Vmd. y porque mas le encomiende á Dios Nuestro Señor, cuya gracia siempre crezca en nuestras ánimas."

plutensi, cujus Rector et institutor erat [1], P. Emmanuel Lopez collegialibus praeerat.

878. Nondum exacta hyeme [2] eo venerat P. Natalis et triginta vel amplius ex nostris Compluti invenit, inter quos sex erant sacerdotes [3], et magnopere ipsius colloquiis et con-

1 Profectus fuerat Cordubam, ut initia illius Collegii poneret, P. Villanova cum fratre Alphonso Lopez. Vide supra, t. III, pag. 302, n. 794.—Profectum autem Compluto fuisse mense Novembri ait P. CASTRO, *Historia del Colegio de Alcalá*, lib. V, cap. VII; sed juxta *Polancum*, l. c., jam ante festum Sancti Lucae, 18 Octobris, Cordubam pervenerat.

2 Scilicet, primis Februarii diebus. Vide infra, n. 881.

3 Triginta quatuor enumerat P. Araoz hoc mense Februario; quos refert tabula sequens:

NOMEN ET COGNOMEN	Aetas.	Patria.	Tempus quod in Societate exegerat.
1. P. Franciscus de Villanueva	An.		An.
2. P. Emmanuel Lopez	" 28	Portus (Oporto)	An. 8
3. P. Didacus Carrillo	" 36	Dioec. Conchensis	" 4
4. P. Mauritius Viñas	" 36	Minorissa	" 2
5. P. Christophorus Lopez	" 40	Toletum	" 1
6. P. Dr. Marcus Salinas	" 26		Mens. 4
7. Fr. Emmanuel de Saa	" 26	Lusitanus	An. 8
8. Fr. Eduardus Pereyra	" 25	Lusitanus	" 6?
9. Fr. Aegidius Gonzalez Davila	" 22	Toletanae dioec.	" 4
10. Fr. Martinus Hernandez	" 3	" "	" 4
11. Fr. Joannes de Castañeda	" 23	" "	Mens. 6
12. Fr. Alphonsus de Enao	"		
13. Fr. Dnus. Ludovicus de Guzman	" 28	Toletanae dioec.	An. 1
14. Fr. Carrera	" 27	Conchensis dioec.	" 1 ½
15. Fr. Salazar	" 23	Siguntinus	" 1 ½
16. Fr. Petrus Martinez	" 17	Conchensis	" 1 ½
17. Fr. Joannes Manuel	" 20	Calagurrit. dioec.	" 1 ½
18. Fr. Alphonsus Lopez	" 24	Toletanus	" 1 ½
19. Fr. Vernado	" 23	Calagurrit. dioec.	" 1 ½
20. Fr. Falces	" 22	Navarrus	" 1 ½
21. Fr. Petrus Arboleda	" 22	Conchensis	" 1 ½
22. Fr. Enricus Lopez	" 19	Lusitanus	" 1 ½
23. Fr. Andreas Hernandez	" 27	Siguntinae dioec.	" 4
24. Fr. Joannes Gomez	" 20	Granatensis	Mens. 2
25. Fr. Gallego	" 20	Hispalensis	" "
26. Fr. Franciscus Gonzalez Martinez	" 24	Calagurrit.	" "
27. Fr. Joannes de Mariana	" 18	Toletanae dioec.	" 1
28. Fr. Castro	"	Lucronensis	" 1
29. Fr. Didacus Xuarez	" 21	Toletanae dioec.	" 1 ½
30 Fr. Michaël Galar	" 25	Pampilonensis	" 1
31. Fr. Blasius Rengifo	"	Abulensis	" 1 ½
32. Fr. Antonius	" 17	Palentinus	An. 3
33 Fr. Raphael Texeda	" 22	Plasentinae dioec.	" 3
34 Fr. Vazquez	" 22	Plasentinus	Mens. 6

P. Araoz, *Memorial de los que residen en el colegio de la Compañia de Jesus de Alcalá.*

stitutionum promulgatione animati et in spiritu promoti fuerunt.

879. Nullum hoc anno concionatorem habuit Societas Compluti, qui resideret aut in hoc ministerio diu perseveraret [1]; nihilominus P. Emmanuel christianam doctrinam explicabat [2], et tam multi ad eam audiendam confluebant, ut multi auditores viam etiam publicam ante templi portam bona ex parte replerent.

880. Venerat et P. Villanova simul cum P. Natali, quo absente, P. Emmanuel septem scholasticos ex optimis ingeniis ejus Universitatis admiserat hisce diebus: erant autem tam multi, qui se admitti petebant, ut delectus maxime aptorum ad nostrum institutum, aliis relictis, habendus esset; et ita qui admittebantur ex selectissimis ejus Universitatis erant [3].

881. Post recessum P. Natalis, qui mensem unum fere Compluti exegit, et prima Martii Vallisoletum ivit [4], etiam ipse P. Villanova Concham, qua in civitate Dr. Vergara [5] residebat, ad eum invisendum se contulit. Ille autem paulo ante scripserat P. Ignatio, quod vocationem Dei existimabat ut maneret Compluti P. Villanova, ut, quo auctore collegium illud fuerat institutum, cresceret et radices ageret; et non minus habendam esse veterum fundatorum rationem censebat, quam novorum, ad quos Compluto ille evocabatur [6].

---

1 "Que seria provechoso un predicador en Alcalá se tiene por cierto y tambien en otras partes: pero córtese del paño, que hay, lo mejor que se pudiere.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal 23 Julii 1554.

2 Vide supra, t. III, pag. 827, n. 730.

3 Sequentes sex, Compluti admissos hoc anno 1554, enumerat P. CASTRO, *Historia del Colegio de Alcalá*, lib. v, cap. 9 et 10.

P. Ludovicum Santander. Eritne hic filius a P. Ludovico Santander, quem concionantem jam vidimus Gandiae et Segobricae, supra, n. 730 et 793?

Fr. Joannem Mariana, de quo vide supra, pag. 407, n. 877, annot. 3.

Fr. Antonium Sanchez, Doctorem et sacerdotem, natum in Villarejo de Fuentes, annorum triginta trium. Vide infra, n. 886.

Fr. Alphonsum de Sandoval, annorum septemdecim.

Fr. Alvarum de Orive, annorum decem et octo.

Fr. Didacum Xuarez, artium magistrum, de quo jam supra, pag. 407, n. 877, annot. 3.

Hi, aliique plures, intra totum hunc annum admissi sunt. Sed animadvertendum est a POLANCO distingui eos qui, absente P. Villanova, hoc est a mense Octobri 1553 ad initium Februarii 1554, ab eis, qui sequentibus hujus anni mensibus admissi sunt, deque illis agi hoc n. 880, de his vero infra, n. 886.

4 Vide infra, n. 905.

5 Alphonsus Ramirez de Vergara, de quo saepius jam mentio facta est et fiet.

6 Doctoris Vergara ad Ignatium litterae datae sunt 1 a Martii hujus anni 1554. Ignatii responsum habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 194: sed animadverte per

882. Ivit ergo ad eum P. Villanova, nam de mutatione status serio tractabat; et cum esset vir alioqui magnae auctoritatis, doctrinae ac probitatis, et Societatem summo affectu diligeret, et quodammodo sine illa vivere non posset, nihilominus in dubium eum adducebat quod, cum esset aetate provectior et corporis valetudine non parum infirmus, nec ad vitam in communitate ducendam, praesertim si superiorem haberet rigidiorem, sibi videbatur, nec ad peregrinationum praedicandi gratia discursus, praecipue servata paupertate, et, ob memoriae aliquem defectum, non parum in concionibus praeparandis elaborandum ei erat.

883. Optabat tamen P. Natalis ac P. etiam Franciscus Borgia ut tandem ille de statu suo certi aliquid constitueret, et P. Villanova ad Societatem nostram eum vocari a Dno. existimabat: decrevit ergo ille sese aliquot diebus colligere cum aliquot de Societate, et si tunc de statu vitae nihil constituere potuisset, hanc deliberationem in manibus P. Francisci Borgiae ac P. Villanovae relinquere statuerat, et illorum sequi judicium. Existimabat autem P. Villanova ejus ingressum in Societatem utilem fore, licet alibi [quam] Compluti victurus non esset, ut tam multi viri docti, qui in dies ea in Universitate admittebantur, hujusmodi virum, eruditione et pietate praestantem, ibidem invenirent; et quamvis P. Villanova ei proponebat ut sibi persuaderet sub superiore rigido ac duro se futurum, quem ferre et cui obedire pro magno Dei dono habiturus esset, censebat nihilominus, si ei indulsisset aliquid P. Ignatius, ut P. Francisco indulserat, brevi ad omnem resignationem voluntatis eum esse venturum; noverat enim hominis ingenium; versabatur enim ille magno cum fructu Conchae, ubi concionabatur et civitati atque ecclesiae gratissimus erat, cum cathedralem canonicatum ibi haberet [1]. Quinque dies Conchae commoratus est P. Villanova, quo tempore quidam canonicus ejus ecclesiae donatio-

---

errorem datum ibi dici eodem mense *Martio*, cum vere datae sint mense *Junio;* qui error et emandatus est in Indice et facile ab expertis deprehenditur; ordinem enim chronologicum ibi servavimus, et responsum, de quo agimus, non inter litteras mense Martio datas, sed inter eas quae Junio datae sunt, collocavimus.

[1] Patri Francisci de Villanueva ad Ignatium litterae, e quibus quae his nn. 882 et 883 continentur deprompta sunt, datae fuere Compluti 15 Martii, quibus respondit Ignatius 14 Junii litteris, quas habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 196.

nem domus cujusdam fecit ad Conchensis Collegii initium, de quo in sequenti capite agemus.

884. Duae potissimum erant rationes, quibus nostri de proximis benemereri etiam sine concionatore poterant; altera erat exercitiorum spiritualium, altera sacramentorum confessionis et communionis, quamvis exemplum et privata colloquia et christianae doctrinae explicatio non parum alios juvarent. Primis quatuor mensibus hujus anni magna fuit eorum, qui [se] exercere in Collegio cupiebant, multitudo, nec omnibus satisfieri poterat, licet satis capax domus esset; quamvis enim octo vel novem fere semper in exercitiis hujusmodi spiritualibus versarentur, plures quam viginti alii non minori cum sollicitudine expectabant ut locus aliquis, absolutis nimirum alicujus exercitiis, vacaret, quam alii in ea Universitate loca collegiorum vacantia [1], ubi gratis scholastici ali solent, expectabant; et hi fere ex eis erant, qui ad sacramenta frequenter accedebant, vel qui in scholis publicis cum nostris scholasticis familiariter agebant.

885. Inter hos aliqui nobiles, divites et magnae auctoritatis fuerunt, ex quorum profectu multum utilitatis ad alios redundaturum sperabatur. Unus fuit inter hos, juris doctor et septuaginta annos natus, qui magnis officiis ac muneribus in aliqua Republica functus erat; fama tamen haec erat, quod ejus mores dignitati parum congruebant; hic ergo quasi undecima hora vocatus, ad exercitia postulanda Complutum accessit, et eam vitae mutationem Dei gratia in eo fecit, ut populus, in quo antea vixerat, in magnam admirationem duceretur, et cujus vita aliquando plurimos offenderat, jam omnibus aedificationi esset ad Dei gloriam. Non intelligebatur quod ille hoc exercitiorum spiritualium medio fuisset adjutus, nam nostri tam occulte ea tradebant, ut etiam in ipso Collegio nostri fratres quinam illi essent [2] ignorarent; sed cum novam vivendi et agendi in aliquo rationem viderent, qui nasutiores erant subodorabant undenam haec mutatio accidisset; ille etiam quantopere domi nostrae adjutus fuisset a Deo, publice dicebat [3].

---

[1] Scilicet quod hispanice *beca* appellatur, latine Parisiis, Viennae et aliis in locis, ubi studia generalia seu Universitates erant et collegia Universitatibus annexa, *bursa*. Vide supra, pag. 242, n. 533, et *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 623, ubi haec ab Aegidio Gonzalez appellantur *praebendae*.

[2] Scilicet, externi, qui in spiritualibus exercitiis domi nostrae versabantur.

[3] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 624.

886. Ex his autem, qui in exercitiis spiritualibus instructi fuerunt, aliqui in Societatem admissi sunt; et quidem primis quatuor mensibus novem, inter quos unus erat theologiae doctor, Antonius Sanchez nomine [1], qui in Seguntino Collegio [2], jam fere tres annos ante ingressum, ad Societatem a Domino vocabatur; duo ex aliis secundum annum cursus philosophiae ingressi fuerant, et inter suos condiscipulos ingeniosissimi habebantur; tres alii in tertio anno cursus, ut Societatem ingrederentur, eum abruperunt; septimus jam philosophiae studiis perfunctus fuerat, et theologiae dabat operam; octavus grammaticus quidem erat, sed praeclaris naturae dotibus ornatus; nonus, ad ministeria domestica idoneus, admissus est.

887. Postquam autem Majo et consequentibus mensibus aestus Compluti molestus esse coeperat, propter quem bona ex parte scholastici ex Universitate recedere soliti sunt, concursus se exercentium exiguus fore videbatur, cum praesertim vacationes [3] bonam aestatis partem propter intemperiem aëris durare soleant; sed aliter res accidit; nam crevit confluentium ad exercitia numerus, inter quos aliqui religiosi, aliqui nobiles, et aliqui etiam valde litterati, et complures magnae auctoritatis viri id tempus ut vacuum delegerant; et fuit aliquis, qui ab octoginta leucis et amplius in aestibus Augusti mensis ad haec spiritualia exercitia, vir alioqui gravis et clarus, accesserit; nec laboris suscepti eum poenituit, cum spiritualem profectum, qui ejus desiderio ac labori responderet, abundanter ei tribuerit.

888. Hac aestate super quadraginta hujusmodi exercitiis adjuti fuerunt, et alii multi propter occupationes, quae urge-

---

[1] "Natural de Villarejo de la Peñuela, cerca de la ciudad de Huete. ...Colegial de Sigüenza y Doctor en teología. Alcázar, *Chronohistoria de la Provincia de Toledo*, Dec. II, an IV, cap. I, § III.—Hic alius est a P. Antonio Sanchez, cujus vitam enarrat P. Nieremberg, *Varones ilustres*, ed. antiq. t. I, pag 739, eam exscribens ex *Historia* ms. *de la Asistencia de España*, auctore P. Petro de Ribadeneira.

[2] Scilicet in Collegio (quod in Seguntino suburbio jus Academiae publicae tenet. Alvar Gomez, *De rebus ges'is a Francisco Ximenio Cisneros*, Compluti, 1569, fol. 3 v.) a Joanne Lopez de Medina erecto, et *Sancti Antonii de Portacoeli* dicto, de quo jam mentio facta est supra, t. III, pag. 325, n. 726 et pag. 326, n. 727.— Vide etiam Sancti Francisci de Borja ad Sanctum Ignatium litteras datas Compluti 19 Octobris 1555 in *Cartas de San Ignacio*, t. V, pag. 476; La Fuente, *Historia de las Universidades en España*, t. II, cap. I et cap. LV et *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 629, ubi de hoc Collegio jure dicitur "quod nobis tot ac tales fratres proxime peperit dabitque Christi gratia plurimos„.

[3] Vacationes a scholis superioribus Universitatis.

bant, autumnum expectare debuerunt. Longum esset singulorum fructum referre; hoc tantum dicam, quod, cum ex omnibus pene statibus hominum aliqui in eisdem valde profecerint, latissime sese utilitas spiritualis eorum extensura ad aliorum aedificationem merito sperabatur; cum eorum exemplum alios ad divinum servitium invitare, et verba ac industria ad idem promovere possent.

889. Inter aliquos theologos et magistros in philosophia, qui se hac aestate exercuerunt, unus, qui jam pene theologiae cursum absolverat, nec ulli suorum condiscipulorum in talento eruditionis ac ingenii inferior erat, Societatem ingredi decrevit, quamvis ingressum ob rationes aliquas distulit brevi cessaturas. Octo alii Societatem sunt ingressi, qui opportune a Domino vocari videbantur eo tempore, quo non pauca in Hispania collegia vel admittenda vel operariis instruenda erant.

890. Erat in Collegio Trilingüi (hoc nomine vocatur quoddam Complutense Collegium [1], ubi linguarum ac humaniorum litterarum eruditio florebat, si ullo alio in loco totius Hispaniae) praeceptor quidam, qui rhetorices lectionem praecipuam ea in Universitate cum magno applausu praelegebat, poëta et orator praeclarus, et eximio talento ea in Universitate omnium testimonio praeditus: hic cum post exercitia, omnibus relictis, in Collegium esset admissus, non minus nostris aedificationi propter humilitatem ac simplicitatem, quam admirationi externis, suae praesertim professionis, propter rerum saecularium contemptum, fuit [2].

---

[1] "Fundó este Colegio el Rector Mateo Pascual Catalan, el año de 1528, conforme á los proyectos y deseos del Venerable Fundador (Cardinalis Ximenez de Cisneros), dedicándolo á San Jerónimo. Habia en él treinta becas, doce estudiaban latinidad y retórica, otros doce griego y seis hebreo. Refundiéronse en él las plazas de profesores y alumnos de griego que habia en los otros Colegios menores de la primitiva fundacion. Los ejercicios de traduccion y composicion, en los tres idiomas, eran frecuentes y se llevaban con mucha asiduidad, así que logró en breve este Colegio una gran celebridad, que nunca alcanzó el de Salamanca, aunque envió allí comisionados para estudiar su organizacion, métodos y disciplina.

„La estancia era de tres años. Era de notar que en vez de tener lectura al tiempo de comer, se obligaba á un Colegial á decir la leccion y comentarla. De aquel Colegio salieron muchos profesores para enseñar idiomas en varias escuelas, y para ayos y maestros de personajes nobles, habiendo desaparecido de Alcalá el "graecum est, non legitur.„ pues casi todos los estudiantes leían el griego.„ LA FUENTE, *Historia de las Universidades, etc.*, t, II, cap. XIII.

[2] Neque ex his PELANCI verbis neque ex litteris Aegidii Gonzalez datis 24 Decembris 1554, edendis in *Litterae Quadrimestres*, t. III, e quibus haec deprompsit Polan-

891. Alius etiam, qui cathedram grammatices (quam *regentiam* vocant) tenebat, eum post exercitia sequutus est, ad illud docendi officium valde idoneus; tres alii, absolutis pene philosophiae cursibus, aetate, ingenio et moribus idonei, admissi sunt; sed et sacerdos quidam, qui juris canonici studium emensus erat, magno devotionis dono a Deo praeditus; sed et quidam alius, ad domestica officia idoneus, est admissus; qui omnes simul, sub praefecto novitiorum, in obedientiae et abnegationis functionibus exercebantur.

892. Excultus fuit etiam eisdem exercitiis hac aestate nobilis quidam, cujus olim frater magna opulentia et auctoritate et titulis eo in regno [1] eminuerat, et eo tempore non minus in omnium virtutum exemplo eminebat, ex cujus profectu multorum etiam aedificatio pendebat. In autumno vero haec messis exercitiorum, prout aliis annis, ita et in hoc satis ampla fuit. Inter eos autem, qui se exercuerunt, unus ex scholasticis ex primaria nobilitate Hispaniae magnopere profecit, et aliis profectus causa futurus videbatur; profecit et alius quidam insignis ac celebris professor ejus Universitatis in latinis et graecis litteris, quamvis philosophus et theologus idem erat, qui, cum adolescentes multos Compluti instituendos suscepisset, profectum suum spiritualem eisdem simul cum eruditione communicabat, quamvis ad perfectiora Dominus eumdem vocaret, ut ipsemet

---

cus, erui certo potest quisnam hic fuerit rhetorices lector, poëta et orator qui suo in Societatem ingressu tantam apud omnes admirationem creavit.

Professor rhetorices in Complutensi Academia primarius, idemque praeclarus orator, erat, certe quidem anno 1553, et probabilius etiam sequenti Alphonsus García de Matamoros. (Vide LA FUENTE, *Historia de las Universidades de España*, t. II, pag. 609.

Sed hic 1.° si vere natus est anno 1490, ut habet *Biografía eclesiástica completa*, t. VIII, pag. 148, nimium jam aetate provectus (64) nunc erat ut in Societatem admitti facile posset aut de ea ingredienda cogitare; 2.° orator certe fuit praeclarus, mentis laterumque viribus valentissimus, sed poëtam etiam fuisse non satis constat; 3.° plures nactus est suorum scriptorum, vitae, ingenii laudatores. (GADDI, *De scriptoribus non ecclesiasticis;* ANDREAS SCHOTTUS, *Hispaniae Bibliotheca;* NICOLAUS ANTONIO, *Bibliotheca hispana nova;* AUBERTUS MIRAEUS, *De scriptoribus saec. XVI;* etc., etc.), qui tamen ejus in Societatem secessus non meminere; 4.° si vere exercitiis excultus est et Societatem ingressus, in ea non perseveravit; nam obiens, anno 1572, canonicus erat hispalensis ecclesiae.—Quidquid autem de hoc sit, distinguendus certe est hic Complutensis Universitatis lector, qui hoc anno Societatem ingressus est, a P. Joanne de Jaën, qui etiam in Complutensi Academia litteras graecas docuerat; is enim anno 1549 Societatem fuerat ingressus. Vide infra, n. 953, et ALCAZAR, *Chronohistoria de la Provincia de Toledo*, Déc. I, An. IX, cap. I, § 4.

[1] Intelligendum videtur Castellae regnum.

sentiebat [1]. Quidam etiam, qui dux celebris in saeculari militia fuerat, in pauperibus visitandis et curandis, et eleemosynis elargiendis, et aliis operibus pietatis cum magna aedificatione omnium se occupabat; alius etiam qui, cum pastor esset, ecclesiae reditus cum ovium suarum scandalo profundebat, post exercitia verum se pastorem et patrem, non solum doctrina, sed exemplo et operum pietate, praestitit; et sic de aliis complura dici possent.

893. Sed in Societate etiam hoc autumno quatuor admissi sunt, inter quos unus sacerdos erat. Itaque plus quam viginti hoc anno admissi fuerunt; et tamen quatuordecim vel quindecim alii omnino ingredi Societatem deliberaverant, ad quam idonei existimabantur; sed non omnes simul collegium admittere poterat, quamvis ad alia collegia aliquos et ipsi mitterent, ut Gandiam, et quidem duos, miserant [2], Cordubam alium etiam theologum [3], quartum Vallisoletum; Mag. Emmanuelem de Sa, theologum, P. Franciscus Borgia ut socium suorum itinerum inde assumpserat; quatuor Concham [4], tres Placentiam [5], et sub anni finem duos etiam Vallisoletum miserant; nam praeclarum hoc Seminarium operariorum auxilia hujusmodi aliis collegiis in dies subministrabat. Parentes horum, qui Societatem ingrediebantur, qui animo iniquo id laturi videbantur, potius beneficium Dei se agnoscere, missis ad eos litteris, testabantur, quibus eos ad perseverandum in coepto vitae instituto exhortabantur.

894. Non defuit tamen alicui ex his, qui ingressi fuerant, constantiae in bono proposito ostendendae occasio: inter alios enim scholasticus quidam ex admissis, cum propter ingenium

---

[1] Domos ad hospitio excipiendos et in litteris adjuvandos scholasticos Compluti instituere plures ejus Universitatis professores, ut Joannes Vergara, cui conveniunt certe quae hic enumerat Polancus; sed ille hoc anno 1554 haud juvenis erat (senex ab Andrea Schotto dicitur), cui de mutanda vitae ratione deliberare integrum esset et cum podagra conflictabatur. Hic animadverte perperam in *Biografía eclesiástica* asseri hunc mortuum esse anno 1545, dum in ejus epitaphio, quod affert Schottus, legatur diem obiisse ultimum XX Feb. M.D.LVII.

[2] Eritne hic sermo de Mag. Dionysio Vazquez et P. Christophoro Rodriguez, qui mense Novembri praecedentis anni Compluto Gandiam missi sunt? (Vide supra, t. III, pag. 324, n. 726). Aliorum toto hoc anno illuc missos mentionem factam non reperimus.

[3] Doctorem Joannem de la Plaza. Vide supra, t. III, pag. 325, annot. 1, et *Cartas de San Ignacio*, t. V, pag. 518.

[4] Horum unus fuit P. Alphonsus Lopez, Corduba Complutum evocatus, deinde Patris Francisci Borgia Commissarii socius, tandem Concham, novi Collegii Rector, missus.

[5] P. Franciscus de Villanueva, P. Dr. Marcus de Salinas et Fr. Castro.

rarum magnam apud suos expectationen concitasset, duo ipsius patrui, quorum alter sacerdos erat et eum in studiis alebat, Complutum ex Castella Veteri venerunt, quibus permissum est ut solum juvenem illum alloquerentur (hoc autem non passim omnibus permittebatur, sed cum ratio id exigebat). Cum precibus ergo et lacrymis juvenem avellere a Societate frustra tentassent, addebant quod ipsius mater ex dolore extra mentem constituta quodammodo erat, et quod aliquoties sibi manus injicere tentasset, et se eo venisse affirmabant, non quod eum a proposito amovere vellent, sed quod ad quindecim tantum dies Logronium, quae patria ejus erat, eum adducere vellent ut remedium desperationi matris adhiberet, cui dicebant se custodes dedisse ne quid contra se ipsam designaret, et statim ipsum rediturum esse cum hoc pietatis officio functus esset; et in testimonium [1] adducebant, quod ita res haberet, nobilem quemdam; sed nihil aliud ab eo juvene obtinere potuerunt quam quod obedientiae se subjecerat, nec suo judicio quicquam amplius facturus erat; ut ad ipsius Superiorem irent. Haec obe dientia homines sic confudit ac compunxit, ut postridie fassi fuerint id, quod de matre ipsius dixerant, falsum esse, et cum lacrymis ab eodem veniam petierint, et, admirati juvenis constantiam, domum redierint.

895. Cum ex spiritualibus exercitiis tam multi milites, contra daemonem, Christi militiae nomen darent, mirum non est si ea oppugnare ille niteretur. In domo ergo et mensa Archiepiscopi Toletani de examinando exercitiorum libro actum est et quamdam in eo propositionen calumniabantur, quod in tertia regula ad spiritus discernendos habetur "*nec jam creaturam ullam potest diligere nisi propter Ipsum* [2]„ hanc propositionem quorumdam haereticorum esse dicebant, quos *illuminatos* in Hispania vocarunt; sed eam dubitationem hispanicus liber facile solvebat, ubi habetur "*ya no ama*„ scilicet, "*jam non diligit* [3]„; et tamen versio latina "*non potest diligere*„ illam evan-

---

[1] Sic; *testem?*

[2] "nec jam creaturam illam nisi propter ipsum potest diligere.„ Ita Conimbricensis editio anni 1554 et posteriores reliquae, non excepta, quam omni cura magnoque sumptu fecit Typographia Regia Parisiensis anno 1644.

[3] De iis illuminatis *(alumbrados)* plura in historicis ecclesiae hispanae sec. XVI; cf. praecipue MENENDEZ Y PELAYO, *Historia de los heterodoxos españoles*, t. II, lib. V, cap. 1.

gelicam imitatur: "*non potest arbor bona malos fructus facere*;" et illud Joannis *qui ex Deo natus est, non potest peccare*„ intelligendo "*quamdiu arbor est bona*„ et quamdiu semen Dei manet in illo [1].

896. Illam etiam propositionem in penultima regula ad bene sentiendum cum Ecclesia, ut anno superiori diximus, "*etiamsi plane compertum definitumque esset nemini contingere salutem nisi praedestinato*„ ut erroneam accusabant; quia in Universitatis Complutensis scholis error censetur quod possit contingere salus alii quam praedestinato, sed hispanicus etiam textus dubium dissolvebat, ubi dicitur "*dado que sea mucha verdad*, etc.„: adde quod etiam, quod juste sonat latinus textus, nihil aliud habetur quod non sit definitum plane et compertum; illa enim tantum comperta et definita habentur, quae vel a conciliis vel a Sede Apostolica vel traditione aut communi sensu Ecclesiae declarata sunt; et tamen ea propositio non est hujusmodi. Sed hae calumniae facile ceciderunt; quod accidere solet, ubi veritatis deest fundamentum [2].

897. Secunda ratio, qua nostri plurimum utebantur, mini-

---

[1] Conjicere hic licet POLANCUM hoc anno 1554 Romae prae manibus habuisse autographum hispanicum Exercitiorum alium ab eo, quod, manu S. P. Ignatii emendatum, Romae nunc asservatur. In illo enim, POLANCO teste, regula tertia *ad motus animae, quos diversi excitant spiritus, discernendos*, sic habebat; *y consequenter* YA NO AMA *ninguna cosa criada... sino en el Criador de todas ellas;* in hoc autem (quod vidimus certe paucis abhinc annis sed non perlegimus), si fides, ut aequum est, habenda sit tum Adm. Rdo. Patri Roothaan, tum iis, qui *Thesaurum spiritualem Societatis Jesu* Bilbai ediderunt anno 1887, verba hispanica in hoc loco omnino respondent latinis. Nam P. Roothaan, qui hispan cum exemplar, diu frustra quaesitum, nactus tandem, quam fieri potuit maxime litteralem versionem totius libri adornavit (Vide *Prologum ad Patres Exercitiorum spiritualium praecipue studiosos)*, restituit quidem vocem illam CONSEQUENTER, quae in prioribus versionibus latinis, etiam Conimbricensi, desiderabatur sed voces, quae iis *ya no ama* respondeant, non induxit, quamvis pressius hispano adhaerens ita scripserit: *nullam rem creatam super faciem terrae amare potest* in seipsa, *sed in Creatore omnium illarum* Cf. *Exercitia spiritualia S. P. Ignatii de Loyola cum versione litterali ex autographo hispanico*, Lutetiae Parisiorum, 1865, pag. 180. Editores autem *Thesauri Spiritualis* Bilbaënses, qui "hunc (librum Exercitiorum) in hac Thesauri editione simul cum vulgata versione, *dederunt* novis curis cum autographo collatum, quod in Archivo Societatis custoditur, quodque ipsa S. Ignatii manu emendatum videre licet.„ (Vide, in initio libri, monitum DE HAC THESAURI EDITIONE), ita hispanice scribunt: *y consequenter quando ninguna cosa criada sobre la haz de la tierra puede amar en si, sino en el Criador de todas ellas.* —Sed de iis plenius fusiusque cum volumen alterum operis *Cartas y otros escritos del B. P. Pedro Fabro*, Deo adjuvante, in lucem edemus, et in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii*.

[2] De iis vide supra, t. III, pag. 335 et 336, et Appendices I et II.—Videndae etiam Polanci litterae ad Patrem Hieronymum Natalem, 12 Aprilis et 14 Junii 1554.

sterium erat, ut diximus, sacramentorum, quae et sanis impendebantur, ad nostram ecclesiam accedentibus, et aegrotantibus in ipsorum domibus, ex quibus morientes adjuvare cum eorum, qui eis aderant, non exigua aedificatione soliti erant, quos ad frequentem confessionem et communionem hortabantur. Fructus autem, qui hujusmodi sanctum ministerium sequebatur, copiosus admodum erat. Et ut aliqua sigillatim attingantur, vir quidam uxorem suam, de adulterio convictam, juxta leges ad mortem ejus usque, sententiam exequi volebat; nam per totum triennium cum maximo odio causam hanc juridice prosequutus fuerat; nec ullis, licet gravibus et religiosis viris id precantibus, injuriam hanc maritus condonare volebat, et ejus consanguinei eum ut sui honoris rationem haberet hortabantur; sed cum maritus hic in quemdam ex nostris sacerdotibus incidisset, paulatim gratiae Dei locum dedit, et ardor ille vindictae atque odii primo intepuit, deinde prorsus sublatus est, et tandem uxori suae omnem ex animo condonavit injuriam, et in domum suam reduxit, et, odio in dilectionem converso, simul cum uxore de vitae reformatione agere, et de frequenti usu sacramentorum, coepit.

898. Nec admodum dissimile fuit, quod attinet ad condonandum propter Deum injuriam, quod vir quidam, qui in insigni templo coram multis colaphum ab alio acceperat, quae injuria, gravissima, morte aut sanguine expiari solet, qui eam acceperat, consiliis et auxiliis amicorum ac consanguineorum, qui multi et honorati admodum erant, vindictam insignem parabat; vir autem quidam pius ad Collegium nostrum eum deduxit; et cum semel atque iterum quidam ex nostris sacerdotibus eum esset alloquutus, prorsus vindictae voluntatem abjiciens et injuriam condonans, omnia ejus arbitrio reliquit, qui domum nostram eum adduxerat, qui vir erat vitae exemplo et doctrina venerandus.

899. Sic alius, qui totos sexdecim annos sine confessione vixerat, ad confessionem adductus est cum magna ipsiusmet et aliorum, quibus notus erat, admiratione. Inter eos autem, qui sacramenta frequentabant octavo quoque die (qui ducenti et amplius erant), plurimi erant scholastici praeclarae indolis, qui verbo et exemplo alios atque alios subinde ad idipsum praestandum adducebant.

900. In quadragesima autem necessarium fuit ut sacerdotes, studiis omnibus relictis, huic uni confessiones audiendi occupationi vacarent; aliquando enim uno die octoginta scholastici confessionis gratia domum veniebant, et observabatur in hujusmodi magna quaedam morum mutatio ac vitae reformatio; et cum in aestate scholastici recedebant magna ex parte, quod a studiis eo tempore vacaretur, populi complutensis multitudo multum negotii nostris exhibebat, ex quibus plurimi confessiones generales cum magno fructu peragebant; ex quibus multi ad Dei servitium redierunt, qui procul ab Eo et cum aliorum offendiculo vitam prius agebant.

901. Erat inter hos qui, cum multos annos aliquo vitio insorduisset, prorsus de emendatione desperabat; tamen, Deo propitio, post confessionem generalem ad frequentem usum sacramentorum adductus, remedium esse hoc efficacissimum contra inveteratum morbum suum expertus est. Hac etiam ratione a misero statu alios non paucos Deus liberavit. Sed insignis fuit misericordia Domini in foemina quadam, cui cum mors immineret, adduci tamen ad confessionem non poterat, propter odium quoddam, quod in ipsius corde fixum permanebat, donec quidam ex nostris sacerdotibus eam adivit, cujus ministerio durum illius cor emollitum fuit a Domino, et, omni odio deposito, postquam eidem Patri confessa fuisset, cum magna quiete spiritus sanctissimam Eucharistiam in Viaticum postulavit, et paulo post ad Dominum migravit. Quidam etiam, qui de sua uxore interficienda serio agebat, ut aliam sibi conjungeret, a pessimo proposito revocatus et ad piam concordiam cum uxore reductus fuit. Sic aliae plurimae [injuriae] condonatae, inimicitiae compositae, odia restincta, et aliae Domini offensae sublatae fuerunt, et ad perseverantiam in coepta vitae reformatione et in virtutibus profectum, ut unicum remedium sacramentorum frequentiam nostri suadebant.

902. Fuit autem inter alios insignis cujusdam hominis conversio, qui, propter labores et casus adversos, qui assidue ei succedebant, de divina misericordia desperans, decreverat omnino vitae suae finem imponere; sed cum post multas exhortationes cuidam ex nostris confessus esset, sic per Dei gratiam in alium virum mutatus est, ut animi sui tranquillitate, gaudio ac vitae totius exemplo eis, quibus notus erat, summam aedifi-

cationis ac benedicendi Deo occasionem prorsus dedit. Ignis accensus fuerat et difficile poterat extingui, cum quidam adulteram uxorem et adulterum, virum honoratum ac divitem, vellet occidere; [is tamen] sic colloquiis cujusdam ex nostris motus fuit, et in eam sui erroris cognitionem venit, ut ipsemet diligentissime de concordia agere coeperit.

903. Et ita omnes ad hanc charitatis unionem et ad Dei servitium reducti fuerunt, inter quos erat qui decem et septem annos a Deo aversus fuerat; et deinde omnes singulare Dei beneficium agnoscebant, et gratias Ejus divinae bonitati agebant; sic uxores aliquae, inter quas et ipsarum viros discordiarum zizaniam Satan seminaverat, eisdem cum vera concordia reconciliatae fuerunt. Quidam, qui lethale vulnus ab alio acceperat, ex quo paulo post mortuus est, cum cuidam ex nostris confiteretur, omnem noxam vulneranti, propter Deihonorem, remisit. Itaque per haec sacramenta, adjunctis etiam colloquiis privatis, latissime fructus per oppidum et Universitatem Complutensem patebat.

904. Nec hospitalia hujus charitatis exempta erant, et fere quicumque mortem imminentem sibi timebant, vel in periculo esse sibi videbantur, nostros accersebant ut ab eis et consolationem et auxilium spirituale acciperent; et hac occasione accepta, inter eos et consanguineos, vel alios, intercedentes inimicitias nostri pacificabant, et ad mutuos amplexus in signum pacis dissidentes adducebant; et ita, sine opera concionatorum [1], multis modis nostri de suis proximis benemereri studebant.

905. Secunda die Martii [2] ex Baetica veniens P. Franciscus,

---

[1] Vide supra, pag. 408, n. 879.

[2] Aliquis error latet hic aut supra, pag. 408, n. 881, circa diem, quo P. Natalis Compluto excessit, Vallisoletum pergens, et diem, quo S. Franciscus Borgia Complutum appulit. Si enim ille Compluto exivit prima Martii, non potuit sequenti die Compluti excipere venientem P. Franciscum. Erratum autem esse existimamus supra, dum dicitur P. Natalis Compluto exisse prima Martii; nam Patrem Franciscum Complutum secunda Martii appulisse, et a P. Natali ibi adhuc commorante exceptum, ab oculato teste, fratre Aegidio Gonzalez Davila, accepimus, qui haec scripsit: "Venit ergo (P. Franciscus) postridie calendas Martii, sed quanto cum gaudio a P. Natali et Araoz, qui eo tempore nobiscum aderant...„ *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 627. Nec difficultas moveri ulla potest ex illis verbis ipsius Aegidii, l. c., pag. 628. "His diebus cum Patre (Francisco) actum est ut dominica proxima, quae erat in Passione...„; nam sermo hic est de dominica proxime sequente non adventum Francisci sed dies septem, quos Franciscus Compluti commoratus est. Et recte quidem, si Complutum advenit prima Martii, ibique ad diem tantum octavam aut nonam (septem dies) mansit, non potuit concionem in dominica Passionis ibidem habere, quae hoc anno 1554 fuit undecima Martii.

Compluto transivit, et postquam vitae statum mutaverat, hic ejus fuit primus in illud oppidum ingressus: fuit autem exceptus cum magna laetitia a P. Natali et aliis, qui in Complutensi Collegio versabantur; sed et ipsa Universitas suae laetitiae significationem dedit; nam postridie Rector Universitatis ad Collegium nostrum cum multis nobilibus ad eum invisendum venit, quem honorem solis principibus magnis exhibere ea Universitas solet; tam multi deinde doctores accesserunt, et alii viri graves, ut septem diebus, quos Compluti P. Franciscus exegit, numquam nostri ejus colloquio frui, prout magnopere optabant, commode potuerint; externis enim toto die plenum erat Collegium, qui P. Franciscum saltem videre desiderabant. Et quamvis invitatus fuerit ad praedicandum a Rectore Universitatis in dominica de Passione, quia festum illud magno concursu civitatis [1] celebrari solitum erat, quamvis solitus non esset detrectare hujusmodi functiones, propter quaedam tamen negotia gravia, tamdiu expectare Compluti non potuit.

906. Voluit tamen publicis lectionibus semel interesse; et, quamvis occulte id faceret ut theologiae lectiones audiret, latere tamen homines non potuit; nam simulatque Rector id intellexit, ad aulam theologiae, multis doctoribus et magno numero studentium comitatus, descendit ad P. Franciscum videndum, et summa cum admiratione et aedificatione humilitatem, in vultu et actibus P. Francisci relucentem, spectabant; et tamen Rector superiorem illi locum dare contendebat, quem in ea Universitate nec dominis saecularibus, quos "*grandes*„ vocant [2], nec Episcopis deferre solent. Aggressus est statim lectionem egregius quidam lector ordinis Sti. Dominici, qui D. Thomam interpretabatur [3] cum magno audientium applausu in ea Universitate, et, postquam pauca dixisset, sermonem ad P. Franciscum convertit, et de ejus vocatione et mediis, quibus Dominus eum a saeculo revocaverat, multa de oratione et meditatione disserens, cujus fructum esse Patris conversionem asserebat; et ita horam suam cum magno auditorum gaudio absolvit [4]. Et

---

[1] Hoc "festum antiqua religione ac cultu a collegis D. Illephonsi celebratur.„ *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 628.

[2] Vide supra, t. III, pag. 330 annot. 1.

[3] P. Fr. Paschalis Mancio, O. S. D., de quo supra, t. III, pag. 335 et 336.

[4] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 629, annot. 2.

sperari omnino poterat, sic disposita ea Universitate, magnum fructum esse consequuturum, si aliquandiu Compluti haerere potuisset; sed quod tunc gravia negotia non permiserunt, se, cum redire posset, facturum Rectori promisit.

907. Nostri scholastici studia sua diligenter et magna cum quiete prosequebantur, et inter eos aliqui ex optimis ingeniis Universitatis habebantur, id etiam condiscipulis testantibus. Disputationes autem domesticae et litterariae exercitia in singulis facultatibus domi nostrae vigebant, et in singulis, conclusiones, statis temporibus, defendebantur, quamvis ad lectiones publicas Universitatis nostri se conferrent, nec domi quicquam praelegeretur; et proficiebant non mediocriter in eruditione, et externi etiam scholastici cum aedificatione disputationibus [1] aderant.

908. Majo mense P. Villanova simul cum Dre. Vergara [2] Abulam se contulit ut P. Franciscum Borgiam inviserent; et cupiebat Dr. ille a quibusdam beneficiis se expedire, et Collegio Complutensi alia simplicia, pro eorum commutatione habita auctoritate apostolica, applicare, quod postea impetratum est.

909. Erat quidam licentiatus Martinus Compluti, qui de Societate mirifice sentiebat et ad magnum subsidium Ecclesiae suae a Deo missam affirmabat [3]. Hic, cum participationem bo-

---

[1] Scilicet, domesticis seu quae domi nostrae ingenii exercendi gratia habebantur.

[2] Alphonso Ramirez de Vergara.

[3] "En el mismo tiempo ganó el sieruo de Dios con su exemplo á vn Abogado muy célebre que estaua en Alcalá, bien conocido por sus grandes letras y virtud. Llamáuase el Licenciado Diego Martinez, el qual solia leer frequentemente el libro de los Euangelios, mirando con atencion, y suma reuerencia, aquellas palabras de vida, no sin grande gusto que recibia de tan soberana dotrina.

Echaua muchas veces los ojos por el mundo, y por los varios estados que hay en él, buscando con grande ansia, si acaso topasse en alguna parte el Euangelio de Cristo practicado. Dáuale mucha pena ver, quán oluidado estaua en el mundo el vso de los Sacramentos de la confesion y comunion, que Cristo nos dexó para remedio de los pecados, y deseaua sobre manera verle introducido. Este Letrado, recien venidos los nuestros á Alcalá, miraualos atentemente, considerando su modo de proceder; y gustando de lo que en ellos veia, vino á decirse á sí mismo: Hallado he lo que buscaua, he aquí la gente que deseaua. Miraua la humildad y verdad de sus palabras, la fuerza del espíritu con que persuadian, su gran modestia, la caridad y amor que entre sí y con todos tenian, la deuocion continua con Dios, el cuidado y diligencia con que andauan trayendo á todos á la frequencia de los Sacramentos. Todo esto le persuadió, que era aquella gente la Euangélica, que él buscaua, y que él auia pedido muchas veces á Dios: por lo qual les fué siempre muy familiar y deuoto, y continuo pregonero de la virtud y prudencia de nuestro Villanueua.„ Nieremberg, *Varones ilustres, Vida del P. Villanueu*, ed. ant., t. II, pag. 128; novae Bilbaënsis, t. VIII, pag. 17.

norum Societatis a P. Ignatio consequutus esset [1], desiderio proficiendi, vota coadjutorium temporalium Societatis emisit; et, quia conjugatus erat, castitatem conjugalem, ut poterat, vovit, paupertatem autem et obedientiam, more scholasticorum Societatis, et duplici exemplo haec vota ad P. Ignatium Romam misit, quae tamen ille, novum quod hoc esset genus et inusitatum votorum, non admisit, quamvis ad devotionem ipsius et profectum, quod fecerat, comprobare voluit [2].

910. Cum Compluto transiret P. Andreas de Oviedo cum sociis in Aethiopiam pergentibus, adjunctus illi fuit ex eo Collegio Alphonsus Lopez, theologiae studiosus [3]; et tam multi ex aliis hoc ipsum expetebant, ut quam laetus Alphonsus ad hanc missionem proficiscebatur, tam tristes alii non pauci manerent, quod hujusmodi sors eis non contigisset.

911. In aestate aliqui ex nostris Berlangam missi fuerunt [4], et quamvis paucis diebus eo in oppido haererent, concionibus tamen unius ex nostris illa in ecclesia habitis, abusus juramentorum sublatus est, qui etiam in ecclesiasticis regnabat; introducta fuit christiana doctrina, quibusdam pueris hanc exercitationem post nostrorum recessum retinentibus; mater et uxor Marchionis de Berlanga [5] confessiones generales totius vitae fecerunt; et cum semel ex suggestu sacerdos descenderet, sic unus ex primoribus ejus ecclesiae commotus fuerat, ut, ad ejus genua provolutus, se totum in ejus manibus resignaverit, generaliter confessus est, et ad exercitia suscipienda Complutum se venturum promisit; multae paces compositae fuerunt, et populus summopere affectus erga illum concionatorem relictus est.

---

[1] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 165, et t. V, pag. 295 et quae ibi conjectando dicta sunt, annot. 2, confer cum iis, quae hic annot. praecedenti ex NIEREMBERG desumpsimus, et videbis magis huic Didaco Martinez convenire quae hic a Polanco narrantur.

[2] De his plura, non solum ad hunc Martinez spectantia sed etiam ad alios, in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii*.

[3] Alius ab eo, de quo supra, pag. 414, n. 893.

[4] "Por ser este Colegio de Alcalá enfermo los meses de Agosto y Septiembre, procuraba el P. Villanueva enviar los de casa, especialmente á los hermanos estudiantes, repartiéndolos por diversas partes; porque á algunos enviaba á Berlanga donde los aposentaba y regalaba Don Hierónimo de Bivero, Abad de Berlanga.„ CASTRO, *Hist. del Colegio de Alcalá*, lib. V, cap. XII.—Vide infra, n. 915.

[5] Sermo est de primo Marchione de Berlanga, Joanne Sanchez de Velasco et Tovar, cujus uxor erat Joanna Enriquez, et mater Maria de Tovar et Vivero; illa Ducis de Alcalá filia, haec Ducissa de Frias. BURGOS, *Blason de España*, t. III, pag. 44; SALAZAR, *Historia genealógica de la casa de Lara*, t. I, pag. 525.

Similia aliis locis nostris acciderunt, et quibusdam etiam spiritualia exercitia data sunt.

912. Decima octava Augusti [1] profectus est P. Villanova Compluto versus Methymnam Campi, ut ibi se cum P. Francisco conjungeret, et ad fundamenta Collegii Placentini jacienda se converteret. Comitatus est autem Dr. Salinas P. Villanovam, quem diximus anno praeterito [2] Societatem esse ingressum.

913. In civitate etiam seguntina [3] Decanus Cathedralis ecclesiae, vir copiosus ac pius [4], agebat de Collegio Societatis instituendo cum P. Villanova: domum et ecclesiam offerebat, et reditibus dotare, quod facile poterat; sed tunc res effectum non habuit, quamvis, propter insigne Collegium Theologorum, in eadem civitate institutum [5], non exiguam habitandi commoditatem habituri nostri videbantur.

914. Non omittam quod inter alios fructus, qui ex doctrina christiana, quam explicabat P. Emmanuel [6], provenerunt, ille unus et quidem insignis fuit, quod abusus juramentorum in complutensi populo, per confraternitatem Nominis Dei [7] ibidem institutam, magnum remedium accepit; nam eodem Patre in parochia Stae Mariae [8] concionante, et in nostra etiam ecclesia catechismum explicante, homines ad hanc confraternitatem amplectendam commoti fuerunt; et magno cum affectu tam scholastici quam populus ei nomina dederunt. Hac etiam occasione zelus honoris Sti. Nominis Dei in quibusdam etiam concionatoribus est excitatus, qui pro concione rem hanc magnopere commendarunt, et qui nomen Societatis Jesu ignorabant, ex suggestu praedicatorum et cathedris lectorum, illud ad Dei gloriam celebrari audierunt.

Et haec de Complutensi Collegio sint dicta.

---

1 "Al fin de Agosto de 54.„ P. CASTRO, l. c., lib. IV, cap. 1.°

2 "A los 17 de Abril del año 53.„ P. CASTRO, ibid., lib. V, cap. 2.°—Vide etiam supra, t. III, pag. 325, n. 727 et annot. 1.

3 Segontina, *Sigüenza*, Segontia.

4 Vide *Cartas de San Ignacio*, t. V, pag. 109, 475 et 476.

5 Vide LA FUENTE, *Historia de las Universidades en España*, t. II, cap. 1 et 55, et hic supra, pag. 411, n. 886.

6 Vide supra, pag. 408, n. 879.

7 Vide supra, pag. 358, n. 765 et seq.

8 *Majoris* dictae; prima est post collegiatam Sancti Justi et Pastoris ecclesia.

DE CONCHENSI COLLEGIO

ET ALIIS IN PROVINCIA CASTELLAE INCHOATIS

915. Cum mense Martio hujus anni P. Franciscus de Villanova concham ad Drem. Vergaram invisendum, ut superius diximus [1], ivisset, canonicus quidam nomine Petrus del Pozo, qui erga Societatem nostram optime affectus erat [2], paucis illis, scilicet, quinque diebus, quos ibi Villanova exegit, ad institutionem Collegii domos quasdam dare constituit, quae tria millia ducatorum fere valebant, in quodam situ et horto valde commodo; et quia habitatio augenda videbatur, in ipso instrumento donationis, ad aedificandum quod reliquum erat et ecclesiam erigendam sese obligavit. Obtulit interim ducentos et quinquaginta aureos singulis annis, quamdiu viveret, illis de Societate, qui Conchae manerent [3]; quamvis autem veniebat in mentem Patri Villanova quod Conchae Collegium admittere esset Complutense Collegium debilitare, D.ri Vergarae potius videbatur subsidium illi adferri, ut scilicet debiliores et salubriore aëre indigentes Complut. Concham mitti possent [4].

---

[1] Vide supra, pag. 421, n. 908.

[2] Paucis ante annis non ita affectus erga Societatem fuerat. "Alli, en uno de los veranos antecedentes el P. Pedro de Tablares habia aficionado á la Compañía entre otros Prebendados, al Canónigo Pedro del Pozo (que antes nos era muy averso), por medio de los Ejercicios espirituales, de que salió ejemplarmente devoto.„ ALCAZAR, *Chronohistoria de la Provincia de Toledo*, Dec. II, an. IV, cap. I, § 1 et 4.—Vide etiam infra, n. 919.

[3] Haud congruunt haec cum iis, quae habet P. CASTRO, l. c., ubi ait nostros illis initiis Conchae vixisse "sustentándose con las limosnas que daban algunos canónigos y otros eclesiásticos, porque el canónigo Pedro del Pozo no les señaló renta alguna mientras vivió.„ Vide etiam ALCÁZAR, l. c.—Vide tamen infra, nn. 918 et 922.

[4] "No le agradaba al célebre humanista (Antonio de Nebrija) el sitio de Alcalá, algo castigado entonces por tercianas y otras enfermedades, por efecto de la escasa

916. Ad initium ergo hujus Collegii misit P. Franciscus Borgia initio Junii mensis P. Alphonsum Lopez, quem ut socium penes se habebat [1]; et vigesima die hujus mensis, Concham perveniens [2] et hospitio a Dre. Vergara exceptus, coepit quae necessaria erant ad habitationem ibi inchoandam praeparare. Retinuerat sibi, quamdiu viveret, canonicus Petrus del Pozo partem quamdam [3] donatae domus ab alia, in qua nostri habitaturi erant, separatam, quod ille fecerat eo consilio, ut nostrorum familiaritate commodius frui posset; intelligebat enim aequum non esse ut in eadem prorsus habitatione saeculares cum religiosis viverent.

917. Mense autem Septembri proximo, undecima die, qua festum Nominis B.ae Virginis MARIAE ibi celebratur, possessionem domus suae nostris tradere constituerat, quae nihilominus hac aestate ad nostrum usum concinnabatur; simul autem cum P. Alphonso Lopez quinque collegiales complutenses, logices studiosi, missi fuerunt, valetudine parum prospera utentes, qui studia sua prosequerentur, quod et fecerunt cum bonae valetudinis augmento. Missus etiam est Valentia P. Carvajal [4] a P. Natali, quod ibidem parum sanus esset, et hi septem apud D.rem Vergaram habitabant, et confessionibus audiendis sacerdotes vacabant, magnam enim famam P. Stradae praedicationes in multis, et quidem ex primoribus, reliquerant [5], qui nostrorum opera juvari cupiebant; et, cum multi essent viri opulenti, progressum non mediocrem habiturum esse hoc Collegium videbatur. Octo autem numero nostri omnes initio erant, et faciebat

---

corriente del Henares, y los altos cerros que desfavorecen la ventilación y fácil arrastre de vapores.

Murieron algunos colegiales y estudiantes áun en vida de Cisneros y entre ellos un hijo de Nebrija, y á cada uno que moría tornaban á surgir las quejas contra el clima. Hizo Cisneros sembrar mucha bellota en los cerros fronterizos y plantar arbolado en ellos y á orillas del río, pero los pastores, con su carácter cerril y semisalvaje, y áun los labradores, no menos enemigos del arbolado, se encargaron de que éste no prosperase, costumbre feroz de España, en donde los que por la noche han tronchado los árboles, van al día siguiente en rogativa para pedir agua á la Virgen.„ LA FUENTE, *Historia de las Universidades*, t. II, cap. XX.—Vide etiam supra, pag. 422, n. 911.

[1] Vide supra, pag. 414, annot 4 ad n. 893.

[2] Intellige haec de P. Alphonso Lopez, non de P. Francisco Borgia.

[3] Scilicet inferiorem "viviendo el dicho canónigo (Petrus del Pozo) en lo bajo de sus casas, que eran las viejas que estan en la huerta que agora tiene aquel colegio, los de la Compañía vivian en lo alto.„ CASTRO, l. c., lib. V, cap. 12.

[4] Vide supra, pag. 339, annot. 1 ad n. 718.

[5] Vide supra, t. II, pag. 96. n. 225.

religio et charitas Doctoris Vergarae ut disciplina Collegii Complutensis in ipsius domo non desideraretur.

918. Venit autem initio mensis Julii Concham P. Natalis [1], et egit cum canonico Pozo, qui ad domum professam instituendam propensus erat, ut potius Collegium erigeret et dotationem ejus aliqua ratione curaret; et ita animatus fuit canonicus ad reditus quaerendos; quod tamen ipse non potuit [2], alius [3], ut suo tempore videbitur, fecit. Est admodum opulenta Cathedralis ecclesia Conchensis, et ex ea complures canonici in rebus spiritualibus a nostris juvari coeperunt, et de augendo Collegio ac in rebus temporalibus juvando agebant. Amici et consanguinei fundatoris oppugnabant quidem ejus voluntatem, ne facultates suas ecclesiasticas ad promotionem hujus operis conferret; sed eo magis ejus constantia augebatur, quo ab illis magis oppugnabatur.

919. Et tacendum non est quod hic canonicus Pozo Societati aliquando adversarius fuerat [4]; sed, cum manus Domini eum tetigisset, in magnam sui cognitionem veniens, spiritualibus exercitiis institui voluit, in quibus magnopere proficiens, domum, quam ad suas delicias paraverat, fontibus et hortis amoenam, Collegio instituendo, ut diximus, donavit; et ita litem a consanguineis ipsi motam (quibusdam religiosis auctoribus, ut ferebant) sustinuit, et quinta die Septembris nostros in domum suam a domo Dris. Vergarae transtulit, et undecimo ejusdem mensis, ut diximus, possessionem tradidit. Et quia illi quinque juvenes logici tantum ad aestatem exigendam Conchae venerant, Complutum redierunt, et tres alii, ut ibidem residerent, missi sunt, et ita quinque vel sex tantum residere stabiliter Conchae hoc anno coeperunt; et quia scholastici erant, et quibusdam eorum aliquid philosophici cursus deerat, ut praelegeretur eisdem curatum est, et diu satis numerus nostrorum

---

[1] Is 3 Julii hujus anni 1554 literas Conchae dedit ad Patrem Franciscum Villanueva. CASTRO, l. c., lib. v, cap. XII.

[2] Vide supra, pag. 424, n. 915.

[3] "y así, muerto el canónigo Pedro del Pozo, á instancia del Doctor Vergara salió á fundar aquel Colegio el canónigo Pedro de Marquina, que, estando en Roma, habia tenido conocimiento con N. P. Ignacio y mucha devocion, y por él con toda la Compañía.„ CASTRO, ibid.

[4] Vide supra, pag. 424, n. 915.

exiguus ibi retentus est propter graves expensas aedificii, quod postea a fundamentis est inchoatum.

920. Et quamvis duo sacerdotes jam dicti [1] parum excolerent per praedicationem vineam illam [2], confessionibus tamen et spiritualibus exercitiis, quae quibusdam proponi coeperunt, et custodia publica visitanda, et ibi detentorum conscientiis per confessionem expiandis, utilem admodum operam civitati navabant. Erubescebant multi palam ad nostros accedere, prout assolet, cum aliqui, mundano quodam timore, ne nimium boni aliis videantur, a rebus quibusdam abstinent, quae nihilominus utiles forent: primores tamen, et ecclesiastici et saeculares, magnum dilectionis affectum nostris exhibebant. Quamvis autem major pars nostrorum cum Concham venirent, valetudine parum bona uterentur, omnes in illo salubri aëre sani, Deo juvante, effecti sunt. Privata colloquia, praesertim cum aegrotantibus post confessiones habita, non parum ad hominum profectum valere nostri experti sunt.

921. Misso autem in alium locum Patri Carvajal successit P. Pertusa [3], qui, ut erat ad ferendos labores idoneus, multum auxilii P. Alphonso Rectori attulit; optabant nihilominus conchenses concionatorem aliquem Societatis, et ita P. Alphonsus Lopez quadam in parochia in Adventu concionari coepit; et, quamvis in aliis duabus vicinis alii concionarentur, satis frequens habuit auditorium, et fructus non mediocris ex ejus labore consequutus est; et insignis fuit in viro quodam nobili, qui eum assidue audiebat, qui, cum infensus admodum et inimicus esset cuidam filiae suae, quod sine ipsius consensu viro nupserat, nec multi viri primarii ac religiosi impetrare a patre veniam ipsius filiae possent, nec eam videre vellet, cum semel eum P. Alphonsus Lopez esset alloquutus, sic animo emollitus est, ut statim promiserit se in gratiam filiam recepturum; et cum ad nostram ecclesiam filia venisset, magna cum laetitia et mixtis lacrymis patri reconciliata est; quae res a civitate illa eo majoris momenti aestimata fuit, quod, tamquam de plaga incurabili, sibi de hac reconciliatione desperabat.

---

[1] Alphonsus Lopez et Carvajal.

[2] "no tenian talento para predicar.„ ALCAZAR, l. c., cap. 1, § 4, qui tamen id asserit de P. Lopez et P. Pertusa, non de Carvajal

[3] P. Gundisalvus Pertusa.

922. Ante Natalitia festa hujus anni, cum jubilaei gratia Conchae promulgata esset, copiosam admodum messem poenitentium nostri habuerunt; sed nec oblitus est eorum, qui in carcere detinebantur, P. Pertusa, quibus et jubilaeum declaravit, et eorum omnium audivit confessiones, quos ad id inducere potuit, quibus dominica die et Missam dixit, et SSmum. Christi corpus administravit. Cognoscebat canonicus Petrus del Pozo in dies magis beneficium, quod a Domino acceperat, quod in domum suam Societatem nostram induxisset; et ita suum condidit testamentum, quo haeredem faciebat omnium suorum bonorum mobilium Collegium nostrum, et diligenter rationem inire studebat applicandi eidem Collegio trecentos vel quadringentos ducatos annui reditus [1].

923. Inter eos, qui exercitiis spiritualibus instructi fuerunt, sacerdos quidam honoratus et quidam causarum procurator multum aedificationis hominibus dederunt, et posterior officium reliquit, et quae habebat in his expendere decrevit,quae ad conscientiae securitatem juvabant: quemdam etiam laicum, ex exercitiis ad Societatem aspirantem, ad domestica ministeria Rector [admittendum] putavit.

Et haec de initio Conchensis Collegii.

---

924. Hoc eodem anno in eadem Provincia Castellae tria alia Collegia fuerunt inchoata: unum quidem Abulae; alterum autem Septimancis, quamvis potius probationis domus dicenda erat, licet lectiones quaedam grammaticae ibi praelegerentur; tertium Placentiae, de quibus tunc agetur, cum de rebus a P. Francisco Borgia gestis paulo inferius tractabimus.

---

[1] Vide supra, pag. 424 n. 915.

DE COLLEGIO OGNATENSI

AC REBUS P. ARAOZ PROVINCIALIS

925. Superest in provincia Castellae Collegium Ognatense. Versabantur autem nostri primis mensibus hujus anni in eremitorio Divae Magdalenae, quod P. Franciscus aedificiis ad commoditatem nostrorum auxit [1]. Erat autem prope oppidum ognatense, in quo domum egregiam habebat Societas [2]; sed uxor vidua fundatoris, Petri Michaëlis Petri de Araoz [3], eam habitabat. Sed, postquam P. Natalis hac aestate eo venerat, curatum est, adnitente P. Michaële Ochoa [4], ut honestis conditionibus vidua domum relinqueret nostris liberam [5].

926. Inter eos autem, qui cum magna humilitate et charitate in eo Collegiolo versabantur, duo erant valde nobiles juvenes, alter D. Petrus de Lodosa [6], alter N. de Sandoval,

---

[1] Vide supra, t. II, pag. 300, n. 272 et pag. 304, n. 278, et CIENFUEGOS, *Vida del grande San Francisco de Borja*, lib. IV, cap. I, § 2.

[2] Vide supra, t. II, pag. 300, n. 272, et CIENFUEGOS, l. c., lib. III, cap. XII, § 2.

[3] Sic; est tamen fundatoris nomen Petrus Miguelez de Araoz.

[4] Is, cujus jam saepius mentio facta est, Rector erat Collegioli Ognatensis.

[5] Magna laborabat rerum ad victum pertinentium penuria Collegium Ognatense, nec reperiebatur qui ei reditus sive ex ecclesiasticis beneficiis sive aliunde adnecti curaret. "Segun Nuestro Padre es informado, con facilidad mayor se hallará quien quiera dar beneficios ó préstamos para unir al Colegio de Alcalá que á el de Oñate, con esto que aquel Colegio parece á Nuestro Padre de importancia y tanto mas necesidad tiene de ayuda cuanto menos se inclinan las personas á le ayudar, porque los que pueden son tirados de sus affectiones á otras partes y los que quieren comunmente no tendrán manera para ayudar con renta por ser tan pobres los beneficios de aquellas tierras vecinas. V. R. tenga por encomendado en la particion que allá se hará de aquellos mil quinientos de renta y diga al P. Villanueva ó se lo mande escribir que Nuestro Padre holgará que él sea procurador de Oñate y no se contente con lo de Alcalá, sino que ha de tener parte tambien en lo de Oñate, y más lo que á V. R. le paresciere.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal, 24 Februarii 1554.—Scripsit etiam de iis eadem die Patri Antonio de Araoz.

[6] "Don Pedro de Lodosa, Caballero Navarro, que honró con sus virtudes la Compañía y su patria.„ CIENFUEGOS, ibid., lib. IV, cap. II, § 4.—Vida supra, t. II, pag. 601, n. 428.

Ducis Nagerae filius [1]. Quamvis autem ognatenses viciniores haberent nostros, propter quasdam tamen factiones, quas fundator Collegii cum aliis eo in oppido habuerat, et quia intra oppidum ecclesiam nostri non habebant, minus quam alia oppida vicina, immo remota, nostrorum opera utebantur; et ideo operarii nostri potius aliis in locis quam Ognati suam operam juvandis proximis impendebant. Quidam licentiatus Hernani, qui cantabricam linguam tenebat, vir valde pius et eruditus in ea provincia Cantabriae (quam *Biscayam* vocant), inter labores evangelicos in morbum incidens, ad Dominum, assistente eidem P. Michaële Ochoa, quem evocaverat, migravit [2].

---

[1] "Don Alonso Manrique de Sandoval, hijo de los Duques de Nájera, que se hallaba en la Universidad de Oñate, testigo de los ejemplos de Borja.„ Id., ibid.

Hic, sicut et praecedens, Petrus de Lodosa, Societatem ingressi erant Ognati anno 1551, cum prope eam urbem in eremitorio Sanctae Mariae Magdalenae P. Franciscus Borgia versaretur.

Verum circa Alphonsum de Sandoval nonnihil est difficultatis, quam solvendam historicis relinquimus, videlicet: 1.° Estne hic N. de Sandoval unus idemque cum illo Alphonso Manrique de Sandoval, de quo CIENFUEGOS, l. c., et illo Alphonso de Sandoval, de quo CASTRO, *Historia* ms. *del Colegio de Alcalá*, lib. v, cap. 10? - 2.° Eratne filius Ducis Najerae *legitimus?*

I. Primae dubitationi ansam praebet loquendi modus, qui diversus in diversis auctoribus est. a) POLANCUS nomen ignorat, ideoque scribit *N.*—b) CASTRO suum appellat Alphonsum de Sandoval.—c) ALCÁZAR et CIENFUEGOS Alphonsum Manrique de Sandoval.—e) Locum, ubi natus sit, ignorat *Biografía eclesiástica*, t. XXV, pag. 959, quamvis suspicatur eum e Toletana dioecesi oriundum. - d) Eum Najerae natum affirmat CASTRO.—e) Societatem ingressum anno 1551 in Ognatensi eremitorio asserit CIENFUEGOS. - f) CASTRO, et post eum ALCÁZAR, ingressum aiunt Compluti hoc anno 1554.

II. a) ALCÁZAR, l. c., ait expresse hunc fuisse "hijo legítimo de D. Juan Esteban de Sandoval, Duque de Najera.„ Sed b) Dux Najera, de quo hic est sermo, nunquam hoc nomine *Sandoval* fuit usus, sed "Juan Esteban Manrique de Lara,„ et brevius frequentiusque "D. Manrique de Lara.„ Et c) SALAZAR ET CASTRO, *Historia genealógica de la Casa de Lara*, lib. VIII, sub finem capitis IX, expresse etiam inter liberos Ducis habitos "fuera de matrimonio„ enumerat quinto loco "Alonso de Sandoval, que se consagró á Dios en la Compañía de Jesus fué tambien habido durante el matrimonio, y si el apellido (Sandoval) que usó, no le tocaba por su madre, le tomaría en memoria de la Condesa de Treviño su tercera abuela.„

[2] Estne hic ille Parochus oppidi Zumaya, de quo CIENFUEGOS haec scripsit: "Fué tambien digna de la Historia la Vocacion del Vicario de Çumaya, Theologo de mucho Nombre, y Predicador de rara eloqüencia, assi en la lengua Castellana, como en la de aquel Pais, que le avia dado noble cuna. Acababa de venir Peregrino de visitar el Santo Sepulchro, estampando su corazon con su llanto en aquellos Lugares Sagrados de Jerusalen, donde el Autor de la vida imprimió con su Sangre las huellas de su exemplo; y ahora deseava elegir una forma de vida, en que assegurando su Alma, pudiesse con los ministerios de su eloqüencia, y sabiduria assegurar otras muchas de su Patria. Comunicó su pensamiento á Borja, añadiendo que apenas le quedaba ya que resolver, despues de aver visto el Instituto de la Compañía, y que solo aguardáva su respuesta, para pedir humildemente, que le recibiesse el P Ochoa. Alegróse notablemente Francisco, conociendo, que Hombre tan sabio, y eloquente en el nativo Idioma de Vizcaya podia fructificar mucho en aquella tierra, mas no tuvo por conveniente que se rindiesse

927. Ipse autem P. Michaël cum socio Joanne de Vuilla [1], qui cantabricam linguam tenebant, per varia oppida, tam provinciae Guipuzcoae quam Biscaiae, christianam doctrinam docebant. Ab oppido Lequeitio coeperunt, quod mille cives habet [2]; et cum contradictione in eo excepti in initio fuerunt; sed paulatim eo res rediit, Deo cooperante, ut contra honorem esse suum jam ducerent si ad christianam doctrinam non accederent, de his etiam loquendo, qui in oppido primores erant; hic multi ab animarum morbis liberati fuerunt, et alii, qui jam plus quam annum ex morbo corporali decumbebant, benedictione P. Michaëlis accepta, statim sanitati restituti fuerunt. Jam de hoc Patre mentionem fecimus, quod gratiam sanitatis a Domino acceperat [3], et tanta fide aliqui praediti erant, ut a duabus et tribus leucis ad eum venirent aegrotantes, ut benedictionem acciperent; et ita is populus tantum devotionis concepit erga P. Michaëlem, ut alium concionatorem quam ipsum in quadragesima nolebant, vel alium de Societate; et ita missus fuit ille P. Hernani aliquandiu antequam in morbum incideret, et magnum fructum ex praedicatione cepit, et Confraternitas verae Crucis fuit ibi instituta [4], et multa publica vitia extirpata.

á la Compañia por solo el dictamen del que era tan interessado en las glorias della: y asi le mandó buscasse algun hombre de conocido espiritu, de cuya prudencia tomasse dictamen mas desnudo de afecto proprio Passó á la Ciudad de Vitoria, adonde consultó á vn hombre, cuya santidad, y cuya fama avian passado á ser veneración publica. Apenas pronunció las primeras clausulas en su propuesta, quando le atajó con voz mansa: y acercandose á la oreja, le dezia: Si quereis despreciar el Mundo, y hollar bien la vanidad, entrad en la Compañia de Jesus, que esto es lo que quiere Dios de vuestra libertad; y si deseais con eficacia ser Santo, seguid los pasos de Francisco de Borja dentro de la misma Compañia; que quanto os dispusiereis mas á su imitacion, tanto mas ireis creciendo en la santidad. Executólo así, y acreditó bien la profecia, siendo Apostol en la vida, Angel en la pureza, y en el desprecio del Mundo vn Borja.„ L. c., lib. IV, cap. II, § 4.

[1] "El hermano Juan de Hubillos, natural de Motrico, de edad de veintidos años; ha estudiado gramática; ha medio año que está en la Compañía.„ P. Antonius de Araoz, in *Memorial de los que residen en el Colegio de Oñate.*

[2] "Los vecinos de Lequeitio, que al presente (1884) no pasan de cuatrocientos... ántes del incendio de 1425 llegaban á mil seiscientos, como escribe el citado Don Josef Antonio Ibañez de la Rentería.„ Juan Ramon de Iturriza y Zabala, *Historia general de Vizcaya*, lib. III, cap. X.

[3] Vide supra, t. I, pag. 269, n. 232.

[4] Est in parochiali ecclesia Sanctae Mariae in oppido Lequeitio sacellum quoddam Verae Cruci dicatum, ubi confratres hi congregabantur, et in eo "yace en un panteon de jaspe morado Don Ignacio Vicente de Loperena, que murió á los 15 años, 3 meses y cinco dias de su edad en el Real Seminario de nobles de la Compañia de Jesus de Calatayud en 25 de Agosto de 1762, habiendo nacido en dicha villa de Lequeitio en 22 de

928. Inde in oppidum nomine Marchinam [1] se contulit, ubi summa cura ac diligentia christianam doctrinam discere curaverunt. Populus ille in Biscaia primariis viris ac etiam divitiis abundat. Singulis diebus festis processiones fiebant a P. Michaële, quibus omnes usque ad unum intererant nisi morbis impediti essent. Inde redierunt Ognatem, quamvis pauciores ibi quam aliis in locis, ut superius attigi [2], ad christianae doctrinae institutionem accedebant.

929. Sed quia Episcopus Calagurritanus [3] urgebat eum ut per populos Biscaiae [4] discurreret, Ermuam [5] se contulit, et tam ex concionibus quam ex christiana doctrina copiosus ibidem fructus collectus est. Et rediens Marchinam ut videret quomodo se populus is haberet, accidit ut falsus quidam rumor de morte P. Michaëlis ibidem sparsus esset; sed cum juvenis quidam, populo egressus, venientem P. Michaëlem videret, statim ille ad populum rediit, et cum magna exultatione significavit se viventem vidisse P. Michaëlem, et ad ipsos venientem, et campanis prae laetitia pulsatis, eum exceperunt; et cum octo dies consuetis charitatis operibus ibi vacasset, Lequeitium etiam rediit, ubi magna cum laetitia ad doctrinam christianam et ad benedictiones contra morbos accipiendas populus concurrit: curavit autem in hospitali ejus oppidi aliquot cubicula, quae opportuna videbantur extraneis. Cum autem Ermuam rediret, fere ad mediam leucam pueri ac puellae christianam doctrinam cantantes ei occurrebant, et eumdem recedentem non minori spatio prosequuti sunt, et majores natu parvulos humeris deferebant, et vix efficere poterant ut ad oppidum etiam tunc redirent. In oppidum Vergaram se deinde contulerunt; et ibi christianam doctrinam recte etiam didicerunt [6], et ex remotis locis

---

Mayo de 1747, el cual fué de vida ejemplar y la escribió en un tomo de octavo el P. Agustín Abad, Rector de dicho Seminario, y se imprimió el año de 1763 en Calatayud por Joaquin Esteban.„ Id., ibid.

[1] Marquina.

[2] Supra, n. 926

[3] Dr. Joannes Bernal Diaz de Lugo. Vide supra, t. I, II et III, et cave in GAMS, *Series Episcoporum*, pag. 21, col. 2, typographi errorem, quo hujus successor, Dominus Didacus Fernandez de Cordoba, dicitur creatus Calagurritanus Episcopus anno 1550, loco 1556.

[4] Subjacebat tunc Biscaya Episcopo Calagurritano, nunc Victoriensi.

[5] *et Muam* habet ms.; sed error est pro *Ermua*, quod oppidum est prope *Durango*.

[6] Vergarenses cives.

confessionis et benedictionis accipiendae gratia homines eo confluebant; progressi sunt deinde ad alia loca simili cum fructu, qui fuit non minus quam alibi copiosus in oppido Mondragon et in oppido Azpeitiae; nec in illis montibus alii cantus quam *Pater Noster* et aliae orationes audiebantur.

930. P. Provincialis Araoz Collegium illud Ognatense hac aestate invisit: cum enim Princeps, quae regna Hispaniae gubernabat, Joanna, monasterium quoddam monialium Ordinis S.ti Francisci *(discalceatas* vocant) instituere Madridii vellet, amitam P. Francisci Borgiae, magnae sanctitatis ac prudentiae foeminam [1], accersere ex Domo Reginae [2], quo eam venisse diximus [3], ad aliud simile monasterium instituendum voluit, et ad id cum accessisset P. Araoz ad praedictam Reginae Domum (oppidum illud est Comitis stabilis [4] prope provinciam Guipuzcoae) inde ad ognatenses visendos progressus est.

931. Cum autem in regno Navarrae in civitate Olite, qui populus in eo regno nobilis est, medicus quidam olitensis commodas quasdam domos, quas ibi habebat, ad Collegium instituendum offerret; visum est P. Araoz Provinciali eo mittere P. Michaëlem ut res inspiceret, et, praeter domum, quae commoditas ad Collegium instituendum esset referret; at quamvis nullum esset Collegium Societatis in eo regno, et satis opportunus is locus esset, quod caetera necessaria non perinde suppeterent, domus admissae non fuerunt.

932. Recepit P. Araoz litteras, quas ei scriptas retulimus [5], circa provinciae divisionem et officium instituendi Infantis Caroli, de qua re P. Ignatium non admonuerat; sed ille excusatione prorsus honesta, quod ad hoc posterius, immunem a culpa se ostendit; divisionem autem provinciae, ut perutilem Societati agnoscebat, ita gratissimam se habere significabat; quod attinet etiam ad favorem Simoni praestitum, sinceram suam intentionem ostendit.

---

[1] Elisabeth de Borja et Enriquez, quae, postquam religionem ingressa fuit, Francisca a Jesu appellata est. Vide infra, n. 944.

[2] Hispanice *Casa de la Reina.*

[3] Supra, t. II, pag. 611, n. 448.

[4] Petrus Fernandez de Velasco, Dux de Frias, Comes stabilis, Comes stabuli, Comestabilis *(Condestable)* Castellae, de quo saepius sermo incidit supra, t. II et III.

[5] Supra, pag. 386, n. 833.

933. Martio mense cum P. Franciscus Borgia Complutum venturus esset, et ibidem esset P. Natalis Commissarius, eodem se contulit P. Araoz [1], et simul cum P. Francisco Principem Hispaniarum, Philippum, in villa quam *Pardum* vocant [2], simul alloquuti sunt, et ab eodem cum magna significatione amoris excepti. Voluit autem Princeps P. Francisci Borgiae Missam audire. Postridie idem P. Araoz Vallisoletum ad quaedam negotia, quae P. Natalis in Hispania tractabat ad Romani Collegii utilitatem, juvanda venit, et ibi expectaturus erat adventum Principis Joannae, quae ex Portugallia sub aestatis initium ad gubernationem a fratre Philippo, Principe, in Angliam proficiscente, evocata erat.

934. Obruebatur autem nimiis occupationibus P. Araoz: cum enim magna esset existimatio apud populum quod apud Principem Philippum et apud D. Rui Gomez multum auctoritate valeret, vix poterat multitudini ad eum confluentium satisfacere. Admonitus quidem fuit a P. Ignatio ne saecularibus se negotiis immisceret, sed praedicationi potius et Societatis nostrae propriis ministeriis operam daret, et res ejusdem Societatis promovere studeret; sed ille prorsus suas omnes actiones ad Dei gloriam et Societatis utilitatem se dirigere affirmabat, in cujus utilitatem et auctoritatem redundabant quae cum magnatibus, praelatis, et aliis nobilibus agebat, nec exigui momenti esse arbitrabatur ut hi principes et regni proceres nostri Instituti notitiam haberent et de eo bene sentirent; inde enim ad illud diligendum et favore prosequendum adducebantur; et quamvis illi temporalium rerum gratia Patrem Araoz adirent, tamen ipse ad suum scopum honoris Dei et communis boni referre omnia nitebatur, et ut illi privatum, ita ipse Dei et Societatis negotium se agere affirmabat, et multis accidere ut, cum venissent rerum mundanarum gratia, tandem in his, quae ad Dei obsequium pertinent, constitissent, et in mundi negotiis negotia Dei inserere cum Ipsius favore studebat; et quod attinet ad hujusmodi negotia, demum se nulla admittere, de quibus, in

---

[1] Vide supra, pag. 408, n. 881, et pag. 419, n. 905.

[2] Villa haec est regia prope Matritum, in qua duobus post saeculis (an. 1763) decretum signavit Carolus III, Hispaniae Rex, quo exulare a suis dominiis Societatem jubebat.

suggestu concionando, vel in genere vel in specie agere non posset, reprehendendo vel suadendo, constituerat [1].

935. Suggestum fuerat nomine P. Ignatii eidem P. Araoz ut de quibusdam de nostra Societate in Angliam deducendis cum Principe vel ejus ministris, opportuna occasione quaesita, ageret, ut ea ratione illi regno aliquid auxilii Societas adferre niteretur; et fecit id quidem P. Araoz; sed intellexit prudenter hoc agere Principem ut prius ejus regni dispositionem videret, et deinde suo loco et tempore Societatem eo inducere cogitabat; nec alia causa fuit cur de Societate neminem secum Princeps deduceret, quamvis de ea optime sentiret, et optime affectus in eam esset, et ipse praesertim P. Araoz pergratus ipsi et Rui Gomez existeret. Adduxit tamen secum Rex Doctorem illum Siguntinum, Torrensem [2], postea Canariae Episcopum, qui Societatem intimo affectu diligebat [3].

936. Cum autem ageretur de quibusdam viris religiosis, ad regni visitationem, Principis nomine mittendis, commiserat P. Ignatius arbitrio ipsius P. Araoz ut hoc munus vel admitteret vel detrectaret, prout expedire videretur. Futurum autem esse dicebatur horum officium, quasi exploratorum, qui toto in regno observarent quomodo se ministri Regis gererent, et quomodo res ipsae se haberent; ut, si quos invenirent de republica benemereri, eorum ministerio Rex uteretur. Inter hos autem primo loco nominatus fuit P. Araoz; sed cum ille rem odiosam esse nascenti Societati considerasset, quadam cum dexteritate effecit ut, antequam Princeps Philippus quicquam ei praeciperet, ab eo munere suscipiendo se excusaret. Alii viri religiosi magnae auctoritatis missi fuerunt; sed visum fuit non parum utiliter a nostris hoc munus detrectatum; et qui in supremo Consilio Regis erant, contra quos multa inquirere illi religiosi debebant (hoc enim suggesserat D. Didacus de Corduba, qui re-

---

[1] De iis plura in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii*, ubi et Ignatii, et Araozii ad Ignatium, litteras edemus.

[2] Drem. Bartholomaeum de Torres.

[3] "Su quedada (Patris Araoz) en España no dudamos ayudará para las cosas de su provincia; y por los principios tampoco parece probable que se estenderá mucho en cosas de esta calidad en Inglaterra; y en ir allá el Doctor Torres de Sigüenza y estar con el Príncipe el Sr. Ruy Gomez y el Sr. Gonzalo Perez, harán que sean llamados los nuestros de Inglaterra, en especial si pasa el Cardenal Polo allá, como creemos pasará.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal 21 Junii 1554.—Vide infra, n. 1041.

gium Consilium visitabat), in optimam partem acceperunt et cum magna aedificatione quod a nostris hoc officium non sit admissum [1].

937. Quod attinet ad praedicationem, nominaverat quidem Rex P. Araoz inter concionatores, quos erat auditurus; sed hac quadragesima, ut superius tetigimus, Complutum et Vallisoletum ire P. Araoz debuit, et ideo in curia concionatus non est; et libenter eo tempore ab hoc concionandi munere abstinuit, cum multa, quae ad bonum universale regni pertinebant et ejus gubernationem, aliter se haberent, quam homines expedire judicarent; et contra hujusmodi defectus a P. Araoz multa dicenda esse expectabant, quae utilius ab eo taceri et aliis relinqui poterant [2].

938. Vallisoleto egressus est ex praescripto P. Natalis P. Araoz ut Zamorae D. Rui Gomez alloqueretur de rebus quibusdam non exigui momenti; sed cum in oppido Albae [3] commodius se posse negotia haec transigere speraret (distat autem Alba quatuor leucis Salmantica) eo se conferre decrevit, et praemisit P. Bartholomaeum Fernandez Alvarez [4], ut, cum opportunum esset, Salmantica ipsum evocaret. Consolatus est interim non mediocriter collegiales nostros Salmanticenses, et spiritualibus colloquiis instruxit, et in quibusdam monialium monasteriis cum satisfactione magna urbis concionatus est, et si potuisset ibidem haerere, magnus utique fructus consequuturus in ea civitate videbatur; sed non id licebat, cum, adveniente Joanna Principe, Vallisoleti ex praescripto P. Francisci esse deberet.

---

[1] "Bien parece á Nuestro Padre que evite V. R. aquel cargo de mirar como vá el gobierno, porque aunque seria útil por una parte, en estos principios á quien tiene tal cargo, no parece son al propósito asumptos odiosos á tales personas.„ Polancus, *ex com.*, Patri Antonio de Araoz, 23 Junii 1554.

[2] Subobscure satis haec dicta sunt nec quid lucis eruere valemus ex litteris hoc tempore ab Araoz aliisque Patribus ex Hispania ad Ignatium datis et ex Ignatii responsis. Reperire quidem est apud scriptores nonnihil querelarum motum esse a viris quandoque gravissimis sanctissimisque adversus quaedam ad regni gubernationem spectantia. Sed caute legendi praesertim exteri, quique ex nostratibus ab exteris edoceri amant quid de rebus Hispaniae sit tenendum.

[3] Alba de Tormes.

[4] Nondum hujus Bartholomaei Fernandez Alvarez mentio in hoc *Chronico* incidit nec in illius temporis monumentis; quare suspicamur permixta hic nomina esse Patris Bartholomaei Hernandez, Salmanticensis Collegii Rectoris, et Patris Ferdinandi Alvarez, de quo jam saepius in hoc *Chronico* actum.

939. Albam ergo veniens, eadem illa nocte a D. Rui Gomez vocatus fuit, et cum illo prolixe loquutus, et nonnihil etiam cum Principe Philippo, quaecumque curanda illi erant, obtinuit. Postridie Dux Albae [1] cum eodem etiam fusius loquutus est, a quo rediens, cum in monasterio monialium missam celebrasset, ubi multae nobiles et ipsius Ducis consanguineae versabantur [2], cum ille jam egrederetur templo ut domum rediret, vocatus est ab Abbatissa ut in loco ad externorum colloquia deputato eum alloqueretur; ibi ergo religiosae illae tantopere P. Araoz urserunt ut aliqua de Deo ipsis diceret, ut amplius quam horam integram concionari eis debuerit, et dedit illi Dominus tantam sui spiritus ac dicendi vim, ut omnes in fletum concitaverit et aedificationis atque admirationis plenae, faterentur se prius non intellexisse quid esset religiose vivere, et ubi sedebant, scilicet, in ipso pavimento, diu jacuerunt, compunctioni vacantes, ubi concionem audierant, et vitam mutandi propositum firmum conceperunt, et orationi ac recollectioni vacandi.

940. Impetrarunt autem a P. Araoz ut apud se aliquot dies relinqueret Patrem Fernandez ut ei confiterentur aliquae ex ipsis. Concionatus fuerat idem P. Fernandez apud easdem aliquoties ante P. Araoz adventum et apud alterius, quod ibi etiam est [monasterii] religiosas, nec poenitendus ex illo populo fructus collectus est: inde Tordesillas profectus est P. Araoz, quo venerat Princeps Joanna, et unum diem tantum ibi exegit: in ea tamen concionem habuit in palatio coram nobilibus ejus curiae foeminis cum magna ipsarum commotione et multis lacrymis [3]: inde proficiscens Vallisoletum undecima julii pervenit.

941. Crescebat autem in dies bona Societatis existimatio, et ad tam multa loca nostri petebantur, ut pauculos operarios dividere in plura frusta oporteret, si ad ea omnia mitti oportuisset. Princeps Joanna [4] et tota ipsius domus in rebus spiri-

---

[1] D. Ferdinandus Alvarez de Toledo, Tertius Dux de Alba, qui non multis post annis gubernator Flandriae fuit.

[2] Sermo est de Monasterio "de Santa Isabel, de la tercera órden de San Francisco, sujeto á la Congregación de los Benedictinos, fundado en 1481 por la viuda de D. Francisco Maldonado, Doña Aldonza Ruiz de Barrientos, que tomó el hábito con otras doce señoras de la ilustre familia de los patronos, los referidos duques. Santa Teresa se hospedó en él al venir á fundar el de Carmelitas.„ Madoz, l. c., t. I, pag. 235.

[3] Ibi morabatur, morti jam vicina, Regina Joanna, Caroli V mater.

[4] Joannam intellige, Philippi II sororem et, eo absente, Hispaniae gubernatricem

tualibus cum magna totius regni aedificatione procedebat; et coepit in palatio P. Franciscus concionari de his, quae ad christianam doctrinam pertinebant [1]; sed eo ad alia loca recedente, P. Araoz conciones has prosequutus est, praeter alias ordinarias, quas in palatio habere solitus erat; et tantopere frequentare confessiones ejus curiae homines utriusque sexus coeperunt; ut oporteret aliquos confessarios semper expeditos esse ad palatii confessiones audiendas, praeter eas quae domi nostrae satis crebrae audiebantur; et quamvis catarrho quodam molesto ad pectus descendente P. Araoz laboraret, nec in palatio, nec in civitate consuetas conciones intermisit; et tantopere eum Princeps Joanna occupabat, ut rem nullam, quae alicujus esset momenti, sine ipsius sententia, quam audire omnino volebat, decerneret; sed ex his ejus laboribus et aliis, quos cum variis hominibus ejus curiae subire necesse erat, multum utilitatis ad universale bonum et etiam ad Societatis auctoritatem redundabat.

942. Unde non mirum est si Vicecomes Altamirae domum suam valde bonam, quam habebat, collegio nostro Vallisoleti conjunctam vendere nostris voluerit, cujus pretium ipsa Princeps Joanna Societati obtulit: situs autem ejusdem Collegii tam erat opportunus ad hominum concursum, ut quamvis alii situs ac domus offerrentur, potius existimaret manendum esse apud S. Antonium, ubi prius erat, et vicinas aliquas domos emendas, quamvis haec plus quam tribus millibus ducatorum constitit [2].

943. Marchio de Villena [3] et alii ex primoribus Collegia Societatis postulabant, sed non omnibus satisfieri poterat [4].

944. Veneranda illa et sancta religiosa, quae soror Franci-

---

[1] Quae P. Franciscus de Borja verbi Dei praedicatione et vitae exemplo Vallisoleti in palatio Principis Joannae gessit obtinuitque, enarrat CIENFUEGOS, l. c., lib. IV, cap. X. Ea paucis abhinc annis exposuit novisque adornavit curis *Josephus Fernandez Montaña* in hebdomadaria ephemeride *Semana Católica* Matritensi.

[2] Vide supra, pag. 396, n. 855.

[3] "D. Francisco Pacheco y Bobadilla, cuarto duque de Escalona, marqués de Villena y de Moya, conde de Jiquena y de San Estéban de Gormaz y señor de Belmonte y de sus tierras.„ BURGOS, *Blason de España*, t. II, pag. 317.

[4] Quinam aliqui ex his primoribus erant et ubinam Societatis Collegia erigi postulabant, videbitur in *Nova Serie epistolarum Sancti Ignatii* et in aliorum litteris praesentim Patrum Araoz et Natalis.

sca dicebatur, P. Francisci Borgiae amita [1], postquam mensem unum Madridii exegisset [2], ex monasterio Domus Reginae adveniens cum quibusdam aliis, ex pleuritide 16.ª Octobris [3] ad Dominum migravit, magna aedificatione et odore suae sanctitatis apud omnes relicto, nec minore sui desiderio, praesertim apud Principem Joannam, quae intimo sensu doloris hanc ejus mortem tulit [4]. Summo illa charitatis et devotionis affectu Societatem nostram prosequuta semper fuerat.

945. Hoc eodem tempore circa executionem Concilii Tridentini, quae illo in regno tunc incoepta fuerat, litteras aliquas Apostolicas Summus Pontifex in Hispaniam miserat [5]; et quamvis nonnihil tempestatis oboriri coepisset [6], cum regnum illud

---

[1] Vide supra, pag. 433, n. 930, et 1.° observa hujus nobilis foeminae cognomen secundum, antequam religionem ingrederetur, ab aliis dici *Aragon*, ab aliis vero, ex matris cognomine, *Enriquez*.—2.° corrige duplicem errorem, qui ex ed. prima operis *Varones ilustres de la Compañia de Jesus*, t. IV, pag. 634. irrepsit in secundam edit. Bilbaënsem, t. IX, pag. 31, ubi dicitur haec *filia* Sancti Francisci Borgia et, antequam religionem ingrederetur, appellari *Francisca*.

[2] Emendandus hic est Polancus, et loco *Madridii* scribendum *Vallisoleti;* nam verum est quod ex CARRILLO, *Historia de las Descalzas Reales de Madrid*, parte I, lib. I, cap. 2, exscripsit XIMENO: "y aunque no llegó á Madrid, porque en Valladolid rindió su alma en manos de su Esposo, sin embargo no perdió el título de primera fundadora de las Señoras Descalzas Reales de Madrid, como ni Moyses el de Capitan y Caudillo del pueblo de Israel, aunque falleció antes de entrar en la tierra prometida.„ *Escritores del Reino de Valencia*, t. I, pag. 130.

[3] 25.ª Octobris, ait P. NONELL, *La Santa Duquesa*, cap. XVIII.–28.ª Octobris et quidem anni 1557, scribit XIMENO, *Escritores del Reino de Valencia*, t. I, pag. 130; sed hoc, quod ad annum attinet, recte corrigit NONELL his verbis: "En la *Historia del convento de Santa Clara de Gandia*, impresa en esta ciudad en 1882, se dice en la pág. 56 que Sor Francisca murió á los 25 de Octubre de 1557. Ha de estar equivocada la última cifra del año, pues San Ignacio habia muerto en [antes de Octubre] 1556, y la carta que vamos á citar (*Cartas de San Ignacio*, carta DXCIX, t. V, pag. 37) es con certeza de 1555 y se refiere á la muerte de aquella santa religiosa.„ *Ibid.* cap. XVII, pag. 149, annot. 1.

[4] Vide NIEREMBERG, *Vida del P. Doctor Antonio de Araoz* in *Varones ilustres de la Compañia de Jesus*, ed. antiq., t. IV, pag. 623; recentis Bilbaënsis, t. IX, pag. 13.

[5] Sermo est de litteris apostolicis a Julio III datis 30 Augusti hujus anni 1554.

[6] Tempestatis hujus causa praecipua erat executio decreti Concilii circa visitationem Capitulorum ecclesiarum cathedralium ab Episcopis faciendam, Sess. VI, Decret. *de Reformatione*, cap. IV, cujus observatio urgeri videbatur verbis postremis decreti suspensionis Concilii, Sess. XVI: "Interea tamen... statuta et decreta.„—"Los señores Obispos se apresuraron generalmente á poner por obra los decretos de Trento, teniendo algunos que luchar no poco para que fuese reconocida su autoridad en lo relativo á la jurisdicción y visita de sus Cabildos. Alegaban éstos que en virtud del mencionado decreto conciliar no se habia dado á los Prelados más facultad para visitar y corregir á los Cabildos, que la que les correspondía según el derecho antiguo; respondían los Obispos que el fin del Concilio y el espíritu de los Padres, que redactaron el decreto, fué favorecer la jurisdicción episcopal que estaba menguada por tantas exenciones, concordias, sentencias y juramentos, como claramente lo indicaba la letra del decreto cuyo sentido ellos tenian más motivos para entenderlo, por haber asistido á su redacción y votación.

Sin embargo, algunos Cabildos, como los de Gerona, Lérida y Pamplona, opusieron

Sedi Apostolicae tam sit obediens, brevi eam conquieturam nostri sperabant. P. Araoz Nuncium Apostolicum [1] statim adivit, et suam omnem operam et totius Societatis officiose obtulit (postquam ei quomodo se res haberet exposuisset), si quid ad Sedis Apostolicae obsequium a nostris factum vellet, et Nuncius magni fecit animi promptitudinem et officium quod offerebatur; semper autem Gubernatrix Joanna ad Summi Pontificis obedientiam perlibenter se submittebat [2]. Admonuerat quidem

---

no pequeños obstáculos, protestando é interponiendo apelaciones. Conducíanse los Prelados con toda clase de consideraciones para arreglar el asunto amigablemente, pero ellos encastillados en sus privilegios y exenciones, se negaban á toda reclamación por parte de los Obispos *(Compendio de Historia eclesiástica general,* por D. FRANCISCO DE ASÍS AGUILAR, tomo segundo, pag. 169. Madrid, 1877); llegando el caso de que habiendo avisado el Prelado que procedería á visitar su iglesia catedral, y presentándose en el atrio ó cementerio el día señalado revestido de pontifical, acompañado del clero parroquial con sus cruces, de las autoridades y de todo el pueblo, no quiso el Cabildo salir á recibirle ni aun abrirle las puertas del templo, teniendo que volverse corrido y abochornado á su palacio varias veces, que intentó practicar la visita. (Así sucedió en la Iglesia Catedral de Pamplona con los Obispos D. Alvaro de Moscoso y D. Diego Ramirez Sedeño de Fuenleal. Véase la *Historia de la Iglesia y Obispos de Pamplona, Real y Eclesiástica del Reino de Navarra...* por el DOCTOR D. GREGORIO FERNÁNDEZ PEREZ, tomo II, pag. 256 y sigts. Madrid, 1820.)

Solamente después de tentar todos los medios que sugería la benignidad apostólica, tuvieron los Prelados necesidad de usar de su autoridad, declarando excomulgados con excomunión mayor á todos los Canónigos rebeldes y cuantos les prestasen auxilio, consejo ó favor. Pero ellos se reían y despreciaban tal excomunión diciendo, que en virtud de unas letras del Papa Julio III de 30 de Agosto del año 1554, había cesado la jurisdicción del Obispo por haber admitido el Pontífice sus apelaciones y abocado á sí el conocimiento de esta causa; y en tal sentido continuaban celebrando y asistiendo á los divinos oficios, como si no fuesen excomulgados, llegando al extremo de arrojar del púlpito en alguna Catedral de España al Secretario del Obispo, cuando, por mandato de su señor, había subido á publicar el decreto de excomunión contra los Canónigos. „ ARIGITA, *El Doctor Navarro, Don Martin de Azpilcueta y sus obras,* cap. X, § 3.—Vide etiam *Cartas de San Ignacio,* t. IV, pag. 371.

[1] Leonardus Marini, seu de Marinis, Episcopus Laodicensis, postea Lancianensis Archiepiscopus et tandem Albensis, qui sub finem anni 1553 Cardinali Poggio, ex Hispania in Italiam abeunti, successit.—"Poggio debió salir de la Corte (Hispaniae) en los primeros dias del mes de Septiembre (1553), pues por lo menos hasta el 1.º de dicho mes corrió á su cargo la administracion en España de la Cámara apostólica. Reemplazó al Cardenal Poggio en la Nunciatura cerca del Príncipe Regente Don Felipe, Mons. Leo nardo Marini, Obispo de Laodicea, nombrado por Breve de 29 de Marzo de 1553.„ EDUARDO DE HINOJOSA, *Los despachos de la diplomacia pontificia en España,* t. I, cap. 2, pag. 87 et 88.—"Philippum Regem, Caroli filium, in Angliam ad Mariam Reginam matrimonio sibi junctam transfretantem benedixit.„ UGHELLI, *Italia sacra,* t. IV, col. 293.

Atque his positis observa ea, quae supra, pag. 359, n. 766, a Polanco dicta sunt de facultate, quam Cardinalis Poggius suis litteris contestatam dedit Petro Domenech ubique locorum Nominis Jesu confraternitates instituendi, non ad hunc annum 1554 pertinere sed ad praecedentem 1553.

[2] Mense tamen Novembri hujus anni 1554 litteras Episcopo Pampilonensi dedit, in quibus non satis morem gerere videtur iis, quae Julius III litteris supra memoratis diei 30 Augusti praeceperat: quamvis verum est jam eo tempore ut et paulo post sub

Nuntius P. Araoz quod die sequenti ad eum vellet accedere et quaedam ipsi negotia magni momenti communicare; sed praevenit eum P. Araoz [1]. Missus fuit autem nuntius quidam per equos dispositos ad Imperatorem ea de re; et sicut P. Ignatius nostris ac potissimum Patri Araoz commendaverat, omne studium adhibebant ut quae Summus Pontifex statueret, illis in regnis, ut par erat, admitterentur.

946. De Domino Henrico de la Cueva admonuit P. Araoz P. Ignatium quod, quamvis doctus et optimo ingenio praeditus esset, quod tamen valetudine corporis esset imbecilla, non admodum aptus ad Societatis institutum videbatur; et quia Consilium Inquisitionis in quaedam ipsius facta inquiri voluerat, dum esset conchensis Inquisitor ac Visitator, et a quibusdam parum constans haberetur, non ad aedificationem futurum esse censebat si in Societatem admitteretur [2].

947. Cum ex Provincia Castellae tres socios dari P. Andreae de Oviedo, ad missionem Aethiopicam, P. Ignatius jussisset, illi praeparati fuerunt, et in transitu versus Portugalliam ei adjuncti [3].

Et haec de P. Araoz, Provinciali Castellae.

Pauli IV Pontificatu controversum apud jurisperitos fuisse an tenerentur Principes obedire iis Pontificum jussionibus, quae Concilii decretis adversari videbantur. Vide, ex. gr., inter alia de hac re plura, *Parescer del Doctor Navarro sobre el decreto del Tridentino quanto á los Cabildos,* apud ARIGITA, l. c., pag. 585.

[1] "Immunitatem ecclesiasticam in Hispaniarum regnis periclitantem adversus regios consiliarios eximie sustinuit. Praelatos Capitulave inter se dissidentes, sua auctoritate composuit fecitque ut decreta, nuper sub Paulo et Julio III in Concilio Tridentino sancita, illibata servarentur.„ UGHELLI, l. c.

[2] Vide supra, praesertim t. III, pag. 429, n. 949, et *Cartas de San Ignacio,* t. IV et V.

[3] Vide *Cartas de San Ignacio,* t. V, passim, sed praecipue pag. 87, annot. 3.

DE PROVINCIA BAETICAE

AC PRIMO

DE COLLEGIO CORDUBENSI

948. Quamvis ex pluribus locis Baeticae provinciae (quam *Andaluciam* vulgo vocant) Societas ad Collegia instituenda peteretur, cum tamen P. Michaël de Torres in Provincialem ejus provinciae primus electus est, Collegium Cordubense solum erectum erat, et ei primo Rector praefectus P. Antonius de Corduba; ut facile sit videre partem hanc Hispaniae a provincia Castellae sejunctam fuisse, et Praepositum Provincialem creatum, non tam ut erecta collegia vel domus gubernaret, quam ut erigenda curaret. Susceperat autem hujus Collegii instituendi curam Dna. Marchionissa de Pliego [1]; et cum ipsa ex patrimonio suo erigere illud ac dotare non posset, quod, aere alieno gravata, filiis subvenire teneretur, voluit ut reditus ecclesiastici, quos filio Antonio de Corduba curaverat, vel potius alii, ex permutatione cum illis habiti, Collegio instituendo applicarentur [2]; et a civitate exegerat, ut cum ipsa ad institutionem

---

[1] Vide supra, praesertim t. III, passim.

[2] "Como siempre tuvo la mira el Padre Don Antonio, á que en Córdoba se fundase Colegio de la Compañía, esperando de aquí grandes augmentos para la religión: y que de esta raiz se producirian nuevos arboles que viniesen á componer el ameno jardin de esta Provincia, siempre atendió á ayudarle lo que le fué posible de su caudal. Con la renta de sus beneficios, antes que llegase á resignarlos en favor de la Compañía, ayudaba con ordinarios socorros á los aprietos del Colegio. Sabemos que pasaron de cuatro mil ducados, con que en veces le socorrió. No cuento ahora las extraordinarias, y grandes, como continuas y secretas limosnas, que por su respecto les hacia á los nuestros la Marquesa de Priego su Madre. No contento con esto hizo extraordinarias diligencias, empeñó su autoridad, y la de sus parientes y deudos, que tenia, tan grandes Príncipes en España y fuera, para que la silla apostólica anejase algunos de sus be-

Collegii conveniret, ad cujus constructionem pollicebatur situm vel domum, quae fere tria millia ducatorum valebat, et se curaturam applicationem redituum jam dictorum. Civitas autem libenter conditionem admisit, aedificandi scilicet Collegii, et ad hoc ipsum tria millia ducatorum civitas promiserat, et ad P. Antonium scripserat ut, ad rem inchoandam, Cordubam accederet, et suos reditus ecclesiasticos ut donaret, quod Studium Generale Cordubae erigeret, obnixe rogabat.

949. Et sic anno praecedenti, cum P. Franciscus, in Portugalliam proficiscens, Marchionissae gratificari eo tempore non posset ut ipsemet Cordubam veniret, censuit P. Antonium eo venire debere: dedit autem P. Provincialis aliquos, qui lectiones inchoarent, quos Marchionissa se sustentaturam promisit, donec ex applicatis reditibus ecclesiasticis filii sui Antonii sustentari possent, et ita sub finem anni praeteriti primo Montillam, deinde Cordubam, ut superius dictum est, nostri venerunt, et, accedente P. Villanova, Collegium inchoatum est [1].

950. Sed cum domus ipsius P. Antonii necessaria commoditate ad scholas aptandas careret, et alia quaereretur, D. Joannes de Corduba [2], prius a Societate satis alienus, in gratiam P. Antonii quamdam suam domum, quae ad scholas tenendas commoda videbatur, obtulit, et, ut diximus, animo prorsus mutato, non illas tantum domos, quae petebantur, sed quas ipse inhabitabat, quas fecerat ipse et igne consumptas refecerat, in quibus triginta fere millia ducatorum expenderat, dare tandem voluit, et post adventum P. Francisci rem ad effectum deduxit, rem admodum probante magistro Joanne de Avila, cujus sententiam D. Joannes de Corduba Decanus plurimi faciebat. Et

---

neficios á el Colegio de Córdoba. Goza él por su liberalidad y buena diligencia un beneficio en la parroquial de San Lorenzo de Córdoba: la prestamera de Bujalance, Belmez, Aldea del Rio y Mingos, que es del Obispado de Córdoba. Otro beneficio en Cazalla de la Sierra, Arzobispado de Sevilla, y un beneficio en Santa Marina de Andujar del Obispado de Jaén, que todos juntos un año con otro harán de renta mil ducados. La unión de aquestas piezas hizo el Papa Pio 4.º en 19 dias del mes de Diciembre del año de 1560 que fué el primero de su pontificado.„ SANTIVAÑEZ, *Historia de la Provincia de Andalucia de la Compañia de Jesus*, parte I, lib. I, cap. XIV, n. 12.—Vide etiam DELPLACE, *Acta Sanctae Sedis in causa Societatis Jesu*, I, pag. 19, n. 3, et pag. 20, n. 5!

[1] Vide supra, t. III, pag. 362 365, nn. 794-802.

[2] Joannes de Corduba, ut notum est, ecclesiae Cordubensis Decanus erat. Vide supra, t. III.—Ejus gesta fuse enarrat SANTIVAÑEZ, l. c.—Vide etiam *Cartas de San Ignacio*, t. IV et V; plura de eo dabit *Nova Series litterarum Sancti Ignatii*.

cum id bonum opus fuisset exequutus, suspiciebat Dei erga se misericordiam, quod dignaretur per suos servos domum illam inhabitare, in qua ludi et alia mundana, immo etiam profana multa, prius locum habuerant. Promisit deinde sacellum se erecturum, ubi cum suis fratribus sepeliretur, et tam serio donaverat suam domum Deo ut etiam insignia sua, quae *arma* vocant, parietibus haerentia, tollere cuperet, ut nomen etiam ejus, qui aedificaverat domum, obliteraretur; et nostros, quos hospitio domi suae exceperat, ad illam suam domum, quae ab eo prius postulabatur, deduxit; interim dum ad usum Collegii praecipuam illam domum suam aptabat.

951. Nostri itaque ornatam, et suis ministeriis accommodatam, expensis ipsius D. Joannis (quae fere mille ducatorum fuerunt), inhabitare domum istam coeperunt, in qua aliquandiu haesit Collegium, antequam ad praecipuam et propriam domum transiret. Ad scholas autem, postquam apertae fuerunt, tam multi scholastici accedebant, ut vix penes alios praeceptores cordubenses quisquam maneret, immo illi ipsi praeceptores suos ut ad nostrum Collegium venirent excitabant. Quamvis autem quatuor grammatices classes solum essent apertae, cum una lectione rhetorices Pater Natalis, Domini Joannis et Magistri Avilae [suasu] motus, lectionem aliam graecae linguae, atque aliam casuum conscientiae adjecit [1]. Foecunda optimis ingeniis Corduba est [2], et ita qui ad scholas veniebant scholastici egregie in litteris proficiebant; ad quadringentos fere eorum numerus accedebat, qui honesto admodum habitu, paliis videlicet oblongis et pileis ecclesiasticis, more salmanticensium, utebantur. Qui studebant rhetoricae suas habebant declamationes, et positiones rhetoricas, disputationis gratia, defendebant; graecam grammaticam tam feliciter quidam didicere, ut eamdem docere possent, et in compositionibus graecis se exercebant; et qui perseveraverunt in hoc studio [3], aliis omissis, triginta fuerunt.

---

[1] Linguae graecae lectio obtingit Patri Jaën; casus conscientiae alternatim explicabant P. Michaël de Torres et P. Dr. Joannes de la Plaza. Vide infra, n. 953 et ALCAZAR, l. c., Dec. II, an. III, cap. II, § 2.

[2] "Para los andaluces hay necesidad de tener quince sentidos, no cinco, porque son agudos y perspicaces de ingenio, astutos, sagaces y no nada miserables: esto y más tienen, si son cordobeses.„ Ex CERVANTES DE SAAVEDRA, LA FUENTE, l. c., t. II, cap LXXIV.—Vide etiam SANTIVAÑEZ, l. c., lib. I, cap. 4.

[3] Graecae scilicet linguae et rhetorices.

952. Inter hos autem scholasticos multi octavo quoque die confitebantur et communicabant, et orationi etiam mentali se dedebant, et multi eorum ad religionem S.ti Dominici, Francisci, et etiam ad nostram aspirabant. Hortabatur autem hujusmodi scholasticos confessarius ut media nocte surgere, flagellis se caedere, et alia hujusmodi facere experirentur, quae in illis religionibus fieri solent, ad quas erant propensi, ne temere ingressi et asperitatem non ferentes deficerent. Novum prorsus erat in studiis cordubensibus ut in compositionibus et etiam in loquendo latine scholastici se exercerent; sed in hac etiam parte nostris in scholis profecerunt. Itaque non tantum in moribus ac spiritualibus rebus, sed etiam in litteris profectus eorum plane cognoscebatur, immo et in pueris, qui tantum ad lectionem christianae doctrinae accedebant; quae res eo magis visenda Cordubae erat, quo pueri solent ibi esse vivaciores et minus compositi. Tota demum civitas fructum novi Collegii percipiebat, et in animo habebant magistratus academiam non sine copioso proventu instituere. Servabatur autem in scholis ea ratio omnino, quam constitutiones exigunt, quam P. Natalis, cum praesens esset, docuerat.

953. Interpretabatur autem Dr. Joannes de Plaza (unus ex illis doctoribus seguntinis, qui Societatem anno praecedenti ingressi fuerant [1]) Summam Cajetani de casibus conscientiae [2] apte admodum, ut ex illis auditoribus percipi poterat: graecas autem litteras docebat P. Jaën, qui Compluti easdem docuerat [3]; Mag. Marcellus [4], rhetoricam interpretari auspicatus, propter adversam valetudinem ab ea supersedit; sed Mag. Antiquus Rocha [5] ei successit; alii classibus inferioribus praeerant [6].

954. Erat autem admirationi parentibus cum tam subitam

---

[1] Vide supra, t. III; pag. 324, n. 726 et pag. 325, annot. 1.

[2] "Summam de casibus e sua patria Caietanam dictam, compendiosam ac resolutam, tamquam memoriale quoddam pro doctis„. Altamura, *Bibliotheca Dominicana*, Centuria quarta, ann. 1534, art. *Thomas de Vio, Caietanus*.

[3] Vide supra, pag. 412, n. 890.

[4] Marcellus de Salazar, nondum sacerdos, de quo supra, t. III, pag. 372, annot. 1 et pag. 376, n. 827.

[5] Hunc, cujus jam mentio facta est supra, t. II, pag. 661, n. 549, et in *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 70, 76 et 210, *Joannem* apellat Santivañez, l. c., part. I, lib. I, cap. XII, n. 2.

[6] Scilicet, P. Benedictus, de quo vide supra, t. III, pag. 316, n. 706 et annot. 1, et P. Michaël Ramirez.

morum in filiis mutationem viderent, abolita esse juramenta, evanuisse ludos, christianam doctrinam eos audire, diebus veneris in suis classibus, dominicis autem in nostro sacello. Itaque tam nobiles quam ignobiles vix patres se existimabant, si filios ad nostros non mitterent. Ad graecam autem lectionem et casuum conscientiae ac rhetorices etiam viri saeculares et ecclesiasticii, et quidem inter eos nobiles valde, accedebant; quamvis uterque eorum, qui rhetoricam docebat, in morbum inciderunt [1]; et quamvis in initio durum videretur scholasticis singulis mensibus confiteri, ipsimet postea confessionem, et quidem instanter, petebant; et tam multi accedebant, etiam aestivo tempore, ut jam excludi complures oporteret quod classes eos non caperent; et ideo magis optabatur, ut jam liceret in magnam domum D. Joannis de Corduba transire; sed cum nondum esset praeparata, res differenda erat.

955. Properabat ipse nihilominus, quoad ejus fieri poterat, in ea concinnanda, nam in dies videbatur eum Dnus. magis animare et majorem erga Societatem affectum charitatis eidem infundere: crebro nostros invisebat, et ipsorum de Deo colloquiis avide intererat; et in primo festo Pentecostes, cum duobus aliis canonicis ad Collegium nostrum veniens, Missam ipse celebravit cum cantoribus et organis; et postquam spiritualem consolationem nostris dedit, addidit et corporalem refectionem et cum nostris pransus est, cum ipse cibos praeparari jussisset; et magnopere laetatus est cum P. Doctore Torrensi [2], novo Provinciali, qui ipsa vigilia Pentecostes Cordubam pervenerat. Et dicebat se non aegre ferre quod aliqui ex nostris Corduba recederent (alii tamen graviter senserant P. Francisci Borgiae et P. Bustamante recessum [3]); et rationem addebat, quod tota Societas una atque eadem videretur. Habebat autem in animo ad instaurationem studiorum, scilicet, ad festum Divi Lucae, domum suam majorem praeparatam habere, ut eo nostri commigrare possent, ut aulae ampliores majorem discipulorum numerum caperent.

956. Civitas haec Cordubensis in medio totius Baeticae sita

---

[1] Scilicet Salazar, et qui ei successerat, Roca.
[2] P. Michaël de Torres.
[3] Vide supra, pag. 419, n. 905.

erat, et quod ibi vitia non vigerent, quae in aliis populis [1], major sperabatur ex Collegio Societatis fructus, et haec eadem causa fuerat cur Mag. Avila ibidem subsisteret, qui tanto gaudio afficiebatur adveniente in eamdem urbem Societate nostra, ut illud Simeonis diceret: *Nunc dimittis servum tuum, Domine*.

957. Adduxerat secum P. Torres Provincialis Salmantica quatuor vel quinque alios fratres, qui ingenio et eruditione ad Collegium juvandum apti erant, et ideo magnopere novum Collegium et ejus fautores suo adventu recrearunt, et, paucis quibusdam ibidem admissis, viginti sex [2], initio Augusti, ex nostris Cordubae numerabantur. Morbis tamen hac aestate Dominus quosdam ex eis exercuit, et praesertim majorum lectionum praeceptores; ideo, ut satisfacerent muneribus susceptis, non pauci necessarii erant.

958. Complures autem ex discipulis Magistri Avilae ad Societatem admitti postulabant [3], inter quos vir quidam nobilis erat, qui ex Cordubensibus [4] (sic senatum suum vocant) fuerat,

---

[1] Videnda tamen quae de iis scribit P. Santivañez, l. c., parte 1, lib. 1, cap. v; quamvis illa de universa in genere Baetica et non praecise de civitate Cordubensi dicta sunt.—Vide etiam infra, n. 964.

[2] En quorumdam nomina, qui hujus anni 1554 initio Cordubae versabantur:
P. Franciscus de Villanueva.
P. Doctor Joannes de la Plaza.
P. Michaël Ramirez.
P. Petrus Navarro.
P. Benedictus.
P. Joannes de Jaën.
P. Antonius de Cordoba.
P. Alphonsus Lopez.
Fr. Didacus de Caballar, scholasticus.
Fr. Didacus Martinez, scholasticus.
Fr. Marcellus de Salazar, scholasticus.
Fr. Antiquus (Joannes?) Roca, scholasticus.
Fr. Antonius Ramirez.
Fr. Ferdinandus (Hernandus) de Hayas, coadjutor.
Fr. Bernardus, e Bizcaya.
Santivañez, l. c., lib. 1, cap. xii, nn. 2-9.

[3] "Del rescibir en la Compañía discípulos del P. Maestro Avila, siendo ellos idóneos segun las constituciones para ella, ántes por devocion á su Maestro, paresce se rescibirian con más gusto, etc.„ Polancus, *ex com.*, Patri Antonio de Córdoba, 17 Septembris 1554.

[4] Sic; et suspicamur deesse hic verba *viginti quatuor* et sermonem esse de eo, de quo ita Polancus litteris supra memoratis: "Cuanto á aquel caballero Veinticuatro Nuestro Padre se ha remitido por otra á V. R. si se debe aceptar ó no.„—*Caballeros veinticuatro* in pluribus Baeticae locis dicebantur qui in civitatis concilium *(Ayuntamiento)* a populo electi deputabantur. Alibi *Regidores, Jurados,* Jurati dicebantur.

qui a Domino ad perfectiorem statum vocatus, bona sua omnia distribuerat, partim fratribus, partim pauperibus donando, et tamen alienis auxiliis ipse vivens, operibus pietatis promovendis cum magna aedificatione populi vacabat. Distulit tamen ejus admissionem P. Natalis, quod impedimentum quoddam in eo invenisset sine ipsius culpa, propter quod P. Ignatius videbatur consulendus, antequam admitteretur [1].

959. Valebat tamen praeter morem suum, aliis aegrotantibus, ipse P. Antonius, et ita christianam doctrinam ipse explicare coepit; quamvis P. Franciscus et P. Bustamante primi hanc explicationem inchoaverant, cum summo omnium applausu; sed diutius in ea functione perseveravit P. Antonius; et quamvis pueros sibi videretur tantum docturus, viri tamen multi, et quidam ex eis graves, eum audiebant; inter quos erat D. Joannes de Corduba, Decanus Cathedralis ecclesiae, et alius, qui Magistri scholae in eadem ecclesia dignitatem habebat; qui silentium auditoribus imponebant, et tantum numerum puerorum attente audire instruebant; nec mulieres, etiam cum in ecclesia essent, excludebantur.

960. Et cum ferventer et magna cum humilitate quasi puer factus [2], pueros docere coepisset, quamvis sexcentorum capax erat templum, frequentiam tamen hominum capere non poterat; et ita in alia duo templa duos alios Patres mittere decrevit qui hoc ipsum praestarent; quorum etiam laborem fructus uberrimus est consequutus; magna enim ignorantia hujus doctrinae homines laborabant. Et in quadam ex illis parochiis cum parochus, injuriam sibi fieri dicens, moleste ferret quod aliquis ex nostris in ecclesia doctrinam hanc explicaret, postquam frequentiam et fructum divini servitii vidit, ipsemet obnixe petebat ne ab incoepto Pater ille desisteret; et observabat ille multitudinem puerorum, qui valde inquieti esse solebant, jam, dum rem divinam audirent, quietem et devotionem prae se ferre. Sed propter frequentiam eorum, qui ad has ecclesias,

---

[1] Conveniunt ex his quaedam Licentiato Alphonso de Molina, de quo agit MUÑOZ, *Vida del Venerable Maestro Juan de Avila*, lib. II, cap. 3, et fusius *Biografia eclesiástica*, t. XIV, pag. 199; plura Joanni Sanchez, de quo idem MUÑOZ, l. c., cap. 3; *Biografia eclesiástica*, t. XXV, pag. 782; GOMEZ BRAVO, *Obispo de Córdoba*, lib. IV, cap. I; FR. GREGORIO DE ALFARO, O. S. B., *Vida de Don Francisco de Reinoso, Obispo de Córdoba*, lib. II, cap. 12; verum certi nihil affirmare possumus.

[2] P. Antonius de Cordoba.

audituri christianam doctrinam, confluebant, non ideo pauci ad Collegium ipsum ad eam audiendam veniebant; immo in dies magis numerus crescebat, adeo ut, pleno sacello, duplo plures foris vel assidentes vel stantes audirent; et praeter scholasticos trecenti alii plus minus accedebant.

961. Quod ad conciones attinet, post P. Francisci recessum, P. Benedictus Catalanus eo munere feliciter fungi coepit, tum in monasteriis monialium, tum in carceribus, tum etiam in ecclesiis quibusdam, festis ac profestis diebus. Cum etiam in cathedrali ecclesia latine aliquis ipso die jovis sancti concionari solitus esset [1], delatus is sermo fuerat aliis, septem vel octo diebus antequam esset habendus; et ita ventum est ad P. Antonium, Rectorem, qui hoc munus Patri Navarro [2] commisit, et feliciter cum magna consolatione ecclesiasticorum id praestitit. Expectabatur tamen alius concionator quam P. Benedictus, qui in lectionibus grammatices occupatus erat; quamvis cum eum semel audisset Mag. Avila (qui concionator erat insignis), ejus et doctrinam et spiritum valde probavit [3].

962. Sacramenta confessionis et communionis multi apud nostros frequentarunt, nec solum in Quadragesima, sed, in aliis etiam anni temporibus, sex confessarii satisfacere tantae mul-

---

[1] Duobus post annis, scilicet, 1556, "El Doctor Juan Ginés de Sepúlveda se hallaba en Córdoba este año, y deseando el Cabildo oir tan célebre Theólogo y orador, le pidió que hiciese la oracion latina del lavatorio, que se acostumbra hacer en el Cabildo el Jueves Santo.„ Gomez Bravo, l. c.

[2] P. Petrus Navarro, "varon espiritual, manso y callado.„ Alcázar, l. c., Dec. II An. v, cap. I, § 2.

[3] "el Padre Benedicto, que haciendo á dos manos (erat simul lector grammatices), en el púlpito asombraba con su talento.„ Haec postquam scripsit Santivañez, l. c., addidit in ora paginae: "de que más era autor la gracia que la naturaleza.„ Et cap. XIII, n. 2: "Oía alguna vez, cuando se lo permitían las ordinarias ocupaciones á unos y á otros aquel mas que maestro de todos, el venerable maestro Avila, y era increible el júbilo de su corazon, en ver tan de lleno sus deseos cumplidos. De el padre Benedicto solia decir, que aunque no era predicador en el talento, agradaba empero mucho á nuestro Señor con sus pláticas y sermones, por que de ellos era bien colmado el fruto que se cogia. Por que con la sencillez de el estilo juntaba una gran eficacia en persuadir á todos el amor de la virtud, el horror á los vicios. Eran estos los labios caldeados de Isaías. Sabe el divino fuego de el hierro mas comun forjar saetas que rompan hasta las telas de el corazon. No se ocupaba en buscar delicados conceptos; arrimaba á un solo lugar de la sagrada escritura un ejemplo moral, y con tan breve artificio tejia su red, que nunca echaba á el mar, que no la sacase con ganancia, llena de grandes peces. Quiebrense ahora los presumidos ingenios las cabezas en subtilizar conceptos y grangear, no almas, que debieran, sino aplausos, que pueden con razon temer. Huian entonces, como, contagio, esta manera de predicar los que por ocasion, ó sin ella, trataban de anunciar á Cristo. Robaban con aquesto los corazones y voluntades á todos los de el lugar, grandes y chicos.„

titudini non poterant; unde non pauci alio ire cogebantur. Fructus autem confessionum illis similes erant, qui ex hujusmodi ministerio alibi provenire solebant; et cum plurimi totius vitae confessionem peragerent, accidebat ut quae viginti et triginta jam annos retenta fuerant, cum aliena essent, restituerentur; et quia ex hujusmodi [plures erant], qui totius anteactae vitae confessionem instituere volebant, cogebantur nostri quosdam eorum admonere ut magis opportunum tempus aliud expectarent.

963. Plerique autem fere omnes hujusmodi poenitentes ad crebram confessionem et communionem cum magno suo profectu adducebantur, et ex his aliqui, antequam cubitum irent, simul cum filiis suas orationes et conscientiae examen faciebant, alii etiam verberibus, poenitentiae gratia, sed voluntarie, se caedebant, et quidem quotidie, ut fraeno his opus esset. Ex his etiam aliqui mendicos, et agricolas, et eos, qui in cauponis versabantur, in templum ad sacrum audiendum et ad confitendum peccata adducebant; de nocte etiam ad eorum habitationem ibant ut de eis, quae ad animae salutem pertinebant, loquerentur; et tantam hujusmodi hominum messem ad nostros adducebant, ut cum eis omnibus audiendis tempus non sufficeret, ad aliorum religiosorum monasteria eos adduci necesse esset.

964. Pars quaedam cordubensis civitatis erat, Alchaizaria [1] nomine, infamis propter hominum qui ibi versabantur vitia: post Quadragesimam autem sic illi homines in alios mutati fuerunt, nostris adnitentibus, ut non solum ipsi cessarent a consuetis peccatis (inter quae illud esse dicebatur quod multi vitam transigere dicebantur emendo a mancipiis vel ab aliis quae ipsi [2] [furati] fuerant), sed vicinis etiam ut ab eis abstinerent persuadere conarentur, et eis qui egestatem, suorum malorum

---

[1] Sic; nullam tamen Cordubae partem hoc nomine appellatam reperimus, quod proprie designat locum, in quo conveniunt mercatores, ii praesertim qui sericum *crudum*, seu nondum in fila tractum nec textum, vendunt. Aliud erat Cordubae suburbium hominum, qui illud incolebant, furtis aliisque id genus facinoribus satis celebre, quod appellari usque nunc consuevit *Ajarquia* "destinada por estos (romanis) para habitacion de los naturales, permaneciendo sin muros hasta el tiempo de los árabes, que le dieron el nombre de *Ajerquia*, esto es ciudad oriental, y le añadieron el ángulo saliente desde la iglesia parroquial de San Lorenzo hasta la puerta *excusada* llamada vulgarmente de la Misericordia.„ MADOZ, l. c., t. VI, pag. 620. Vide etiam MARIANA, *Historia de España*, lib. XII, cap. 18.

[2] Scilicet, mancipia vel alii.

causam, praetexebant, persuasum fuit quod haec propter peccata ipsorum in Deum accidebant, cum, si regnum Dei quaererent et justitiam ejus, temporalia non eis essent defutura; et quotidie ad rem divinam audiendam adducebantur, qui ne dominicis quidem et festis diebus eam audire consueverant. Ad confessionem etiam accesserunt qui viginti annis, ut oportebat, confessi non fuerant. Et quia piae lectioni homines vacabant, liber, qui *de mundi contemptu* [1] inscribitur, a tam multis emebatur, ut pretium ejus fere duplicatum fuerit. Complures, qui merces dominicis diebus venumdabant et servilibus operibus dabant operam, ab eis omnino abstinuerunt. Et sic homines ea in civitate sentire de Societate nostra coeperunt et sic ad eam affici, dum hujusmodi fructus intuerentur, ut a Domino Cordubam allatam fuisse circumferrent, et carminibus, vernacula lingua scriptis, id publice decantarent, pro magno Dei dono id ducentes [2].

965. Marchionissa de Pliego, quae se ut matrem nostris exhibebat, cum propter aestus graves et alios labores nostri in varias aegritudines incidissent, octo vel decem interdum ex eis, in variis suis locis aëris salubrioris, curabat; oppida enim quaedam, ad ejus ditionem pertinentia, Cordubae satis erant vicina. In hujusmodi aegrotantium, vel valetudinariorum et convalescentium gratia et eorum, qui in spiritualibus exercitiis instruerentur, videbatur domus aliqua extra urbem nostris esse necessaria; et ideo Marchionissa petebat a nostris ut admitterent locum quemdam, una leuca Corduba distantem, in situ

---

[1] KEMPIS, *de imitatione Christi et contemptu mundi;* qui liber tunc temporis communiter tribuebatur Cancellario Gerson et sub ejus nomine edebatur.

[2] "Dejó ilustre testimonio de esto el insigne caballero Don Juan de Castilla y Aguayo, honra y prez de su patria, y tan celoso de el bien público en el libro que intitula, *el perfecto Regidor*, donde dice: Parecia la casa una feria de mercadurías de el cielo. Veiase por los claustros, Iglesia y confesionarios ordinaria contratacion sobre los negocios de la salvacion de las almas. El caballero, el mercader, el regidor, el fiscal, el juez, los padres de familias, todos acudian á tratar materias concernientes á sus oficios, resolucion de las dudas y casos importantes á la justificacion de sus tratos; ó consejos tocantes á la gobernacion de sus casas. No eran muchos los obreros aunque la mies era tanta. Eran los que habia, hacendosos y diligentes. Tan á la mano los hallaban los pobres como los ricos, para cualquier cosa que los habían menester. Para todos trabajaban; y para todos parece que habian nacido, segun la voluntad con que trataban el beneficio de todos. Y con ser en fin hombres, y sujetos á cansarse y recibir importunidad, algun dia, de negocios no solamente agenos, sino suyos; nunca venian de predicar tan cansados, que rehusasen de confesar á nadie; ni de estar todo el dia en un confesonario escapaban tan importunados á la noche, que no fuesen de muy buena gana á velar con los que estaban muriendo.„ SANTIVAÑEZ, l. c., lib. I, cap. 13, n. 7.

frigidiori (erat enim in monte) positum, et quia reditus habebat fere quinquaginta ducatorum, illis facile dissolvi poterat eleemosyna sacerdotibus, qui duodecim Missas singulis mensibus, juxta obligationem illius loci, dicerent; et hoc tantum expectabatur, ut P. Ignatius significaret an hujusmodi obligatio per constitutiones suscipi posset [1].

966. Cogitabant etiam de domo professorum in eo situ ac domo instituenda, quam Marchionissa Cordubae obtulerat Societati [2], antequam Dnus. Joannes suam domum donasset: quamvis enim extra frequentiam erat urbis, situs ille salubris erat et amoenus, et ad recollectionem idoneus; sed cum nondum Collegium esset dotatum, nec operarii tam multi suppeterent, non videbatur opportunum de professorum domo tractare [3].

967. Habuerat ex permutatione cujusdam dignitatis *(Magistrum scholae* vocant) quam ante ingressum in Societatem P. Antonius habuerat [4], reditus annuos fere octingentorum ducatorum, et ut illi applicarentur Collegio, Marchionissa litteras ab Imperatore ad Summum Pontificem obtinuit, et curavit ut Princeps Philippus hoc negotium etiam commendaret Legato, quem in Romanam curiam mittebat [5]. Praeter hos Cordubense Collegium alia habebat subsidia in singulos annos a Marchionissa; et mirum in modum optabat Collegium Cordubense ante suam mortem fundatum videre; postea tamen expeditio dilata

---

[1] "La casa de campo que ofrece la Sra. Marquesa para dar ejercicios y recreacion y recogimiento, que tomen á veces los de Córdoba, si en lo demas se juzgase convenir, la obligacion de doce Misas al mes no impediria segun las Constituciones, pues cuando los nuestros no pudiesen decirlas, se podrian enviar otros que las dijesen. Consúltese allá con el P. Doctor Torres, Provincial, y con el P. Francisco, y lo que pareciere á V. R. con ellos Nuestro Padre no dudo lo aprobará.„ Polancus, *ex com.*, Patri Antonio de Cordoba, 17 Septembris 1554.

[2] Vide supra, t. III, pag. 350, n. 774.

[3] "El otro sitio que daba la Sra. Marquesa, siendo alegre, sano y quieto, tiene buenas partes para casa de Profesos y para ejercicios; pero si el estar fuera de mano fuese tanto que no pudiese servir para lo principal, á que atiende la Compañía profesa, que es confesar y predicar, es de mirar en ello. V. R. con los que arriba dije podria consultarlo, que Nuestro Padre holgará, primero que dé su parecer, oir el dellos.„ Polancus Patri Antonio de Cordoba, *ex com.*, 17 Septembris 1554.—Situs autem hic erat, qui appellabatur *las casas del agua.*

[4] Vide supra, t. III, pag. 350, n. 774.—De hoc canonicatu in quemdam Andream Vela transferendo saepius actum est ab Antonio de Cordoba et Polanco. Erat ille Vela procurator Marchionissae de Priego in Curia Romana.

[5] Hoc nihil aliud esse videtur quam eorum iteratio, quae jam supra t. III, pag. 350 n. 774, dicta sunt.

fuit ut commodioribus in locis et Cordubae vicinioribus hujusmodi reditus haberentur.

968. Paces aliquae confectae, nostrorum opera, Cordubae fuerunt, quae eo difficilius conciliari poterant, quod homicidia perpetrata condonari oportebat [1]. Et ex primariis ejus urbis erant, qui Societatis opera in sacramento confessionis uti cupiebant. Cum autem dona, oblata nostris, non admitti viderent, etiam ultro oblata, et nihilominus tantam rerum spiritualium curam, praesertim in institutione juventutis, suscipere nostros observarent, cum magna admiratione et aedificatione id celebrabant, cum praesertim illis diebus vir quidam religiosus ex suggestu conquestus esset de exigua eleemosyna, quae ordini suo facta fuerat.

969. Nec omittam quod parentes a filiis petere solebant, ut aliquid sibi referrent de documentis ac bonis consiliis, quae a suis praeceptoribus accepissent; quod illi faciebant; et cum nomen Dei male ab eis usurpari audiebant, parentes admonebant; et puellus quidam, cum patrem suum jurantem audisset, flexis genibus ab eo postulavit propter Dei amorem ut non amplius juraret et propter juramentum factum terram oscularetur, quod bonus pater, confusus a filiolo, fecit.

970. D. Joannes de Corduba diligenter domum quamdam, illi magnae domui vicinam, quam Collegio dederat, aedificabat; eo enim migrare cum D. Petro de Corduba [2] et Magistro Avila cogitabat, cum aliquo, qui ipsis inserviret, ut nostrorum colloquiis commodius frueretur; dicebat enim se jam defatigatum esse de tam multis familiae suae servitiis, quae ipsi impen-

---

[1] Multum diuque laboratum est a Patribus Societatis, quos ad id excitabat suis litteris Ignatius, in componenda pace inter Canonicos et Beneficiatos *(Racioneros)* ecclesiae Cordubensis, qui lites quasdam inter se, non sine aliorum scandalo, exercebant. "Al P. Don Antonio encomienda Nuestro Padre que entienda en la concordia de una lite muy luenga y trabajosa entre estos Señores Canónigos y Racioneros de la iglesia de Córdoba. Obra seria, pudiéndose efectuar, de gran caridad y servicio de Dios; lo que pudiese V. R. hacer en esta parte no dudo lo hará sin encomienda de otro que de la misma caridad. Con todo ello de parte de Nuestro Padre encarecidamente tenga V. R. este negocio por encomendado.„ Polancus, *ex com.*, Patri Michaëli de Torres, 18 Septembris 1554.—Ignatii de hac re litteras ad Patrem Antonium de Cordoba habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 320.

[2] *Petrus de Corduba*, "Comendador de Montiel y Trece de Santiago, Mayordomo de Felipe II y Presidente del Consejo de las Ordenes, de quien por hembra proceden los Condes de Luque„ frater erat Decani, Joannis de Corduba. SALAZAR Y CASTRO, *Historia genealógica de la Casa de Lara*, lib. III, § III, n. 16.

debantur, et de his etiam, quae ipse mundo impenderat; et quod se colligere ad Deo serviendum volebat. Duos jam annos excommunicatus fuerat D. Joannes cum aliis ejus capituli propter litem quamdam [1], et tunc tandem absolutionem impetraverat, et in animo habebat pacem in posterum illius ecclesiae curare; et ita egregio quodam colloquio Capitulo persuadere conatus est, ut ad ea, quae pacis essent, animum adjiceret; et ut reformationem vestium melius suo Capitulo et aliis clericis persuaderet, quidquid erat sericum in propriis vestibus auferri jussit, ut prius exemplo quam verbis ad honestum habitum clerum adduceret [2].

971. Sed idem D. Joannes aliud a Domino beneficium accepit; ex quo colligi facile potest bona opera semen Dei habere ad alia bona exercenda, et homines sese per pia opera disponere ad gratiam Dei recipiendam. Quamvis enim domi suae Societatem Jesu exceperat, immo se ipse domo sua abdicaverat ut eam cum aliis multis [3] Societati daret, domum sui cordis Deo non ita liberam reliquerat; illud enim alia quaedam societas parum honesta possidebat, quae quamvis in ipsius domo non esset, erat in vicinia, et nec ipse Imperator, nec ejus consanguinei, viri illustrissimi, arcem illam expugnare potuerant, usque adeo ut nomen ejus Imperator ab eorum catalogo deleri juberet, quibus episcopatus erant conferendi, quamvis electus aliquan-

---

[1] Vide supra, pag. 453, n. 968, annot. 1.

[2] Hanc vestium reformationem Episcopo et Capitulo Cordubensi suaserat B. Joannes Avila. "En su persona y palacio ostentaba (Cordubensis Episcopus, Leopoldus de Austria) la grandeza de Principe, vistiendo seda, y usando de preciosos adornos.

„Sobre esto sucedió, que hallandose presente en la Catedral, en ocasion que predicaba el Venerable Maestro Juan de Avila, como este Venerable acomodaba los asuntos al auditorio, predicó, y ponderó vivamente, en lo que se debian distribuir y gastar las rentas Eclesiásticas.

„El Venerable Maestro quedó con algun recelo de haber disgustado con su Sermon al Obispo, y se abstubo de visitarle por algunos dias. Pero instado de la necesidad de dos doncellas honradas; fué á verlo, y pedirle alguna limosna, para que pudiesen tomar estado. Todos los circunstantes creyeron, que le habia de recibir con desagrado, y aspereza; pero sucedió muy al contrario; porque jamás estuvo tan festivo, y alegre, y él mismo probocó al Venerable Maestro, para que le dixera, lo que deseaba: propuso la necesidad, y honestidad de las doncellas, y aunque iba en ánimo de pedir doscientos ducados para cada una, segun manifestó después, el Obispo no le dió lugar; pues luego mandó á su Tesorero, que entregara al Padre Maestro mil ducados, quinientos para cada una; y que si era necesario mayor cantidad se la diese; con que despidió al Padre Maestro muy contento y agradecido." GOMEZ BRAVO, *Obispos de Córdoba*, lib. IV. cap. 1.

[3] Intellige *rebus* aut *donis*.

do fuisset, et ejus consanguinei (inter quos erat Dux Sessae [1], nepos ipsius) jam omnino de hac plaga curanda desperabant. Cum magno ergo scandalo tum hac de causa, tum propter ludos vivebat, cum Dominus portas domus ejus ingressus est et deinde cordis portas paulatim sibi aperuit; et cum nemo nostrorum quidquam illi expresse hac de re dixisset, ne omnino alieno animo a nostris fieret [2], sed tantum orationibus et piis colloquiis apud eum agerent, sic Domini manus cor ejus tetigit, ut die quodam, statim post meridiem, ad domum illam transiens, ubi mulier illa vivebat, quae tamdiu dominata ei fuerat, et a qua filium susceperat, quamvis teneri admodum cordis vir esset, igne tamen Domini sancto accensus admonuit eam ut vel religiosum statum vel matrimonii assumeret; quod si non faceret, curaturum se ut auctoritate magistratuum ex urbe expelleretur, nec diuturna familiaritas et pignora, quae habebat ex ea, hoc impeditura essent; et demum eadem hora ex domo illa mulierem expulit.

972. Et ita nubes illa sublata fuit, quae in tota civitate nomen Societatis obscurabat, quod ferret cum arca Domini arcam Baal; et circumferebatur quod, si Societas ad aliud Cordubam non venisset, ob hoc unum opus credi poterat quod esset Societas Jesu, et sperabant quod D. Joannes Decanus ad ecclesiam illam reformandam perutilem operam esset navaturus [3]. Ipse vero D. Joannes affirmabat se sperare quod Societas nostra reformatura erat ordinem S.ti Petri, scilicet clericorum, et cordubensem ecclesiam, ut cui reformatio prae caeteris erat necessaria et domum ipsius primo loco, quae prae caeteris dissoluta ac perdita erat; verba ipsius refero; nobis enim non parum erit si ad aliquod Ecclesiae sanctae ministerium et spirituale cleri auxilium nostra uti opera Dominus dignabitur.

973. Sed serio agebat idem D. Joannes de sua et suorum reformatione, et ideo domum illam nostrae conjunctam aedifi-

---

[1] Tertius Sessae Dux, Gundisalvus Fernandez de Cordoba, patrem habuit Ludovicum Fernandez de Cordoba, qui frater erat Decani Joannis. Salazar y Castro, l. c.

[2] Aegre admodum hoc tulit P. Hieronymus Natalis, et Corduba potius recedendum cunctisque Decani donis renunciandum a nostris putavit, quam huic scandalo, licet de ejus desperaretur remedio, connivendum. Santivañez, l. c.

[3] Quid de toto hoc negotio senserit, quasque partes Natalis egerit, agendasque ab aliis curarit, quo huic tanto malo remedium adhiberetur, fuse narrat Santivañez, l. c., lib. 1, cap. 12, n. 17.

cabat. Semper autem charitatem in pauperes exercuerat [1] et praesertim in infantes expositos; et eo pervenerat ut de suis infirmitatibus ac miseriis gloriaretur, ut Christi gloria magis elucesceret. Rediturus autem erat P. Antonius Cordubam post Assumptionis B.ae Virginis festum, propter aedificium scholarum, quae civitatis expensis fiebant.

974. Agebat autem D. Joannes, simul cum sui capituli canonicis, de quibusdam capellaniis, ad collationem ipsius capituli pertinentibus, quarum singulae quingentos et amplius ducatos valebant, et ita a Summo Pontifice ab aliis impetrabantur; et quodam honesto reditu singulis capellanis relicto, quod supererat, ad Collegii fundationem applicari volebant, et ex tribus capellaniis plus quam mille ducati annui reditus sine ullo ecclesiae detrimento, immo cum utilitate, separari poterant; minus enim opulenti capellani suis ministeriis, in ecclesia residendo, functi essent: et offerebat ipse D. Joannes mille aureos ad litterarum Apostolicarum expeditionem; nec inviti accedebant aliqui canonici ad ejus sententiam, cum propter impetratas hujusmodi capellanias in excommunicationes inciderent. Et ita lectiones philosophiae et theologiae addi posse Collegio Cordubensi videbantur. Sed res successum tunc non habuit, nec a Sede Apostolica capellaniarum divisio impetrata est [2].

---

[1] "A veinticinco del mismo mes (Septembri 1545) volvió (Episcopus Leopoldus) á Cabildo y propuso la gran necesidad que padecian los pobres por la carestía de pan, y que convenia discurrir y arbitrar los medios para socorrerlos. El Cabildo alabó su santo celo y nombró Diputados, para que, juntos con los que nombrase la Ciudad confiriesen con el Obispo el modo del socorro. La providencia que tomaron fué que se hiciese padron en cada parroquia de los pobres que habia, y que así el Obispo como el Cabildo y Ciudad y particulares socorriesen la necesidad en las parroquias que asignaron. Solamente consta de la que cuidó el Cabildo y Dean, que fué la de Santa María, ó Catedral, con la de San Bartolomé, que le estaba aneja, en que se debian repartir trescientas y seis raciones diarias, segun el padron que se hizo. Para este socorro ofreció el Dean D. Juan de Córdoba en Cabildo de seis de Marzo de quinientos cuarenta y seis ciento y cincuenta fanegas de trigo, y ciento y cincuenta ducados; y el Cabildo mandó aprontar de su mesa capitular otra tanta cantidad de pan y maravedís, y que empezase esta limosna desde el Lunes ocho de Marzo en el hospital de San Sebastian, donde se repartió á los pobres.„ GOMEZ BRAVO, l. c., lib. I, cap. 1, pag. 447.—"La cosecha fué muy corta este año (1556), y por Noviembre valia ya la fanega de trigo más de veinte y cuatro reales. El Cabildo trató del socorro de los pobres en tan urgente necesidad, y á catorce del mismo mes mandó que de su mesa y Obras pias se repartiesen cada mes cincuenta mil maravedís, y el Dean, Don Juan de Córdoba, ofreció ayudar cada mes con diez y seis mil y seiscientos maravedís para la dicha limosna. El Obispo por su parte contribuyó con raciones de pan, y socorrió al Cabildo con porcion de trigo para sembrar los cortijos de su mesa.„ ID. *ibid.*, pag. 461.

[2] De his plura in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii.* – Vide etiam infra, n. 983.

975. Praeterea, cum quidam D. Petrus de Castilla, qui Romae ab Inquisitionis officio captus detinebatur, regressum haberet ad canonicatum, quod Cordubae P. Antonius habebat, et sexcentos aureos pensionis in singulos annos, hac illius D. Petri captura et morte deinde ipsius consequente effectum est, ut libere permutare cum aliis reditibus ecclesiasticis canonicatum illum posset P. Antonius, et ita Salmanticensi Collegio et Cordubensi magnum auxilium et bonam dotationis partem dare potuit [1].

976. Crevit numerus nostrorum cordubensium aliquantulum etiam in autumno, sed quatuor missi sunt in oppidum S.ti Lucae, vulgo *San Lucar de Barrameda* [2]; duo vel tres Granatae versabantur [3]; omnes, fere triginta, provinciam Baeticae conficiebant. Et quamvis nostri cordubenses ad mortificationis studium essent propensi, non tamen eis quantum ipsi optabant permittebatur, cum multi propter nimium aestum in morbum inciderent, et tamen laboribus multis subeundis vires corporis ac sanitas requirebatur.

977. Optabant autem scholastici [4] philosophicum cursum ipsis praelegi, cum sibi viderentur hoc anno, quo nostri dederant operam, plus profecisse quam tribus vel quatuor annis, quibus prius litteris operam dederant. Nostri tamen, licet, utcumque ab aegritudine convaluerunt, coepta studia ad festum Divi Lucae prosequerentur, non tamen philosophicas lectiones inchoandas censuerunt; et scholae, quae satis magnae expensis

---

[1] "He sabido que no puede el P. D. Antonio de Córdoba resignar el canonicato de Córdoba porque tiene dado regreso á Don Pedro de Castilla, el cual, aunque está preso en la Inquisicion y podrá ser no salga en su vida, no ha sido privado de su derecho, ántes entiendo que manden pagar las pensiones que le deben. Díjome el otro dia Andrés Vela, que es un gran negociador y agente de la Señora Marquesa de Pliego, que él tiene concierto con Don Pedro de Castilla de que consienta á la resignacion en él, no obstante el regreso, si Don Antonio quiere permutar con él, y que le dará muy buenos beneficios simples ó préstamos cerca de Córdoba. Esto por aviso, y porque podria V. R. darle tambien al P. D. Antonio, que tendrá con él ocasion de no dar el canonicato á quien dice V. R. le instaban para darle contra su voluntad.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal, 14 Junii 1554.—Vide etiam Polanci litteras Patri Antonio de Corduba datas 20 Julii.—Item supra, t. III, pag. 550, n. 774, et annot. 1.

[2] Vide infra, n. 994.

[3] Granatae hoc tempore versabantur P. Jacobus de Santacruz, P. Petrus Navarro et frater Joannes Paulus "que entonces por sus indisposiciones habia venido á curarse en casa de su padre, Anton de Jerez, mercader.„ *Historia* ms. *del Colegio de Granada*, cap. I, fol. 2.

[4] Scilicet, externi scholares, qui nostras scholas frequentabant.

civitatis fiebant, absolvi non potuerunt ad hanc studiorum renovationem; et ita in eisdem habitationibus et scholis nostri quod reliquum fuit hujus anni exegerunt; et tam bonus odor hujus Collegii spargebatur, ut etiam hispalenses multi de suis filiis Cordubam mittendis studii gratia agerent, et hoc eos retinuit quod brevi Collegium Hispali instituendum sperabant.

978. Et hac laude Collegium Cordubense defraudandum non est, quod in Hispania primum fuerit, in quo ab initio scholae institutae fuerint ac perseveraverint, nam alia collegia scholas hujusmodi non susceperant, quamvis in Gandiensi Collegio, ab initio, Universitatis munus Societas suscepisset, non enim in eo munere diu perseveravit, cum scholas grammatices, ut superius diximus [1], populo gandiensi id petenti reliquerit, licet philosophiam vel theologiam nostri praelegerent.

979. Ne ipse quidem P. Torres, Provincialis, a labore confessionum immunis esse potuit, licet in aliis multis rebus esset occupatus; sed utiliter admodum cum quodam nobili viro laboravit, qui ex primoribus erat ejus civitatis, qui prius mundi servus ac principum ejus cum esset, ejus Patris opera, Dei etiam servus effectus est; cum enim in periculo mortis ob aegritudinem constitutus videretur, ejus domestici confessarium ex Collegio postularunt; ivit ad eum Dr. Torrensis, et ejus communicatione conversus ille est ad Dominum et domus ejus tota, et serio christianis dignam vitam agere constituerunt, et ille, recuperata sanitate, crebro ad sacramenta accedendo id ostendit; filios etiam suos ad Collegium misit, quamvis procul ab eo habitaret et privatum praeceptorem filiorum haberet.

980. Quia de aliis Collegiis admittendis agebatur, movebat aliquos Dominus ad ingressum in Societatem, et quidem in humanioribus litteris eruditos, quod eis opus habitura erat Societas: aliqui, qui docebant Hispali, animum ad Societatem adjecerunt; quidam etiam juvenis in latinis litteris satis versatus, et graecas non ignorans, Cordubae admissus est; aliqui etiam in coadjutores temporales; et quidam etiam sacerdos, qui magno in pretio in civitate Giennensi inter parochos habebatur, qui cum vir honoratus esset, usque adeo ab honore abhorrebat, ut nihil magis quam improperium Christi optare videretur, ut

[1] Supra, pag. 346, n. 738.

ommibus domesticis ejus exemplum confusionis quodammodo et aedificationis causa esset; alii etiam a Domino moti ad nostrum Institutum videbantur; sed in Collegio Cordubensi tunc locum non habebant, et ut alia constituerentur, adventus P. Francisci Borgiae expectabatur.

981. Quidam erat saracenus Cordubae, qui cum servus esset, dominum suum occidere tentaverat, et captus ultimo supplicio afficiendus erat; vir erat aetate maturus, et qui apud saracenos Doctoris officio (*Alfachis* vocant) fungebatur; accersiti fuerunt ex nostris aliqui ut eum reducere ad Christi fidem conarentur, et missus fuit P. Sancta Crux cum alio sacerdote, qui, non solum nostrorum, sed scholasticorum etiam orationes, per singulas classes discurrendo, emendicarunt; quamvis ergo saracenum illum durissimum invenissent, et qui affirmabat se, sicut vixerat, sic se moriturum in lege Mahometi; cum alii desperarent de ejus conversione, animavit Spiritus Domini Patrem Sanctam Crucem, qui cum de rebus ad fidem pertinentibus diu cum saraceno loquutus esset, exaudivit divina bonitas eorum orationes, quae hujus animae salutem ab ipso postulabant; et sic convictus fuit et compunctus saracenus ille, ut ipsemet baptismum tanta cum laetitia et devotione postularet, ut justitiae ministros et aliquos ex rectoribus, qui tunc aderant, simili laetitia repleverit, et illi etiam, qui suspicabantur timore mortis eum conversionem simulare, ut, scilicet, eam evadere sic posset, cum tantam in hominis vultu mutationem vidissent, credere ipsi et laudare conversionem ejus coeperunt. Affirmabat etiam ipse se velle christianum fieri ut in ea fide moreretur, et satis aperte cognitum est quod Spiritus Sanctus in eum descendisset ex his, quae sequuta sunt: cum enim ad supplicium ultimum suspendii duceretur, quidam alius saracenus (aliqui hujusmodi, in servitutem ducti, Cordubae versabantur) dissimulanter eum aggressus est, et non illud animadvertente P. Sancta Cruce et aliis, qui hominem comitabantur, reprehendere coepit novum illum christianum quod fidem Mahometi reliquisset; [at] quamvis vulneratus esset, et ex vulnere et morte imminente afflictus, magno tamen animo saracenum illum a se ablegavit ac reprehendit, et ita constans in christiana fide, et dolere se de his, quae contra Dominum suum tentaverat, significans, vitam hanc reliquit, ut aeterna frueretur Christi san-

guine adquisita; et hujus hominis conversio, ut publica, ita et magnae aedificationis fuit ad Dei gloriam, cui soli accepta ferri potuit.

982. Cum P. Antonius de Corduba multum detrimenti ex magnis aestibus sentiret Cordubae, et theologica studia nondum absolvisset, Marchionissa etiam, matre ejus, id optante, Salmanticam hoc autumno missus est [1]; et Rectoris cura penes P. Rectorem Torrensem erat, licet Provincialis is esset; et P. Alphonsus de Zarate [2] deinde Rectoris officium suscepit.

983. Quod ad unionem attinet capellaniarum, quas S.tae Agnetis vocabant, Episcopus Cordubensis, qui tunc erat D. Leopoldus, Imperatoris Caroli patruus, adversarium se plane professus est; et ita negotium hoc successum non habuit [3].

984. Publicatae fuerant non solum Constitutiones sed et regulae, tam communes quam Rectoris et Ministri, quas non satis intelligebant, et multae nimium ipsis videbantur, nam supra trecentas esse affirmabat P. Gonzalez [4], et Rectoris fere octoginta, nec pauciores Ministri et aliorum officiorum, et non solum ad observandum sed etiam ad legendum bonus ille P. tempus deesse affirmabat; sed exercitatio et consuetudo instructiones illas minus prolixas effecit, et [ut] valde utiles amplexa est [5].

985. Scripsit hac aestate Mag. Joannes de Avila egregias litteras P. Ignatio, quibus comitatus est duos discipulos suos, scilicet Patres D. Gasparem [6] Loartem et Didacum de Guzman, quorum etiam talenta describit [7]. Alloquutus est eum P. Torres, et confirmavit opinionem, quam de ipsius optimo spiritu conceperat, cujus argumentum erat quod tam sincere proprium Societatis spiritum amplectebatur, et quidquid ipsa juxta suum Institutum intendit, et omnia esse juxta id, quod ipse senserat et

---

1 Vide supra, pag. 374, n. 803, et pag. 381, n. 818.

2 Hic, cujus nunc primum mentio in hoc *Chronico* incidit, quemque ignoramus prorsus quo tempore et loco Societatem sit ingressus, in officio Rectoris Collegii Cordubensis Patri Antonio de Cordoba hoc autumno successit. Quaedam de eo habet SANTIVAÑEZ, l. c., cap. 21.

3 Vide supra, pag. 456, n. 974.

4 P. Gundisalvus Gonzalez.

5 Continentur haec in litteris Polanci ad P. Michaëlem de Torres.

6 *Balthasarem* habet ms.; sed est *Gasparem*.

7 Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 45-47 et 458-460.

tunc sentiebat, confitebatur, et gaudere se paranymphi officium erga Societatem exercuisse, et quod, ad Sti. Joannis imitationem, gaudio gaudebat propter sponsum etc. Dicebat etiam P. Torrensi quod ipsi acciderat cum P. Ignatio quod puero cuidam accidere solet, cum nititur saxum gravius in locum suum attollere, et propter debiles vires non potest, sed adveniente viro, qui viribus majoribus polleat, facile saxum illud elevatum in suo loco collocat; hujusmodi puerum se, et hujusmodi virum P. Ignatium fuisse affirmabat [1]: verum est tamen quod cum ille se non exercuisset in suorum discipulorum congregatione ulla facienda, quamvis multos haberet, quibusdam in rebus sententiam differentem a nostris aliquando habebat, sancto tamen zelo et bonis fundamentis rationis, juxta ipsius modum procedendi, innixam [2].

Sed haec de Cordubensi Collegio sufficiant.

DE P. DRE. TORRES PROVINCIALI

ET QUORUMDAM COLLEGIORUM IN BAETICA INITIIS

986. Cum P. Natalis Cordubae initio hujus anni versaretur, et summopere praesentiam viri alicujus gravis et docti, et qui etiam posset consultoris officio apud Inquisitores fungi, qui id postulabant, [expedire arbitraretur], misit in Portugalliam hominem ad id destinatum, cum jumento, ut Patrem Torres inde accerseret; et cum venisset, et, ut superius diximus [3], Methymnam Campi se contulisset, Provincialis effectus et Cordu-

---

[1] Vide *Cartas*, t. IV, pag. 441-457.
[2] Plenius haec intelligentur in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii*.
[3] Vide supra, pag. 324, n. 828.

bam missus est; quamvis enim illud unum esset Collegium [1], de sex aliis vel septem instituendis agebatur [2].

987. Abula transiens vidit aedificium illud, quod P. Ferdinandus Alvarez del Aguila ibi concinnare coeperat [3], et in posterum ut res melius procederet, P. Natalem admonuit. Toletum pergens, et Archiepiscopum alloquutus, majori cum significatione benevolentiae et humanitatis quam unquam alias ab eo exceptus est; supplicavit ei ut eam dilectionem, qua dicebat se prosequi ipsum Doctorem Torrensem, ad totam Societatem extenderet; sed ille facete pro more suo respondit se omnes Torrensi similes eadem benevolentia prosequuturum esse, et hujusmodi. Et magnam prorsus Toleti messem tam in ecclesiasticis quam in saecularibus paratam esse observavit.

988. Commissum fuerat eidem P. Torrensi ut in oppido Almagro [4], ubi collegium Societatis expetebatur, cum quodam sacerdote, cognomine Villareal, ageret; qui existimabat nostros ad inchoandum illud Collegium jam accedere; et graviter tulerunt cum nostros nondum eo mitti intellexerunt. Quam autem obligationem ab illo sacerdote et aliis petebant bonorum, quae donaturus erat, paratus erat eam stipulare; sed noluit eam exigere ne cogeretur Societas prius ad illos mittere operarios quam ad aliam messem forte maturiorem. Videbantur etiam illi operarios hujusmodi ad praedicandum et confessiones audiendas expectare, cum tantum ducentos aureos annui reditus tunc fruendos offerrent, et post cujusdam mulieris vitam, centum alios; quia etiam insigne illud oppidum sub Archiepiscopo toletano erat, ejus etiam habendam esse rationem censuit, nam

---

[1] Scilicet unum in Provincia Baeticae Patri Torres commissa.

[2] Primum Hispali, secundum Granatae, tertium ad Sanctum Lucam *(San Lucar)*, quartum Montillae, quintum Baëzae, sextum in urbe Astensi *(Jerez)*; quod videre est praesertim infra in toto hoc capite et inferius, dum de P. Francisco Borgia agetur.

[3] Vide supra, t. III, pag. 366, n. 804.

[4] *Almagro* urbs est in provincia dicta *de Ciudad Real*, olim sub ditione Magnorum Magistrorum *(Grandes Maestres)* Ordinis militaris de Calatrava. Ignotum est quo tandem anno Collegium Societatis in ea urbe erectum fuerit; sed certum est jam anno 1625 extitisse; tunc enim "aprontaron los vecinos de Almagro la cantidad de 95,616 reales vellon para la fábrica del templo de los Jesuitas, que es magnífico y muy sólido.„ MADOZ, l. c., t. II, pag. 63.—Re quidem vera hoc anno 1554 haud indigebat urbs haec exigua (2.501 familiis constabat) Collegio Societatis. Habebat enim jam a Carolo V institutam et a Julio III confirmatam quamdam Universitatem, quae "estaba en el convento de Dominicos, que bajo la advocacion del Rosario habia en aquella poblacion... Tenia esta Universidad cátedras de Artes, Teología y Cánones, que desempeñaban los mismos frailes del convento.„ LA FUENTE, l. c., t. II, cap. XXXVII.

aperte dixerat velle se ut qui ex nostris in populos sui Archiepiscopatus erant ingressuri, sua cum auctoritate et ab ipso cogniti ingrederentur ; et satis significaverat se decretum suum, quod in Toletana ecclesia impetraverat, ibidem velle observari [1].

989. Concionatus est ibidem Pater quidam ex nostris, cognomine Avila [2], qui ex illis quatuor erat, quos Salmantica P. Torres in Baeticam adducebat. Vidit etiam domum collegio designatam, ubi pueri docebantur, quae exigua erat, sed situm quemdam habebat conjunctum cum sacello quodam, quod ad Magistrum ordinis Calatravae pertinebat, et ibi aedificium sufficiens fieri poterat et hoc impetrare facile poterat a Principe vel ab ejus sorore Gubernatrice, cum Rex Hispaniae Magister sit ordinis Calatravae [3]; immo sperabat non difficile fore ut ipsam domum, quae Magistri ordinis fuerat, ad hoc opus impetraretur.

990. Ulterius progressus Cordubam versus, P. Joannem Gonzalez quodam in loco (quem *Visum* vocant [4]) invenit, et Granatam eum misit, tum ut pensionem quamdam recuperaret ab Archiepiscopo, trecentorum scilicet ducatorum, quam Patri

---

[1] Sermo est de Decreto ab Archiepiscopo Toletano, Joanne Martinez Siliceo, promulgato, quo cavebatur ne quis in cathedrale nec in alius ecclesiae in Toletana dioecesi capitulum adscriberetur, qui ex judaeorum aut saracenorum genere ortum duceret. "El puso en vigor la disciplina eclesiástica; introdujo el Estatuto que aquí llaman (de limpieza), para que todo prebendado deba presentar ántes de tomar posesion, informaciones y pruebas de limpieza de sangre, pues habia mucho abuso en esto.„ PARRO, *Toledo en la mano.—Biografía eclesiástica completa*, t. XIII, pag. 361.

Decretum hoc seu *Statutum* auctorem primum habuisse videtur Fr. Joannem Alvarez de Toledo, Cardinalem, O. S. D., promulgatorem vero ipsum Carolum V. Nec in Toletanam ecclesiam tantum inductum sed in alias per totam Hispaniam et tandem a Paulo IV pro universis approbatum. "El Pontífice Paulo IV confirmó el Estatuto de limpieza á veinte y seis de Mayo de este año de cincuenta y cinco: aunque se habia observado años ántes por decreto del Emperador y solicitado con cartas suyas que le aprobase el Papa, no se habia podido conseguir hasta ahora, que á instancias del Obispo y Cabildo, solicitó la confirmacion el Cardenal Don Fr. Juan de Toledo, su autor, que se halló en la eleccion de este Pontífice. El Obispo tuvo anticipadamente la noticia de haber hecho el Papa la gracia y la participó al Cabildo con gran gusto de todos, por ver logrado lo que habian deseado con ansia por veinticinco años antecedentes.„ GOMEZ BRAVO, *Obispos de Córdoba*, lib. IV, cap. 1.

[2] P., tunc temporis Alphonsus, postea Basilius, de Avila, aut etiam Davila, dictus.

[3] In prima Ordinum militarium origine nunquam fere qui sceptra Regni tenebat, Ordinum etiam illorum supremus erat moderator; sed cum dignitatem hanc opes multae et haud exigua potentia comitarentur plerumque, temporis decursu factum est ut, mutatis moribus gubernandique apud plures gentes ratione, a Regibus curaretur ut dignitas haec regiae dignitati accresceret.

[4] *El Viso*, oppidum haud ignobile in provincia Cordubae.

D.ri Olavio pendebat (concesserat enim Julius Papa III ut, quamdiu ipse viveret, in usum Collegii Romani pensio solveretur) tum ut exploraret ipsius Archiepiscopi animum, an scilicet gratum ipsi futurum esset, si Societas nostra Granatae Collegium admitteret, et ipsius etiam Praesidentis Cancellariae granatensis [1], qui erat Episcopus Abulae [2], ut intelligeretur an iniri aliqua ratio posset ad Collegium puerorum neophytorum ex saracenis baptizatis, qui in regno Granatae vivebant, instituendum.

991. Quarta etiam die Julii Cordubam pervenit P. Sancta Crux [3] ex Portugallia, qui quaedam sua bona Granatae dederat ad Collegium inchoandum, et accersito ejus fratre [4], qui statim Granata venit, qui ejusdem erat sententiae, parati erant ad domum quamdam et reditus centum ducatorum aut paulo amplius donationem faciendam: valebat autem domus fere duo millia ducatorum; sed quia secum instrumenta vel scripturas non habebat, oportuit ut uterque frater Granatam iret. Commisit etiam eidem ut suppellectilia ad inchoandum Collegium pararent.

992. Erat P. Joannes Alvarez cum socio id temporis Granatae, ubi homines, ejus praedicatione et colloquiis excitati, magno charitatis affectu Societatem nostram expetebant [5]; et cum Episcopus et praeses Cancellariae se etiam benevolos exhiberent, non mediocrem fructum ex eo Collegio reportandum P. Torres sperabat, quamvis debili satis fundamento inchoaretur.

993. Confirmabat hanc ejus spem P. Joannes Alvarez suis litteris, quas ad eum [6] scholasticus quidam tulerat, qui tanto ardore in Societatem admitti cupiebat, ut philosophiae cursum absolvere noluerit, sed Cordubam, ut admitteretur, veniret.

---

[1] Qui nomine Cancellaria *(Chancilleria)* hic veniat, dictum est supra, pag. 383, n. 826, annot. 1.—Eam "regium forum„ (Audientiam regiam vocant) scribit ORLANDINI, l. c., lib. XIV, n. 86.

[2] Didacus de Alaba et Esquivel

[3] P. Jacobus de Santa Cruz.

[4] Christophoro Sanchez.

[5] P. Joannes Alvarez, postea Joannes Paulus dictus Granatam cum socio missus Salmantica fuerat, valetudinis gratia, anno 1551. Vide supra, t. II, pag. 328 n. 334.—Duobus post annis Salmanticam redierat. Vide supra, t. III, pag. 305, n. 678.—Nunc autem eum denuo Granatae esse asserit Polancus, quin ejus ab urbe Salmantica recessus ullibi meminerit. Verum POLANCI narrationem confirmat *Historia* ms. *del Colegio de Granada*, cap. 1, et SANTIVAÑEZ, l. c., lib. 1, cap. 21.

[6] Ad Patrem Torres.

Ejusdem erat animi quidam theologiae Dr. Avel, qui philosophiae cursum praelegerat, [et] cum primum locum inter theologiae licentiatos habuisset, eamdem theologiam in monasterio quodam praelegebat, qui jam de bonis suis disponere coeperat, ut ad Societatem accederet; et alii sequuturi videbantur; est enim Universitas Granatae non infrequens.

994. In mandatis habuerat P. Torrensis ut quatuor illos, quos Salmantica eduxerat [1], in oppidum S.ti Lucae (quod olim *aestuarium hastae* vocabatur) mitteret, ut initium darent Collegio, quod ibi Dux Sydoniae [2], aut ejus mater, Comitissa Nieblae [3], instituere se velle dicebant, et ita cum ipso P. Francisco convenerant. Prius autem quam ad oppidum S.ti Lucae irent, P. Gonzalez cum P. Avila [4] Hispalim missus fuerat; nam Avila parentem ibi habebat, qui impensius hoc postulaverat [5] illi tamen noluerunt ad parentis domum ire, sed ad hospitale se contulerunt; et cum fores ejus essent clausae nec eis aperire voluissent, ante fores hospitalis humi pernoctarunt; et dicebant solum ipsum mollius ipsis visum fuisse quam lectos, in quibus antea dormire soliti erant; quod cum populo innotuisset, magnae omnino aedificationi illi fuit. Postridie Archiepiscopi Vicarium invisentes, et ab eo magna cum charitate excepti, facultatem concionandi per totam dioecesim Hispalensem obtinuerunt, et optime se de Societate sentire et ad eam affici Vicarius ostendit [6].

---

[1] Salmantica *secum* adduxit Pater Michaël de Torres Patres Gundisalvum Gonzalez, Paulum Hernandez, Joannem Suarez (Xuarez, Juarez) et Aphonsum (postea Basilium dictum) Avila; praeterea duos fratres Joannem Gutierrez et Didacum Lopez. Valdivia, *Colegios de Castilla*, t. I, *Colegio de Salamanca*.

[2] Rectius *Melhymnae Sidoniae, de Medina Sidonia*. "D. Juan Alonso de Guzman el Bueno, sesto duque de Medinasidonia, conde de Niebla, marqués de Cazaza, señor de Gibraltar, San Lúcar de Barrameda y otros Estados, asistió en 1522 con todos los grandes del Reino al recibimiento del emperador Cárlos V en Santander, el dia 17 de julio, y á su entrada en Valladolid, el 16 de agosto del mismo año. En 1543, fué enviado á Portugal en calidad de embajador estraordinario para pedir en nombre de aquel monarca y para su hijo D. Felipe, que luego fué Felipe II, la mano de la infanta D.ª Maria Isabel, á quien acompañó en su viage hasta la córte de Castilla, y murió en San Lúcar de Barrameda, querido y respetado de todos, el dia 26 de noviembre de 1559. Casó en 1518, con su propia cuñada Doña Ana de Aragon y Gurrea." Burgos, *Blason de España*, t. IV, pag 100.

[3] Eleonora de Zúñiga. Id. *ibid*.

[4] PP. Gundisalvus Gonzalez et Basilius (olim Alphonsus) de Avila.

[5] Patris Basilii de Avila parentes erant Franciscus Fernandez de Pineda et Agnes Hernandez de Avila. Santivañez, l. c., cap. XVI, n. 4.

[6] Dr. Gaspar Cervantes de Salazar, qui post plures annos (1595) obiit Cardinalis et Archiepiscopus Tarraconensis.

995. Excitati autem fuere a Domino sex, qui Societatis Institutum sequi vellent, inter quos erat sacerdos, qui apud ipsum Vicarium versabatur, cui quodammodo invidere hanc electionem Vicarius prae se ferebat, quasi tantumdem ipse facere optaret: duo etiam alii sacerdotes, qui grammaticam Hispali profitebantur (*Infantas* cognomine vocabant), qui Cordubam venire ut in Societatem ingrederentur optabant, et facultas eis a P. Torrensi facta est eo veniendi [1]. Cum autem egregie P. Avila [2] concionatus esset Hispali, dicebant auditores nonnulli quod ille inter duos choros Cathedralis ecclesiae [3] concionari poterat, ubi tantum insignes concionatores admittuntur. Erant etiam aliqui, qui de institutione Collegii jam tunc tractarent, et octingentos aureos numerata pecunia aliqui habebant ut expendere inciperent: scripsit etiam Vicarius nostris cordubensibus, aliquos de Societate postulans, qui residere Hispali inciperent.

996. Quod attinet ad Collegium apud S. Lucam instituendum, nostri quidem, juxta P. Francisci praescriptum, ad hospitale ejus oppidi [4] diverterunt, quamvis deinde ad domum quamdam transferendi, donec propria domus aedificaretur. Omnes illius nobilissimae familiae [5] homines magnum dilectionis affectum nostris exhibebant; omnes ad christianam doctrinam veniebant, quae dominicis diebus in summo templo explicabatur, et de negotio propriae conscientiae ac aeternae vitae libenter tractabant; Comes ipse Nieblae [6] Patri Gonzalo [7] con-

[1] Horum non meminere nec ROA nec SANTIVAÑEZ in sua cujusque *Historia* ms. *de la Provincia de Andalucia*, nec SOLIS in *Historia* etiam ms. *de la Casa Profesa de Sevilla*.

[2] P. Basilius de Avila; et sic semper intellige, ni, ut vitetur facilis error, confundendi scilicet hunc cum B. Joanne de Avila, aliter notetur.

[3] Non uno in loco concionari consuetum est in amplissimo cathedrali templo, sed in pluribus, videlicet: intra duos choros, hoc est in spatio quod inter altare summum et canonicorum chorum, qui in medio ecclesiae e regione altaris est, intercedit; in adjacenti *Sacrario;* in capella Sancti Fernandi; in *trascoro* seu spatio, quod est intra chorum et portam ecclesiae primariam; in *patio de los Naranjos*, quod extra sed juxta templum ipsum est, etc., *Intra choros* autem concionem habere nonnisi Episcopo et capitularibus, scilicet canonicis et *praebendatis*, et eximiis quandoque concionatoribus quamvis capitulo cathedrali non essent adscripti, licebat. Unde magnus habebatur, et hodiedum habetur, honor, e suggestu, qui intra duos choros est, verba facere.

[4] "En el hospital, que dicen de la Veracruz.„ SANTIVAÑEZ, l. c., cap. XVIII, n. 2. Hujus tamen non meminit GUILLAMAS Y GALIANO, *Historia de San Lucar de Barrameda*.

[5] Familia Comitum *de Niebla* et Ducum *de Medina Sidonia*.

[6] Joannes Claros de Guzman primogenitus, Ducis filius in quem jam hoc tempore titulum hunc *de Niebla* transtulerat Dux. Vide infra sub finem sequentis n. 997.

[7] Patri Gundisalvo Gonzalez.

fessus est, qui cum P. Avila et duobus aliis ibi aliquamdiu versatus est; de Collegio tamen instituendo nulla mentio fiebat; necessaria ad victum ex palatio ad eos mittebantur, quamvis aliis in rebus, etiam necessariis, paupertatem egregie liceret nostris exercere. Postquam debita [sua] solvissent, quae ad trecenta millia ducatorum ascendebant, putabantur illi domini ad aedificandum nostrum Collegium manum admoturi. [Et] quamvis id desiderare viderentur, expectabatur tamen P. Franciscus in Baeticam venturus ut cum eo de rebus ad hanc fundationem pertinentibus ageretur.

997. Illo in oppido quatuor erant monasteria religiosorum [1] et duo monialium [2], et sacerdotum magna multitudo, et tamen tanta erat rerum necessariarum ad salutem ignorantia, ut opus esset eos docere quod simplex fornicatio peccatum esset; et mirabantur cum audiebant in his, qui conjuncti sunt matrimonio, peccatum esse posse. Tanta devotione populus Societatem nostram prosequebatur, ut nullus otio locus relinqueretur; vel enim confessionibus audiendis, vel habendis concionibus, vel aliis pietatis operibus vacandum erat, sed non mediocris fructus ex hujusmodi labore proveniebat, cum frequentissimi auditores concionum et christianae doctrinae, et frequentissimi poenitentes ad sacramenta accederent; et praecipue domus Ducis Methymnae ac Comitis Nieblae cum ipsis dominis multum proficiebant.

998. In exercitiis spiritualibus aliqui Societatem ingredi decreverunt, inter quos fuit praefectus musicae Ducis, nomine Melchior Marcus [3], et Mag. Acebedo, qui Hispali humaniores

---

[1] Labentibus annis, hoc est sub finem saeculi XVII non quatuor tantum sed decem erant in ea urbe religiosorum monasteria; scilicet: Sancti Francisci de observantia, anno 1445 institutum; Sancti Dominici postremis saeculi XV annis; minimorum Sancti Francisci de Paula; discalceatorum Beatae Mariae Virginis de Mercede pro redemptione captivorum; eremitarum Sancti Augustini; Sancti Francisci capuccinorum: discalceatorum Sancti Francisci; calceatorum Beatae Mariae Virginis de Carmelo; ejusdem ordinis discalceatorum; et Sancti Joannis de Deo pro hospitalibus. Guillamas y Galiano, *Historia de Sanlucar de Barrameda*, pag. 75 et seq.

[2] Erant sub finem saeculi XVI tria, videlicet: de Matre Dei, O. S. D.; de Regina coeli, Clarissarum, O. S. F.; discalceatarum B. Mariae Virginis de Monte Carmelo. Guillamas, l. c.

[3] "Los dias que estuvo solo (frater Didacus Lopez) en aquel lugar, asi edificó con el ejemplo, y con sus pláticas santas tan gran fuego de devocion y piedad prendió en lo público; que se movieron á pretender nuestra religion de seis á siete sujetos. Entre estos fué un mozo catalan, que servia á la Iglesia y á los Duques en plaza de ministril, diestro en su oficio, y que con él pasaba descansada y honradamente. Tocóle Dios con

litteras docebat; et cum recederet P. Gonzalez ex hoc oppido ut Cordubam rediret (quod non sine aliqua perturbatione dominorum illorum fuit), reliquit P. Avilam cum P. Pertusa ac fratre Didaco Lopez, quos etiam admissus jam Marcus comitatus est.

999. In oppido Xerez, ubi de Collegio instituendo aliquando actum erat [1], non admodum bona praeparatio ad Collegii institutionem inventa est; nam civitas nihil conferebat, et alia auxilia vel tenuia erant, vel incerta valde, et P. Cristophorus de Mendoza nec ibi nec Lebrijae, ubi fuerat, multum auxerat devotionem erga Societatem [2].

1000. In civitate Baëza (*Biatiam* olim vocabant) offerebat Mag. Avila Collegium illud, de quo alias mentio facta est [3]; et quamvis duo essent ejus patroni, ipse scilicet Mag. Avila cum alio quodam [4], illius facultate et consensu habito, Societati Collegium offerebat. Haec autem erant ejus onera: tres grammatices praeceptores constituere, quartum philosophiae, quintum et sextum theologiae scholasticae, septimum autem sacrae Scripturae; quatuor praeterea, qui pueros legere docerent, et unum qui scribere, constituendi erant; reditus fere mille ducatorum: domus instauratione egebat. Itaque non videbatur Collegium

---

inspiracion tan fuerte, que se determinó á dejarlo todo y á buscar por sus pies el remedio á su alma, la quietud á su conciencia. Vinose á Sevilla siguiendo á el Padre San Francisco; echose á sus pies pidiendole la Compañia En ella le recibió el Santo; y el buen hermano le pagó la buena obra con acompañarle y servirle, sin se apartar jamás de su lado, en cuanto vivió San Francisco de Borja. Este es el buen Hermano Melchor Marcos; persona á quien, aunque novicio entonces, encargó nuestro Santo Patriarca, que tuviese particular cuidado con el Bienaventurado Padre Francisco en lo que tocase á la salud y tratamiento de su persona: y al Padre mandó que en esta parte, como á superior suyo le obedeciese. Era tan fervoroso Borja en sus penitencias y rigores, cruel y perpetuo enemigo de su carne, que no miraba por sí; y así necesitó de este freno para no perder en pocos dias la salud. Quien quisiere ver los raros ejemplos, que de su obediencia al Hermano Marcos, dió San Francisco y como sobre él con santa sencillez ejercitaba su imperio este buen hermano; vea á el Padre Pedro de Rivadeneyra en la vida de San Francisco, cuando llega á tratar de su perfecta obediencia, libro, 4.° cap. 3.°„ SANTIVAÑEZ, l. c. cap. 18.

[1] Vide supra. t. II, pag. 129, an. 1550, n. 314, et t. III, pag 366, n. 804.

[2] Quid haec Polanci postrema sententia portendat nescimus. Conquestus saepe erat bonus P. Mendoza quod solus nimium diuque relictus erat et ut ei consolationem aliquam litteris saltem missis afferrent hortatus est saepe nostros Ignatius, ut videbitur in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii*.

[3] Vide supra t. III, pag. 331, nn. 737 et 738.

[4] Alius hic fuisse videtur Rodericus Lopez, qui Romae diu fuerat "Capellan y familiar de Paulo III, Pontifice Romano„. MUÑOZ, *Vida del Venerable Padre Maestro Juan de Avila*, cap. xx. Hic autem vere primus illius Collegii, quod paulo post Universitatis juribus ornatum fuit, institutor dici debet; quamvis, ut quod instituerat magis promoveret industria et auctoritate Magistri Avilae usus est.

illud magnopere expetendum; nam praeter onera praedicta, lectori etiam theologiae, Charlavali [1], necessaria ad victum suppeditanda erant, sive ejus opera in theologica lectione Societas uteretur, sive non. Cum etiam non abundaret operariis, ac praesertim lectoribus, Societas, et ageretur Cordubae de studio pleno instituendo, non magnopere solliciti erant nostri de hujusmodi Collegio suscipiendo [2].

1001. In oppido Osuna Universitatem erexerat Comes Uregnae, et multi boni ac docti viri Societatem nostram ibidem exoptabant [3]. Distat Corduba quinque leucis Osuna. Volebant

---

[1] "Para la direccion del Colegio y enseñanza de la teología trajo (B. Avila) á dos de sus más fervorosos discípulos, los Doctores Bernardino Carleval y Diego Perez de Valdivia, que leian teología escolastica y positiva.„ Muñoz, *Ibid.*—"Es muerto habrá dos dias un buen hombre y aficionado a la Compañía, que se llama Pedro de Jaen, y paréceme ha dejado heredero al Colegio de Baeza, que de allá nos han escrito se aplicaba por el P. Mtro. Avila y los otros patronos á nuestra Compañía. Dícenme valdrá cinco ó seis mil ducados lo que deja. Dios le haya hecho gracia á la posesion eterna del reino suyo y riqueza eterna.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal, 21 Junii 1554.

[2] Nunquam hujus Collegii seu Universitatis curam suscepit Societas; sed collegiolum, ubi humaniores litterae docerentur, inchoavit anno 1569.—"El Memorial... en que la Universidad se quejaba al Consejo de Castilla de los desaires que recibia en su mismo pueblo, indica bien á las claras su decadencia, así que faltaron en ella el espíritu de su fundador y primeros maestros, como sucede en todas las fundaciones de este género... La de Baeza, que tuvo muy santo orígen, pero que debió decaer ya en la segunda mitad del siglo XVI, solo tenía enseñanza de Artes y Teología.„ La Fuente, l. c., cap. XXVIII.

[3] "D. Juan Téllez Giron, cuarto Conde de Ureña, y Señor de las villas de Osuna, Cazalla, Moron y otras, fundó este Colegio-Universidad, así como tambien la Iglesia Colegial de la misma villa. Erigióla á modo de capellanía ¡cosa rara! en sufragio del alma de la Condesa su madre, por cuyo motivo la tituló de la Purísima Concepcion, atendiendo á la gran devocion de aquella Señora á dicho Sagrado Misterio.

Y considerando asimismo, añade la fundacion, los bienes que se podrian conseguir á personas pobres, que no tenian ni podian tener aparejo de estudiar, quise tambien que además de la Sagrada Teología, hubiese tambien en dicha Universidad cátedras de cánones, leyes y medicina, porque muchas personas fuesen aprovechadas y alumbradas con las letras de los teologos y médicos, como remedios necesarios para cuerpos y para almas, y los legistas y canonistas, como personas que necesariamente conviene haberlas en la república cristiana, para defender los derechos y justicia, que los hombres pueden y suelen pretender, y para que en esto dejen lumbre los tales letrados hombres de consejo y sano parecer. Todo lo cual pretendí encaminar al ánima de su Señoría por ser ejercicio de caridad de que Dios Nuestro Señor es muy servido; y sin embargo de ser fundacion de autoridad, tan solamente quise ponerle nombre de capellanía de la señora.

Encarga luego á su hijo y sucesor en el Patronato que mire por la fundacion y procure obtener la aprobacion del Rey, como se ha hecho para otros Colegios-Universidades; y que aquel su testamento se tuviese por escritura de fundacion ad perpetuam rei memoriam.

Créese que obtuvo la aprobacion del mismo Emperador Carlos V, y así lo dice la inscripcion dedicatoria frente á la Capilla:

D. O. M. S.

Illmus. et Excmus. D. D. Joannes Tellez Giron IV Urennae Comes, Regis Camera-

autem iidem viri Comiti persuadere ut illud suum Collegium Societati offerret; accessit eo P. Torres, et pergratum fuit Comiti Societatis Institutum ab eo melius intelligere, nam prius, ut alii multi, ita et ipse sinistris informationibus imbutus fuerat. Existimabatur autem, adveniente P. Francisco in Baeticam, hoc etiam Collegium Societati applicandum fore, si P. idem Franciscus Comitem alloqueretur. Doctor autem quidam, qui cathedram ibi primam juris obtinebat, Societatem ingredi constituit: paulatim itaque et collegiorum admissionem et hominum, a quibus illa inhabitanda erant, messem Domini Providentia parabat.

1002. Invisit idem D.or Torres Marchionissam [1], quae gravi morbo laboraverat, cujus illa praesentia multum consolationis spiritualis et auxilii accepit. Ducissa etiam de Arcos, ejus filia [2], et P. Antonii soror, totius vitae generalem confessionem apud P. Torrensem, non mediocri cum fructu, peregit; ejus etiam maritum, Ducem de Arcos, alia ratione divina Bonitas a latiori et magnatibus consueta via ad arctiorem, quae ducit ad vitam, Dominus revocaverat [3].

---

rius et ejus Consiliarius status, etc.... hoc scientiarum omnium sacrarium, Collegium et Universitatem, integerrimo animi affectu, cum advocatione Immaculatae Conceptionis Deiparae Virginis Mariae, indultoque et gratia apostolica S. D. N. D. Pauli PP. III et auctoritate Caroli V Imperatoris. Hispaniarum et Indiarum Catholici Regis, ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei, ejusque Ilmae. Fidei in aeternum permanentes dicavit. Anno ab Orbe redempto. M.D.XL.VIII.„

LA FUENTE, l. c., cap. XXXV.

1 Marchionissam de Priego.

2 "Maria de Toledo y Figueroa, mujer de D. Luis Cristobal Ponce de Leon, segundo Duque de Arcos.„ BURGOS, *Blason de España*, t. III, pag. 12.

3 Quod hic subobscure innuit Polancus, clarius erui videtur ex fragmento litterarum B. Joannis Avila huic Duci de Arcos datarum, quod affert P. SANTIVAÑEZ: "Cuando entraron en Andalucia los nuestros, poseía esta villa como legitimo dueño el Exmo. Sr. D. Luis Cristobal Ponce de Leon, segundo Duque de Arcos, Marqués de Zahara, Conde de Casarés, señor de Villagarcía y otros vasallos, príncipe de altos pensamientos, que en nada degeneró del antiguo valor de sus Progenitores. Franco, liberal, generoso y amado de todos; de mucha destreza y mayor ánimo en la disciplina militar, en consejo y gobierno de ella; de que hicieron largas experiencias con cabal satisfaccion el invicto Emperador Carlos V y su hijo el Príncipe Filipo, reyes ambos á quien deben estas coronas no poca parte de su buena andanza. Echaron mano de el duque D. Luis Cristobal estos gloriosos reyes para las cosas de más cuidado. Satisfizo él á sus obligaciones; y dejó á su casa en cambio de excesivos gastos, nuevos ejemplos de valor y gentileza. Envidiosa la Fortuna cortó el hilo de sus progresos en oficios de Virrey, y Capitan general del reino de Valencia para que estaba ya nombrado. No cumplidos 48 años de su edad se despidió de esta vida con esperanzas de mejor suyas y agenas, dejando en amigos como en vasallos, dolor de perderle; ejemplo cabal de un muy cristiano y valeroso príncipe.

Para colmar con ventajas de muy cristiano, las glorias de muy primoroso caballero,

1003. Didicisse se fatetur in illo Cordubensi Collegio P. Torres ipsa experientia quod in Collegiis, in quibus lectores ordinarii sunt, esse aliquos alios oportet, qui eorum loco, qui non bene habent, substitui possint [1]; quod idem esset Cordubae nec sublevari possent quidam, qui [quoniam] debili erant corporis habitudine, pejus habuerunt; et tandem lectio rhetorica et graeca et casuum conscientiae cessarunt ad tempus: quamvis hoc anno Cordubensis civitas detrimentum ex eo non sensit, quod aestus graves vacationem a studiis postularent; et ita Dnus. Joannes de Corduba et alii nostros urgebant ut vel omnino [a] lectionibus cessarent, vel duabus tantum horis mane praelegerent; et etiam in classibus inferioribus a principio Octobris usque ad festum S.ti Lucae omnibus vacare concessum est, ut nostri interim respirarent ad novos labores in studiorum renovatione subeundos [2].

1004. Et jam tunc etiam P. Franciscus cum paucis collegiis lectores prospicere deberet, tamen difficultatem ejusmodi, quod ad lectores attinet grammaticae, experiebatur, ut de externis lectoribus quibusdam mittendis Cordubam cogitaret; sed hoc ipsum P. Torrensi durum videbatur, ut scilicet saeculares cum religiosis miscerentur, quod experientia ex parte in Collegio Gandiensi docuerat [3]; et ideo suggerebat P. Ignatio aliquos, ad peritiam linguarum et rhetorices idoneos, Salmanticae et Compluti in hujusmodi studiis exercendos, ut necessitatibus hujusmodi subvenirent, et ob hanc ipsam penuriam non facile multa

---

le sazonó mucho la labor atenta y continuo clamor al cielo, con que por su parte el venerable maestro Juan de Avila, su confesor, su consejero y amigo, por la suya aquella Exma. hembra D.ª Ana Ponce de Leon su hermana, y Condesa de Feria, cuya santidad tan notoria es á el orbe, labraron en el sujeto. Tomó Avila muy por su cargo la conciencia del Duque, su reformacion, sus progresos en toda virtud. Escribiale muy á menudo. Advertíale de todo, ya con tiernos afectos de padre; ya con imperio de superior. En una le dice: "El negocio que yo tengo con V. S. es, suplicarle se acuerde muchas veces de aquel dia del desmayo, que se pensó ser para V. S. el postrero de sus dias. Y se acuerde de los propósitos que entonces concibió: y cuanta razon es cumplir la palabra que á Dios se dá. Y cuanto cumple a V. S. no olvidar aquel dia de amenaza porque no venga el de la ejecucion, etc.„ L. c., lib. III, cap. 11.

[1] Curabat hoc Ignatius solicite et alios ut curarent hortabatur suis litteris et hanc sibi legem hoc tempore praescripserat ne Collegia nova admitteret, ubi, praeter operarios et lectores, ali non possent duo vel tres, qui litteris operam darent et in lectorum, dum aegrotarent, locum succederent; ut saepius jam in hoc *Chronico* visum est et in *Cartas de San Ignacio*, et videbitur in *Nova Serie*. Vide etiam infra, n. 1018.

[2] Idem iisdemque de causis constituit P. Natalis, Commissarius, Valentiae, Gandiae, etc. – Vide supra, pag. 346, n. 739.

[3] Vide supra, t. II, pag. 666, n. 561.

collegia admittenda videbantur ex his, quae offerebantur; nam, ut scholis praeessent, educendi erant ex nido probationis ac studiorum aliqui scholastici, antequam alas virtutis ac doctrinae solidae ad volandum haberent; unde non solum ipsi detrimentum acciperent, sed et suscepto muneri minus plene satisfieret; et praeterea quaedam necessitas injungi videbatur Societati, quosdam in officio docendi tolerare, qui convenientius in culina et humilitatis ministeriis se exercuissent, et prius quam spiritum proprium Societatis gustarent, in cathedra altiorum hujusmodi functionum constituere; qui alioqui ad omnia fuissent idonei, hac ratione perpetuo quodam motu ac discursu distineri necesse erat.

Et haec de Provinciali ac inchoatae Provinciae Baeticae initiis dicta sint.

DE P. NATALI

COMMISSARIO IN HISPANIIS

QUAEDAM

1005. Oppugnatio libri Exercitiorum, quae initio hujus anni nostros exercebat, propter propositiones illas, de quibus superius mentio facta est [1], cessatura P. Natali et aliis videbatur, si Sedes Apostolica, quae illum sua auctoritate confirmaverat, Inquisitoribus committeret ne a quoquam eorum doctrinam contradici permitterent; et tam P. Natalis quam P. Franciscus oppugnationem praedictam ad majorem Societatis notitiam et boni odoris in Hispania cessuram sperabant, et nullo modo quidquam immutandum esse censebant, sed interpretandum, si quid interpretatione indigeret, prout librum et doctrinam a Sede Apostolica approbatam decebat. Quod in illa regula dicebat "*nec jam ullam creaturam potest diligere*„, interpretabatur *stante illa motione et consolatione et actu fervido amoris in Deum*, a quo quidem, ut constat ex quarta regula sequenti, potest quis excidere: satis etiam manifestum est ex ipsa tertia regula quod ad statum illum et actum, quem diximus, dicta referantur. Quod vero dicitur "*etiam si esset compertum*..., etc.„, declarabat nostris P. Natalis quod non ibi opinio Ambrosii Catherini defendebatur, nec de ea id cogitatum erat, sed constare communem sensum theologorum ex exemplari hispanico et ex alia versione latina, et in sequenti decima quinta regula idem sensus et phrasis exprimitur, et illud verbum *esset* non optativi sed subjunctivi modi esse, et referri ad actum concionatorum et concionis ipsius, et eleganter pronunciari a Societate "etiam si inter concionandum esset compertum„, ex. gr. ut si diceret "etiam si esset probatum ac demonstratum Deum esse trinum„, ut communiter solet; circumspe-

[1] Vide supra, t. III, pag 335, n. 746, et in hoc t. IV, supra, pag. 415 et 416, n. 895 et 896. Vide etiam Appendices tomi III.

cte tamen loquendum esse [1]. P. Provincialis Araoz, ut se ab hac difficultate eximeret, emendavit verbum illud *esset* juxta hispanica Exercitia, et ejus loco posuit *sit* [2]. Cum autem refriguisset oppugnatio, vel quod non ausi essent in medium prodire, qui propositiones adnotaverant, vel alia ratione, nec nostri quidquam innovandum esse censuerunt; nihilominus superiores instruxit P. Natalis quomodo interpretari deberent loca illa, si quis interpretationem exigeret [3].

1006. Dr. Cuesta, qui postea Legionensis Episcopus fuit, contra monachum quemdam, has propositiones illi referentem, earum defensionem sponte suscepit [4].

[1] Clariora haec fient litteris Patrum Natalis et Araoz.

[2] En originem illius mutationis, quam in librum Exercitiorum inductam diximus supra, t. III, pag. 336, annot. 2 ad n. 746.

[3] Nihil innovandum, nullam novam a Sede Apostolica approbationem Exercitiorum propter has turbas curandam censuit Ignatius. Ita saepe Polancus, litteris, *ex com.*, datis ad PP. Natalem, Borja et Araoz.

[4] Is hoc anno 1554 erat canonicus in collegiata ecclesia Sanctorum Justi et Pastoris Compluti et in Universitate lector. Brevem ejus notitiam hic inserere juvat, quae nequidem in *Biografía eclesiástica completa* reperitur. "Tuvo por patria á Medina del Campo; fué gran Doctor, insigne, y señalado Teólogo, grande en virtud, y mayor en el oficio de Obispo, y en caridad y limosnas. Fué Colegial, electo en 15 de Octubre de 1536, y Rector en el Colegio mayor de Alcalá: en su Universidad tuvo tres Cátedras, y por discipulos muy señalados varones ilustres: en su Iglesia Colegial Sancti Justi obtuvo un Canonicato. El Rey Felipe Segundo le presentó en 10 de Febrero de 1558 para el Obispado de Leon. De él dijo el Emperador: Será tan grande Obispo como Doctor, y Maestro, porque en las letras ha tenido el primer lugar, y dignidades que dan ellas; y asi fué como el Emperador lo habia dicho. Alvar Gomez en el libro 8 de la vida y hechos de Fray Francisco Jimenez dice de él, era de grande ingenio, y de singular prudencia. Fué uno de los nombrados para asistir en el Concilio de Trento, en que tuvo la estimacion que merecia el crédito de sus letras; en él fué causa para que el santo Concilio, tratando de abrogar las esenciones de las Iglesias, declarase que no se entendiese con la Iglesia Magistral de Alcalá; y de cómo asi lo acordó, dió un testimonio el Secretario del Concilio, que dice asi: "Ego Marcus Laurens Tropensis, Ordinis Praedicatorum, Episcopus Campanensis, Secretarius sancti Concilii Tridentini pro Reverendissimo Angelo Massarello Episcopo Thelesino; omnibus fidem facio: quod cum in generali Patrum Congregatione de abrogandis Capitulorum exemptionibus ageretur, petitum est a Reverendissimo Episcopo Legionensi, ut Collegiatae Ecclesiae sanctorum Justi et Pastoris in oppido Complutensi ratio haberetur„. Pareció á la mayor parte, que la peticion era justa y se concedió, y es la data del testimonio en 6 de Diciembre de 1563.

Volvió el Obispo á España, y llegando al Convento de nuestra Señora de Monserrate adoleció, y murió, y en él está sepultado en la Capilla de san Benito, y su sepultura tiene el Epitafio siguiente:

✠

ANDREAS CUESTA EPISCOPUS LEGIONENSIS,

E CONCILIO REVERTENS, HIC DEFUNCTUS IACET
ANNO DOMINI 1564.„

GONZALEZ DAVILA, *Teatro eclesiastico de España*, t. I, pag. 416.

Defensionem hanc Exercitiorum, quam non verbo solum, sed scripto etiam, fecit Dr. Andreas Cuesta, dabit *Nova Series litterarum Sancti Ignatii*.

1007. Cum etiam D. Didacus de Corduba, qui de consilio Inquisitionis erat, P. Natalem alloquutus esset, significavit ei quod ad tribunal Inquisitionis nonnihil ei delatum fuisset; sed res esse exigui momenti, ut facile cerni posset quod ex invidia talia notarentur: postulavit autem enixe Exercitiorum librum ut eum videret, et nostros faciles esse [1] debere in eis ostendendis judicabat; sed respondit ei P. Natalis nos etiam facile dare, quibus utile fore speraremus, nec moveri nos ulla ratione his, quae contra Exercitia circumlata fuerant; sed ab eo, ut amico Societatis (talem enim se et in Sicilia et in Hispania D. Didacus de Corduba exhibuerat [2]), consilium petiit quomodo sine S.ti Officii offensione possemus providere ne quis amplius contra Exercitiorum librum obloqueretur: subjecit ille ut praesentaremus Exercitia Officio Inquisitionis; at P. Natalis dixit non egere nos auctoritate S.ti Officii, cum superiorem, scilicet, Sedis Apostolicae, approbationem Exercitiorum habuissemus. Tunc D. Didacus ait verum id esse, sed dari saltem posse librum his, qui de Inquisitione sunt, ut eum legerent: sed ne id quidem P. Natali expedire videbatur, quia necesse erat respondere eis, quae publice aut privatim contrarii objecerant, et hoc non convenire auctoritati Sedis Apostolicae, nec Cardinalis Compostellani, qui unus erat ex universalibus Inquisitoribus [3], nec ipsius etiam Societatis. Ipse vero Didacus aliud non respondit quam ut videremus nos quid magis conveniret: illi autem, ut privato, liber Exercitiorum legendus datus est.

1008. Quod attinet ad subsidium, quod Romano Collegio ex Hispania curandum erat, ferventem se P. Franciscus Borgia exhibebat, et inter alia cum filio curavit ut quingentos illos aureos, quos promiserat, solveret; quod ille promisit se facturum et ita P. Ignatio scripsit. Nihilominus assignatio illa, quam Dux fecit, vana inventa est, ut videretur potius voluisse patri suo satisfacere, quam reipsa praestare quod promittebat et se debere fatebatur. Ex illis tamen reditibus P. Francisci, quos ab Imperatore diximus impetratos ad quinquennium, et ex aliis quibusdam, duo millia ducatorum et amplius Romam missa fuerunt; et praeter haec ex Baetica et bonis quibusdam, vel potius

---

[1] *Facile debere* habet ms.
[2] Vide supra, t. I, ubi de rebus Siciliae agitur.
[3] Vide supra, t. II, pag. 23, n. 42, et t. III, pag. 559.

ex reditibus, P. Didaci de Guzman ac Dris. Loarte ac P. Christophori de Mendoza [1], nihil attingendo de collegiorum bonis, alia quatuor millia ducatorum hoc anno missa fuerunt, in regnum Neapolitanum per Comitem Melitensem transmissa, quae inde Romam pervenerunt [2]; et saltem ad aliquot annos duo millia ducatorum mittenda relicta sunt.

1009. De Hispalensi Collegio addit idem, quod sine scholis admittendum erat, quod Universitas ea in civitate esset [3].

1010. Provincialis Archiepiscopum Toletanum visitaverat, et deinde P. Natalis eum invisit, qui nostros humaniter excepit, nec quidquam de exercitiis significavit; domi quidem habebat monachum [4], qui multa notaverat, sed non audebat, ut credendum est, in lucem cum illis prodire. Secundo eumdem Archiepiscopum adivit P. Natalis, ut eum nomine D. Joannis de Vega [5] salutaret qui amicitia Archiepiscopo conjunctus erat; et cum multa de rebus Societatis ille interrogasset, occasionem habuit P Natalis ea dicendi, quae profutura videbantur ut Archiepiscopus in officio contineretur. Hujusmodi erat quod Imperator favore suo Societatem complecteretur, et duas Abbatias ad Collegia Siciliae promovenda applicari jussisset, etc.; quo etiam favore Summus Pontifex et Cardinales primarii res nostras foverent; et ea, quae Romae gerebantur per nostros, praecipue in Collegio nostro [6] et in Germanico. Interrogavit ille de numero Professorum; quem cum P. Natalis dixisset, de numero etiam aliorum, qui erant in Societate, percunctatus est; et cum

---

[1] Non hi tantum, sen etiam P. Martinus de Olave Collegii Romani penuriam sublevare curavit. "Aquí va una letra del Doctor Olave para el Arzobispo de Granada, y un poder suyo para cobrar ciento cincuenta ducados de su pension cada año. V. R. dé orden á los procuradores que cobren y lo envíen por acá.„ Polancus Patri Hieronymo Natali 6 Januarii 1554.—De Patre Antonio de Cordoba vide supra, pag. 382, n. 822, annot. 1.

[2] Non tamen sine difficultatibus ex Melitensis Comitis neapolitano procuratore, Jacobo Guerrero haec habita sunt, ut videre est in *Cartas de San Ignacio*, t. IV et in pluribus a Polanco toto hoc anno scriptis, *ex com.*, litteris, praesertim ad P. Petrum de Tablares.

[3] Non una sed duae erant hoc tempore Universitates Hispali; videlicet, quam sub finem saeculi XV aut initium XVI erexerat "el Arcedi no de Reina, D. Rodrigo Fernández de Santaella y Córdoba, que luego pasó á ser Universidad con infulas de Colegio Mayor„ et Collegium Sancti Thomae, anno 1517 institutum ab Archiepiscopo Hispalensi, Fr. Didaco Deza, O. P.—Vide LA FUENTE, l. c., cap XVI et XVII.

[4] Fratrem Thomam de Pedroche? Vide supra, t. III Appendices.

[5] Siciliae hoc tempore Pro-regis, de quo saepissime in hoc *Chronico* et in *Historiis Soc. Jesu*.

[6] Romano.

se nescire respondisset P. Natalis, subjunxit ille: "Mille et quingenti estis;„ itaque satis diligenter videbatur indagasse, quia non admodum procul a scopo aberrabat, quamvis ad hunc numerum eo tempore nostri non omnino pervenerant [1]. Hoc demum ex isto colloquio ac priori elicere potuit P. Natalis, quod nihil contra Societatem moturus esset Archiepiscopus; difficile tamen suum judicium illum esse mutaturum illa aetate et ingenio, quo praeditus erat [2], quamvis benigne exceperat eum et data etiam benedictione dimiserat.

1011. Colligebat etiam P. Natalis eo tempore sperandum non esse quod Toleti Societatis Collegium vel domus instituere-tur, eo quod Episcopus ab his, qui Societatem minime intelligebant, male de rebus Societatis informatus, provinciam hanc suscepturus non erat; et si cum amicis illis agendum esset, qui Societatem Toleti expetebant, illos omnes ex professo adversarios esse Archiepiscopo ratione statuti, quod induxerat in ecclesiam Toletanam [3]. Ipsa tamen civitas idonea videbatur ad magnum aliquod opus aliquando conficiendum, et hujus Archiepiscopi aversio a Societate praeparatio esse videbatur ut, qui ei succederet, aliquid insigne in Societatis favorem praestaret; observavit etiam eos, qui erga Societatem affecti erant, ut plurimum ex eis esse, ad quos aliquo modo statutum pertinebat, et inde colligebat Archiepiscopus omnes nostros hujusmodi esse: et D.rem quidem Torrensem se amicum habere in Societate fatebatur, sed illum ignorantem fuisse et a Societate deceptum

---

[1] Eorum catalogum, qui Societatem ante Ignatii mortem sunt ingressi, dabit, Deo volente, postremum hujus Chronici volumen. In eo perspicietur quam parum, ut ait hic Polancus, a vero aberraverit Archiepiscopus Toletanus, Joannes Martinez Guijarro (Siliceus).

[2] Debita cum reverentia tanto tantaeque integritatis viro, quem jure propter eximia pietatis et munificentiae opera et amabant plerique toletani cives, et laudibus extollunt maximis scriptores, quo haec Polanci verba juste aestimentur aliaque iis similia plura, quae in illius temporis litteris continentur, opportunum hic judicamus exscribere quid de illo ejusque ingenio senserit La Fuente: "Sucediole (Cardinali Tavera) el Cardenal Siliceo, su apellido era *Guijarro;* pero hubo de latinizarlo, segun la pedantería de aquel tiempo, en que los Acevedos se llamaban *Oleastros* y los Perez *Petreyos*. El genio del Arzobispo era como su apellido. Apenas quedó persona en el Arzobispado con quien no riñera.„ l. c., cap. xx.—Observa hic in *Biografía eclesiástica*, t. ix, pag. 619, contra id quod communiter habent auctores, cognomen hujus dici *Guijeno*.

[3] Alte menti infixum erat Archiepiscopo nostros, praecipue Complutenses, si non verbis, opere saltem contradicere *Statuto*, quod in ecclesiam suam Toletanam induxerat. Vide supra, pag. 463, annot. 1 ad n. 988. Ideoque qui Societati favebant, exosi ipsi erant, quasi *Statuto* refragarentur.

dicebat. P. Franciscum Borgiam revereri videbatur, sed dicebat quod tamquam lupi caput per Hispaniam eum circumferebamus [1].

1012. Cum Cardinalis Compostellanus [2] de suo Collegio [3], quod Compostellae nostris tradi cupiebat, sollicitus esset, et P. Ignatius ei gratificari cuperet, scripsit denuo P. Natali ut Comitem Montis Regii [4], qui erat alter cum Cardinale patronus, adiret, et Cardinalis litteris, quas ei scribebat, traditis, denuo de eodem negotio cum eo tractaret. Paruit P. Natalis, et,

---

1 In quibusdam regionibus, ubi lupi aliaeve ferae gregibus nocivae reperiuntur, mos praevaluit ut qui unam ceperit occideritque, occisae ferae caput per oppida pagosque vicinos circumferat, quo praemii aliquid accipiat.

2 Joannes Alvarez de Toledo, O. P.

3 Ex his et ex litteris de hoc negotio scriptis apparet Cardinalem Compostellanum non tam de novo quodam Collegio Compostellae pro Societate erigendo egisse, quam de tradendo Societati Collegio, quod sub Sancti Hieronymi tutela et nomine in illa urbe erigendum curaverat Alphonsus de Fonseca, olim Compostellanus, deinde Toletanus, Archiepiscopus. "Por una de V. R. y la copia de otra que escribe al P. Maestro Nadal, Comisario, ha entendido Nuestro Padre el suceso del negocio de Santiago (S. Jacobi in Compostella) y hase comunicado todo con el Cardenal (Compostellano), el cual nos ha dicho que esta cosa está principalmente cometida al Arzobispo, aunque, como pariente, al Conde de Monterey con él, y que él quiere que se dé el Colegio con toda su renta á la Compañía, con que entretenga doce colegiales gallegos conforme á la intencion del fundador, el cual no pretendió hacer Universidad sino Colegio; y parece que toma el asunto el Cardenal de efectuar esto con que la Compañía dé tres lectores de gramática y humanidad y otros tres de artes, (aunque el primer año haya solamente uno y el segundo dos), y dos de teología y uno de cánones, que parece será como lector de teología, leyendo aquella parte del Derecho Canónico, que confina con ella. Y muéstrase tan puesto en esto, que decia á Nuestro Padre, hallándome yo presente, que creia le habia Dios de perdonar todos sus pecados por esta buena obra que hacia á su Arzobispado en introducir en él la Compañía.„ Polancus, *ex com.*, Patri Michaëli de Torres, 5 Januarii 1554. Vide etiam ejusdem ad eumdem litteras 17 Januarii.

Nihil tamen de his habet DR. JOANNES JOSEPHUS VIÑAS in opusculo *Breve reseña de la Universidad de Santiago*, nec VINCENTIUS DE LA FUENTE, in *Historia de las Universidades, etc.* qui fere nihil aliud agit, ut ipse fatetur, quam praecipua ex memorato opusculo excerpere.

Hic autem locus est explicandi sensum quorumdam verborum DOCTORIS VINCENTII DE LA FUENTE, qui, de hoc Collegio Sancti Hieronymi seu Universitate Compostellana agens, ait: "Por ellas (constitutiones Compostellanae Universitatis a Doctore Complutensi Andrea Cuesta confectae, et anno 1566 a Licentiato Guevara Visitatore in nonnullis immutatae), el estudio de la gramática latina se encomendó á los Padres Jesuitas, sin retribucion de ninguna especie, prohibiéndose que en ninguna otra parte de la ciudad se enseñase, ni aun con licencia del Ordinario, sino en virtud de la del Rey, y con autoridad y consentimiento del Claustro de la Universidad. Mas como éste sentia ver separada de ella la enseñanza que habian mirado con tanta predileccion los fundadores y por otro lado *los Padres Jesuitas se resistian á darla gratuitamente*, se atendió en la reforma de 1593 la reclamacion del Claustro...„ (L. c. t. II, cap. XXXII) ubi verba, quae *italicis* typis distinguimus, non id significant voluisse Societatis Patres ab alumnis aliquid pro lectionibus extorquere, sed e contra, scilicet, quo gratis legere juxta suum Institutum valerent, ab Universitate petiisse ut ex ejus reditibus sustentationi lectorum provideret.

4 Alphonsus de Acebedo et Zuñiga. Vide supra, t. II et III.

simul cum P. Araoz Comitem alloquutus, significavit ei quod Societas totum onus Universitatis Compostellanae susceptura erat, quod Comiti magnopere placuit, ut scilicet tam Collegium quam Universitas Societati committerentur: aliqua tamen difficilia occurrebant P. Natali circa instructionem a se [1] missam, partim quod multi lectores offerrentur, plures quam pridem Dri. Torrensi scripti fuerant; et quia Cardinalis de reditibus nihil expresse scripserat, et Comes videbatur significare quod octingentos aureos annui reditus essent applicandi, parum id esse videbatur ad eam molem sustinendam: demum constituit consensum Comitis obtinendum esse, et Romam rejicienda esse, quae difficultatem ingerebant, ut cum Cardinale Compostellano P. Ignatius de illis aliquid certi statueret: rem tamen clare admodum explicandam suggerebat; quia cum gallaecis negotium erat [2]; et quae ad visitationem pertinebant lectionum, esse clare exprimenda, ne plus illi sibi sumerent quam par esset. Designavit etiam lectores P. Natalis grammatices et rhetorices et graecae linguae ac cursus philosophici et theologici, ut, cum Romae res stabilitas esse nunciaretur, statim lectores eo mitti possent; et, quia juris canonici lector etiam requirebatur, eum etiam designare volebat, et idoneum aliquem se inventurum sperabat.

1013. Haec Martio mense Vallisoleti acta fuerunt; postea Comes significabat cupere sibi a Principe Philippo hoc juberi ut acquiesceret Cardinali, et timebat P. Natalis ne occasionem inde vellet accipere se excusandi apud Cardinalem ut sic gallaecis satisfaceret, qui Universitatem illam in manibus saecularium et non religiosorum esse cupiebant, quamvis alioqui bene affectus erat Comes in Societatem [3].

---

[1] Sic; sed sensus exigere videtur ut scribatur *ad se* vel *sibi*. Sermo enim esse non potest de *Instructione* a P. Natali confecta et patronis ab ipso missa (hanc enim, si quae difficultates essent, revocare ipsi integrum erat), sed de Instructione Patri Natali vel ab Ignatio, vel a Compostellano Cardinale, vel ab utroque Collegii patrono missa.

[2] Ingeniosi, astuti, sagaces et, ut plurimum, litibus nimium dediti sunt gallaeci.

[3] Nunquam in manus religiosorum Universitas Compostellana venit, licet temporis decursu religiosi aliqui, tum Sancti Benedicti, tum Societatis Jesu, in lectorum numerum adscripti fuerint. "El gobierno de la Universidad... pertenecia al Claustro, y á este lo presidia un Rector, nombrado anualmente por la misma corporacion. Habia, además un Visitador ordinario, que nombraba el Cabildo catedral tambien en cada año, y otro Regio que era uno de los Oidores de la Real Audiencia, y debia venir á fin de curso á cumplir este deber, cuyo plazo se fué difiriendo poco á poco hasta llegar á

Et haec de Compostellano Collegio hoc anno tractata fuerunt.

1014. Admonitus fuerat P. Natalis ut, quemadmodum provincia Portugalliae aliquid contribuerat ad expensas, quas in hoc itinere ad eos visitandos et constitutiones promulgandas fecerat, [ita et Hispaniae provinciae facerent]; at ille quid ferre possent collegia hispanica nihilominus considerabat, partim quia in hac parte animi illorum satis teneri videbantur, partim quod debitis collegia premerentur, et tunc vere paupertatem necessario colebant.

1015. Ab eodem Patre admonitus fuerat ne propria jumenta aut Provinciales aut ipsi Commissarii, et multo minus Rectores, haberent, et id curavit P. Natalis ut ita observaretur; sed tunc Patrem Araoz nullam habere mulam propriam, ut putabatur, sed duas mutuo acceptas ad iter Ognatense habere deprehendit: divisis etiam provinciis, necessarium etiam non fore ait P. Natalis ut collegia mulam aliquam alerent in usum Provincialium (quod tamen P. Ignatius ad necessitatem per-

---

verificarse á lo sucesivo estas visitas, que eran muy costosas al establecimiento, en períodos indeterminados. La ordinaria del Cabildo ha dejado pocos recuerdos, pues por lo general se ejercía por mera fórmula, siendo como era el Rector individuo también del Cabildo, aunque alguna vez, por disidencias entre ambas autoridades, produjo serios disgustos y altercados.

La provision de las cátedras, segun la fundacion de 1501, debía hacerse por oposicion, fijando edictos en las escuelas de Salamanca y de Valladolid por término de treinta dias, y verificándose los ejercicios ante los señores Dean ó su Vicario Maestrescuela, y Visitadores, Administrador y estudiantes, haciéndose por estos la eleccion del profesor. Como la primera provision se hizo por el Dr. Diego de Muros, Obispo de Mondoñedo, no hay noticia que esta manera de obtener las cátedras se practicase en Santiago en el período trascurrido hasta las constituciones redactadas por el Dr. Cuesta, que sostuvieron el principio de conferirlas mediante oposicion, designando los títulos que debían tener los aspirantes, pero transfiriendo al Claustro la facultad de examinar y nombrar. Este nombramiento duraba sólo tres ó cuatro años, segun las cátedras, al cabo de los cuales quedaban vacantes; se publicaba nueva oposicion, y sólo en el caso de que no hubiese más aspirante que el catedrático que cesaba, se le dispensaban los ejercicios que las constituciones ordenaban... Finalmente, á mediados del siglo XVII se aumentó la Facultad de Teología con tres cátedras, dos de ellas á cargo de los Padres Jesuitas, y otra fundada por D. Diego de Hevia, Obispo de Antequera en Nueva España, para que la desempeñase un monje del Real Monasterio de San Martin» como asi se vino practicando hasta la supresion de las respectivas Comunidades.» LA FUENTE, l. c., cap. XXXIII.

mittebat), sed in usum Commissarii unicam tantum mulam teneri, quae omnium collegiorum expensis aleretur, et socii Commissarii conductitiis uterentur [1].

1016. Difficile Mag. Emmanuelem de Saa extorsisse a D.re Vergara fatetur, et tamen sine ejus offensione secum adduxit [2], et hunc cum P. Didaco de Guzman et P. Dre. Loarte, et quodam discipulo Mag. Avilae in philosophia et theologia versato, Romam adducere secum constituit, et non plures, quod ad plures Hispaniae fundationes necessarii viderentur; illos tamen permisit in Siciliam mitti, de quibus superius actum est [3].

1017. Dominum etiam Ludovicum de Mendoza, veterem Societatis amicum [4], secum Segovia deducere cogitabat; cui cum P. Ignatius scripsisset ut curaret litem quamdam gravem, qua distinebatur, componere, consilium tamquam praeceptum interpretatus, id fecit, et successit tam prospere concordia, ut utriusque parti et honori et utilitati consultum omnino videretur; et quodammodo stupebat ipse D. Ludovicus quod tam felicem successum concordia habuisset, et meritis P. Ignatii, cui obtemperaverat, id adscribebat [5]: non tamen potuit cum P. Natali hoc anno Romam venire, quod esset oeconomus Cathedralis ecclesiae, et ad rationem reddendam et ad multa solvenda et recuperanda tenebatur: ejus tamen domus velut hospitium Societatis erat Segoviae, antequam ibi Collegium haberemus, ubi et Bernardus Japonensis Romam veniens, cum in aegritudinem incidisset, valetudinem curavit; ipse vero de quadam praebenda, quam ea in ecclesia habebat, permutanda cum simplicibus beneficiis aut praestimoniis agebat ut Segoviensi Collegio possent applicari.

---

[1] De his, quae sub iis numeris 1014 et 1015 continentur, quaedam reperies in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii*.

[2] Non solum a Doctore Vergara, propter eximias dotes, F. Emmanuel de Saa diligebatur ejusque ex Hispania recessus aegre ferebatur, sed a Patre Franciscо Borgia, et hujus rationem haberi potius quam illius volebat Ignatius, qui Emmanuelem Romam evocaverat. Ait enim Polancus, Patri Natali, *ex com.*, scribens 1.a Januarii hujus anni 1554: "Cuanto á Miro. Manuel, todavia le traiga consigo V R., pues siendo cosa de Gandia, vendrá al propósito para el Colegio de Borgia de Roma, y el respecto, que Nuestro Padre tuvo en no mandar absolutamente que viniese, fué al P. Francisco, por cuya causa no parece se ha detenido."—Vocibus his *Colegio de Borgia de Roma* designatur Romanum Collegium, cui magnum contulerat subsidium majusque collaturum sperabatur P. Franciscus. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. v, pag. 12, annot. 3.

[3] Vide supra, pag. 212, n. 472.

[4] Vide supra, t. I, II et III.

[5] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 265.

1018. Admonitus etiam P. [Natalis] quod in Italia non admittenda censebat collegia P. Ignatius, in quibus saltem quatuordecim sustentari non possent, id tamquam legem in provinciis Hispaniae [servandum injungens] admonuit ne admitterentur, et utile fore sperabat [1].

1019. Divisionem provinciarum ad fructum copiosiorem et aedificationem redundaturam confidebat, quamvis P. Stradam aptiorem ad munus concionandi quam gubernandi existimari scripsit, et utiliorem operam Societati navaturum, si ad ea loca se conferret, ubi collegia Societatis inchoabantur; ad munus autem gubernationis P. Baptistam de Barma, quem, cum Valentiam veniret, ad professionem admittere constituerat. Quia tamen P. Ignatius eum [2] nominaverat primo loco, quamvis in secundo ipsum P. Baptistam nominasset, nec ipsius arbitrio rem videretur committere, in Provincialem Aragoniae, Valentiae et Catalauniae, ut superius diximus [3], eum elegit, et eumdem P. Baptistam Collateralem ei dedit. Et quia optabat P. Strada tempus aliquod sibi dari ut theologiae studia absolveret, quo suavius hoc Provincialis officio fungeretur, constituit theologum quemdam ex his, qui Gandiae versabantur, ei socium dare ut cum eo privatim, quod theologiae audiendum ei supererat, tractaret, et ad id Barchinonam se reciperet, et administrationis Provinciae onus P. Baptistae imponeretur, ita ut ad P. Stradam referret quae gerebantur [4], nec teneretur P. Strada ad confessiones audiendas aut ad salutationes externorum admittendas, ne a praedicationis officio impediretur.

1020. Quamvis autem D.rem Torrensem Baeticae et conjunctae Provinciae (quam Extremaduram vocant) Provincialem constituisset, non ei [5] assignavit Collegium Salmanticense, ut P. Ignatius insinuaverat (quamvis id arbitrio P. Natalis reliquerat), quia P. Araoz aegre id ferre videbatur, et ipsemet P. Torres tantumdem se sentire significabat, cum Provincia dividere-

---

[1] Vide supra, pag. 471. n. 1003.

[2] Scilicet, Patrem Franciscum de Strada.

[3] Vide supra, pag. 389. n. 834.

[4] Ideo hunc Patrem Joannem Baptistam de Barma, etiam dum Pater Strada munere fungebatur Provincialis, Vice-provincialem quandoque, ut apud ALVAREZ, l. c., cap. 71, appellatum reperies.

[5] non Patri Torres ejusque Provinciae assignavit P. Natalis ..

tur. Postea, re melius considerata, postulavit [1] sibi dari seminarium illud, ut haberet unde collegia, in Baetica inchoanda, operariis instrueret; sed non visum est quidquam esse innovandum post assignationem factam; sic tamen rem temperavit P. Natalis, ut D.r Torrensis posset sibi vendicare collegiales, quibus opus haberet, ex Collegio Salmanticensi, ut sic instituendis in Baetica collegiis posset satisfacere [2]. Patri Araoz cum Castella Veteri Regnum Toletanum in Provinciam est assignatum. Patri Mironi, ut diximus, usque ad finem triennii perseverare in officio suae Provinciae Portugalliae concessum est. P. Franciscus Borgia super quatuor has provincias impositum onus admisit; rogavit tamen P. Natalem ne animarum curam ei imponeret [3]; cupiebat etiam Commissarius non vocari, et utrumque illi P. Natalis concessit, quamvis postea ipsa negotiorum et gubernationis ratio, ut et curam animarum et nomen Commissarii admitteret, effecit.

1021. Difficile videbatur eidem P. Natali collaterales omnibus assignare, qui et exempti futuri erant, et versari cum Provincialibus non poterant; quia tamen P. Ignatius ut instituerentur scripserat, Patri Mironi assignavit Patrem Tyburtium de Quadros; Provinciali Castellae Patrem Antonium de Corduba, postquam Salmanticam venisset; Provinciali Baeticae Patrem Villanovam, qui ad hispalensem fundationem mittendus credebatur: Aragonensi diximus datum Patrem Baptistam; Patri Francisco Borgiae Patrem Bustamantem Collateralem et socium [4] (ad id enim propensus erat P. Franciscus) sic assignavit, ut tamen ejus [5] obedientiae in omnibus, quae ad collateralis officium pertinerent, subjaceret [6], et sic negotium divisionis provinciarum transactum est.

---

[1] Pater Michaël de Torres.

[2] Vide supra, pag. 385, n. 830, et annot. 3.

[3] Scilicet, quamvis communibus et externis provinciarum et domorum negotiis invigilaret, ne curae ipsi esset spiritualem Sociorum profectum per seipsum sed per Provinciales et immediatos Superiores promovere. Sed haec, quae ignorasse videtur Cienfuegos, l. c., lib. IV, cap. X, § 1, nova luce donabuntur litteris ipsius Sancti Francisci Borgia et Patris Natalis.

[4] Hoc est: qui apud ipsum, ubicumque fuerit, maneret et in itineribus comitaretur: reliqui enim collaterales procul saepe a loco, in quo Provincialis erat, morabantur.

[5] Patris Bustamante.

[6] Borgia.—Curam eximiam Patris Francisci habebat Bustamante et de eo frequentes ad Ignatium litteras dabat, quas maximi Ignatius faciebat. "Nuestro Padre huelga mucho con las letras del P. Bustamante, porque, ultra de la materia que tratan, hace

1022. Comes Melitensis quibusdam de causis magnopere a Societate animo alienatus fuerat usque adeo, ut ab eo crederent aliqui monachos contra exercitia excitatos fuisse; sed, ut fertur, amantium irae amoris redintegratio est. Cum ergo Pro-rex Aragoniae mitteretur, P. Tablares, quem diligebat, ei donatus est ad tempus, ut ejus benevolentiam confirmaret, et Caesaraugustanum Collegium hac ratione promoveret [1]: et tamen, licet jam satis amicus videretur, non censuerunt P. Natalis nec P. Franciscus ei dandas litteras, quas de adjuvando Collegio Romano P. Ignatius ei scripserat. Promiserat ille Collegio Complutensi duodecim millia ducatorum ad ecclesiae aedificium, et ad id assignaverat quingentos modios (*hanegas* [2] vocant) annuos frumenti, et ita duobus annis mille hujusmodi modios perceptos in expensas aedificii contulerunt: postea, vel quod ipsum viderent aere alieno gravatum, vel quod certo scirent (ut referebat P. Villanova) quod illam assignationem vellet revocare, eum praeveniendum censuerunt, et illi suos illos reditus frumentarios restituerunt, nec amplius, post duos annos praedictos, hoc subsidium Complutense Collegium accepit [3].

1023. Maxima ex parte a Dre. Vergara Collegium illud sustentabatur; nonnihil adjuvabat D. Hieronymus de Vivero [4] et alii pauci; quidam etiam ex nostris collegialibus a suis parentibus in Collegio nostro subsidium ad suas expensas accipiebant, non tamen sine labore ac sollicitudine, immo et aliis incommodis; nam usque adeo a Dre. Vergara Collegium pendebat, ut vix libertas constaret ad aliquid constituendum, quod non eidem Dri. probaretur; et suffragabantur ei aliquae litterae P. Ignatii, quae multum ei deferre videbantur [5]. Dnus. etiam Hieronymus de Vivero in Collegio nostro habitabat cum septem

---

él muy bien este oficio, y con leer muy pocas letras de ninguno por la vista que no le sirve mucho, ordinariamente ley por sí las de V. R. y del P. Bustamante; así que lo debe continuar.„ Polancus, *ex com.*, Patri Francisco de Borja, 8 Martii 1554.

[1] Vide supra, pag. 364, n. 774.

[2] Ms. habet *armegas;* est tamen *fanegas*, seu, ut olim dicebatur, *hanegas*.

[3] Vide supra, praesertim t. II, pag. 335, an. 1551, n. 347, et in hoc t. IV, pag. 370, n. 791, et annot. 6.

[4] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 14 et 499.

[5] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 194, et corrige mensem, in quo illae litterae datae ibi dicuntur; non enim datae sunt Martio sed Junio, prout jam satis indicat locus, in quo positae sunt, videlicet, inter litteras mensis Junii.

famulis [1]; et quamvis omnes boni viri essent, videbatur P. Natali saeculum quodammodo in penetralibus Collegii hac ratione admitti; et libertatem nostris adimi multis in rebus, Instituto nostro convenientibus, necesse erat [2]. P. quidem Ignatius facultatem concesserat ut Dnus. Hieronymus in Collegio habitaret, quia videbatur ad Societatem nostram esse propensus; sed ille paulatim famulos etiam in Collegium induxerat, et libenter in Collegio manebat ut ea ratione majorem sibi auctoritatem ac benevolentiam Principis Philippi et curialium conciliaret, quamvis etiam ad suam aedificationem libenter ibidem maneret, et Societatis nostrae amicum ac defensorem se exhiberet. Curavit tamen P. Natalis ut in usum suorum famulorum domum extra Collegium conduceret.

1024. Ipse autem [3], tum in eo Collegio tum in aliis, post promulgationem et declarationem constitutionum, ad vota emittenda eos admisit, qui jam biennium in Societate exegerant. Sic etiam Cordubae P. Bustamantem, P. Antonium de Corduba et P. Christophorum de Mendoza ad illa admiserat [4]. His autem

---

[1] Habes hic sensum illorum verborum, quae reperiuntur in litteris fratris Dionysii Vazquez datis Compluti 2 Septembris 1552 dum de iis, qui exercitiis spiritualibus domi nostrae excolebantur, loquens, ait: "entre ellos hubo algunos letrados y caballeros y Don Luis de Bibero y Don Antonio, hermanos de Don Hieronymo de Bibero, QUE ESTÁ EN CASA. *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 14. – Hinc etiam collige nos non totum verum attigisse, dum l. c., pag. 499, annot. 2 scripsimus: "Frequenter quidem Complutensem domum adibat D. Hieronymus de Vibero.„

[2] Idem videbatur Ignatio, qui tamen, antequam P. Natalis ad exponendas et *quodam modo* promulgandas constitutiones missus esset, in hoc cum duobus vel tribus, quibus multum debebat, viris dispensavit, postea difficilior in hac re factus. "Vostra Signoria sappia che n lle constituzioni o regole ordinate alla conservazione de la Compagnia nostra e Collegi di quella, vi è quella che non si possa accettare alla comune abitazione delli nostri nessuno che non sia del medesimo instituto, per che l'esperienza ci ha insegnato che nascono molti inconvenienti de tal mistura, se già la coabitazione non fosse per due o tre giorni, come si accetta un ospite, o in alcun caso importante e urgente, qualche dì più; e così in Roma ci è stato necessario negar questo a persone di molto rispetto e benemerite della Compagnia, come al Cardinal della Cueva che instava per un suo nipote ed al Cardinal Pisano ed altri; perchè se noi non osservasimo gli ordini che al tempo nostro si fanno pella Compagnia, non solamente incorreremo gli inconvenienti contro li quali si son fatti, ma etiam daremo esempio ai successori di osservar male le constituzioni avendo esempio di noi. E perchè so che la Signoria Vostra ama la Compagnia Nostra ed il ben essere suo come cosa propria (poichè tutti siamo tali tanto tempo fa), spero si contentarà che non si pregiudichi al bene commune di quella per lo ajuto di un particolare. Ma io ordino al Rettore del Collegio della Trinità che in fuora dell' abitazione usi ogni carità e diligenza nella instituzione nelle lettere e buoni costumi di quel giovane battezzato in modo che si ricompensi quanto si potrà per altra via quello che non si può per la coabitazione.„ Ignatius Petro Contarini, 6 Julii 1555. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 392 et 251.

[3] P. Natalis.

[4] Vide supra, pag. 400, n. 862, et annot. 4.

diebus, quibus Compluti fuit, tres scholasticos complutenses in Societatem admisit, inter quos fuit Mag. Juava [1], graecae lectionis cathedraticus, qui in tribus linguis, latina, graeca et hebraica, insignis habebatur. Animadvertebat tamen quod aliqui ex Majoris Collegii (sic illud vocant, quod a Fundatore Universitatis, Archiepiscopo olim Toletano [2], fuerat institutum) collegialibus et lectores aegre ferebant quod multi ex discipulis ipsorum, omissis cursibus philosophiae vel theologiae, Societatem ingrediebantur, et timere se significabant ne parentes detinerent suos filios Complutum mittere, ne in Societatem nostram admitterentur; et ideo moderationem aliquam adhibendam esse, ne perturbationibus occasio daretur, idem P. Natalis censuit; qui, cum juvenis in ea Universitate olim fuisset, hoc etiam observabat, scholasticos, qui olim seditiosi et inquieti crebro tumultuari solebant, eo tempore tam quiete et pacifice agere, ut omnes merito mirarentur [3].

1025. Cum P. Franciscus Borgia Caesaraugustam iturus esset juxta P. Ignatii praescriptum, accidit infortunium quoddam, propter quod Patri Natali et reliquis visum est non expedire ut eo se conferret. Quidam enim filius naturalis Ducis Cardonae et Segurbiae [4] occissus fuerat, et de ejus morte accusabatur Magister Ordinis militaris Montesae [5], frater ipsius P. Francisci, quem ea de causa Princeps suo statu vel ditione privaverat, et ipse Magister Montesae in exilium missus fuerat [6]. Cum autem Dux Cardonae prope Caesaraugustam di-

---

[1] Jarava? Sed nec hujus cognominis magistrum graecae linguae Compluti hoc tempore reperimus.

[2] Fr Francisco Ximenez de Cisneros, O. S. Fr.

[3] Turbas quasdam et quidem gravissimas ab alumnis Academiae Complutensis primis saeculi XVI annis excitatas describit LA FUENTE, l. c., cap. XII, XIV, XX et LXXIV.

[4] Alphonsus de Aragon et Sicilia, III Dux de Segorbe, qui propter initum matrimonium cum D.ª Joanna Folch et Cardona, tertia hujus nominis Ducissa, devenit III Cardonae Dux. BURGOS, *Blason de España*, t. II, pag. 163. Ejus naturalis filius, de quo hic est sermo, erat Didacus de Aragon.

[5] Montesiae Magister erat Petrus Galceran de Borja. Vide supra, praesertim t. II, pag. 653, et in his MONUMENTIS HISTORICIS *Sanctus Franciscus Borgia*, t. I, pag. 432-499.

[6] "Habia recibido Borja en Oñate un Pliego con la sensible noticia de haberse mezclado su Hermano el Maestre de Montesa, y su Hijo Don Carlos, Duque de Gandia, en las parcialidades de Valencia, encendidas primero de la emulacion, y luego de la ira entre las Nobles Familias de Figuerolas, y Pardos de la Casta.

Avisábanle entonces, que andaba sin rebozo la indignacion casi en aparato militar, y que solo parecian menos crueles los enemigos en ser descubiertos: que no se escuchaba otra voz que la de el trueno de las pistolas, y el ay que sacaban embuelto en san-

tionem suam habeat [1], et potens admodum, et cujus factionem multi sequerentur, esset, expedire visum fuit ut P. Franciscus eo tempore Caesaraugustam non veniret, ne Dux Segurbiensis offenderetur. Hujusmodi enim sunt ingenia illorum hominum, et ea factionum libertas ac barbaries, ut, si praecipuos adversarios nacti non fuerint, in conjunctos sanguine vel amicitia saevire soleant.

1026. Et alioqui cum Princeps Hispaniarum, in Angliam recessurus, P. Franciscum, ut superius diximus [2], esset alloquutus, rogavit eum ut in oppidum Tordesillas, ad invisendam Reginam Joannam aviam suam, iret, quae anno praecedenti [3] magis praesentia P. Francisci adjuta fuerat, quam quadraginta annis praecedentibus, quibus eo in oppido parum compos mentis tenebatur.

1027. Expectare etiam debebat Principem Portugalliae

---

gre los puñales en tantas heridas: que hasta la respiracion alentaba medrosa, interrumpida del susto muchas veces, y del golpe no pocas: que ni aun dentro de los Palacios se podia vivir sin escolta y sin centinela: que el sueño no podia ser paz de los sentidos, si no estaba armado el lecho. No se recibió herida tan sangrienta en tantos reencuentros de la ira, como la que recibió con este aviso el corazon de Borja. Solo fué mayor la que sintió ahora con una Carta, en que se le daba cuenta, de que (habiendo hecho matar antes Don Pedro, y Don Jerónimo Pardo de la Casta á Don Pedro Figuerola) la noche dos de Enero este año los Figuerolas conduciendo tres Hombres de Armas, que uno dellos era criado de el Maestre de Montesa Don Pedro Luis Galceran de Borja, habian malherido á Don Luis Pardo de la Casta, Cavallero del Orden de San Juan. Que el Gobernador de Segorve (grandeza á cuya sombra se habian guarecido los Pardos de la Casta) habia aprehendido los Agresores; y enviando con un expreso la noticia al Duque que estaba en Cataluña, le mandó dar garrote á dos de ellos, y el uno fué el criado de el Maestre de Montesa. El cual ofendido de esta violencia, y sus Hermanos Don Diego, y Don Felipe de Borja, unidos con los Figuerolas, tiraron un arcabuzazo el dia veinte y siete de Enero del mismo año á Don Diego de Aragon, Hijo natural del Duque de Segorve, en Valencia, al bajar de la Puente nueva, como se vá á la Zaydia, del cual murió á cinco de Febrero. Que el Virrey de Valencia (que lo era el Duque de Maqueda) enviaba por todas partes muchas Tropas armadas en busca de los homicidas, hallandose tan perseguidos los Borjas, que les era preciso andar fugitivos, y esconder á veces en la concavidad de una Gruta la honrra y vida.„ CIENFUEGOS, l. c., lib. IV, cap. VIII, § 4.

[1] Segorbiensis seu Segobricensis *(de Segorbe)* Dux fuit "conde de Ampurias, señor de las baronias de Navajos, Valle de Usó Eslida, Geldo, Suera, Paterna y Beneguacir, gran condestable de Aragon y virey de Valencia.„ BURGOS, l. c., t. VI, pag 58 Ejus uxor erat "tercera duquesa de Cardona, marquesa de Pallars, condesa de Prades, vizcondesa de Villamur y señora de la baronía de Estenza.„ ID., *ibid.*, t. II, pag. 163.

[2] Vide supra pag 391, n. 847.

[3] Annum intellige 1552.—Hujus ad palatium, ubi Regina Joanna, Caroli V mater, versabatur, Patris Francisci de Borja accessus non meminit suo loco Polancus, qui tamen narrat quae in eo oppido Tordesillas ille gessit. Vide supra, t. II, pag. 609, an. 1552, n. 446. Sed ejus meminit CIENFUEGOS per haec verba: "El cual (Franciscus de Borja) pasó á Tordesillas y besó la mano á la Reina Doña Juana, que le recibió con más apacible semblante del que le permitia su accidente.„ L. c., lib. IV, cap. IV, § 2.

Joannam, quam diximus gubernatricem Hispaniarum a fratre Philippo designatam [1], quae magno devotionis et charitatis affectu Patrem Franciscum prosequebatur, et ei confessarium dare, sibi probatum, debebat, quem tamen nostri non existimabant de Societate esse debere; et quia per litteras suas P. Ignatius injunxerat hanc profectionem Caesaraugustam [2], alias litteras subscriptioni Patris Ignatii Pater Natalis superscribi oportere censuit (nam tales subscriptiones, cum facultate scribendi quae necessaria viderentur, ab eodem P. Ignatio habebat [3]), quibus praescriberetur ne Caesaraugustam iret.

1028. Marchionissa de Pliego oppidum habebat, nomine Montillam, sex leucis Corduba distans, ubi Collegium institui volebat, in quo aliqui ex nostris juventutem instituerent, et populum etiam praedicatione juvarent, aliqui etiam scholastici nostri alerentur; visum fuit autem ei suggerere ut applicaret eos reditus Collegio Cordubensi, quos Montillensi destinaverat, ita ut praeceptores, Montillae necessarios, Cordubense Collegium praeberet; et illa quidem conditionem admisit, et negotium relictum est initio hujus anni [4] P. Antonio, qui, re collata cum Dre. Torrensi, postquam Cordubam accessissent, rem stabilivit [5].

1029. Significat autem P. Natalis mirum in modum sibi placuisse P. Antonium, et magna ab eo expectari posse ad Dei gloriam et commune bonum, quod magnum animum et nobilem ad universale bonum consectandum haberet, et res Societatis et procedendi modum optime caperet, et ideo Rectorem Cordubensis Collegii ab initio hujus anni usque ad autumnum reliquerat, ut in praxi constitutionum ac regularum Societatis se exerce-

---

[1] Vide supra, pag. 396, n. 855.

[2] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. III, pag. 351.

[3] Non subscriptione tantum Ignatii sed etiam Societatis sigillo munitas chartas habebat P. Natalis "Molte firme in bianco et patenti con sigillo et sottoscrizione del Padre in bianco.„ Vide supra, t. III pag. 439, annot. 1 ad n. 969.

[4] Adhuc Septembri mense hujus anni de hoc agebatur. Scribit enim Polancus, *ex com.*, Patri Antonio de Corduba: "La manera de dotar el Colegio de Montilla proveyéndole solamente operarios y que los estudiantes, que allí se habrían de mantener, se mantengan en Córdoba, parece acertada y cuanto al fruto en lo espiritual y en letras sería casi el mismo, como si los estudiantes residiesen en Montilla Y porque para tratar estas cosas es á veces cosa larga esperar respuesta de Roma, tienen autoridad los Padres Provinciales y Comisario para ello, aunque tratadas allá las cosas como pareciese á V. R., es bien reservar el beneplácito del P. General, de quien es la última conclusion por parte de la Compañía.„ 17 Septembris 1554.

[5] Collegium hoc institutum tandem est anno 1558.

ret, et inde Salmanticam ad studia theologica absolvenda pergeret [1].

1030. Ex quibusdam mobilibus ad manum habuerat trecentos aureos idem P. Antonius, quos, cum intellexisset Romani Collegii penuriam, P. Natali mittendos dedit [2].

1031. Cum ad Collegium Burgense venisset [3], visum est ei verum esse, quod Romae judicabatur, domum illam, quam P. Strada emendam et concinnandam curaverat satis magnis expensis, Societati parum convenire, quod dilatari non posset, et aspectibus vicinae cujusdam domus interius pateret, et sacellum haberet exiguum, in quo non omnibus probabatur quod Sanctissimum Sacramentum collocassent. Reliquit itaque suam sententiam scriptam P. Natalis, ut de illa domo vendenda cogitarent, et de alia emenda, quae aptior esset ad nostrorum habitationem et populi commoditatem, ut, scilicet, ecclesia justae magnitudinis posset institui; et situm designavit, ubi domus quaedam vetus Comitis Stabilis erat, et ea temporis successu tandem empta est [4]. Animadvertit tamen P. Stradam multum in ea civitate laborasse, et quidem magno cum fructu, et ejus recessum graviter a multis tolerari [5]. Relicti sunt autem aliqui confessarii, nam praedicator, qui relinqueretur, tunc non erat; et lectores eo in Collegio constituendos esse censebat primo quoque tempore; sed quia servabantur, qui maturiores erant, Collegio Compostellano [6], dari tunc non potuerunt Burgensi.

1032. Designatus fuit P. Villanova ut, in Baeticam ad inchoandum Hispalense Collegium in autumno profecturus, a P. Francisco Borgia Cordubae ad professionem trium votorum admitteretur [7].

1033. Abulam autem mittendum curavit P. Gonzalem methymnensem, ut initia Collegii foveret, cum uno vel altero socio, inde evocato P. Ferdinando Alvarez ut Burgos rediret [8].

---

[1] Vide supra, pag. 460, n. 982.
[2] Vide supra, pag. 382, annot 1 ad n. 822.
[3] P. Natalis.
[4] Vide Valdivia, *Colegios de Castilla, Colegio de Burgos;* et *Cartas de San Ignacio*, t. v, pag. 541 et seq.
[5] Vide supra, pag. 401, n. 864.
[6] Vide supra, pag. 4 8. n. 1012.
[7] Vide supra, pag. 386, n. 832.
[8] Vide supra, t. III, pag. 366, n. 804, et in hoc t. IV, pag. 398, n. 857.

1034. Patri Araoz commendavit ut ad particularia Societatis negotia tractanda magis animum applicaret et minus ad saecularia; quamvis ille, ut superius diximus [1], cum spirituali intentione et fructu saecularia se tractare affirmaret.

1035. P. Franciscum Borgiam bono animo commissum sibi munus exercentem reliquit, et serio gubernationi et constitutionibus vacantem, adeo ut ipse P. Natalis miraretur et simul gauderet magnopere; sed fervens admodum in admittendis hominibus et collegiis etiam erat. Affirmat autem quod magna de illo existimatio erat ubique, et quod suo exemplo plurimum omnes aedificabat, et demum cum fructu magno in variis Hispaniae locis versabatur; et postquam aliqua cum Principe Joanna transegisset, Salmanticam ire destinabat, et inde transire Placentiam, ubi de Collegio instituendo cum Episcopo agebatur, et ibi vicinum quoddam heremitorium aut [ad] se colligendum domum eligere statuerat, ut in medio quatuor provinciarum esset, et quoquoversus inde egredi posset, scilicet, in Portugalliam, Castellam, Baeticam et Aragonensem. Admonuit tamen eum P. Natalis ne nomen heremitorii illi domui imponeret, sed aliud juxta formulam constitutionum nostrarum [2].

1036. Quidam Dr. Sanctius de Mugnon, qui Salmanticae praebendam habebat [3], cum Romam annis praeteritis venisset, et domi nostrae spiritualibus exercitiis instructus fuisset, tunc quidem Societatem ingredi non constituit, sed hoc anno omnino se vocari a Dno. dicebat se sentire, et amplius se nolle Spiritui Sancto resistere; et ita scripsit P. Ignatio se paratum esse et jam expeditum ad ingressum, et agebat cum P. Natali ut Romam ipsum deduceret, si videretur; nec improbabat id P. Natalis, nec etiam P. Franciscus, quem consuluerat; non tamen venit: et quia videbatur parum stabilis, de eo admittendo non est amplius actum [4].

---

[1] Vide supra, pag. 434, n. 934.

[2] Saepius etiam ab Ignatio monitus est P. Franciscus ne nomen hoc eremitorii ulli domui Societatis impingeret, quoniam non ut contemplationi in eremo vacet, sed ut in vinea Domini proximorum saluti curandae enixe incumbat Societatis institutum est. Vide, ut unum tantum afferamus exemplum, CASTRO, *Historia del Colegio de Alcalá*, lib. v, cap. 12. De his plura in *Nova Seri · litterarum Sancti Ignatii*.

[3] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 153, ubi hujus Salmanticensis *beneficiati* cognomen scriptum est *Miñon*. Est tamen in pluribus *Regesti* locis, prout hic in *Chronico, Muñon*

[4] "El Maestro Muñon, racionero de Salamanca, parece querria venir á Roma y con ciertas condiciones que non son fáciles de haber. A Nuestro Padre ni con ellas ni sin

1037. Seminarium Salmanticense foecundum admodum existimabat P. Natalis, et ex eo plures bonos operarios ad Societatem accessuros putabat quam ex reliqua Hispania [1]: commisit autem ut undecim ex eis, qui admitti petebant, admitterentur ; et, ut minus laborarent penuria rerum temporalium, adventus P. Antonii de Corduba [2] et D. Ferdinandi Tello [3] multum profuturus videbatur, nam hic ultimus septingentos aureos annui reditus habebat.

1038. In Collegio Methymnensi, donec absolveretur aedificium domus (id autem intra sesquiannum futurum sperabatur), praeceptores, qui juventutem docerent, necessarios [non] esse constituit, sed praedicatorem tantum et confessarios; et quia Rector ejus Collegii, Petrus Sevillanus, sacerdos non erat, ad sacerdotium promoveri jussit; prudentia enim ac spiritu eruditionis defectum supplere videbatur [4].

1039. Vallisoleti judicabat parum esse effectum ad illud usque tempus, quod ad fundationem attinet; et ideo cogitabat adnitendum esse serio, ut vel Collegium illud in meliorem redigeretur statum, vel nostri in alium locum inde transferrentur, quamvis, qui ex nostris ibi residebant, ex eleemosynis non incommode viverent; et forte haec significatio voluntatis P. Natalis effecit ut, antequam hic annus elaberetur, egregiam domum, ut superius diximus [5], nostri suo Collegio adjungerent.

1040. Scripserat P. Ignatius Procuratorem generalem cum suo sollicitatore Romae necessarium esse, et ex Provinciis,

---

ellas no veo inclinado á que él venga á Roma. V. R. se lo disuada, y, si por allá aprobase bien por un tiempo, se podrá despues tratar del venir á Roma. De que haya la Compañía de hacer sus negocios, podrá tambien V. R quitarle la esperanza.„ Polancus, *ex com.*, Patri Natali (in *Regesto* desideratur superscriptio) 15 Maji 1554.—"Del D. Muñon advierta V. R que tiene no muy asentado el seso, y con esto Nuestro Padre no se escalienta mucho en hacerle venir á Roma; pero allá se vea lo que conviene; y si él se hubiese más asentado, haga V. R lo que le parecerá y escriba libremente si le parece que se deberá hacerle venir acá, ó no.„ IDEM, *eidem*, 21 Junii 1554.

[1] Vide supra, pag. 375 et 376, nn 806 et 807, et pag. 482, n. 1020.

[2] Vide supra, 374, n 803, pag. 381, n 818, pag 382, n, 822, et pag. 460, n. 982.

[3] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 242. Ejus in Societatem ingressus non meminit Salmanticensis Collegii liber, de quo supra, pag 376 annot. 1 ad n. 806, mentio facta est. Ingressus est tamen et Salmanticae moratus est, sed nihil praeterea de eo novimus.

[4] Eorum, quae in hoc n continentur, bene meminisse oportet, ne ansa praebeatur errori aut confusioni; nam Methymnensis Collegii Rectorem, quamvis nondum sacerdotem, *Patrem* jam ab anno 1550 appellat Polancus et appellavere, qui litteras Romam mittebant, alii, ii praesertim, qui Methymnense Collegium incolebant.

[5] Vida supra, pag. 396, n. 855.

quarum utilitati serviebat, sumptus necessarios ei suppeditandos esse [1]; re itaque cum P. Francisco Borgia tractata, ex tribus Provinciis, scilicet, Castellae, Baeticae et Aragoniae centum et viginti quinque aureos, ab hoc ipso anno inchoando, numerandos esse; a Provinciis vero Portugalliae et Indiae centum quadraginta; et ita statim designari posse Procuratorem P. Natalis censebat, et primo frater noster Antonius Gou, deinde P. Joannes Giesti, ut superius diximus [2], nominatus fuit; sed neuter tamen ob varia impedimenta Romam venit.

1041. Videbatur P. Natali parum diligenter egisse P. Araoz, non curando ut aliqui de Societate Principem Philippum in Angliam profecturum comitarentur [3], et tamen aliqui saeculares theologi, et duo vel tres religiosi eum comitabantur [4]. Pater

---

1 "y es el caso que yo estoy ocupadísimo y no puedo atender á tantas cosas. Si dejase ahí V. R. concierto entre Portugal, las Indias y España, que concurriesen para tener aquí un procurador, que tenga su solicitador y uno ó dos que los ayuden, todos serian bien menester. Nuestro Padre en este medio no quiere que se hagan negocios de España, porque ni señalan procurador, ni envian dineros para lo que piden y acá falta el tiempo y los dineros para ponerlos por ellos. No hay duda sino que seria bien que deputasen un tanto entre esos Reynos para tener un hombre propio, ahora le envien de allá, ahora se escoja acá y nosotros les ayudariamos con el favor que pudiésemos; pero tener todo el assumpto no es posible sin acá matarnos y allá faltar á los negocios.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Natali, 1 Januarii 1554.—Eadem iterat litteris ad eumdem datis 15 Januarii, et aliis saepe primis hujus anni mensibus.

2 Vide supra pag. 373, n 802. Ejus nomen recte scribitur *Gesti*.

3 Vide supra, pag. 435, n. 935.

4 "Los teólogos asalariados, que S. A. (Princeps Philippus) lleva para consejo de consciencia, son los siguientes: el Obispo Lanchano; Fr. Alonso de Castro, francisco; Fr. Bartolomé de Miranda, dominico; Fr. Juan de Fresneda, francisco; el Dr. Gurrionero, Canónigo de Zamora; el Maestro de la Torre, clérigo; con cada seiscientos ducados de partido. Son los que S. A. mandó recebir por unos de los buenos de Castilla, segun S. A. fué informado, aunque en particular los oyó predicar; que por ser tan doctos fueron recebidos para consejo de consciencia y predicar la ley evangélica en aquellas partes, entre los cuales, mediante la gracia y favor de Dios nuestro Señor, aprobarán tan bien que aquel reino vendrá al gremio y unidad de la Santa Iglesia.„ ANDRES MUÑOZ, *Viaje de Felipe segundo á Ingluterra*, pag. 29; opus editum a D. PASCUAL GAYANGOS, qui pag. 147 haec subdit: "Sospechamos que el Obispo Lanchano, nombrado más adelante (pág. 29) entre los teólogos asalariados, que el príncipe llevó en su comitiva, es algun eclesiástico español ó italiano, que lo seria de Lanciano, ciudad episcopal del Reino de Nápoles; y en cuanto al Doctor Gurrionero, canónigo de Zamora, su nombre se halla escrito por Gil Gonzalez Dávila y otros autores *Gorrionero* y *Currionero*.„—Erat autem hoc tempore Ansanensis seu Lancianensis *(de Lanciano)* Episcopus "Joannes de Salazar. Hispanus, hujus Ecclesiae evasit Episcopus die ultima Aprilis 1541, ritu solemni receptus 12 Kalend. Julii ejusdem anni. Interfuit Concilio Tridentino; mortem obiit in Hispania pridie Id. Septembris 1555.„ UGHELLI, *Italia sacra*, t. VI, col. 790. Et PETRUS SAINZ DE BARANDA: "Salazar (D. Juan de) natural del Burgo, Obispo de Lanciano en el reino de Nápoles desde 1540: asistió á las dos primeras aperturas del Concilio, protestando en la una contra la traslacion á Bolonia y en la otra contra el decreto de suspension.„ *Noticia de los españoles que asistieron al Concilio*

quidem Araoz se ideo non vocatum dicebat, quod nullum titulum invenirent, aut curam, ejus auctoritate dignam, quam ei committerent. Cum ergo Patribus Francisco et Natali videretur aliquo modo imminui bonam existimationem Societatis, quod nullum ex ea secum Princeps deduceret, P. Franciscus, occasione quaesita, Principi aliquid suggessit; sed Princeps ei respondit quod, simulatque in Angliam pervenisset, Societatem vocare proposuerat [1], et tantumdem D.ae Leonorae Mascaregnas [2] Princeps idem dixerat. Consuluit Dominus penuriae operariorum Societatis, nullum ex Hispania evocari sinendo ex insignioribus (tales enim mitti debebant); consuluit et bono odori, dum Princeps se velle Societatem vocare dixit, cum primum res dispositas vidisset.

1042. Accepit P. Natalis litteras a Mag. Avila, quibus significabat reliquos Patronos [3] Collegii Baëzae contentos esse ut Societati traderetur; nec displicebat Patri Natali illud admitti, quod mille ducatos annui reditus haberet [4], postea tamen onera gravia visa sunt, ut superius tetigimus [5].

1043. Erat tunc Salmanticae Mag. Canus [6], qui minabatur se contra Exercitia nostra scribere velle [7]; putabat etiam P. Natalis quod illi [8], qui aliquot loca adnotata ad Inquisitionem detulerant, aliquid ab eo Tribunali decerneretur. Dnus. autem Di-

---

de Trento, pag. 60, in *Coleccion de documentos inéditos para la historia de España*, t. IX.—Hunc autem esse, quem ANDRES MUÑOZ ait in Angliam cum Principe Philippo profectum, nulli dubium erit arbitramur.

Profecti sunt etiam alii theologi, Principem vel comitantes vel sequentes, ut Fr. Petrus de Soto, O. P. (Vide supra, pag. 283, n 610, annot. 5, et RIVADENEIRA, *Historia eclesiástica de Inglaterra*, lib. II, cap. 18); Fr. Joannes de Villagarcia, O. P.; et alii.

[1] Vide supra, pag. 435, n. 935.

[2] Haec Infantem Carolum, qui patrem suum Philippum in Angliam proficiscentem salutaturus venerat, in oppidum *Benavente* usque, ubi ille patrem convenit, comitata est. ANDRÉS MUÑOZ, l. c., pag. 34.

[3] Unius tantum, praeter Magistrum Joannem Avila, patroni meminit MUÑOZ, l. c. supra, pag. 468, annot. 4 ad n. 1009.

[4] "Del colegio de Baeza ya V. R. creo habrá entendido que se le habrá aumentado la hacienda con un legado de Pedro de Jaen, Dios le perdone. Es obra en que V. R. parece deberia emplearse así por lo que ella merece como por amor del P. Maestro Avila, á quien Nuestro Padre con este no escribe, pero haralo con el primero.„ Polancus, *ex com.*, Patri Michaëli de Torres, 8 Novembris 1554.

[5] Vide supra, pag. 468, n. 1009.

[6] P. Melchior Canus, O. P. de quo jam saepius in hoc *Chronico*.

[7] Non P. Canus antum, sed, quod vere mirum est, in Exercitia invehebatur ipse P. Paschalis Mancio, ut apparet in litteris Patrum Nadal et Araoz, et visum est supra t. III, pag. 335, n. 746.

[8] Rectius forte *illorum causa* vel *propterea quod illi aliquot*, etc.

dacus de Corduba dixit P. Natali se ipsi daturum hujusmodi loca, ut Romae imprimi secundo curaremus eadem Exercitia, ea loca concinnando vel declarando, in quae fratres vel quivis alius impingere posse videbantur, nec alia re opus fore; sed P. Natalis dixit prius se Romam venturum ut hujus rei rationem prius P. Ignatio redderet; et videbatur eidem dissimulandum esse, nec loca illa notata petenda, ne cogerentur nostri eis respondere et id facere quod Dnus. Didacus de Corduba dicebat [1]. Nostri tamen jam hujusmodi annotationes habebant.

1044. Cum P. Natalis ad profectionem in Italiam se pararet [2], et Collegia Valentiae et Gandiae invisisset, alloquutus est cum P. Baptista de Barma Segurbiensem Episcopum, qui necessarios sumptus ad absolvendam ecclesiam Barchinonensem, ut superius tetigimus [3], obtulit, et quadringentos vel quingentos aureos annui reditus, quos habebat, in sua dioecesi albarecinensi [4], ad Collegii Caesaraugustani dotationem; et monuit ut ad Pro-regem [5] scriberent (scilicet ad Comitem Melitensem) ut domum ipse prospiceret Collegio; se autem reditus eidem prospecturum.

1045. De galero rubro timebat quod P. Franciscus illud admittere cogeretur vel ad id adduceretur [6], sed aliter longe evenit; nam curavit ipsemet P. Franciscus ut Princeps Joanna scriberet ne amplius ea de re Princeps Philippus ageret, vel ab

---

[1] "Cuanto á los Ejercicios allá vea V. R. si será bien seguir el consejo de Don Diego de Córdoba ó no, cuanto al estamparlos que Nuestro Padre no ha querido hacer caso desta cosa Si juzgase V. R. que conviene resolutamente hacer alguna diligencia, acá nos avise y se hará.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal, 21 Junii 1554.

[2] Pervenit Genuam P. Natalis primis mensis Octobris diebus (Vide supra, pag. 41, n. 61) et paucis ante 29.am ejusdem mensis Romam appulit. Ita ex Polanci, *ex com.*, litteris ad P. Franciscum Borgia 29 Octobris.

[3] Vide supra, pag. 312, n. 730, et pag. 354, n. 756.

[4] Vide supra, pag. 371, n. 793, et corrige annot. 2; non enim est scribendum *pag. 367* sed *368*.

[5] Aragoniae.

[6] Timor hic, ne P. Franciscus Borgia adduceretur tandem ut admitteret galerum rubrum, non in Hispania solum sed etiam Romae praevaluit. "Del P. Francisco anda mucho rumor por acá que le han de hacer Cardenal y que él acepta el Capelo. La mente de la Compañía por estas partes, a capite hasta todos los demas, es que si no resiste cuanto puede, fuera de pecado mortal, hace muy mal y destruye cuanto ha edificado en dejar el estado y en predicar y en todo el ejemplo que al mundo ha dado. Pienso escribirle una letra con el primero, en que le diga lo que siento y sienten todos muy de veras. V. R. por allá no dudo hará el oficio mejor que pudiere.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal, 15 Maji 1554.

Imperatore agi permitteret; P. tamen Ignatius cum Pontifice Julio III sic rem tractavit, ut omnino Societas secura redderetur, et hoc timore liberaretur [1].

Et haec de P. Natali.

---

1 "Habia sido esta la tercera lucha, y victoria, con la cual por el espacio de dos años consiguió alguna paz, ó tregua: mas el año de cincuenta y cuatro, cuando el Príncipe Don Felipe se disponía á la jornada de Inglaterra, renovó su instancia sobre el Capelo de Borja, que hallándose en el último estrecho, se valió de la Princesa Doña Juana, la cual compadecida al verle extremamente afligido, interpuso su autoridad con el César, y escribió á Londres al Príncipe su Hermano, que por querer favorecerle mucho, estaba cerca de ser homicida de Francisco, y él moriria á manos de su humildad al verse exaltado: y Borja escribió una carta á Julio III digna de un gran Padre de la Iglesia, y de ser guardada como tesoro en el Archivo Vaticano. Con esta ocasion le mandó San Ignacio hacer aquel Voto, con que cierra la Compañia todas las puertas á la ambicion humana: Lo primero, de no pretender dignidad dentro de la Religion, y fuera de ella, ni pretenderla, ni admitirla, sino forzado con precepto del Sumo Pastor de la Iglesia: y otro, de dar fiel cuenta al General de la Compañia, si supiere que alguno por algun medio, ó camino, aunque disimulado, lo haya pretendido.

„Estos Votos envió á Roma, escritos por órden de San Ignacio, norma de los que habian de hacer siempre en la Compañía los Profesos, despues de los cuatro solemnes Votos, siendo Borja el primero que practicó esta máxima, de que tanta utilidad y gloria se ha seguido á la Compañía: pues tantas llaves, y tan fuertes, no solo cierran á la ambicion la puerta, sino tambien á la esperanza." Cienfuegos, l. c., lib. IV, cap. V, § 4.

DE PROVINCIA PORTUGALLIAE

AC PRIMO

DE COLLEGIO CONIMBRICENSI

1046. Initio hujus anni Domus Probationis Conimbricensis quatuordecim vel quindecim habitatores habebat, qui eam vitae rationem tenebant, quae paulo ante a P. Natali relicta fuerat: diebus dominicis ad commune refectorium cum aliis collegialibus veniebant, et eorum unus ibidem concionabatur; in ministeriis domesticis Collegii aliqui occupabantur [et] in exercitationibus statui suo convenientibus bene procedebant [1].

1047. Primis autem quatuor mensibus hujus anni sex in Societatem admissi sunt, qui instituto Societatis satis idonei videbantur [2]. Omnibus autem cum in prima probatione versarentur, examina et aliae probationes, quae juxta Instituti nostri rationem proponi debere a P. Natali intellexerunt, proponebantur. Et haec distinctio primae et secundae probationis a Deo inspirata fuisse a P. Ignatio credebatur, nam P. Leo, Rector [3], maximi eam momenti et utilitatis esse deprehendi, ipsa experientia docente, testatur; nam qui sinceram a Deo vocationem non habebant, illis paucis diebus facile cognoscebantur; et ita duo vel tres ex admissis inde recesserant, nullus autem ex illis, qui post primam probationem in secundam admissi fuerant [4].

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 418, n. 925.

[2] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 688.

[3] P. Leo Enriquez.

[4] Distinctionis hujus *primam* inter et *secundam* probationem, videlicet inter tempus illud, quo ut quisque melius Societatem et eum melius Societas cognoscat, a caeteris, hospitum more, separatus versari debet duodecim dies vel usque ad viginti (*Insti-*

1048. In aestate sequenti alii septem admissi fuerunt, ex quibus aliqui a P. Mirone Provinciali aliunde missi, qui scholastici fuerant Eborensis vel Ulyssiponensis Collegii [1]; nullus tamen eorum admittebatur nisi doceret se cum facultate suorum parentum ad Societatem accedere, quam illi diligenter curaverant; de his sermo est, qui in scholis nostrorum collegiorum dabant operam [2].

1049. Alii deinde, post principium autumni usque ad anni finem, sunt admissi, et plures id postulabant; sed, prout ipsae constitutiones suadent, diligenter spiritus ante admissionem probabantur; hanc Domum Probationis, quamvis separatam diximus ab habitatione Collegii, intra tamen ejus ambitum erat. Praeerat autem ipsis P. Antonius Correa, ut novitiorum magister, qui nihilominus sub Collegii Rectore, P. Leone Enriquez, erat.

1050. Collegiales omnes cum magna animi pace, tum spiritualibus exercitationibus, tum spirituali profectui, tum litteris juxta constitutionum ordinem procedebant, quae miram illis lucem attulerant.

1051. Et exemplum Sacerdotis cujusdam, qui Petrus de Parada dicebatur, non parum ad confirmationem animorum, et ad cognoscendum beneficium vocationis nostris contulit. Egressus ille a Societate fuerat in illa magna turbatione Collegii, quae anno praeterito acciderat; cum tamen, ut ipse fatetur P. Ignatio scribens, singularia a Deo beneficia et consolationes spirituales a Deo obtinuerat, nec ullis exhortationibus ut domi maneret adduci potuerat, et tam male se gerebat, vir alioqui bonus, ut nullo modo parere superiori vellet, ut sic demum a Societate ejiceretur, et votorum quae nuncupaverat obligatione liberaretur. Segregatus demum fuit a domo, quamvis non a votis libe-

---

tutum Societatis Jesu, 1893, t. III, pag. 683, col. 1.), et tempus illud duorum annorum immediate sequens, quod proprie *novitiatus* dicitur, in quo novitii non litterarum sed mortificationis studio vacando probantur (*ibid.*, pag. 684, col. 1), auctorem primum fuisse Natalem subindicatur hic a Polanco et eruitur ex *Monumentis* gesta Natalis spectantibus et confirmatur quibusdam in *Nova serie litterarum Sancti Ignatii* edendis.

[1] "Ex codicibus vetustis constat, post constitutiones anno superiore promulgatas, duos Eborae adscriptos Societati, Jacomium Alvarum et Joannem Pirium, ambos coadjutores. Primus scholasticus erat Antonius Araujus. Eum alii subsecuti.,, FRANCO, *Synopsis Annalium Societatis Jesu in Lusitania*, An. 1554, n. 2.

[2] Hoc, cujus jam saepe mentio facta est in hoc *Chronico*, statutum ab Ignatio fuerat litteris, quas habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 89.

ratus; ille vero extorsit a seipso et a quo nescio alio doctore ut liber a votis sibi videretur. Decrevit praeterea publice confessiones audire et spiritualia exercitia tradere, et a Nuncio ad id facultatem impetraturus credebatur.

1052. Sed praevenit eum manus Domini; nam simulatque apud se hoc constituit, morbus eum gravissimus, nulla vel febri vel alia causa praecedente, invasit, et cum magno dolore afficeretur, turgescere sibi atque tumescere videbatur: medici quidem nullam aliam aegritudinis causam, quae eum dies noctesque agitabat, reperiebant. Sed ne hic quidem morbus ejus animum emollivit, immo cum jam prope esset ut in xenodochium curationis gratia deferretur, convenit eum Collegii Rector, rogavitque hominem ut in Collegium nostrum morbi curandi gratia rediret; eludebat ipse sermonem Patris, et sibi se consulturum melius quam alii respondit; quae verba pedis sinistri tumor statim subsequutus est, a quo Rector, quasi afflatu superioris spiritus, ingens aliquod damnum proventurum praedixit; ille tamen, ut et alia, nihili hoc fecit; immo cum P. Natalis, qui ex Portugallia nondum recesserat, liberaret eum nexu votorum, si mors ipsi immineret, deridebat ille nostrorum diligentiam, qui eum vinculo, quo se non teneri existimabat, liberare curaremus. Interim pes magis ac magis intumescebat, humor enim melancholicus undecumque eo confluxerat: tunc delatus est in xenodochium, et pollex digitus ita computruit, ut nisi abscinderetur, totius pedis labefactatio timeretur; quamobrem abscissus illi est. Sed ne tunc quidem ad se rediit, et ita divina Bonitas quae animam illam perire nolebat, auxit vulnus, et alii etiam pedis digiti, putrefacti, amputati ei sunt: denique pes totus eodem morbo comprehensus, novem cauteriis adustus, multis in partibus tonsoriis cultris secatus est; sed et mortem ei chirurgi minabantur, nam ne putredo illa paulatim ad interiora serperet timebant.

1053. Tandem vexatio haec intellectum dedit, et ad tantas angustias redactus, in quibus erroribus ac tenebris versatus esset animadvertit, Rectoremque Collegii nostri accersiri jubet, a quo peccati veniam summa cum humilitate petens: "En, inquit, me tuae obedientiae prorsus submitto, quo me volueris mitte, vel hic vel ubicumque constitues, libenter manebo.„ Negavit Rector se id posse facere, inconsulto P. Ignatio vel P. Na-

tali qui jam recesserat, propterea quod scriptum fuerat eos, qui semel ejecti essent, si iterum recipi se postularent, Romam venirent. Haec ipsa spes qualiscumque laetitia affectum hominem non mediocri recreavit, et hoc miraculi loco habitum fuit, quod postquam ille Rectoris potestati se subjecit, quamvis pes fuerit ei abscissus, ulterius putredo progressa non sit, nam medici illum esse amputandum dicebant, nec ullam illi morbo medicinam posse reperiri: rogavit autem ille ut aliqui ex nostris adessent dum pes abscinderetur; missi fuerunt P. Franciscus Henriquez cum P. Cotta, et cum nomen Jesu saepius illi iterarent dum pes abscinderetur, tantum roboris ille sumpsit, ut abscissionis dolorem ullum, ut ipse fatebatur, vix sentiret.

1054. Invisebant autem eum aliqui nostri, quos ille beatos atque felices, quandocumque videbat, alta voce appellabat [1]. Quemadmodum autem ipse scribit P. Ignatio mense Junio hujus anni, eodem tempore, quo pedem abscindendum dedit, totum corpus et animam obedientiae ex animo resignavit, et ut filium prodigum se recipi postulat. Et convaluit brevi ex pedis morbo, et innixus duobus baculis ambulare coepit, et scribit instrumentum quoddam sibi confici quo posset ambulare. Fatetur etiam, cum pes illi abscissus fuit, tamquam de inimico a se separato laetatum fuisse, et magna interiori consolatione ex spe salutis suae eternae perfusum fuisse. Cum autem expedire visum non fuisset ut in Societatem is admitteretur, quamvis cum pede ligneo, utilem tamen operam conimbricensi dioecesi navavit, nam liberum jam ab obligatione, quam habebat Societati, Episcopus [2] eum admisit et ejus opera ad res multas usus est.

1055. Excesserat ex vivis quidam frater noster Alphonsus [3] nomine, de cujus vita cum medici desperassent, et vehementissimis febribus urgeretur, duabus tamen integris horis quotidie, ut postea intellectum est, contemplationi vacabat, et pla-

[1] Quae a n. 1051 hucusque scripsit Polancus, enarraverat, suppresso hujus sacerdotis nomine, fr. Nicolaus Gracida litteris, quas *ex commissione* Patris Leonis Enriquez dedit ad Ignatium 29 Decembris 1553 (Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 482-487); ideo ad praecedentem annum vere pertinent. Haud tamen inscite in his et sequentibus ad n. usque 1055 tota res est a Polanco unico veluti tractu descripta.

[2] Joannes Soares, O. S. A.

[3] "Conimbricae 9 Novembris vitam clausit Alphonsus Vasaeus *(Vaz)* Portuensis scholasticus.„ Franco, l. c., An. 1553, n. 8. Recte igitur scribit Polancus *excesserat*. Pertinet namque ad annum praecedentem. Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 483.

cida ac leni morte ad Dominum migravit. Alii etiam tres fratres, Antonius Alvarez, Antonius Braga et Antunez [1] hoc eodem anno, immo primis mensibus ejus, e vita migrarunt; ultimus in oppido quodam, Conimbricae vicino, cum magna illius spirituali utilitate diebus festis christianam doctrinam explicaverat, et vivendi rationem et alia exercitia, ab eo constituta, post ejus absentiam diligenter retinebant, et cum de ejus morbo intellexerunt, eum sibi dari postulabant ut apud se curaretur, hac ratione et quacumque poterant mirum charitatis affectum, quo eum prosequebantur, prae se ferentes.

1056. Quatuor Sacerdotes et totidem alios fratres primis mensibus hujus anni Collegium Conimbricense dedit; unus in Indiam, alii Eboram, alii Ulyssiponam vel docendi litteras, vel confessionum audiendarum gratia missi fuerunt [2].

1057. Vacabant nostri diligenter studio litterarum, domi tres lectiones habebant, unam quidem ipse Rector [3] de conscientiae casibus, alteram P. Georgius Serranus [4] de Trinitate, et deinde de Incarnatione, hoc anno praelegerunt; tertiam de logicis P. Petrus de Fonseca [5] praelegebat; ad publicos tamen Lectores audiendos nostri se conferebant, et qui philosophicis studiis dabant operam, ex praescripto P. Natalis ad Collegium Regis [6] audituri lectiones illas publicas missi fuerunt, quod tam gymnasiarchae quam praeceptoribus pergratum fuit; vulgo enim apud ipsos ferebatur quod nostrorum in addiscendis litteris tum diligentia, tum profectus condiscipulos ad studia serio prosequenda excitabat, et quamvis uno anno, minus quam illi, nostri fuissent in Logica versati, fatebantur tamen praeceptores quod reliquos doctrina superabant, unde quae difficiliora erant, illis defendenda proponebant; conclusiones autem

---

[1] De iis tribus vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, praesertim pag. 684 et 685.

[2] "Estos dias (sub initium mensis Maji) han enviado cuatro Sacerdotes y cuatro Hermanos de aquí del Colegio, uno para la India (Patrem Didacum Soveral) con el P. Francisco Vieira y otros para en Evora y Lixbona poder ayudar en las confesiones en la casa de los profesos y Colegios, y dos de ellos para leer dos clases de humanidad en Lixbona por multiplicarse mucho allá los estudiantes; y agora ya piden otro Maestro.„ *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 685.

[3] P. Leo Enriquez.

[4] Is, cujus nunc primo meminit Polancus in hoc *Chronico*, Societatem ingressus erat anno 1544. ORLANDINI, *Hist. Soc. Jes.*, lib. IV, n. 132.

[5] Hujus cognomen varie scriptum reperies: *Fonseca*, *Alfonseca*, *Affonseca* et *Fonsequa*. Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II.

[6] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 93, annot. 2 et pag. 686, annot. etiam 2.

nostri bis singulis hebdomadis publice tuebantur; diebus scilicet sabbati in Collegio Regio, dominicis vero pomeridiano tempore in nostro; his autem conclusionibus et disputationibus quotidianis Mag. Petrus de Fonseca, logices lector, praeerat; ad positiones autem istas multi ex externis scholasticis, qui in litteris ac moribus majores facere progressus cupiebant, soliti erant accedere [1], quibus absolutis, in sacello nostro christianae doctrinae lectioni intererant.

1058. Philosophi vero in Collegio eodem Regio ad baccalaureatus gradum suscipiendum, undecim numero vel duodecim, examinati non parum examinatoribus placuerant; sed cum gradus illis esset concedendus, venissetque ad illos scriba ut solitum prius juramentum emitterent, illi obedientiam gradui praeferentes, cum magna adstantium aedificatione id recusarunt, cum se, nisi prius Rectore consulto, juraturos negarent: postridie vero ejus diei tum examinatores, tum alii, qui ejus curam gerebant, per nuntium polliciti sunt nostris, si gradum accipere vellent, se privatim illis concessuros [2].

1059. In progressu autem anni publicas positiones totius logices ac philosophiae in Collegio Regio defenderunt, ut si ad magisterium promovendi essent, specimen eruditionis praeberent, et manifeste id cognoscebatur, quod in eruditione suos condiscipulos ejusdem Universitatis praeirent. Theologi diebus jovis suas positiones tuebantur; ex his etiam, qui vacabant humanioribus litteris, Nicolaus Gracida [3] publicam habuit in Collegio Regio orationem cum magno auditorum numero et approbatione, intermissis per horam aliorum lectionibus; et gymnasiarcha ac praeceptores nonnulli, et scholastici, ac religiosi, ejus exemplum sibi dari postulabant. Demum scholastici, ut et civitas ipsa Conimbricensis, in affectu erga nostros et existimatione in dies crescebant.

1060. Ad conciones, quae in sacello Collegii habebantur, tam multi confluebant dominicis ac festivis diebus et ad christia-

---

[1] Haec intelligenda videntur de *positionibus*, quas philosophi seu qui Artium lectiones audiebant, tuebantur; nam de theologis infra, n. 1059, fit sermo.

[2] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 259.

[3] Hic ille puer est, quem "duodecim annos cum dimidio natum, sed in latinis litteris et rhetorica egregie tam tenera in aetate versatum et ingenio raro admodum praeditum„ P. Miron anno 1551 Valentia eduxit secumque Salmanticam et deinde in Portugalliam attulit. Vide supra, t. II, pag. 327, an. 1551, n. 333.

nae doctrinae explicationem ibidem pomeridiano tempore factam, ut cum sacellum (licet duplo fere majus factum ex praescripto P. Natalis) eos capere non posset; multi cupiebant templum aliud majus construi, et ad id suum studium et operam pollicebantur; quod si fieret, fructum uberiorem populi affectus erga Societatem pollicebatur; nam cum exiguum et satis remotum esset, tamen ad illud etiam communicandi gratia, facultate a suis Parochis obtenta, etiam paschali tempore confluebant. Commovebat autem in suis de doctrina christiana concionibus concurrentium animos P. Correa, Novitiorum magister; sed et P. Georgius Serranus dominicis diebus concionabatur, cujus et eruditionem et acumen non solum laudabant auditores, sed et admirabantur: exercebat sese tamquam tiro in hoc exercitio P. Cotta non minori cum aedificatione; et tam in urbe quam extra illam in concionando nostri pergebant.

1061. Quod ad confessiones attinet, consuetudo crebro ad eas accedendi paulatim latius serpebat, partim nostris adhortantibus, partim ipso exemplo aliorum id persuadente; erant autem multi scholastici, et quidem non infimae notae, inter eos, qui confitebantur, et cum numero fructus etiam hujus sacramenti augebatur. Sed cum tam multis confluentibus non possent nostri satisfacere (quamvis enim erant duodecim, et aliquando quindecim, confessarii, studiis tamen complures eorum occupabantur), decreverunt nostri firmiores et de quorum perseverantia magis confidebant, ad alia loca urbis destinare; sed id praesertim in majoribus festis erat necessarium, cum etiam aliquot noctis horas praeter integros dies eis impendere necesse esset.

1062. Qui dominicis diebus in sacello nostro communicabant, plus quam ducenti erant; sed in cathedrali templo, qui nostris confessi fuerant, praesertim in festis majoribus frequentes communicabant; et in alia templa urbis Conimbricae eadem consuetudo inducta est, nam in singulis multi jam et confessionis et communionis sacramentis reficiebantur, et tanta morum in melius mutatio ea in urbe jam cernebatur, ut boni omnes magnas Deo gratias agendi occasionem haberent; nec enim in privatis solum hominibus profectus cernebatur, sed in omni hominum genere ac conditione, et multi rebus spiritualibus ac mortificationi et studio etiam proximi juvandi se totos impen-

debant: aliqui etiam coenobia ingressi sunt; alii, matrimonio conjuncti, fraeno prorsus egebant ut in carne maceranda modum adhiberent.

1063. Cum quidam aethiops [1] dominum, cui inserviebat, interfecisset, candenti forfice adurendus, et abscissis manibus suspendendus erat: vocati sunt ex nostris aliqui, ut fieri solet, qui ad ferendos cruciatus animum adderent; qui in currum, quo vehebatur, ascendentes, sic ejus animum roborarunt, ut ille nullum jam cruciatum recusaret, sed potius dum candens forfex corpori ejus admoveretur, summas gratias Deo alta voce agebat, quod sibi, ante mortem, peccatorum agere poenitentiam licuisset; quod certe populo magnam aedificationem praebebat; sic autem Christi passionem aethiops menti impresserat, quodam ex nostris de ea suo loco et tempore commonente, ut cum ventum esset ad locum, ubi manus erant abscindendae, ipsemet manus ultro obtulerit, cujus fortitudinis in extremo vitae tempore inusitatae aspectus non mediocrem admirationem spectantibus adferebat, dum gratiam Dei in homine illo contemplabantur.

1064. Quadragesima hujus anni duo ex nostris ad duo loca Abbatiarum, Collegio unitarum [2], missi, cum animarum profectu suo munere functi sunt, et apud S. Antonium de Benespera, quod incolae judicio majori pollebant, praeter conciones, exercitia etiam spiritualia non pauci optabant; sed cum non posset propter alias occupationes id multis concedi, cuidam viro nobili, cujus profectus ad alios redundaturus credebatur, concessum est, cui tam multum donorum suorum divina Bonitas contulit, ut suae vitae sanctimonia ac religione omnibus aedificationem magnam praebuerit: matrimonium etiam quoddam, quaesitis ad id eleemosynis, confectum est, ex quo multis rationibus Dei servitium non mediocre consequutum est.

1065. In duobus monasteriis Conimbricae moniales concionibus et spiritualibus colloquiis et instructionibus nostrorum ad magnam reformationem adductae; inter quas aliquae in studio orationis et aliis ad perfectionem religiosam pertinentibus ma-

[1] Nigritam intellige. Nigritae enim aethiopes appellari consuevere; quamvis nec cuncti aethiopes nigri, nec minus cuncti nigritae aethiopes sint.

[2] Abbatiae Collegio Conimbricensi unitae hoc tempore erant duae, scilicet: Sancti Felicis *(San Fins)* et Sancti Antonii de Benespera.

gnopere profecerant; summopere expetebatur confessarius, qui eas audiret; et tamen, quamvis cum lacrymis et instanter id peterent, ne deterioris essent conditionis propter religiosum habitum quam aliae de media plebe mulieres, differendam tamen censuit Rector hanc ipsarum consolationem, quia non tam necessitate adductae quam majoris profectus desiderio postularent.

1066. Ex his, qui frequenter ad nostros accedebant, erant aliqui, qui non exemplo solum, sed reprehensione et admonitione, cum ea opus esse videbatur, juvare proximos peccantes studebant; et Deo ipsis favente, multa mala ea ratione evitabantur, ac multa bona opera fiebant; et eo usque res progressa erat, ut quidam conimbricensis, cum alibi versaretur, hominum dissolutionem admiraretur, dum illam cum modestia conimbricensium conferret; et quia id Societati, ut instrumento divinae Bonitatis, tribuebant, cum aliquid, ad spiritualia pertinens, magni momenti esse videbatur, vel nostros accersebant, vel ipsi ad Collegium accedebant, aut sic indigentes dirigebant.

1067. Cum triremes Regis Portugalliae turcas quosdam piratas cepissent, complures christianos, qui captivi apud eos detinebantur ac inviti remigabant, libertate donarunt: ex his duodecim, Conimbrica transeuntes ut ad suos redirent, ad Collegium nostrum missi fuerunt, quorum omnium confessiones ibidem auditae, et postquam in rebus spiritualibus adjuti fuerunt, cibum etiam corporeum, quia pauperes erant, Rectore ipso ministrante, eis praebuerunt.

1068. Quidam erat, qui peccatorum suorum pondere sic premebatur, ut, daemone instigante, sine remedio illa esse existimans, in desperationis barathrum incideret, et diffidens de Dei misericordia, seipsum necare aut veneno aut suspendio constituerat, et diu ad id occasionem quaesierat. In profundum etiam lacum se conjicere tentaverat. Sed impeditus ab his omnibus, rem quamdam, quae venenum habere credebatur, bis deglutivit; et cum divina pietas eum a morte liberasset, per octo vel novem dies jejunus potionem quamdam hoc ipso animo moriendi bibit, ac demum corpus et animam daemoni prorsus tradidit; sed, permittente id Deo, sic coepit eum doloribus ac tormentis acerbissimis daemon cruciare, ut res auditu esset horrenda. Cum hoc religiosi quidam intellexissent, ad Collegium

nostrum eum mittendum curarunt, cujus morbum cum P. Leo, Rector, cognovisset, placuit divinae Bonitati per eum hominem illum sanare; et tam corporis quam animi angoribus liber, peccata confessus est, et perseveravit bono in statu et spe vitae aeternae.

1069. Ancilla cujusdam, propter causas quasdam toto corpore plagis affecta et compedibus ferreis onerata, in humido quodam loco, nudo in pavimento, tanta cum inhumanitate relicta fuerat, ut ad mortem jam accederet; quod cum quidam ex nostris intellexisset, personam illam adiens, a qua tam crudeliter serva punita fuerat, feritate in pietatem conversa, statim lectum providit, compedes ferreos abstulit, et medicum adhibuit; et quamvis jam ejus corpus adeo computruerat, ut vix, naribus obturatis, foetor ex plagis egrediens tolerari posset, curata tamen est. Idem sacerdos aliquos, propter publica peccata excommunicatos et obstinatos, a pertinacia illa ad poenitentiam et confessionem revocavit.

1070. Ex aliis locis extra Conimbricam confessionis gratia aliquando multi conveniebant, praesertim cum jubilaeum publicatum est. Observavit praefectus templi in ecclesia nostra duobus diebus ducentos et sexaginta et eo amplius confessos esse: itaque aliis diebus multi hoc ipsum beneficium a nostris acceperunt; sed in aliis variis ecclesiis civitatis multae aliae confessiones audiebantur eorum, qui commode ad Collegium nostrum venire non poterant.

1071. Hoc non omittendum est, quod obtinuit P. Leo ab Universitate Conimbricensi, ut nostri gratis omnino ad gradus promoverentur, tam in philosophia quam in theologia; et ita necesse non fuit ut domi nostri promoverentur, quod facere constitutum fuerat, cum non speraretur Universitatem tam liberalem fore.

1072. Hoc anno non pauci, inter quos fuit ipse novitiorum Magister, in morbum evomendi sanguinis inciderunt [1]; et animadversum est quod, aëre mutato, etiam qui hoc morbo coeperant laborare, melius habuerunt, partim apud S. Felicem et partim Eborae.

[1] Morbus hic aliud non fuit nisi catarrhus, qui sub finem anni praecedentis et magna hujus anni 1554 parte in pluribus Europae locis praevaluit, ut saepius jam in hoc volumine dictum est. Vide infra, nn. 1075 et 1076.

1073. Nuncius Apostolicus, qui tunc erat in Portugallia, dixit simplicia vota Societatis [1] non a se solum, sed a quovis Episcopo posse dispensari; et ideo a P. Ignatio remedium adhiberi postulabant; et, quamvis res non ita se haberet ut Nuncius dicebat [2], ut occasio adimeretur debilioribus, cum primum fieri potuit commode, per litteras Apostolicas remedium est adhibitum [3].

---

[1] Sermo est non de votis simplicibus, quae post professionem quatuor votorum emittunt professi, nulla enim de iis erat tum disceptatio, sed de tribus votis paupertatis, castitatis et obedientiae, quae post exactum novitiatus biennium emittunt tum scholastici tum coadjutores.

[2] Vide PATRIS FRANCISCI SUAREZ, *Tractatus de Religione Societatis Jesu*, lib. III, cap. IX, nn. 293 et seq.

[3] In Congregatione Societatis Generali prima quaesitum est: "An expediret petere a Summo Pontifice ut Nuntii Apostolici non possint dispensare in votis simplicibus Societatis, saltem quae post biennium emittuntur. Responsum est: petendum videri.„ Congreg. primae, decreto 142. *Institutum Societatis Jesu*, vol. II. (Florentiae 1893), pag. 187.

Dein "praefatus Pius praedecessor, qui votis illis quae dictae Religionis profectum concernebant, catholicis Regibus praesertim instantibus, gratum praebere solebat assensum: eosdem Sebastianum Regem ac Praepositum, et utrumque eorum, a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati exsistebant, ad effectum infra scriptorum dumtaxat consequendum, absolvens et absolutos fore censens; nec non veriores litterarum Pauli praedecessoris, ac Constitutionum Societatis praedictarum tenores, nec non modum, formam et qualitates votorum in ipsa Societate tam per Professos quam Coadiutores et Scholares suos huiusmodi emitti solitorum pro expressis habens, huiusmodi supplicationibus inclinatus, sub datum videlicet sexto kal. Decembris Pontificatus sui anno sexto; quod nullus dictae Societatis Religiosus in litteris Pauli praedecessoris huiusmodi expressus, post emissa vota secundum illius Constitutiones, sive Professus, sive Scholaris, sive Coadiutor, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis ille foret, a dicta Societate exire aut recedere, etiam praetextu cuiusvis indulti ab eodem Pio praedecessore, vel alio Romano Pontifice pro tempore existente, seu illius maiore Poenitentario, aut aliquo Nuntio vel Legato etiam de latere, impetrati vel impetrandi, quod etiam ex tunc subreptitium idem Pius praedecessor declaravit absque expressa Superioris sui licentia ad id ab eo specialiter obtenta, etiam quaesito colore ob frugem melioris vitae aut strictioris observantiae ad quemvis alium, etiam Minorum vel aliorum Fratrum Mendicantium, aut Cisterciensium vel S. Bendicti aut aliorum Monachorum Ordinem transire, vel etiam per Superiores Ordinum huiusmodi suorumve Monasteriorum praefato Ordine Carthusiensium dumtaxat excepto recipi seu admitti posset seu praesumeret, sub poena excommunicationis, tam per recipientes quam receptos ac recedentes praefatos ipso facto incurrenda, et quam idem Pius praedecessor ex tunc contra quemlibet transgressorem quomodolibet in praemissis protulit, et a qua sic innodatus, praeterquam in mortis articulo, ab alio quam Romano Pontifice vel Superiore Societatis huiusmodi absolvi non posset...„ Pius V, Const. AEQUUM PUTAMUS, XVI Kal. Februari 1565. *Instit. Soc. Jes.*, (Florentiae, 1892) l. c., vol. I, pag. 39.

Tandem: "540. Tria paupertatis, castitatis et obedientiae vota post biennium probationis in Societate emissa, etsi simplicia, ex apostolica institutione et declaratione vere substantialia Religionis vota esse, et in illis nonnisi per Sedem Apostolicam dispensari posse, nulloque alio modo quam per legitimam a Societate dimissionem ea

1074. Cum sacerdos quidam Conimbricam venisset, qui nobilem et divitem quamdam foeminam, et quidem conjugatam, furatus aliquid [1] fuerat et secum ducebat: sed duo ex nostris sacerdotibus, ea consentiente, furtum hoc detestabile de sacerdotis illius manibus eripuerunt, et in monialium monasterio foeminam collocarunt, quamvis ille diabolica astutia resistere, ne id fieret, curasset.

1075. Toto mense Septembri et parte Augusti, cum a doctrina christiana docenda propter morbum P. Antonii Correae [2] vacatum esset, alius deinde fuit substitutus: theologi etiam aliquot dies vacarunt, et humilitatis ministeriis occupati fuerunt; sed prima die Octobris renovatio studiorum ibi facta est.

1076. Injunxerat P. Natalis ut amanter nostri collegiales regerentur, et fatetur P. Leo se nihil videre, quod rigore aliquo indigeret, cum omnes de suo profectu satis essent solliciti. Fere tamen omnes intra mensen in morbum inciderunt, catarrhi cujusdam, qui in toto regno Portugalliae eo anno communis fuit; omnes tamen convaluerunt, quamvis duo sacerdotes magnum mortis periculum evaserunt. Inter aegrotantes etiam fuit P. Joannes Nugnez, paulo post Patriarcha declaratus, de quo inferius agemus.

Et haec de Conimbricensi Collegio.

---

cessare, habetur in Const. Gregorii XIII Ascendente Domino, VIII Kal. Jun. 1584, Litt. Apost., pag. 96. Ant. Comp. § 1., *Institutum Societatis Jesu*, t. 1, pag. 665.

Quibus positis, certum est litteras Apostolicas, quarum hic meminit Polancus, esse non posse nisi Pii V Aequum putamus (obiit enim Polancus anno 1577), aut forte illas Pii IV, quas tamen non habet *Institutum Soc. Jes.*, nec recenset Delplace, *Acta Sanctae Sedis in causa S. J.*, nec Joaquim dos Santos Abranches in *Fontes do Direito ecclesiastico portuguez*, I, *Summa do Bullario portuguez*, licet eae datae sint rogatu Sebastiani, Portugalliae et Algarbiorum Regis.

Quamvis autem litterae Apostolicae de hac re ante Pii IV Pontificatum obtentae non sint, actum tamen est de eis obtinendis sub finem anni 1553, hoc est penultimo anno Pontificatus Julii III; ait enim Polancus Patri Natali scribens 1 Januarii 1554: "Si podra V. R. traer consigo algunos buenos supósitos de los salidos, ó ponerlos en diversas partes de España ó de acá de Italia ó Sicilia, seria bien: pero el Breve para no dejarlos absolver del Nuncio no está espedido.„

[1] Sic, sed redundare videtur hoc verbum *aliquid* aut substituendum voce *alicunde, alicubi*, vel alia simili.

[2] Vide supra, pag. 505, n. 1072.

DE SANCTI FELICIS COLLEGIOLO

1077. Postquam illi Conimbricam revocati fuerunt, qui apud S. Felicem philosophiae cursum emetiebantur [1], nulli amplius, hujusmodi studiorum gratia, missi eo fuerunt, et tantum aliqui valetudinarii eo, recuperandae sanitatis gratia, mittebantur. Praeerat eis et curabat quae ad reditus Collegii Conimbricensis spectabant, P. Petrus Diaz, qui etiam aliquando festis diebus in illis parochiis concionabatur, quae Abbatiae annexae fuerant, et ideo illarum cura penes Societatem tunc erat, quamvis Vicarios ecclesiis praeficerent.

1078. Sed vehementer impeditum fuit Dei obsequium propterea quod nostri bona quaedam usurpata monasterii recuperare nitebantur; et ideo tam averso animo esse coeperunt multi, ut non solum praedicationibus interesse, aut in rebus spiritualibus adjuvari, sed ne videre quidem Patrem illum vellent, quem et in censuras quasdam incidisse sibi persuadebant: litium, etiam justarum, fructus hujusmodi esse solent. Accidit ut quemdam aegrotantem inviseret P. Petrus ut ejus audiret confessionem et in rebus spiritualibus eum juvaret. Cum autem aegrotus intellexisset quod ad portam Pater ille accesserat, forte credens quod sine ejus licentia ingredi vellet, misit uxorem suam, quae ostium clauderet; quae cum id faceret, dixit Patri Petro Diaz maritum suum nolle tunc confiteri, et ipsum suae conscientiae curam habiturum. Alius etiam eumdem Patrem in quadam ecclesia contumeliosis verbis excepit, quamvis postea compunctus veniam postulavit. Itaque cum deesset agendi occasio, patiendi non deerat. Erat autem cum P. Petro sacerdos alius valetudinarius et tres vel quatuor fratres tantum.

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 419, n. 928.

DE EBORENSI COLLEGIO

1079. Initio hujus anni quindecim vel sexdecim ex nostris Eborae versabantur, quamvis sub anni finem ad viginti duos accedebant. Rector autem eis P. Michaël de Barros [1] praepositus fuit, et sic P. Alphonsus Barreto, qui prius hoc fungebatur munere, theologiae studiis nondum absolutis dare operam potuit, et interim fratrum confessiones audiebat. Et quamvis praecipuum negotium erat Collegio nostro cum scholasticis, quidam tamen sacerdos, Emmanuel Fernandez, a prandio christianam doctrinam populo explicabat in ampla quadam aula domus regiae [2], in qua nostri adhuc isto anno vixerant,

---

[1] *Bairros* et *Bayrros* ipse in litterarum subscriptione.

[2] Quoniam tribus in locis Nostri Eborae fuere prius quam in suum Collegium a Cardinale Henrico erectum migrarent, quorum locorum nec meminit Polancus nec post eum Orlandini, et ut intelligatur quid voce *domus regiae* veniat, *in qua nostri habitabant hoc anno,* cum antea a Polanco dictum sit exceptos nostros et collocatos *in monasterio quodam, quod olim fuerat monialium,* juvat sequentia ex TELLEZ excerpere: "Tinha o serenissimo Cardeal dado ordem pera se fazerem aposentos, pera os seus hospedes, em hum Collegio, que jà d' antes traçava, de sacerdotes virtuosos, pera confessores d' aquelle Arcebispado, nam foy possivel estar o Collegio acabado ao tempo que os Padres chegàram de Coimbra: por emprestimo foram agasalhados em humas casas, que estavam na rua da Mesquita (aonde hoje està situado o Collegio da Madre de Deos) que tinha servido antiguamente de hospital intitulado de S. Joam de Jerusalem, que naquelle lugar mandàra fundar o muy bem afortunado Rey Dom Affonso Hēriques, com sua ermida, que se chamava S. Joaninho, pera distinçam de outra de S. Joam, que há na mesma cidade: deose, pelo tempo adiante, esta ermida, et hospital às Religiosas commendadeiras da ordem de Malta, que nelle viveram atè o anno, de que faz mensàm a historia da mesma ordem; noqual o Infante Dō Luis, sendo Prior do Crato, lhes mandou edificar hum convento em a villa de Estremòz, pera onde as passou, et he mosteiro unico, neste Reyno, de freiras commendadeiras da dita ordem. Este foy o primeiro sitio, em que os nossos estiveram em Evora: desejādo porèm sua Alteza de os ter mais junto de sy, et dilatandose a obra do Collegio, que nos havia de entregar, os fez mudar entre tanto, pera humas casas visinhas a seus paços pontificaes, que ficavam detrâs da capella mòr da Sè, na rua, que chamam de Freiria, porque moravan aly os Freyres de Avís. E porque nem aly estavam accommodados, como elle desejava, a cabo de hum anno, houve licēça del Rey, pera os accommodar nos paços reaes, em quanto se aperfeiçoava o novo Collegio; aly se recolhia tambem o senhor Dom Antonio, ouvindo Theologia, com os nossos irmãos, que dissemos, tendo o mestre, que apontamos; et d' aly se passaram pera o novo Collegio, no anno de 1554, como adiāte veremos, naquelle mesmo anno." *Chronica da Companhia de Jesu em Portugal*, t. I, parte I, lib. III, cap. 18, n. 3.

quo tantum viri non autem foeminae conveniebant. Idem sacerdos in Cathedrali ecclesia saepe concionabatur, et in quodam religiosarum monasterio, quibus monialibus vel multis earum cum spiritualia exercitia proposuisset, mirum in modum illae profecerunt; nam praeterquam quod multae res pretiosas, quas privatim habebant, ad pedes Abbatisae attulerunt; tam ferventes in oratione ac meditatione Deo vacabant, ut ne aliquid de tempore ad eas destinato decederet, vestitae noctu dormirent, et in chorum ad meditandum simul egrediebantur, et generales totius vitae confessiones instituere volebant. Hoc idem alia tria monasteria religiosarum postulabant, quibus tamen, propter operariorum penuriam, satisfieri non potuit [1]. Civitas autem valde affecta etiam ad Societatem nostram erat, et multum eis tribuebat.

1080. Cum autem Eborae actus, quem vocant, Inquisitionis fieri deberet, postulavit Inquisitor ut nostri quibusdam ex illis adessent, quos brachio saeculari erant tradituri, ut consolarentur et animarent eos; quo pietatis officio biduum tam interdiu quam noctu nostri in carcere functi sunt, et [ex iis unus] cujusdam eorum confessionem audivit, qui comburendus erat, et deinde, paulo ante mortem, brevem ejus reconciliationem audivit, qui optime dispositus ex hac vita decedere visus est. Eodem die cum triginta ex his, qui poenitentia notati fuerant ab eodem officio, simul in quodam essent cubiculo, rogavit Inquisitor eumdem Patrem ut eosdem alloqueretur, ut notam illam ignominiae, quam subituri erant, sic subirent, ut ad animarum utilitatem eam converterent; et multis cum lacrymis ab eis auditus est.

1081. Idem P. Emmanuel Fernandez cum intellexisset in domo, quam *Misericordiae* vocant, ducentos esse confratres ex

---

[1] Praecipua monasteria hoc tempore Eborae erant: "1. O Mosteiro de S. Bento de Religiosas Bernardas, fundado pelos annos de 1169, havendo muito que allí havía Recolhidas, as quaes deu principio Urraca Ximenez, mulher muy nobre com varias suas parentas, em distança de tres quartos de legoa da Povoaçaõ.—2. O Convento do Menino Jesus de Religiosas de Santo Agostinho, sogeito aos Arcebispos de Evora, que he fundaçaõ do anno de 1380.—3. O de Religiosas de Santa Clara, que he fundaçao do Bispo de Evora, D. Vasco Perdigaõ, pelos annos de 1458.—4. O Mosteiro de Nossa Senhora do Paraiso de Religiosas Dominicas, que recebeo a clausura em 1516, havendo ja nelle Recolhidas desde o anno 1474.—5. O de Santa Catharina de Sena de Religiosas Dominicas, que primeiro professavaõ a terceira Regra desta Ordem, com o nome de Religiosas de Santa Martha, e ao depois aceitaraõ a Observancia e passaraõ a nova Casa no anno 1547." LIMA, *Geografia histórica*, t. II, pag. 235 et 236.

primoribus totius urbis, persuadere eis conatus est, ut saltem quater singulis annis confiterentur et communicarent, et cum eorum praefecto (quem *proveditorem* vocant [1]) id persuasisset, ejusdem opera usus et ad singulos se conferens, omnibus pene id persuasit, et sub initium hujus anni plurimi eorum devote communicarunt.

1082. Quod ad scholas attinet, initio hujus anni ducenti et octoginta scholastici conveniebant, et in dies numerus augendus credebatur, cum per loca vicina bonus odor sparsus parentes invitaret ad suos filios Eboram mittendos: tres classes tantum grammatices erant, ex quo studia inchoata fuerant, scilicet, sub finem Augusti praeteriti; tertia erat rhetorices et graecarum litterarum; sed praeter has primis mensibus hujus anni quarta classis grammaticae addenda fuit, nam plus aequo tres illi praeceptores grammatices discipulorum numero premebantur [2]; ille autem, qui post Pascha additus fuit, reliquos sublevavit.

1083. Profecerunt autem mirum in modum tam in his, quae

---

[1] "Proveedor da Misericordia, em Lisboa (idem intellige de Ebora) he sempre hum homem Fidalgo de authoridade, prudencia, idade et virtude, que com doze Irmãos preside na Mesa, et em todas as juntas. A elle só pertence mandar assentar, votar, et callar quando lhe parece. Logo depois de eleyto, reparte os officios ordinarios pelos conselheyros, dous Irmãos, hum nobre, et outro official, manda tirar as informações necessarias, assim sobre pessoas, como sobre negocios, que pertenecem à casa, et administração della; além dos dias ordinarios da Mesa, em que se ha de achar presente, he obrigado a vir hũ dia da semana à casa do despacho, para tratar com o Escrivaõ da casa, Recebedor das esmolas, Thesoureyros das letras, et depositos, sobre a cobrança dos juros, letras, et mais fazenda, que por qualquer via pertencer à casa. Dá ordem ao acompanhamento dos defuntos, que a Irmandade tem obrigação de enterrar, et na execuçaõ das mais cousas sempre tem superintendencia, sobre todos os Irmaõs, et Ministros, et todos lhe obedecem por serviço de Deos, et de nossa Senhora. Domûs, quae *Misericordia nuncupatur Primarius curator*, ou *Supremus administrator*." Bluteau, *Vocabulario Portuguez*.

[2] De lectoribus, qui sub finem Augusti praeteriti Evorae docere coeperunt, haec Tellez: "Conformaramse o Padre Cõmissario, et o Padre Provincial com a vontade de Sua Alteza, beyjãdolhe a mam pela mercé que fazia a Companhia, fundandole Collegio naquella sua cidade: et logo fizeram vir de Lisboa pera Mestre de Rhetorica o Padre Pero de Perpinham, famoso Orador d' aquelles tempos, como já dissemos, et ainda diremos a diante, o qual em Sam Antàm lia humanidade. Foram mais nomeados pera tres classes de Grãmatica o Padre Joam de Mello, que depois morreo sanctamente occupado na conversam dos Indios do Brazil, et o Irmam Roque Sans Valenciano, et Nuno Alvres Portugues; pera Lente de Theologia moral foy nomeado o Padre Marcos Jorge, que neste tempo ainda nam era Sacerdote, mas jà com tanto cabedal de sciencia, que podia ler com grande satisfaçam esta cadeyra, et andando o tempo agraduou de Doutor em Theologia na nova Universidade de Evora, tendo primeyro lido Philosophia, et Theologia na de Coimbra." L. c., lib. v, cap. xiv, n. 8.—Vide etiam supra, t. iii, pag. 424, n. 940.

ad eruditionem, quam in his, quae ad pietatem pertinent; et quamvis id in modestia et bonis moribus cernebatur, dum a multis abstinebant, in quibus errare soliti erant, profectus tamen a confessariis clarius deprehendebatur; plurimi enim quotidiano examine conscientiae utebantur, et rationem orandi doceri cupiebant; aliqui religionem ingressi sunt, et sub hujus anni initium duo in Societatem admissi fuerunt, et alii in anni progressu, qui fere Conimbricam mittebantur; dominicis diebus quilibet ex praeceptoribus in sua classe christianam doctrinam suis discipulis explicabat, eorum se captui accommodando, et in prima classe prius ratio exigebatur eorum, quae in praecedenti dominica explicata fuerant, ad virtutes ac bonos mores pertinentia; deinde alia declarabantur; aliqui etiam non tantum singulis mensibus, sed frequentius ad sacramenta accedere incipiebant.

1084. Praeter has classes, alia erat, in qua conscientiae casus praelegebantur; viginti ex his sacerdotibus, qui eos audiebant hujus anni initio, a Cardinale Infante necessaria ad victum accipiebant, sed in progressu ejusdem anni ad triginta eamdem benignitatem extendit [1]; sed praeter hos alii suis expensis sustentati hanc lectionem casuum audiebant, cui Cardinalis aliam etiam addi voluit, et ne nostros oneraret, externum praelectorem adhibuit ut duas quotidie lectiones haberent, qui casibus conscientiae dabant operam. Proficiebant et hi non mediocriter; nam antequam lectio inchoaretur, mediam horam quotidie in reddenda ratione eorum, quae audierant, reposcente eam praeceptore, expendebant. Diebus etiam sabbati sua omnia dubia alii aliis proponebant ex totius hebdomadis lectionibus, et respondebant qui interrogabantur; praeceptor autem utrosque dirigebat et haec collatio positionum loco ipsis erat.

1085. Praeter hos, nostri collegiales, qui theologiae vacabant, praeter suas lectiones, dominicis diebus post meridiem, et aliquando etiam profestis diebus, positiones theologicas disputationis gratia defendebant: omnes autem scholastici singulis mensibus ad singulas disputationes conveniebant, quas etiam oratiunculis et carminibus ornabant, et quae a praeceptoribus hauserant de praeparatione ad confessionis et communionis sa-

[1] Vide supra, t. III, pag. 423, n. 937.

cramenta, de reverentia, qua Missa audienda erat, et alia demum, quae pietatem et bonos mores fovebant, in suis illis oratiunculis complectebantur, quae ad mutuam cohortationem et instructionem valebant; nec deerat qui, cum suo patre et famulo ad christianam doctrinam accedens, domi deinde suae, matre et aliis audientibus, quaecumque meminisset repetebat ad domesticorum aedificationem: fuit etiam ex his scholasticis qui, cum jurgantes in vico quosdam homines reperisset, curavit et obtinuit ut eos in gratiam reduceret. Invisit ipsemet Cardinalis Infans scholas et omnes lectores audivit, qui, quantum laetitiae inde percepisset, quod ad magnum Dei honorem opus illud exerceri videret, Rectori Collegii domi suae postea explicavit [1].

1086. Quatuor erant dumtaxat sacerdotes, inter quos unus erat Rector, et alter theologiae studebat; duo reliqui confessionibus scholasticorum audiendis vacabant; sed et alios etiam multos ex urbe audiebant, immo et extra urbem confessionis gratia non pauci accedebant.

1087. Obtinuit Cardinalis a P. Mirone ante Quadragesimae tempus P. Emmanuelem Fernandez, ut ad civitatem quamdam sui Archiepiscopatus, *Elvas* nomine, praedicandi gratia et confessiones audiendi mitteret, et ita cum socio etiam sacerdote, qui Petrus de S.ta Cruce dicebatur, eo missus et avide exceptus est. Praedicabat in Quadragesima P. Emmanuel diebus mercurii et veneris; dominicis autem diebus, mane evangelium, post meridiem de praeceptis Domini agebat: et quamvis reprehendebat eos acriter, aequo animo id ferebant propter venerationem magnam, qua ipsum prosequebantur. Tam ex verbo Dei

[1] De Collegii Eborensis scholis sequentia addi hic opportune posse videntur: "Quod ad Collegium Eborense attinet, cupiebat Cardinalis admitti obligationem philosophicae lectionis, et ut viginti quatuor de Societate in illo alerentur..., et tantum fundatio ad dotationem mille aureorum aut paulo amplius ascendebat, quia id temporis majorem se non posse facere (Cardinalis) significabat... Erat autem Patris Natalis intentio litteris ad Patrem Ignatium explicata, optimo illi principi et ad res Eborensis Collegii augendas valde propenso, satisfaciendum esse in his quae Societatis instituto non repugnarent.„ Supra, t. III, pag. 432, n. 956.—Respondit tamen Natali per Polancum Ignatius: "Acerca del Colegio de Evora no tiene nuestro Padre Letras del Infante Cardenal, pero muy bien le parece que no se ponga curso de Artes por ahora, sino de las lenguas, y una leccion de casos de conciencia, ó de la Escritura: por que si de Artes se ha de hacer curso el fundamento ha de ser de propios Escolares, y así no parece habrian de ser menos de 50 en el Colegio, como aquí en Roma ha sido necesario poner en torno á 60 para que ubiese Escolares y Maestros y Coadjutores, y pues es tan bendito el Cardenal que se pueden hablar las verdades claras con Su Alteza, parece ha sido bien hacerle capaz de todo.„ 1.ª Januarii 1554.—Vide infra, n. 1098.

praedicato quam ex familiaribus colloquiis copiosus fructus capiebatur. Cum autem prima dominica Quadragesimae contra concubinarios invectus esset, commoti fuerunt aliqui, inter quos mulier quaedam fuit, quae aliquot annos turpe ministerium in hujusmodi hominibus inter se male conciliandis exercuerat, et simul cum ea vir quidam eum adivit recedere a concubinatu se velle et Deo servire testatus, quem simul cum alio, cujus etiam cor Deus tetigerat, Eboram misit ut dispensationem obtinerent ad suas concubinas in uxores ducendas.

1088. Eodem die, ad carcerem pergens, exhortationem apud homines illos habuit, quam congruere eisdem existimabat; et inter caeteros, qui emendationem vitae promiserunt, vir quidam nobilis fuit, qui pessime et gravissime blasphemare solitus erat, sed emendationem in posterum promisit; et cum ex hoc abusu irreverenter usurpandi Dei nomen magnas ipsius offensas et animarum detrimenta insignia ea in civitate consequi videret, confraternitatem nominis JESU ad juramentorum eliminationem instituit, et in librum redigi curavit nomina eorum, qui confraternitatem hanc ingrederentur: in tabula descripta erant juramenta evitanda, et poena pecuniaria vel aliae, in quas incurrebant qui jurassent, et in singulis parochiis et catalogus habebatur hujusmodi confratrum ejusdem parochiae, et capsula in quam inferebatur pecunia propter mulctam solvenda; et cum una aperta fuisset, septingentae et quinquagintae mulctae hujusmodi plus minus [repertae sunt]; et alii alios, modeste tamen, accusare debebant; quod fiebat eosdem admonendo quod jurassent; si non id suggerebat, eamdem pecuniam ipse subibat: ubi copiosissimus fructus statim in ea urbe et extra illam sequutus est. Cum enim vel pueri juramentis etiam horrendis assueti essent, non illi solum, sed et viri sic abstinebant, ut tantum, ad affirmandum, hoc dicerent: "certe ita est„. Cedebat autem haec pecunia in pauperum usum a confratribus *Misericordiae* dispensanda; singulis tamen annis processio in honorem nominis JESU fieri debebat, et singulis dominicis Missa una ad hunc eumdem finem dicenda.

1089. Docebat pueros P. Emmanuel decem praecepta, in quamdam devoti cantus formam redacta, cujus gustus veteres cantus expulit; instituit idem singulis diebus veneris, in poenitentiam peccatorum et pro Ecclesia Dei, flagellationem pu-

blicam vel disciplinam in crepusculo vespertino in quadam ecclesia, ad quam, qui cognosci nolebant, dissimulato habitu veniebant; et coeperunt nostri cum paucis primo die veneris; sed sequentibus tanta multitudo conveniebat, ut magnum templum quaerere compulerit, et ita ad cathedrale transierunt. Erant autem partim nobiles, partim plebeji, qui conveniebant, et cum exhortationem quamdam de primis verbis Domini in Cruce P. Emmanuel habuisset cum multis auditorum lacrymis, psalmum *Miserere mei* ac *De profundis* in consequenti flagellatione pronunciabant, cum magna ipsorum aedificatione et populi devotione.

1090. Omnia haec, ut nova, civitas haec vehementer mirabatur, et dicebant quod a nostris christiani esse quodammodo compellebantur, et ea veneratione ac devotione prosequebantur nostros, ut nihil quod injungere eis vellet non impetraturus videretur. Occupabatur autem P. Emmanuel in pacibus conciliandis et confessionibus audiendis, nec die noctuque laboribus parcebat cum eam civitatem pacificam relinquere magnopere cuperet; coepit autem quosdam viros congregare, qui singulis mensibus confiterentur, ut haec turma contra daemonem et murmurationes, quarum ipse causa erat contra eos, qui amplius quam semel in anno ad sacramenta accedebant, pugnaret, et aliquos debiliores animaret; et ita alii aliorum exemplo ad frequentiam hujusmodi, abjecto timore humano, accedebant; mulieres quidem sine numero ad hujusmodi frequentiam accedebant, et accessurae videbantur, sed in viris hoc erat difficilius.

1091. Erant in hospitiis ejus urbis publicae quaedam mulieres, ex quo multae Dei offensae sequebantur, sed, magna diligentia et labore adhibito a nostris, auctoritate magistratus inde expulsae fuerunt [1]: quaedam etiam mulieres cum eis viris in matrimonio junctae fuerunt, cum quibus in peccato mortali sexdecim et plures annos vixerant; multi et utriusque sexus a peccatis hujusmodi, concubinatu relicto, recesserunt, et ab eis aliquando precibus, aliquando infernum et mortem imminentem comminando, aliquando aliis rationibus hi Patres ab eis impe-

[1] De hoc, quod non in Portugalliae solum sed in omnium fere regionum hospitiis praevaluisse hoc tempore videtur, legi possunt quae habet Santivañez, l. c., parte I, lib. I, cap. 27 et pleraque *Itineraria*, Clenardi, Stuñigae, etc. illa aetate conscripta.

trabant; et cum ea civitas odiis et concertationibus assueta esset, elaboratum est ut omnes ad concordiam et mutuam pacem adducerentur, et ita cum aliqui a se invicem dissentire cernebantur, et a mutuis colloquiis abstinere, nostri accersebantur, ut eos inter se conciliarent; et conatus nostrorum divina Bonitas sic fovebat, ut quod vellent ab eis hominibus impetrarent; et stupebant ipsimet cives cum tam pacificam eam urbem viderent, quae aliquando vindictis magnopere studuerat, et jam non malum pro malo, sed potius pro malo bonum reddebant; et aliqui, cum dissensionis occasio se obtulisset, nostros consulebant quid facturi essent, et hoc illis consilii dabant, ut via juris, non armis, quod aequitas volebat peterent, pacem interim et quietem in suis animis retinentes. Est ea civitas in confinibus Portugalliae et Castellae, quae vicinitas in causa erat ut qui aliquid mali perpetrasset, facile effugere ministrorum justitiae manus posset.

1092. Postquam in Quadragesima suis concionibus in Cathedrali ecclesia [1] perfunctus est P. Emmanuel Fernandez, dominicis et festis diebus in eodem munere pergens, non solum sustinuit ac conservavit auditorum expectationem et existimationem, sed et vicit, et praesertim in die Ascensionis sic omnes commovit et ad devotionem accendit, ut alia de re non ageretur quodammodo, quam de ipsius concione, et illud ex Evangelio usurpabant: *numquam sic loquutus est homo;* et cum duas horas aliquando, et unam cum dimidia et amplius crebro sermonem extraheret, brevis eis videbatur; diebus etiam veneris post meridiem ea in ecclesia concionabatur, ubi confessiones cum socio audire solitus erat; et quamvis dies operarius esset, prae ipsa ecclesiae porta concionari debuit, quod plures essent, qui extra templum eum audituri convenerant, quam hi, quos templum capiebat. Insignis tamen emendatio, ut prius tetigimus, circa juramenta visa fuit, et infantuli quatuor vel quinque annorum, si quando matres jurantes audissent, dicebant: "Domina mater, osculare terram, quia jurasti; sic enim nos docuit magister noster„, et eo res rediit, ut erubescerent quibus jurare accidisset; et cum prius virile quid esse homines existimassent

[1] Elvensem intellige Sanctae Mariae primariam ecclesiam, quae nondum tamen in cathedralem, seu Episcopi sedem, erecta erat. Fuit autem anno 1570.—Quare recte *iglesia mayor* non vero *catedral* eam appellat ipse P. Santa Cruz, l. infra c., pag. 617.

passim nomen Dei jurare et sanctorum, jam vilium hominum ac infelicium esse censebatur si in ipsorum ore juramentum deprehenderetur.

1093. Versabantur nostri in hospitali et mirabantur aliqui cur non apud aliquem eorum diverterent, a quibus hospitio excepti libentissime fuissent: ex eleemosynis vivebant, quas in diem tantum admittebant. Itaque cum suppetebat quod comederent, id comedebant; cum deerat, vel patienter abstinebant, vel aliquando a certis quibusdam personis petebant, nam per urbem mendicare non licebat, ne confratres *Misericordiae* injuriam sibi fieri quererentur; rogaverant enim nostros ne mendicarent per urbem, quia ipsi necessaria ad victum subministrare volebant; sed quia de bonis pauperum id daturi [confratres] erant, quae illis [1] alioqui necessaria erant, non id [nostri] admittebant.

1094. Cum prius ad quadraginta viros adduxissent ad menstruam confessionem et communionem, crevit numerus eorum ultra centum, inter quos nobiles erant non pauci ex primoribus urbis; erant et artifices valde boni, qui diebus festis loco consuetarum recreationum, vel ad aliquod eremitorium extra urbem se conferebant, vel piis libris legendis et laudibus Dei diem exigebant, et complures ex his octavo quoque die confitebantur: hujusmodi autem hominibus diebus mercurii et veneris sub vesperam brevi explicatione aliqua vitae Christi mysteria P. Emmanuel declarabat, sed et alii ex primoribus civitatis se adjungebant, et licet sedendi locum propter multitudinem non haberent, non parum eis videbatur si vel stantes locum obtinuissent: mulieres, quae singulis mensibus confitebantur, ad centum et quinquaginta accedebant, nec his pauciores, immo forte plures erant, quae singulis hebdomadis ad sacramenta sancta accedebant, et campana advocabantur ex summo templo, ubi post confessionem magno cum fervore communicabant.

1095. Sacerdotibus etiam primae hebdomadae exercitia proposita fuerunt, nec ulterius propter occupationes progressi sunt; ea tamen instructione, quam acceperant, proximis utilem operam navaturi credebantur, immo et experientia id docebat: qui enim sacerdotes munus hoc confessionum audiendarum

[1] Pauperibus.

odiosum et grave existimabant, cum declaratum eis fuisset quanti esset meriti hoc opus apud Deum, si cum charitate id praestarent, libenter ad illud se compararunt, et in quavis ecclesia jam aliqui inveniebantur, qui confessiones audirent et praesertim in hebdomada Pentecostes in quavis parochia tres, quatuor et quinque confessarii assidui erant; et ut illud officium majori cum honestate et aedificatione exercerent, curavit P. Emmanuel [ut] sedes confessariorum aut poenitentium ad modum nostrarum conficerentur [1].

1096. Confratres *Misericordiae*, qui quater singulis annis confiteri debebant, hoc festo Pentecostes coeperunt magno cum fervore piam hanc consuetudinem inchoare; et quamvis multi in villis extra urbem essent, admoniti statim in urbem redierunt, et promiscue nobiles cum pauperibus et servis etiam magna cum humilitate post confessionem sanctissimam Eucharistiam accipiebant; nec nostri sacerdotes diem unum quietis habere poterant, et ab aurora usque ad noctem socius P. Emmanuelis in sede confessariorum velut alligatus manebat; infirmos tamen aliquando invisebat statim a prandio; nam postquam ad ecclesiam venerat, nulla jam ratione recedere inde poterat; tanta erat hominum confiteri cupientium devotio ac frequentia: et in festo Pentecostes peculiari modo videbatur Sanctus Spiritus in illorum corda descendisse; cum enim prius ne in Quadragesima quidem multi ad sacramenta accederent nisi excommunicationibus aut aliis poenis compellerentur, jam, corde omnino in melius mutato, ipsimet confessarios rogabant ut saepius in anno eorum confessiones audirent, et dominicis diebus singulis in parochiis speciem quamdam Quadragesimae poenitentium et communicantium multitudo referebat, et plusquam mille circa festum Pentecostes communicarunt [2].

1097. Cum autem hi Patres Eboram tandem rediissent, miserunt elvenses duos aut tres honoratos cives ad Cardinalem Infantem ut iterum eo Patres illi reverterentur, quod P. Miron roganti Cardinali negare non potuit.

1098. Venerat autem [3] P. Miron Provincialis prima die Ju-

[1] Vide supra, t. III, pag. 189, annot. 2.

[2] Quae a n. 1087 hucusque continentur, desumpta sunt ex binis Patris Petri de Santa Cruz ad P. Michaëlem de Bairros, Evorensis Collegii Rectorem, litteris, quas habes in *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 613 et pag. 616.

[3] Eboram.

nii, et ad hoc atque ad alia collegia pro ratione sui officii, cum opus erat, suam operam navabat, et tam scholis quam domesticae disciplinae curam juxta Instituti nostri rationem adhibebat. Cum ibidem esset, Cardinalis ad scholas accessit, et bonam librorum copiam suo Collegio dedit, et suam bibliothecam, quam bene instructam habebat, se daturum significavit. Rector ipse P. Michaël de Barros, dum cujusdam ex praeceptoribus, qui aegrotabat, locum supplet, multum sanguinis evomuit et morbo subsequenti abstinere a lectionibus et valetudinem curare coactus est; sed valetudinem, quamvis vena abrupta dicebatur, recuperavit. Fuerunt autem renovatae lectiones ipso die Sti. Remigii [1], scilicet kalendis Octobris, et renovationi interfuit Cardinalis ipse cum D. Antonio, suo nepote, ac aliis nobilibus et doctis viris, quibus omnibus lectionum initium multum aedificationis et satisfactionis dedit.

1099. Invisit nostros eborenses P. Joannes Nugnez, qui ex Africa, ut dicetur, venit, nondum Patriarcha declaratus, cujus humilitatis et obedientiae exemplum multum consolationis et utilitatis nostris attulit.

1100. Elvis tandem evocatus P. Emmanuel Fernandez cum socio ab ipso Cardinale, coepit eborensi populo christianam doctrinam, prout aliquando fecerat, explicare, et frequentia auditorum et profectus in dies augebatur.

1101. Quemadmodum Conimbricae, ita et Eborae plurimi ex nostris, et inter illos plurimi praeceptores, mense Octobri in morbum inciderunt, quamvis Dominus providere dignatus est ut esset qui lectiones prosequeretur. Sub finem etiam anni aegrotavit Provincialis ipse; qui, cum Eboram venisset, ad Cardinalem, qui suam dioecesim visitabat, se contulit; sed brevi, valetudine recuperata, Eboram rediit [2]. Et jam agebatur de migratione nostrorum ad novum Collegium. Et inter scholasticos, qui in Societatem admitti postulabant, quemdam magnae expectationis admisit et alios nonnullos. Quamvis autem satis magnus esset numerus ad sacramenta accedentium, augendus non parum videbatur postquam ad novum Collegium nostri

---

[1] More Universitatis Parisiensis et Collegii Societatis Jesu Ferrariensis. Vide supra, t. II, pag. 501, an. 1552, n. 213.

[2] Vide infra, n. 1211.

migrassent [1], propterea quod ibi magna commoditas futura ad sacramentorum ministerium videbatur.

Et haec de Eborensi Collegio.

DE COLLEGIO SANCTI ANTONII

OLYSSIPONAE

1102. In concionibus, confessionibus ac studiis litterarum non solum perseveravit hoc Collegium, sed in dies fructum uberiorem ferre videbatur. Redierat eo P. Provincialis, postquam recedentem ex Portugallia P. Natalem Eboram usque prosequutus fuerat, quia negotia indica, brasilica et aethiopica urgebant; accidit enim ut simul in eas provincias navigaretur, et in eis negotiis expediendis partim cum Principibus, partim in Collegio multum operae et temporis utiliter expendit; et quamvis, propter Principis mortem, in luctu regia domus jaceret, totaque urbe luctus acerbissimus versaretur, ac propterea optimus Rex Joannes, qui unicum filium et regni haeredem amiserat [2], quamvis postulationibus multorum non vacaret, non tamen oblitus est pietatis suae erga divina, et fratribus nostris, qui apud indos et brasilienses Domino militabant, multa largitus est: ut autem diem cum Rege et ejus fratribus ac aliis Regis officialibus P. Miron bona ex parte consumebat, ita noctu in Collegio curabat ut ad normam regularum et constitutionum omnia exigerentur eo in Collegio; ex quo deinde, recedente P. Torrensi, ad domum Professorum Sti. Rochi migravit.

1103. Nostri sacerdotes primis mensibus hujus anni in con-

---

[1] Migrarunt autem hoc ipso anno ad Natalitia festa; sed hujus migrationis meminit POLANCUS anno sequenti, ut videbitur in t. v.—Vide etiam TELLEZ, l. c., lib. v, cap. XIV, n. 11.

[2] Vide supra, pag. 394, annot. 2 ad n. 847.

fessionibus valde occupati fuerunt, et duobus diebus dominicis, quibus concessum a Summo Pontifice jubilaeum Olyssipone obtinebatur, in ecclesia Sti. Antonii octingenti plus minus sanctum Eucharistiae sacramentum sumpserunt: cum tamen extra id tempus satis frequens hominum concursus ad sacramenta fuisset. Sunt fere olyssiponenses ad pietatem ac virtutem propensi, sed his diebus ferventius orationi ac pietatis ministeriis vacabant. Princeps enim e vita discedens uxorem gravidam et partui vicinam reliquerat, pro cujus prole homines, suorum Principum alioqui studiosissimi, die noctuque summa frequentia et religione Deo supplicabant et quidem omnis ordinis sexus et aetatis [1]. Et quamvis ad indulgentiam, quam Cardinalis, ut Legatus [2], concesserat, [lucrandam], tantum ad duo altaria oratio requireretur, multi sponte sua, ut certius ea concessione potirentur, jejuniis, confessionibus et sacramento Eucharistiae se praepararunt, ex quibus ducenti apud nostros Christi corpore refecti sunt: in progressu etiam anni tam multi ad confessiones accedebant, ut eis aegre admodum satisfieri posset; et quamvis cum scholasticis, qui plurimi erant, satis nostri occuparentur, praeter eos fere singulis hebdomadis centum ex externis audire poterant, cum toto anno messis haec Olyssipone abundet.

1104. Concionabatur P. Jacobus de Sta. Cruce; explicabat autem christianam doctrinam P. Franciscus Rodriguez, et uterque tum nostris tum externis satisfaciebat, et auditores valde frequentes habebat. Quamdiu autem P. Jacobus de Sta. Cruce Cordubam missus, ut superius diximus [3], extra Portugalliam fuit, ejus loco concionabatur P. Franciscus Rodriguez, et ejus [4] loco christianam doctrinam explicabat P. Antonius de Quadros, et uterque suo munere probe fungebatur. Et tam hujusmodi concionum, quam confessionum opera, magna in multis

---

[1] Vide infra, nn. 1166.

[2] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 673.—" 1016. Bulla de Julio 3.° *Quod tua magestas*, pela qual concedeu ao Cardeal D. Henrique os poderes de Legado, e remetteu a El-Rei D. João 3.° João Francisco Canobio, na qualidade de collettor e commissario para ajudar o dito Cardeal Legado. Dada em Roma aos 18 de Agosto de 1553.—1017. Breve de Julio 3.° (traduzido em portuguez) pelo qual nomeu chanceller do Cardeal infante D. Henrique, legado *a latere*, a Haminio Donati de Aspro. „ JOAQUIM DOS SANTOS ABRANCHES, l. c., pag. 139.

[3] Vide supra, pag. 464, n. 991.

[4] Patris Francisci Rodriguez.

vitae mutatio cernebatur. Et tam confessionibus quam infirmis visitandis et morituris juvandis id tempus sacerdotes tribuebant, quod a studio casuum conscientiae, cui vacabant, et a confessionibus scholasticorum reliquum erat; quamvis hi [1] tam diligentes erant, ut statim initio mensis confitentes, reliquo tempore expeditos confessarios ad auxilium externorum relinquebant. Aliqui Praelati, inter quos Algarbiensis Episcopus [2] et Inquisitionis Praeses [3], eodem in Collegio confitebantur, et conciones audiebant, ac eas valde probabant vel gratas habebant, nam et P. Quadros talentum egregium ad hoc munus se accepisse satis ostendit.

1105. Rediit tamen P. Jacobus de Sta. Cruce, et suas conciones est prosequutus, et duos secum fratres [4] ad Societatem attulit, qui cum illo ex Baetica missi fuerant: accidit autem ut in christianae doctrinae explicatione, cum P. Franciscus Rodriguez explicasset quae ad creationem pertinebant, ipso tempore Adventus reparationis mysteria, quae celebrare tunc Ecclesia incipit, explicare, et ipsis festis Natalitiis quae ad Nativitatem et consequentia mysteria pertinebant, opportune admodum prosequutus est.

1106. Quamvis autem ad opera pietatis extra Collegium exercenda minus temporis nostris superesset quam voluissent, eos, qui ad Collegium veniebant ratione filiorum aut aliorum, quos ad scholas mittebant, piis colloquiis ad Dei amorem et servitium adducere conabantur, et quod id non sine fructu fieret, compunctionis lacrymae in hujusmodi hominibus testabantur; et si nostri intelligebant propter spiritualem aliquam necessitatem eos admonitione indigere, etiam in hac parte de eis benemereri nec frustra tentabant.

1107. Studia quotidie magis Olyssipone florebant, quorum administratio mirandam consolationem et aedificationem omnibus afferebat. Longum esset singula signa profectus in virtuti-

---

[1] Scilicet, scholastici qui nostras scholas frequentabant et singulis mensibus ad confessionem accedebant.

[2] Joannes de Mello.

[3] Sermo hic videtur esse de Praeside Inquisitionis in urbe Ulyssipone; non autem de Generali seu Majori, ut vocabatur, totius Regni Inquisitore, qui hoc tempore erat Cardinalis Henricus. Vide *Litterae Quadrimestres*, t. II, pag. 584.

[4] Erantne ii Patris Jacobi de Santacruz fratres, aut ideo *fratres* a Polanco appellantur quia ad Societatem adspirabant in eamque admissi fuerant?

bus ac pietate de scholasticis his referre; hoc tamen dicam, quod ad perfectionem pertinet, quod cum quidam scholasticus alium laesisset, et pater ejus injuriam ulcisci vellet, "ne, inquit, obsecro, pater, id facias, nam est contra ea quae doceor, de remittendis scilicet injuriis„. Multi confitebantur et communicabant singulis diebus dominicis; mane oratione, vespere examine conscientiae utebantur: ne sacrificio Missae, quae ipsis mane dicebatur, forte non interessent, aliquando ante lucem in Collegium veniebant; et admiranda erat, dum per vicos incedebant, eorum modestia, et summae aedificationis, cum antea pueri tam inquieti et turbulenti fuissent, ut in proverbium abiret "filius olyssiponensis„. Illis autem diebus cum vir quidam nobilis, qui magistratuum caput erat, nomine Franciscus Correa [1], Regem alloqueretur, dicebat se jam sperare nomen *filii olyssiponensis* prorsus esse extinguendum, propter modestiam scilicet, quae in adolescentibus praeter morem cerni incipiebat: sic non pauci cives filios perditos se tandem invenisse gratulabantur, et aliquando etiam quae illi praedicabant de institutione Collegii, pudorem nostris incutiebant.

1108. Quod ad litteras attinet, in grammatica latina et graeca et in rhetorica etiam non parum proficiebant; numerus autem eorum sic crescebat primis mensibus hujus anni, ut modum aliquem imponendum et numerum quingentorum praefigendum existimarent ac prope decernerent: et cum id Cardinali Infanti propositum esset, respondit ille P. Mironi nullo pacto id sibi faciendum videri, et ejusdem sententiae erat D. Franciscus de Correa, de quo paulo ante meminimus. Accidit autem ut eo tempore unus ex praeceptoribus in morbum incideret, et discipuli ejus provectiores ad superiorem classem, minus provecti ad inferiorem ad tempus missi; sed utrisque sic conveniebant classes, in quas mutati fuerant, ut mutandi ex illis amplius non viderentur, et ita locus relictus est novo praeceptori et novis discipulis [2]. Brevi itaque numerus scholasticorum ad

[1] Vide supra, t. III, pag. 403.

[2] "Del no recibir en Lisbona mas de quinientos escolares parece seria conveniente [por no se poder] satisfacer á mayor número con los cinco maestros, ni hay clases para poder doblar los maestros; y aun á la verdad parece este numero insufrible, si los maestros no tienen substitutos, con quien partir los trabajos; y mire V. R. no deje fatigar su gente más de lo que se pueda sufrir y llevar adelante; y paréceme que uno ha comenzado á echar sangre por la boca, que es señal de demasiado trabajo.„ Polancus, *ex com.*, Patri Jacobo Miron, 26 Julii 1554.

sexcentos accessit, inter quos fere quadraginta ex primaria nobilitate Portugalliae erant; sed quia urbs illa magna valde est, existimabant senatores vix totidem alios praeceptores venturis discipulis suffecturos.

1109. Erat primae classis moderator P. Cyprianus Suarez, reliquis etiam classibus idem praefectus erat, et ejus eruditioni, studio ac vigilantiae tribuebatur fructus insignis, qui in externis scholasticis cernebatur: ad quadraginta discipulos ille habebat, qui in graecis et latinis carminibus et orationibus tam studiose se exercebant ut, aliis dimissis, ipsi manerent in repetitione lectionum et collatione eorum, quae audierant, occupati. Declamarunt hi publice post festum Resurrectionis Portalegrensi Episcopo, et senatoribus, et multis nobilibus et eruditis viris praesentibus; et tam eleganter suo munere functi sunt, ut omnibus abunde satisfecerint: cum autem in columnis atrii nonnulla carmina graeca et latina affixa a praeceptoribus fuissent, hoc spectaculum pueros delectavit plurimum et ad studia inflammavit.

1110. Augmentum numeri studiosorum in causa fuit ut quinque classibus sexta fuerit addenda; quotidie enim alii atque alii accedebant, et eorum parentes etiam Conimbrica et aliis locis filios revocabant, quos eo studii gratia miserant, ut Olyssiponae commoditate hac scholarum nostrarum fruerentur, et qui procul a Collegio habitabant, aliquando filios suos cum paedagogis extra domum propriam ad alias Collegio viciniores mittebant, ut commodius ad Collegium accedere ac studere possent: alii, quos filios domare minime poterant, ad Collegium mittebant, sibi persuadentes quod in alios mutandi essent; et divina bonitas ne frustra id sperarent efficiebat, nam partim per confessionum usum, partim ob reverentiam erga suos praeceptores et continuam in rebus studiosis exercitationem, mores ac vitam in melius mutabant. Domina Isabella, Infans Portugalliae [1], quamvis domi suae valde eruditum filii sui praeceptorem haberet, significavit tamen cuidam ex nostris filium eumdem suum ad scholas nostras se missuram, si magna distantia habitationis id non impediret, et saltem aliquando volebant eum [2] ad classes Collegii

[1] Vide supra, t. III, pag. 355, 356, 359 et 408, et *Litterae Quadrimestres*, t. II pag. 675, annot. 3.

[2] Scilicet, filii sui praeceptorem.

accedere, ut modum atque ordinem docendi alios videndo ipse proficeret; ipse etiam filius cum quibusdam ex domesticis suis, qui ad Collegium veniebant, de rebus, quae ibi gerebantur, perlibenter loqui solebat.

1111. Omnes hi festis diebus ad christianam doctrinam ex suis praeceptoribus audiendam veniebant; plurimi autem etiam mane ad sacrum et concionem audiendam. Collegerat P. Miron christianae doctrinae summam ex aliis bonis auctoribus, et praeceptoribus dederat, quam illi feriatis diebus discipulis dictabant, et dominicis rationem ejus exigebant; discipuli autem in domibus suis, quae didicerant, alios docebant, et aliqui suos parentes vel alios de familia ad confessionem ad Collegium adducebant; et alii pueri, eorum exemplo, juramentorum usum relinquebant, adeo ut Deum adduxisse hoc institutum Olyssiponam affirmarent.

1112. Aliqui autem parentes cum ea devotione et lacrymis suos filios adducebant, ut in Collegio instituerentur, ut videretur ipsis quodammodo in paradisum adducere, et si quid filii domi minus recte agerent, apud praeceptores conquerebantur parentes ut qui illorum curam in praeceptores transtulissent. Admirabantur autem quod nihil prorsus acciperent, licet variis modis munera obtrudere illi tentarent.

1113. Aliqui nobiles domi suae praeceptores habebant, sed cum intelligerent bonam Collegii institutionem, tam ipsi discipuli quam eorum praeceptores ad Collegium veniebant. Erant inter eos aliqui sacerdotes: quidam etiam religiosi institui a nostris in suis monasteriis cupiebant, sed occupationes id non permittebant: in progressu hujus anni, quod prius non fecerant, positiones tueri singulis mensibus coeperunt, et argumentis oratiunculas breves latinas et graecas cum carminibus praemittebant, et externi ad eas audiendas conveniebant, et sic cum fervore res litterariae procedebant.

1114. Praeter has sex classes septima erat, in qua conscientiae casus explicabantur, et multi sacerdotes, ut ad confessiones audiendas melius instituerentur, accedebant, qui et scribebant accurate, quae praeceptor notaverat, et post lectionem varias quaestiones proponebant magistro, qui erat P. Franciscus Rodriguez, et difficillima quaeque cum eo conferebant, et eidem aliqui ex eis confitebantur. Cum eodem Patre propter

existimationem, quam de ejus doctrina habebant, multi consilii gratia, praeter discipulos, conveniebant, cum casus aliqui conscientiae obscuriores erant enodandi.

1115. Duo ex praeceptoribus, ex labore nimio fortassis [1], in morbum inciderunt, et alter magnam sanguinis copiam ore evomuit, quod morbi genus satis late in eo regno inter nostros patebat, et fere debiles erant praeceptores ob nimiam defatigationem; quos tamen, fructus discipulorum ad laborem animabat, et praeter id tempus quod lectionibus et earum studio dabant, inter se quotidie una hora conferebant aliquo praesidente, ut sic melius quae docturi erant intelligerent; et in dies doctiores et magis idonei evadebant. P. Cyprianus, praeter alias occupationes, a quodam ex fratribus linguam arabicam, quam ille tenebat, discere conatus est.

1116. Non soli accedebant discipuli ad christianam doctrinam a suis praeceptoribus audiendam, sed alios secum adducebant, et ita latius in dies haec catechismi cognitio et, exemplis et verbis scholasticorum, morum emendatio in ea civitate patebat, nec solum ad nostros, sed ad alias etiam ecclesias novos poenitentes confessionis gratia adducebant, et dum audiebant Missam, in reverentia et in aliis, quae videbant in nostris, imitari studebant. Accidit ut aliqui ex eis, prout pueri solent, saxa quaedam projecissent, et, cum ipsis videretur quod aliquid mali in eo perpetrassent, ut seipsos accusarent, sponte ad praefectum studiorum venerunt; si quae inveniebant, diligenter restituere dominis curabant.

1117. Quidam ex discipulis erat, qui raro quidem sed aliquando occupatus a domino, cui serviebat, lectioni non interfuerat: is cum videret aliquos castigari quod lectioni non interfuissent, petebat a praeceptore ut se etiam castigaret, quamvis ex sua culpa id non acciderit, ne a via aliorum recederet [2]. Cum etiam quosdam ex discipulis castigari praeceptor juberet quod christianam doctrinam non bene scirent, quidam alius non interrogatus puniendis se adjungebat, et cum percontaretur praeceptor quo iret, "ut puniar, inquit, quia nec ipse christianam doctrinam scio„, sic et cum negligentiores, ut erube-

---

[1] Vide supra, pag. 523, n. 1108.

[2] Scilicet, *ne aliis dissimilis videretur*, vel *ne alia cum ipso via teneretur*.

scerent, in locum quemdam praeceptor secedere juberet, quidam petebat inter ipsos constitui, quia et ipse negligens esset. Quae retuli, ut quam sint patientes disciplinae hujusmodi discipuli videatur; nisi id forte ad affectum mortificationis pertineat.

1118. Aliqui certe ex nobilissimis, cum in palatio irriderentur quod in Collegio nostro studerent, ubi humiliter simul cum aliis versabantur, irrisiones hujusmodi minime curabant; et cum praeceptor a quodam ex his nobilibus peteret quo animo ferret castigationem, cum accidebat eum castigare (volebat enim explorare an tentationem aliquam pateretur), "cum punior, inquit ille, non memini nobilitatis nec parentum meorum, nec displicet mihi quod punior, sed culpa displicet propter quam punior„: et fere hi juvenes nobiliores sancte vivebant, et humiliter cum aliis versabantur, et classes verrebant, et peculiari amore nostros et doctrinam, quae ab eis proponebatur, diligebant.

1119. Cum autem P. Ignatius intellexisset nostros plus satis onerari Olyssiponae, et praeceptores pares non esse laboribus cum tanta multitudine subeundis, tum demum [admonuit ut] non passim omnes, qui veniebant, admittendos esse constituerent, alioqui plures classes, plures praeceptores alendos esse [1]; rem ergo P. Miron cum Rege contulit, et cum Infante Ludovico, et cum illo, quem diximus [2], ex magistratibus primum; et omnibus probabatur, ne multitudo admitteretur, cui satisfieri sine magno incommodo non posset; nec tamen ostium sic occludendum esse censebant quin relinqueretur quibusdam locus, qui raro ingenio vel nobilitate praestarent; sed ex his tam multi veniebant, ut jam de septimo praeceptore litterarum humaniorum agendum esset, et ita expectabatur sub anni finem adventus Infantis [3], ut re cum ipso collata, et ejus consilio et approbatione habita, novus hic praeceptor adderetur.

1120. Parentes autem, qui suos admitti filios postulabant, ut poterant consolabantur, cum locus esset, gratificaturos se esse

---

[1] Vide supra, pag. 523, annot. 2 ad n. 1108.

[2] Francisco Correa. Vide supra, pag. 523, n. 1108.

[3] Sermo hic videtur esse de Infante Ludovico, cui praecipue cura erat de hoc Ulyssiponensi Collegio, prout Henrico de Eborensi.

illis promittentes; sed aliqui, non contenti, ad magnates et ad ipsam etiam Reginam aliquando se conferebant ut eorum favore admissionem impetrarent; sed demum, ut optime fieri poterat, eis satisfacere nostri nitebantur. Quo tempore autem coeperunt manum restringere, nec passim omnes admittere, experti etiam sunt quod magis illi proficiebant, qui in scholis erant, et praeceptores etiam suo muneri et ordini scholarum melius satisfacere poterant. In festis autem Natalitiis plus quam duo millia carminum ad festum illud celebrandum recitarunt, inter quae plurima erant valde bona ac devota.

1121. In renovatione studiorum quidam ex discipulis, qui sacerdos erat, praeclaram orationem, praesente magistratu ac multis primoribus urbis, habuit: aderant et multi religiosi. A prandio positiones rhetorices per duas horas juvenis quidam, qui eas imprimi curaverat, defendit; et primarii praeceptores conimbricenses, qui tunc Olyssiponae erant, egregie argumentati sunt; hoc ipsum et praeceptor D. Eduardi, nepotis Regis [1], et doctus quidam religiosus ac multi nobiles fecerunt; sed cum praesset P. Cyprianus, omnibus egregie satisfactum est; adfuit disputationibus ipse D. Eduardus, qui prius etiam ad classes videndas venerat, et frater ducis Bragantiae [2] et alii plurimi nobiles ex curia Regis, qui, peractis disputationibus, usque ad noctem ibidem manserunt, orationes et carmina muris affixa intuentes, quae pulchre descripta erant in latina et graeca lingua: erant et aenigmata quaedam, quorum interpretationem conjectare religiosi et alii eruditi viri nitebantur, et omnia mirum in modum spectatoribus placuerunt, et difficile defendi poterant epigrammata quaedam graeca et latina, quae praeceptores confecerant et columnis claustri affixerant; sed devotio spectatorum ea diripuit, et exempla quaedam exscribi necesse fuit, ut aliis ea petentibus darent.

1122. Postridie P. Miron Regem adiit, cui jam relata fuerant, quae in Collegio transacta erant, et eidem detulit aliquot epigrammata, quae ipsi et fratribus ac Principi Sebastiano, ejus

---

[1] "Dom Duarte, Duque de Guimaraēs, decimo Condestavel deste Reyno, filho do Infante Dom Duarte e da Senhora Infante Dona Izabel, e irmão da Senhora Dona Maria Princesa de Parma e da Senhora Dona Catherina Duquesa de Braganza, avo del Rey Dom Joam o Quarto.„ TELLEZ, l. c., parte II, lib. V, cap. 27, n. 8.

[2] Constantinus?

nepoti [1], confecta erant, et perlibenter ea accepit pro ea benignitate ac benevolentia, qua nostros prosequebatur; et Dr. Piñerus, Regis concionator et magnae eruditionis vir, postea Episcopus Mirandensis [2], dicebat Regi non esse Olyssiponae rem perinde insignem quam hoc Collegium his temporibus.

1123. Erat autem tam Regi quam Reginae et Infantibus curae ut intelligerent quae in illo Collegio gerebantur: de rebus necessariis ad victum partim Rex ipse providebat, qui certam pecuniae summam et frumentum et quae ad aegrotantium victum et medicinas opportuna erant, et alia ad usum domus necessaria subministrabat. Effecit etiam ut civitas ex aerario ducentos et quinquaginta aureos hoc anno illis conferret; et eamdem aut majorem summam singulis annis conferendam sperabant, et hoc anno intra paucos menses civitas fere sexcentos aureos expendit.

1124. Privati etiam quidam viri suis eleemosynis adjuvabant: quidam duo millia ducatorum dedit, quibus perpetui reditus centum et viginti quinque ducatorum emerentur, alius reditus ad unum ex his collegialibus perpetuo alendum, alii alias summas legare constituerunt: fuit et qui haeredem relinquere vellet Collegium ipsum. Fuit autem firmissimis parietibus hortus septus, et ad id civitate expensas bona ex parte conferente, quamvis prius aedificationem impedierat; et ita hortum latum, fertilem, et omnibus usibus domesticis maxime appositum habuerunt.

1125. Medicus quidam, qui nostrorum corpora gratis ex

---

[1] Scilicet in honorem facta et laudem Regis, ejusque fratrum, et Principis Sebastiani, recens nati. Vide supra, pag. 394, n. 847.

[2] "D. Antonio Pinheiro, Bispo de Miranda e de Leiria, natural da Villa de Porto de Moz, na provincia da Extremadura. Tendo seguido os estudos em Paris, voltou para Portugal, onde já estava no anno 1541. Foi mestre do Principe D. João, filho d' Elrey D. João III, Guarda mór do Archivo Real, e Visitador e Reformador da Universidade de Coimbra. Exerceu ainda outros cargos importantes *(pregador d' Elrei nosso Senhor*, etc.), havendo porem duvida se teve o de Chronista mór que Barbosa lhe attribue. Por sua influencia e conselho concorreu em grande parte para a entrega da monarchia a Filippe II de Castella, a cujo respeito podem ver-se as *Mem. de Litter.* da Acad. R. das Sc. de Lisboa no tomo III, pag. 76.—Nam foi até agora possivel descriminar a epocha do seu falecimento, que parece tivera logar entre os annos de 1581 e 1583. A sua biographia e retrato vem nos *Retratos e Elog. de Varões e Donas, etc.*—E., Innocencio Francisco da Silva, *Diccionario Bibliographico Portuguez*, t. I, pag. 236.—Vide etiam *Biografia ecclesiastica completa*, t. XVIII, pag. 320, ibique observa quas partes vir hic in tradenda lusitana monarchia Philippo II gessisse dicatur; distant enim toto coelo ab iis, quae ei tribuit da Silva.

charitate curabat, a quibus ipse in spiritu curabatur, crebro ad sacramenta accedens, his diebus ex hac vita migravit, cui nostri adfuerunt, et ad bene moriendum auxilium praestiterunt: dives erat et filios habebat; sed quidquid poterat sine illorum injuria, pauperibus et pietatis operibus legavit; quosdam linguae graecae libros, qui ad doctrinam Collegii inservituri videbantur, ei reliquit; statim alius ex primariis medicis eamdem nostros curandi gratis provinciam suscepit tam in Collegio quam in Domo Professorum; alius supellectilem librorum mediocrem Collegio dedit.

1126. Jussit etiam Rex ut architectus quidam formulam scholarum conficiendarum conficeret, ut in quadam parte horti, qui satis latus erat, ordinate fabricarentur: venit et cum ipso architecto regio D. Franciscus Correa, de quo superius memini, ad hoc ipsum: nec enim scholae, quibus nostri hactenus utebantur, Collegii nostri quieti erant opportunae, cum ad eas per claustrum ingredi oporteret, et majores etiam, ut caperent scholasticos plures, esse debebant. Hac aestate quamdam aulam civitas confecerat, et reliquas, quae essent opportunae conficere, parata erat.

1127. Magnopere litteris Roma missis, quae de Collegii ordine et progressu et aliis, quae superius tetigimus, [agebant], excitati nostri fuerunt, immo et Principes ad illustrandum Olyssiponae opus commoverunt, et Cardinalis Infans Eboram eas mitti postulabat, quo majores animos nostri ibi alerent. Incensi sunt etiam omnes profectione Patriarchae, et eum prosequi in Aethiopiam cupiebant, quamvis non statim illi designati fuerunt, qui mittendi erant.

1128. Aliquos P. Provincialis in Societatem Olyssiponae cooptavit primis hujus anni mensibus, quorum alter in rhetoricis et graecis litteris eruditus, et nobilibus parentibus natus erat, quorum uterque laetissimo animo eum Societati obtulit; mater etiam ut reciperetur rogatum venit; alii non pauci magna contentione id efflagitabant, sed in aliud tempus admissio eorum dilata fuit; sed paulo post quatuor ex eis admissi fuerunt; sub anni finem quidam Sacerdos admissus est, et Conimbricam transmissus fuit.

1129. Bernardus etiam Japonensis tunc primum Societatem ingredi constituit, initio scilicet hujus anni; cupiebat ille qui-

dem magnopere aliquid discere; sed cum esset ex navigatione et tanta coeli mutatione languidus, valetudinis ejus major ratio habebatur quam studii: ubi coepit melius habere, exposita illi fuit oratio dominica, quae adeo illi satisfecit, ut diceret se nihil amplius velle addiscere, quod in ea precatione omnia sita essent quae addiscere oporteret, tantum id velle se quod Superiori probaretur, et sancta obedientia injungeret cum intelligere id eum vellet, et studii loco hanc dominicam orationem sibi sufficere; vir pius et meditationi deditus magnos in ea thesauros inveniebat. Inde Conimbricam et per Hispaniam, ut superius tetigimus, Romam hoc anno missus fuit [1].

1130. Paulus autem ille, quem, Ormutii ad fidem Christi conversum per P. Gasparem, diximus in Portugalliam venisse, hoc anno in Indiam redierat, et Rex non solum viaticum, sed unde aleretur, quamdiu viveret, singulis annis ei donari jussit [2].

1131. Jam nostri, post recessum Patris Natalis, semestres confessiones generales juxta Constitutiones faciebant, et qui nondum biennium in Societate expleverant, juxta easdem sexto quoque mense examinabantur et emendicabant; aliqui etiam ad sacerdotium hoc anno promoti fuerunt, et ad festa Natalitia vota sua renovarunt; et haec demum, quae ad disciplinam collegialium juxta constitutiones pertinent, observari coeperunt.

1132. Erant mulierculae quaedam parum honestae in vicinia Collegii, sed Rex ministratoribus justitiae praecepit, nostris id postulantibus, ne infames hujusmodi mulieres ibidem habitare permitterent, et illi statim id executi fuerunt, cum confluentium scholasticorum multitudo id omnino exigere videretur, praeter id, quod religiosam domum nostram decebat.

1133. Scripserat P. Ignatius ut qui collegiis praeerant in Portugallia quid de P. Natali sentirent, et de ejus ministerio in illa Provincia, scriberent: P. autem Ignatius de Azebedo, Olyssiponensis Collegii Rector, scribit tam intrinsece in ejus animo Societatis Institutum impressum esse in negotiis conficiendis ac rebus ordinandis, tam expedite et tanta cum clari-

[1] Vide supra, praesertim t. III, pag. 398, n. 873, et in hoc t., pag. 481, n. 1017.
[2] Vide supra, t. III, pag. 398, n. 873, et pag. 409, n. 904.

tate, prudentia ac simplicitate ac reliquis virtutibus ipsum processisse, ut videretur a Domino electus esse ad hoc opus, ad quod P. Ignatius eum miserat, et multa brevi tempore Dominum operatum esse per illum, quodque multum laborasset et aedificationis plurimum suo exemplo et verbis omnibus nobis reliquisset.

1134. Egregium idem reddit testimonium de P. Mirone Provinciali, qui, postquam aliquandiu in Collegio fuit, ut apud S. Antonium merum esset Collegium, ad domum Professorum Sti. Rochi migravit, et aliquos sacerdotes ac fratres, qui negotiis universalibus Societatis, vel externorum confessionibus audiendis vacabant, secum deduxit, et tantum apud S. Antonium eos operarios reliquit, qui cum scholasticis omnino et in Collegii rebus occupandi erant, et casibus conscientiae dare operam aut concionari et legere debebant. Quamvis autem pauciores relicti sunt, ad ea tamen, quae poterant, praestanda satis animati erant.

1135. Suggerit tamen P. Natali, qui adhuc erat in Hispania, Olyssiponensis Rector, quod saltem plures ex fratribus scholasticis in Collegio Sti. Antonii relinqui oporteret, ut defatigatos praeceptores sublevarent, cum opus esset, et interim se exercerent ad praelegendum in illo vel aliis collegiis [1], et in aliis etiam rebus Collegium juvarent, ut in lectione mensae, in sacristia diebus festis, et sic in aliis, vel aliquos novitios ad haec ministeria mittendos esse [2], cum paucis [3] difficile esset juxta regulas Collegium illud instructum habere, et ex nimio labore in aegritudinem inciderent, et distractionem in oratione paterentur, et regulae minus observari possent [4]; nec necessaria ad eos alendos defutura esse in tanto populo tamque erga nostros benevolo; sed majora subsidia speranda esse ei videbantur si Collegium Sti. Antonii a Conimbricensi separaretur. Ubi enim intellectum esset reditus non habere, nec a Conimbricensi Olyssiponense Collegium adjuvari, plures haud dubie huic operi prospi-

---

[1] Vide supra, pag. 471, n. 1003.

[2] Praevaluit hic mos in Societate, ut in locis, ubi erat probationis domus aut collegium simul cum professorum domo, ad hanc quandoque accederent scholastici et novitii ut in rebus, de quibus hic fit sermo, alios juvarent seque exercerent.

[3] Hoc est, cum exiguus eorum, qui collegium vel domum incolunt, est numerus.

[4] Vide supra, t. III, pag. 40, n. 72.

cerent [1]; quamvis, si omnino opus esset Conimbricense Collegium subsidia quaedam mittere, non prohiberetur.

1136. Suggerit idem convenientius fore et magis consentaneum regulis, ut uno in loco christiana doctrina explicaretur, ad quam omnes scholastici dominicis et festis diebus convenirent, quam si singuli, ut hactenus fecerant, praeceptores in suis classibus eam explicarent.

Et haec de Olyssiponensi Collegio.

DE DOMO PROFESSORUM SANCTI ROCHI

1137. Praepositus erat hujus Domus Olyssiponensis P. Gonsalvus de Silveira, cum tredecim vel quatuordecim aliis, quorum media pars sacerdotum erat, alii in domesticis ministeriis se exercebant, et juxta constitutiones, ad hujusmodi domos professas pertinentes, diligenter procedebant: ipsemet Praepositus, P. Gonsalvus, pergebat in suis concionibus dominicis ac festis diebus cum magna hominum ac praecipue nobilium frequentia, qui eum peculiari devotione sequebantur. In Quadragesima, diebus etiam mercurii ac veneris, eodem munere fungebatur, et, ut experientia docebat, et confessarii clare deprehendebant, cum magna animarum commotione et fructu emendationis id praestabat.

1138. Sed et P. Gonsalvus Vaz in christiana doctrina cum admirando hominum concursu etiam hoc anno progressus est [2]; et quamvis in Quadragesima alii insignes praedicatores eamdem doctrinam explicarent, non propterea frequentia consueta destituebatur, nam donum quoddam peculiare ad eam expli-

[1] "Eventu tam prospero laetissimus Rex, cum adhuc id Collegium Conimbricensi, ut impensae inde sufficerentur, connexum fuisset, per sese stare voluit, ac propriis niti subsidiis, quae posteriores deinde Reges affatim suppleverunt.„ ORLANDINI, *Hist. Soc. Jes.*, lib. XIV, n. 96.

[2] Vide supra, t. III, pag. 406, n. 892.

candam accepisse a Domino cernebatur; perseverabat etiam in exhortationibus in palatio habendis; et in earum fructu colligendo confessarii, ad quos multi nobiles ex palatio confluebant, occupabantur.

1139. Cum simili fructu in domo Infantis Isabellae concionabatur, et suos omnes liberos illa adesse curabat ut ipsius doctrina instruerentur, et reddere ei rationem eorum, quae audierant, jubebat, et ut reverentiam exhiberent eidem P. Gonzalo Vaz ac manum ejus oscularentur injungebat, ut Principes illi magis ad devotionem ac venerationem Societatis incitarentur [1].

1140. Voluit autem ipsa cum sua filia Exercitiis spiritualibus instrui, in quibus etiam non parum profecit; tam gratum autem hoc ministerium palatio accidebat, ut cum die quodam veneris accidisset P. Gonzalum non ad palatium pro more suo ire ad doctrinae christianae explicationem, Regina eum accersierit, et in medio sermone, cum D.ª Maria Infante [2], ipsamet ad eum audiendum accessit.

1141. Cum autem propter morbum aliquandiu P. Gonsalvus Vaz ab explicatione hujus doctrinae desiisset, P. Gonsalvus de Silveira ejus loco id praestitit; et cum id in octava Pentecostes fecisset, plurimi ex frequentissimo populo ab eodem inflammati fuerunt, ut in festo Corporis Christi confiterentur peccata et communicarent, ut indulgentias in eo festo concessas consequerentur.

1142. P. Miron etiam hujus doctrinae lectiones, quae post meridiem fiebant, aliquandiu prosequutus est apud S. Rochum, cum P. Gonsalvus quotidie in parochiali quadam ecclesia, quae maxima post cathedralem est, concionaretur; et quamvis insolitum esset profestis diebus hujusmodi doctrinam explicare, quia injunxerat P. Ignatius ut professi per quadraginta dies christianam doctrinam docerent, id professi, qui tunc erant in Portugallia, omnes fecerunt, et tum satis frequens auditorium etiam operariis diebus confluebat; cum autem P. Gonsalvus Vaz doctrinam in templo Sti. Rochi explicabat, complures horas ante tempus lectionis plena jam erat ecclesia, et aliqui, extra ipsam portam expositi soli ferventissimo, nihilominus eum au-

---

[1] Vide supra, pag. 524, n. 1110.
Vide infra, n. 1159.

dituri perseverabant, ut viderentur igne majori amoris Dei accensi esse: saepe autem Regina ejus lectionibus, quas in palatio faciebat, intererat.

1143. P. autem Tyburtius de Quadros (qui nomen in Antonium mutavit) ut quadraginta lectionibus christianae doctrinae a P. Ignatio injunctis (quod ad professos attinet) satisfaceret, in oppidum quoddam Olyssipone distans profectus est (*Setubal* ei nomen erat) cum comite P. Prado [1], et ita se gessit, ut setubalenses studiose ipsum retinere vel denuo impetrare tentaverint, quamvis id non obtinuerunt; in hospitale autem diverte-bant et ex eleemosynis vivebant.

1144. Cum autem P. Provincialis christianam doctrinam explicabat, orandi rationem docuit, qua in re utilitati spirituali multorum consultum est; multi utriusque sexus, audito sacro in templo nostro, jejuni permanebant in eo usque ad pomeridi-nam lectionem, quod mallent corporali refectione quam spi-tuali privari; et tanta erat hominum pietas et tranquillitas ut, cum refertum esset templum, nullus tamen rumor vel pertur-batio sentiretur, perinde ac si ibi nullus adesset: cum aedituus diceret cuidam ut discederet, jam enim meridies transierat, respondit ille: "¿Redibone domum excepta paulo ante sacrosancta Eucharistia?„ Erant autem uberrimae lacrymae tam in receptione hujus SSmi. Sacramenti quam etiam in audiendis concionibus P. Gonsalvi Vaz.

1145. In confessionibus audiendis tanta erat occupatio sacerdotum Professae domus, ut raro possent aliis pietatis operibus vacare (quamvis [cum] a confessionibus liberum aliquod tempus dabatur, iis etiam vacarent), quia vix omnes satisfacere multitudini poenitentium poterant, et praecipue primis quatuor mensibus, in quibus et tempus Quadragesimae et quaedam indulgentiae, quas Cardinalis Infans, ut Legatus, concessit, et jubilaeum pro reductione Angliae ibi promulgatum, efficiebant ut toto hoc tempore tam multi ad ecclesiam Sti. Rochi confessionis gratia confluerent, ut aliquando perinde esset plena ecclesia ut si concionem essent audituri. Et extra haec tem-

[1] P. Ferdinandus Prado, natus *Carraicedo*, in provincia *Tras os montes*, in Lusitania, Conimbricae Societatem ingressus 2 Julii an. 1548, qui tandem Ulyssipone obiit 22 Augusti an. 1579.—Hic sacerdos ille est, cognomine Prado, de quo supra, t. III, pag. 416, n. 919.

pora aliis dominicis et festivis diebus ducenti et trecenti communicabant, aliquando etiam quadringenti. Ex his autem, qui octavo quoque die id faciebant, primis mensibus centum et quadraginta fere erant, qui insignes in via Domini progressus faciebant, et tota hebdomada haec occupatio nostros distinebat.

1146. Erant autem inter hujusmodi homines, qui ad sacramenta accedebant, multi non vulgaris notae, et ad tantam puritatem veniebant, Deo juvante, ut saepe non inveniretur materia absolutionis, et aliqua ex anteacta vita erant dicenda ut absolutio impendi posset, et fervor ac devotio, et compunctio eorum, calcaria etiam religiosis multorum annorum addebat, et pauci illi confessarii existimabantur de ea insigni civitate tam benemereri, ut quae circumferebant homines referre non deceat.

1147. In Natali Domini circiter quatuor millia communicarunt, et sub anni finem, qui singulis hebdomadis confitebantur jam ad ducentos et viginti ascendebant; et in magna morum ac vitae in melius mutatione non deerant hujusmodi hominibus obtrectationes eorum, qui mundo et diabolo inserviebant, et dum, rebus caducis despectis, videbant hujusmodi homines Creatori suo deditos, inde detrahendi occasionem sumebant, unde laudare et imitari debuerant; sed hoc ipsum occasionem offerebat his hominibus sese confirmandi in proposito serviendi Deo, et nostris animi addebantur ad majores propter Deum labores subeundos: audiebantur interdum aegrotantium, morientium ac vinctorum confessiones.

1148. Aliqui non mediocris auctoritatis utriusque sexus homines exercitiis spiritualibus instruebantur, ex quorum profectu ad multos redundaturus esse fructus sperabatur: virgines franciscanae honestissimae magnopere hujusmodi exercitia efflagitabant, et Regina, quae earum valde studiosa erat, id a P. Mirone postulavit; ad quod munus ille statim se accinxit, quod [1] longissime a domo nostra monasterium illud distaret; sed profectus virginum, quae se diligenter exercuerunt, laborem compensavit: quidam etiam monachi ejusdem ordinis, tum propter bonum odorem spiritus, quem in monialibus senserunt,

[1] Sic; *quamvis?*

tum propter suam humilitatem, idem facere voluerunt; sed opportunitas eorum votis satisfaciendi defuit. Aliud monasterium religiosarum ordinis Christi (in quo professio non fit sed promissio tantum obedientiae, paupertatis et castitatis, quamdiu in eo vivitur) haec exercitia postularunt, et eo in loco soror Ducis Aveiri [1], Regis consanguinea, et aliae plurimae nobiles [erant], et non sine ipsarum profectu P. Gonsalvus [2] eis aliquando adfuit.

1149. Colloquiis privatis ac familiaribus de multis utriusque sexus benemereri interdum nostri solebant, et inter alios vir quidam senex et primarius, ad quem Rex significaverat P. Gonsalvum ire debere et familiariter cum illo agere, magnopere profecit. In palatio autem Reginae eo res devenit, ut potius Collegium quoddam ac religio piorum hominum utriusque sexus quam regia videretur; et die veneris post doctrinae christianae explicationem et aliis etiam P. Gonsalvus Vaz cum socio confessionibus palatii audiendis vacare debebant, et admirandus amor virtutis ibi regnabat, ubi mundi amor regnare solitus erat.

1150. Duo catechumeni tamdiu in domo Sti. Rochi instructi fuerunt, donec maturuisse ad baptismum visi sunt; alter horum judaeus erat, qui ex India terrestri itinere cum mandatis maximi momenti ad Regem Portugalliae venerat, qui nostris eum commisit: quo die autem erat baptizandus, multis nobilibus, et inter eos Comite de Redondo, eum deducentibus a Collegio nostro ad aliud templum majoris aedificationis causa deductus est, in quo P. Gonsalvus Vaz est concionatus; post baptismum autem ad nostros est reductus. Alter afer erat et Mahometi sectator extiterat, et magno etiam ornatu et comitatu baptizatus est, et uterque nostris confiteri post baptismum coepit [3].

---

[1] Joannes de Alencastre, de quo saepius in hoc *Chronico*.

[2] P. Gundisalvus Vaz.

[3] "De la distincion de la casa de Lisbona y del Colegio hemos entendido; y por letras de 28 de Octubre de la casa de San Roque y del Colegio de San Anton hemos entendido con mucha consolacion el buen fruto que dellos se ha seguido y lo mucho que Dios Nuestro Señor se sirve. Tambien colegimos de las dichas letras que ha hecho V. R. tres profesos de cuatro votos, D. Gonzalo (de Silveira), Tiburcio (de Quadros) y Gonzalo Vaz, y dos coadjutores espirituales y otros dos ó tres temporales. No sabemos de más, porque aun desos habla incidenter el P. Tiburcio; pero bien creemos que por letras de V. R. lo sabremos más en particular, aunque no las tenemos más frescas, como

1151. Hoc autumno sub anni finem pervenerunt Olyssiponam, qui Roma missi ad expeditionem aethiopicam fuerant; jam enim habitatio sic aucta fuerat multis cubiculis constitutis, ubi potuerunt excipi. Erat autem situs ille Sti. Rochi, antequam eo nostri commigrarent, salubris quidem et bonus, sed desertus quodammodo; horti, oliveta et sterquilinia partem ejus occupabant; sed ex quo nostri ibidem habitare coeperunt, oliveta in vicos convertebantur, multis aedibus constructis. Referebat quidam aedituo, gratias agens Deo, quod in ea vicinia christiani esse coepissent, ex quo Patres nostri eo commigrassent, sed multo plures eo confluxissent, si templum, ut mediocre erat, amplum fuisset.

1152. Sed jam cum voluntate Regis quidam architectus formulam Collegii ipsius et ecclesiae designaverat; et Dno. Petro de Mascaregnas injunxerat, cum [in] Indiam Pro-rex mitteretur, ut per quinque annorum spatium quingentos aureos singulis annis in eleemosynam de regiis bonis mitteret; ipse etiam D. Petrus sponte sua (cum se coadjutorem Societatis esse diceret) alia subsidia mittere proposuerat. Petebantur etiam eleemosynae Olyssiponae ad hoc opus, et hic decem, ille quinquaginta, alii plures et pauciores aureos ad opus conferebant; vel domum ipsi portabant: fuit et qui ducentos et quinquaginta tribuit: duo etiam viri primarii nostris dixerunt ut si aliunde datae eleemosynae non sufficerent, ad eos recursus haberetur, qui nullo modo nostris, quae oporteret, negaturi erant; situm etiam quemdam dedit ipsa civitas, in quo sepeliri in hospitali morientium corpora solebant, in quo fere totum aedificium fieri poterat.

1153. Prius autem domus constitui saltem ex parte debuit, ut et nostri commode habitare et hospites Societatis (multi enim, ratione navigationis in Indiam, Brasiliam et Africam, eo venturi erant) excipere possent. Curavit autem P. Miron ut aedificium paupertatem Professae domus deceret, et tamen firmum esset; et sic properatum est, ut ultimis mensibus hujus anni jam habitare in novo aedificio possent; et non opus fuit magnis impensis Regis, cum populus abunde eleemosynas ad aedificium

---

dije, que de 20 de Setiembre hasta ahora. Todavía con la noticia que se tiene se juzga haber sido muy acertada cosa. Dios Nuestro Señor se sirva mucho dello.» Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal, 1 Januarii 1554.

hoc contulerit, et tanta charitate utebatur civitas in largiendis etiam illis, quae ad sustentationem opus erant, ut conquererentur nostri occasionem sibi ademptam paupertatem, quam professi erant, sentiendi [1].

1154. In templi autem usum multa ornamenta et pretiosa donabantur, ut frontalia, cortinae vel panni serici variorum colorum, ut hujusmodi ornamenta conficerentur; et cum quidam aedituo ad cereos emendos aliquot aureos dedisset, interrogavit quanta pecunia singulis mensibus in eis expenderetur, significans quod non domus nostrae expensis sed aliorum essent emendi; multa etiam ad victum aut valetudinariis apposita, quando nostri valebant, non admittebantur, quia delicatiora erant quam ut sanis viderentur convenire; mille ducentos et quinquaginta aureos in domiciliis concinnandis expendi hoc anno oportuit, sed sine ullo aere alieno relicta domus est; fuit unus, qui eleemosynam trecentorum et septuaginta quinque aureorum dedit, et propediem templum novum et amplum inchoare cogitabant, et de fundamentis jaciendis jam agebant.

1155. Accidit autem ut quidam sacerdos, qui benignam esse civitatem erga nos intellexerat, eleemosynas ipse peteret fingens de Societate se esse; sed quidam ex his, qui familiariter cum nostris agebant, cum id vidisset, in carcerem eum conjiciendum curavit, et inde in exilium missus est per annum malefacti poenas daturus.

1156. Ab India hoc anno nullae litterae in Lusitaniam pervenerant, quia nec naves eo appulerant: postea, Deo propitio, pervenerunt: multi autem in locum eorum, qui e vivis discesserant, proficisci in Indiam cupiebant [2].

1157. P. Gonsalvus de Silveira, prout superius de P. Ignatio de Acebedo diximus [3], mirum testimonium reddit de P. Natalis ministerio, quod semper idem et quodammodo immobilis in sancta gravitate, charitate, prudentia, humili libertate, provida longanimitate, et alia etiam majora refert, et in Praepositum Provincialem eum postulat [4]. P. Antonius de Quadros hoc

---

[1] Vide infra, n. 1188.
[2] Vide infra, n. 1203.
[3] Vide supra, pag. 531, n. 1133.
[4] "Del quedar por allá Mtro. Nadal, ayudaria sin duda para algunas cosas; pero mirando el bien universal y en gran parte lo de allá, conviene que venga.„ Polancus,

dicit inter caetera, quod admiratione dignum ipsis videbatur quod effecit quod voluit, et saepe contra judicium et voluntatem multorum, et tamen nullum esse in Portugallia, qui non bene sentiat et loquatur de eo ac de modo procedendi ejus, et consolationem ex rebus ipsis acciperet, praeter unicum D. Theutonium, qui noster non erat [1], nec existimasset quod quisquam tam multis satisfacere potuisset.

1158. Fuit etiam migratio P. Mironis ad domum S.ti Rochi cum magna nostrorum consolatione et utilitate conjuncta, quod res ad domesticam disciplinam pertinentes, quoad ejus fieri poterat, in ordinem redigere magis atque magis conatus est.

1159. Non omittam quod ad bonam existimationem Societatis pertinet, quod, cum Infans D.a Maria audiret a quodam viro magnae auctoritatis (qui nostris id narravit) quantopere abundaret Dei gratia in regno Portugalliae, cum homines tam frequenter ad sacramenta et ad omnia pietatis opera accederent, respondit D.a Maria (filia haec erat Regis Emmanuelis): "Hoc debemus Patribus Societatis Jesu„: et loquebatur illa prout domi suae experiebatur; nam in ejus et Reginae palatio multae ex nobilissimis earum virginibus ac mulieribus octavo quoque die nostris confitebantur magno spirituali profectu. Infans etiam D.a Isabella, Ducis Bergantiae filia [2], tantum abest ut erubescere vel dissimulare vellet spiritualia exercitia, quae ipsi proponebantur, ut suos filios et filias praesentes habere vellet, et simul cum illis sese ad meditandum colligeret. In omnibus demum illis palatiis multi erant valde devoti et qui ad sacramenta crebro accedebant; et in aliis etiam templis praeter nostrum observatum est hujusmodi sacramenta ministrari, et in ipso festo Corporis Christi, quamvis homines festivis quibusdam ludis in SS.mi Sacramenti honorem distrahi soleant, ducenti tamen apud S. Rochum communicarunt, et magna multitudo hominum in aliis ecclesiis; ad quod populum dispo-

---

ex com., Patri Jacobo Miron, 17 Januarii 1554.—"Mtro. Nadal por ahora no puede servir de Provincial en Portugal, aunque es cierto que hay bien donde se emplee su talento y de cualquiera otro en esa Provincia por lo que ella y las Indias requieren.„ Idem eidem, 26 Julii 1554.

[1] Recte quidem; nondum enim legimus eum vota Societatis, nequidem primum illud tunc in usu positum *ingrediendi Societatem* emisisse. Vide infra, n. 1172.

[2] Haec alia est ab illa, cujus jam saepius in hoc *Chronico* mentio facta est, Regis Joannis sorore. Vide supra, pag. 524, n. 1110.

suit quod pridie Corporis Christi declaravit P. Gonsalvus de Silveira clementinam de reliquiis et veneratione sanctorum, quae hujus solemnitatis Corporis Christi solemnitatem continet [1], quam cum a prandio declaraturus esset, major quam unquam hominum frequentia ad concionem hanc audiendam accessit.

1160. Aliquae virgines, quae aliquando satis vanae quod ad cultum externum attinet fuerant, sic spreverunt quae prius diligebant, ut inter se convenerint de crinibus abscindendis, quos magno in pretio habere solitae fuerant, et una earum inaures quas pendentes habebat et annulos confregit et a se abjecit; et ita, confessione octavo quoque die facta, valde proficiebant. Quaedam autem ex primoribus palatii virginibus religiosae potius quam principum virgines (*damas* vocant) esse cupiebant, et prorsus vitam potius religiosarum quam curialium agebant. Inter aliquas etiam, quae, a peccatis resipiscentes, Deo servire serio coeperunt, quaedam fuit quae, cum viginti duos annos nata esset, quinque in publicis peccatis expenderat; et tam severa poenitentia corpus castigabat, ut in ciliciis et flagellationibus et hujusmodi corporis castigationibus vitam totam vellet expendere.

1161. Archiepiscopus Olyssiponensis [2], ad quem P. Ignatius scripserat, et Societatem nostram Olyssiponensem commendaverat, respondens suis litteris P. Ignatio, et maximas agens gratias quod se Deo commendari a nostris intellexisset, magnopere exemplum, virtutes et merita nostrorum, qui ibi resident, commendat, propter quae non poterat eis non exhibere omnem amicitiam et pro fratribus eos habere. Scripserat huic Archiepiscopo P. Ignatius, qui aliquando se nostris minus benevolum exhibuerat [3].

---

[1] *Clementinarum Constitutionum*, lib. III, tit. XVI, cap. unic., Si Dominum in Sanctis ejus laudare jubemur.

[2] Ferdinandus Vasconcellos et Meneses. Vide supra, t. III, pag. 354, n. 781.

[3] Vide supra, t. II, pag. 710, ann. 1552, n. 638, et pag. 711, n. 639.—"La ocasion de escribir Nuestro Padre al Arzobispo de Lisbona fué que acá entendimos que se le enviaba un cierto despacho por mano del Embajador, por encomiendas generales del Rey, donde se trataba de dividir una cierta parroquia, la cual fué unida un tiempo á la iglesia de San Anton, y aplicar parte de la cura de ánimas á San Anton, como si pudiera el Arzobispo disponer de dicha iglesia; y pareciéndonos que podria dar alguna vejacion irritado por no hacer caso dél, nos vino á la mente escribirle esta letra amorosa y visitarle oficiosamente; que podrá ser esto escuse las molestias, ultra de que es

1162. Tentata est nostrorum valetudo Octobri mense Olyssiponae, quemadmodum et aliis in locis, et fere tota in civitate latissime catarrhus patuit, et inter alios P. Miron aegrotavit, et alii de domo Sti. Rochi, quorum numerus non magnopere auctus est in anni progressu; octo enim sacerdotes et totidem alii fratres, et inter eos tres novitii, ibidem habitabant, quamvis eleemosynae ad plures sustentandos sufficere potuissent.

Et haec de Domo Professorum Sti. Rochi.

---

hacer el deber. Aquí va la copia de la letra que se le escribe.„ Polancus, *ex com.*, Patri Jacobo Miron, 26 Julii 1554.—Litteras ad Ulyssiponensem Archiepiscopum datas habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 266.

DE PROVINCIALI PORTUGALLIAE

ET REBUS QUIBUSDAM COMMUNIORIBUS

EJUS PROVINCIAE

1163. Ipsa vigilia Epiphaniae Olyssiponam pervenit P. Jacobus Miron, Provincialis, Ebora recedens, ubi res spirituales bene constitutas reliquerat, et, quod ad temporales attinet, Cardinalis Infans prospexerat ut sine molestia, qua prius necessaria ab ejus ministris obtinebant, singulis mensibus tam pecuniam quam reliqua recuperarent, singulis trimestribus quartam partem accipientes summae designatae, quae id temporis sexcentorum ducatorum erat, praeter frumentum, quo opus habebat Collegium, et quae ad medicinas aegrotantium spectant; si quid praeterea opus haberent, ut id peterent, nam libenter se daturum est pollicitus; initio autem anni reliquerat fere trecentos scholasticos externos, et sic crescebat confluentium multitudo, ut viderentur cum olyssiponensibus velle certare; quosdam autem scholasticos ex nostris eo mitti posse convenerat P. Miron cum Cardinale, et majores ibi quam Conimbricae progressus facturi videbantur nostri, quod proprios praeceptores essent habituri [1].

1164. Invenit Olyssiponam magno in luctu P. Provincialis propter Principem, unicum filium et haeredem Regis, qui secunda die Januarii mortem obierat. Oppressus fuit gravi morbo, qui duobus diebus eum confecit, nam ante biduum utcumque va-

---

[1] Hoc est, quod domi et studerent et docerentur, nec externorum lectorum scholas audituri adire cogerentur. De Conimbria vide supra, pag. 500, n. 1057.

lebat, licet ab aliquo tempore ad ethicam febrem tendere diceretur; sed cum large aquam bibisset, ex eo excessu synthoma illi accidit, ex quo vitam hanc finivit: paulo ante confessus fuerat et communicaverat, et tunc Extremae Unctionis sacramentum accepit, quod ipsemet postulavit; qui studiose vixerat, et instructus in moribus christiano Principe dignis, ita et mortuus est. P. Franciscus, qui autumno praecedente ex Portugallia recesserat, et cum eo familiariter de rebus spiritualibus egerat, valde eum commendabat; et avide ab eo quasdam considerationes quotidie mane et vespere mente pertractandas acceperat.

1165. Quamvis autem bono in statu ad melius regnum evocatus a Domino crederetur, vix credi posset quanto dolore ejus mors totum illud regnum affecerit, quam tamen solabatur spes partus Principis Joannae, quam gravidam mortuus Princeps reliquerat. Rex autem et Regina et Infantes ac alii magnates, quamvis cum gravi sensu, magnanimiter tamen, hunc dolorem tulerunt, ut christianos Principes decebat; celarunt quidem aliquot dies gravidam Principem Joannam; sed cum diu dissimulari res non posset, aliquot dies ex moerore, ubi mortem mariti rescivit, decubuit; sed brevi et animum et valetudinem recuperavit, et magna cum sollicitudine per totum regnum publicis supplicationibus Deo commendabatur, et Cardinalis Infans (qui nuper a Sede Apostolica Legatus fuerat institutus [1]) quas poterat, scilicet centum dierum indulgentias, quotiescumque partum hunc Domino commendarent, concessit, et institutum est ut in toto regno confiterentur et communicarent designata quadam hebdomada, prout in jubilaeis fieri solet; et qua dominica communicarent, eas indulgentias concessit, quae Romae eo die obtineri poterant.

1166. Exaudivit autem divina Bonitas afflicti regni preces, cui valde acerbum fuisset cum Castellae regno sub eodem Principe conjungi, quod demum factum est; et demum ipso die, qui Divo Sebastiano sacer erat, facili partu filium Princeps Joanna peperit, qui Sebastianus, ejus nominis primus, vocatus est, et summa laetitia tam matrem et alios cognatos [2], quam totum

---

[1] Vide supra, pag. 520, n. 1103.

[2] In ms. est *tam parentes et alios parentes;* sed male versum videtur ex hispanico *su madre y demás parientes,* aut lusitanico *sa mai e seus parentes.*

illud regnum affecit [1]. Advocatus fuit tempore partus P. Torres, qui magnam apud eos Principes auctoritatem habebat, et nondum ex Portugallia recesserat.

1167. Cupiebat Pro-rex D. Petrus de Mascaregnas ut idem P. Torres secum in Indiam proficisceretur, cum magna ad Dei honorem ibi agere constituisset, immo ad hoc ipsum a Rege mitteretur, et in Societatis augmentum incumbere serio se velle significabat. Regi etiam haec missio placebat; sed consultus, misso nuncio, P. Natalis censuit mitti non debere, donec P. Ignatius consuleretur; et ita, quamvis nec ipse nec alius ex primoribus Patribus hoc anno cum D. Petro proficisceretur, in sequentem promissi sunt hi, quos P. Ignatius concessisset, et hanc concessionem libenter D. Petrus admisit. Doctor quidem Torres libenter eum fuisset comitatus, sed ejus opera in Hispania necessaria erat, et ita eo fuit evocatus. Quamdiu Olyssiponae fuit, a mane usque ad vesperam in audiendis confessionibus apud S. Rochum occupabatur [2].

1168. Reginae etiam quaedam spiritualia exercitia proponebat; et cum recessurus esset, suo loco P. Mironem, Provincialem, ad ea continuanda reliquit; sed ea, quae serio cupiebat orationi vacare, postulavit a P. Mirone ut perinde ageret cum ipsa atque si ab initio eam instituendam suscepisset: diligenter examen quotidianum, quod mane et vesperi illa pertractabat, docuit, et primum ex tribus orandi modis praeceptis Dni. accommodatum [3], et ad reliqua, quae in christiana doctrina continentur, et unam horam mane singulis diebus huic orationi impendebat, et optime se habebat, et diu se hac ratione exer-

[1] "Dos reis de Portugal nenhum foi mais desejado, nem tão querido, como D. Sebastião desde a infancia.„ LUIZ AUGUSTO REBELLO DA SILVA, *Historia de Portugal nos seculos XVII et XVIII.* Introducção, parte I, cap. 1.—"O principe D. João, na flor da juventude e no meio das illusões do amor e da felicidade, descêra ao tumulo, deixando inconsolavel a moça e formosa esposa castelhana, e cortados de sobresalto e tristeza os vassallos, que vendo imminente o dominio hespanhol, tudo receiavam, se Deus não abençoasse a casa reinante com o successor por que suspiravam.„ Fr. Bernardo da Cruz, *Chronica de el-rei D. Sebastião*, cap. II, pag. 5-10. Francisco de Andrada, *Chronica de el-rei D. João III*, parte IV, cap. CVIII.—REBELLO DA SILVA, l. c.

[2] "Cuanto al P. Doctor Torres, pues no va esta respuesta á tiempo, no hay que escribir cuanto al partirse para la India ó quedar. Si fuere ido, Dios N. S. le guie y se sirva dello, y asi mesmo si hubiere quedado. Bien se deja entender que el Señor Don Pedro Mascarenhas hará por la Compañia en servicio de Dios mucho por allá. Esperamos saber qué gente ha llevado consigo„ Polancus, *ex com.*, Patri Jacobo Miron, 5 Aprilis 1554.

[3] Hos tres orandi modos ab Ignatio propositos invenies sub finem libelli *Exercitiorum.*

cuit; et magnopere recreabatur cum eam P. Miron inviseret, quod ter in hebdomada faciebat, et omnium illa rationem reddebat; decimo quinto quoque die confitebatur et singulis mensibus communicabat: quae ad discretionem spirituum primae hebdomadae pertinent, et quae ad excitandum Dei amorem exacte, ut ipsa optabat, eidem proposita fuerunt, et ita ad annum integrum haec ruminanda sufficere ipsi videbantur. Cupiebat autem magnopere ut et Rex hujusmodi exercitationibus juvaretur, nam si serio id faceret, universalia multa bona inde sequutura sperabat; demum in tribus modis orandi eam exercendam censuit.

1169. Collegium S.ti Antonii annexum fuerat Conimbricensi Collegio cum quibusdam reditibus, scilicet [S.] Antonii de Benespera, ut superius dictum est [1]: videbatur autem P. Provinciali expedire ut illa unio separaretur, et Collegium per se subsistens Olyssiponae institueretur, et facile consensus a Rege ad id impetrandum dicebatur; nam praeter illos reditus, quos superius diximus datos fuisse centum et viginti quinque ducatorum vel pecuniam ad eos emendos (qui autem dedit nominari noluerat), quod Rex dabat singulis annis simul cum his summam sexcentorum ducatorum quotannis conficiebant, vel forte aliquid minus; sed Rex contentus fuit ut ex reditibus Collegii Conimbricensis id, quod amplius necessarium esset, sumeretur; nam cum viginti et amplius expensis ejus Collegii S.ti Antonii alerentur Olyssiponae ubi annona chara est, non sufficiebant illi sexcenti aurei; cum praesertim hospites haberent ex ipsa Societate non paucos, qui ab aliis collegiis ob res necessarias eo veniebant: nam eos, qui ad infidelium regiones ituri hospitio excipiebantur, Regis expensis alebantur, cum id ab eo petebatur; sed cupiebat P. Provincialis et alii ut Collegium hoc Sti. Antonii reditus sufficientes sic haberet, ut a Collegio Conimbricensi nihil accipere necesse esset, et Rex ad id etiam propensus erat, et aliqua occasio ad dotationem istam expectabatur [2].

1170. P. Franciscus Rodriguez procuratoris quidem totius Provinciae officio fungebatur; sed partim quod lectionibus casuum conscientiae et concionibus occupatus esset [3], partim

---

[1] Vide supra, pag. 532, n. 1135.
[2] Ibidem.
[3] Vide supra, pag. 521, n. 1104.

quod captus pedibus negotia extra domum conficere per seipsum non posset, ad quae tractanda P. Provincialis seipsum non satis idoneum judicabat, P. Emmanuelem Godinum, ubi expeditus esset ab ea occupatione asserendorum redituum, qui usurpati fuerant abbatiis, Collegio Conimbricensi unitis [1], huic oneri Procuratoris provinciae aptum futurum esse censebat, et ita illi commissum est.

1171. Quia P. Natalis censorem sui ministerii apud P. Ignatium tam ipsum Provincialem quam alios superiores et professos voluerat, multa de eo scribit Provincialis tam de spiritu et donis Dei in ipso, quam de perfecta declaratione Instituti Societatis, et eumdem Praepositum Provincialem perutiliter fore in Portugallia censuit [2].

1172. D. Theutonius in oppido Villaviciosae (quod ad Ducem Bergantiae, fratrem ejus, pertinere diximus [3]) adhuc versabatur, de quo socius ejus P. Mauritius [4] admonebat, quod multas ille litteras ad eos, qui a Societate defecerant, et de nova quadam Societate condenda scribebat, quamvis communicationem cum illis P. Natalis prohibuerat; alia etiam, quae religiosum Societatis parum decerent, scribebat de eo socius, et ideo de eo reducendo in aliquod Collegium aliqui cogitabant. P. Natalis consultus censuit nullo modo id faciendum esse ne aliis noceret: eadem erat sententia Infantium, Regis fratrum, qui tamen non sentiebant eum Romam mitti debere (nam de eo etiam agebatur) ne aliquid ibi designaret se et consanguineis suis, viris in eo Regno clarissimis, parum dignum [5]. Dux etiam Bergantiae, ejus frater, qui Olyssiponae tunc erat, tantum majoris obsequii Dei rationem haberi volebat; sed demum in Hispaniam illum et deinde in Italiam mittendum esse cum Andrea Fernandez, qui ex India Romam destinatus fuerat, visum est [6].

---

[1] Vide supra, pag. 508, n. 1077, ubi tamen hanc habuisse curam dicitur P. Petrus Diaz

[2] Vide supra, pag. 539, annot. 539 ad n. 1157.

[3] Vide supra, t. III, pag. 361, n. 792, et in hoc tom. IV, pag. 4, n 1157.

[4] P. Mauritius Serpius seu *de Serpa*.

[5] Vide plures ab Ignatio huic Theutonio datas litteras toto hoc anno in *Cartas de San Ignacio*, t. IV.

[6] Alia praeterea erat ratio, quae primis hujus anni mensibus Ignatium detinuit ne Dnum. Theutonium Romam evocaret. licet e Portugallia educendum censeret. "Para Don Theutonio se escribe una letra, cuya copia aquí procuraré de enviar; parece mejor que no venga á Roma estando por acá Mtro. Simon, y en Córdoba parece á Nues-

1173. Hoc mense Martio Rex Portugalliae P. Ignatio scripsit numquam P. Simonem secum egisse de Provincia Portugalliae ab ipsius obedientia et reliqua Societatis unione segreganda, sed nec contra ipsam P. Ignatii personam sibi unquam dixisse; quod videtur Rex optimus ideo scripsisse ne P. Simoni, Romam evocato, id noceret, quod aliqui de ipso senserant et P. Ignatio retulerant [1].

1174. Invisit hoc Martio mense P. Miron simul cum P. Quadros D Thomam de Sosa, qui Brasiliae Gubernator fuerat [2], qui multa de nostris laboribus et de rerum temporalium penuria, quam voluntarii ad aliorum aedificationem patiebantur, referebat, et de eorum patientia in persecutionibus et charitate erga proximos: demum dicebat, et Regi etiam dixisse credebatur, in Societate nostra Brasilicae regionis bonum consistere, et si ibi nostri residerent, nihil melius quam Brasiliam Regem habiturum; si nostri inde recederent, nihil Regem ibi habiturum. Dicebat etiam idem Gubernator nostros, qui in Portugallia versabantur, cum aliis de Societate, qui erant in Brasilia, esse homines cum angelis comparatos. De P. Emmanuele de Nobrega optime sentiebat, et quod ad subventionem proximorum hanc procedendi rationem tenere ajebat, ut scilicet inquireret quot homines utriusque sexus aliquo in loco male viverent, et eorum juvandorum curam inter sacerdotes et alios fratres dividebat, ita ut quisque cognosceret quibus deberet particulariter opitulari, et ita quotidie singuli ex his nostris aggrediebantur singulos ex illis ut eos hortarentur ad peccata relinquenda et confitenda donec omnes essent alloquuti, et si cui persuasum non esset ut ad Deum ex animo rediret, denuo ad eos alloquendos redibant, et opportune et importune urgebant donec ad Deum converterentur.

1175. Narrabat autem quod cuidam ex fratribus nostris vir quidam in peccatis insignis obtigerat, qui eo missus in exilium ex Portugallia fuerat, et utrobique satis erat notus et Barbosae

---

tro Padre estaria bien.„ Polancus, *ex com.*, P. Hieronymo Natali 1.ª Januarii 1554.— Romam tamen hoc anno Theutonius venit et in itinere Venetiis Patrem Simonem convenit. Vide supra, pag. 129, n. 258.

[1] Joannis III, Portugalliae Regis, ad Ignatium litteras habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, Append. II, n. 8, pag. 508, et Ignatii ad Regem responsum in eodem t. IV, pag. 251.

[2] Vide supra, t. II et III dum de rebus Brasiliae agitur.

cognomine plurimis in malam partem innotuerat: sic enim ille dicebatur. Hunc ergo frater ille sic urgebat, ut jam Barbosa non haberet quid ei responderet: accidit autem ut, cum semel domum rediret solito serius ad prandium, ibidem fratrem illum inveniret, qui ipsum expectabat et de Deo ei loqui coepit: iratus autem Barbosa, "melius, inquit, faceres si emundares mihi vas illud sordidum, et aquam mihi ferres quam non habeo, quam ut talia loqui pergas„: tunc frater ille: "libentissime id faciam„: et statim accepto vase, cum illud mundasset, aquam etiam tulit. Cum autem ad domum Barbosae cum vase rediret, plorantem invenit, et confusum de his, quae dixerat, et de fratris illius charitate, et coepit propter Deum rogare ut in Societatem eum admitteret, ut poenitentiam suorum peccatorum ageret; et ita diu in multis lacrymis et corporis castigatione perseverans, a nostris admissus, pueris gentilium filiis, qui eo in Collegio instituebantur sub nostrorum disciplina, servire coepit; quando autem hic D. Thomas de Sosa exaggerare volebat fratrum illorum virtutem, hujus tam noti hominis conversionem in medium adferre solebat.

1176. Misit autem Rex litteras ad Episcopum [1] et Gubernatorem Brasiliae [2] nostros eis commendans, et Gubernatori praescribens ut omnia necessaria ad Collegii initium in civitate Salvatoris praeberet; expedire enim videbatur ut, juxta formulam Eborensis et Olyssiponensis Collegii, tam in India quam in Brasilia, collegia cum scholis instituerentur, et ignorantiae sacerdotum per lectionem casuum conscientiae consuleretur, et aliorum per lectiones grammatices; nec difficile id fore videbatur etiam in Brasilia id praestare. Cum P. Nobrega in Baia Salvatoris, ubi Episcopus et Pro-rex residebant, ipse etiam residere deberet, et lectionem casuum praelegere poterat: alii autem juvenes, praecedenti anno missi, lectionibus humaniorum litterarum satisfacere poterant. Goae in India externus quidam hactenus grammaticam docuerat. Dedit etiam Rex centum aureos ut quaedam nostris brasiliensibus, quae petebant, emerentur.

1177. Cardinalis Infans cum, praeter zelum illum honoris

---

[1] Petrus Fernandez Sardinha.

[2] Eduardum *(Duarte)* da Costa. Vide supra, t. III, pag. 476, annot. 2.

Dei et salutis animarum, quo praeditus erat, nuper accessisset Legati Sedis Apostolicae officium in omnibus provinciis, Regi Portugalliae subjectis, commendavit P. Mironi ut recte quaecumque a nostris scriberentur ex India ad religionem promovendam adnotaret et ad se referret; dedit autem Cardinali legendas fere omnes litteras, quas habebat, Patris Francisci Xavier ad P. Simonem scriptas, quibus lectis, perinde atque unus de Societate nostra laetatus est, et memoriale sibi dari voluit eorum, quae cum Rege erant transigenda, quae ipsemet expediturus recepit, et eadem charitate ac diligentia, quae ad Brasiliam pertinebant, confecta dedit.

1178. Non existimavit P. Natalis constitutiones Societatis hoc anno in Indiam mittendas esse, eo quod nullus de Societate mitteretur, qui ad eas declarandas idoneus videretur; et ideo in sequentem annum earum missio dilata est [1].

1179. Invenerant nostri regiam quamdam concessionem a P. Simone impetratam, quae id continebat, ut omnes reditus collegiorum Indiae, quae ad pueros indigenas instituendos Rex applicaverat, Societati nostrae applicarentur. Id tamen prior illa applicatio habebat, ut nostris etiam iidem reditus deservirent, a quibus Collegia puerorum regenda erant, et ea mens videbatur fuisse Patris Simonis, ut liberior esset Societas ad pueros illos in collegiis retinendos vel dimittendos, et ut sine scrupulo nostri hujusmodi reditibus sustentarentur. Infantibus autem nihil agendum esse cum Rege videbatur, quandoquidem ex India nihil petebatur, et Rex concesserat ut illis reditibus nostri uti possent, et collegia puerorum conservanda in omnem eventum existimabant, et improbabant quod P. Antonius Gomez pueros ex Collegio Goënsi ejecerat: cum enim viri adulti moribus satis corrupti sint, novae plantae bene instituendae merito existimabantur a nostrae Societatis hominibus. Nondum hoc tempore [2] de morte P. Gasparis [3] nec P. Francisci Xavier

---

[1] "Hanse acá visto las informaciones de las Indias, y la provision que se ha hecho este año está mucho bien, y el no enviar las constituciones tambien se ha hecho con razon por esperar quien las declarase, lo cual podra hacer uno de los que se enviaren el año que viene, si Dios fuere servido.„ Polancus, *ex com.*, Patri Jacobo Miron, 26 Julii 1554.

[2] Scilicet ante autumnum hujus anni. Vide infra, n. 1203 et *Cartas de San Ignacio* t. IV. pag. 402.

[3] Barcaei.

in Portugallia constabat, immo adventus ejus [1], ut anno superiori diximus [2], ut perutilis ad multa futurus expectabatur.

1180. Secunda die Aprilis Olyssipona [solvit] D. Petrus de Mascaregnas et cum eo duo tantum sacerdotes ex nostris, P. scilicet Franciscus Viera, qui, anno proximo in Indiam profectus, in Portugalliam redire coactus fuerat, quod navis, qua vehebatur, ab aliis sejuncta, tantum aquae admittebat, ut pessum itura timeretur, si mature in portum non se recepisset. Hoc ergo anno laetus admodum iter hoc resumpsit et Pro-regis confessarius fuit; socius illi datus est P. Soveral, his mensibus ad sacros ordines promotus, et quamvis P. Gaspar [3] per Andream Fernandez, missum in Europam ad P. Ignatium, significaverat hominibus valde eruditis ac probatis Indiam opus habere et Goam praesertim, et quaedam alia loca, ubi contractus mercium non minores quam Olyssiponae erant, et homines non minorem honoris rationem habentes quam Romae; plures tamen commode mitti hoc anno non potuerunt: libros tamen spirituales multos, quos petebat P. Gaspar, miserunt; et de indulgentiis et granis benedictis et sanctorum reliquiis, quas etiam postulabant, idem Andreas Fernandez, comes D. Theutonii [4], per Angliam et Germaniam in Italiam veniens, coram cum ipso P. Ignatio egit.

1181. Quamvis autem in Portugallia litteras non acceperant ab India, cum Pro-rex profectus est, intellexerant dimissos esse a P. Francisco Xavier Patres Antonium Gomez et Melchiorem Gonzalez ac Emmanuelem de Morales, prius in Indiam missum, et alios quosdam; et venientem Bernardum japonensem in Italiam (hunc cum socio, Goae mortuo, in Europam miserat P. Franciscus Xavier), et cum optimae mentis eum esse invenissent, P. Natalis eum in Societatem recipi, et P. Ignatius Romam mitti jussit.

1182. Quod autem P. Franciscus Xavier P. Simoni scripserat ut per Regem Portugalliae admoneretur Imperator ne classes amplius per insulas platareas (argentarias latine interpretari liceret) mitteret, quod naufragio saepius periissent [5],

---

[1] Patris Francisci Xavier.
[2] Vide supra, t. III, pag. 398, n. 873.
[3] Barcaeus.
[4] Vide supra, pag. 547, n. 1172.
[5] Vide supra, t. II, pag. 782, an. 1552, n. 761.

visum est Regi et etiam Cardinali, ejus fratri, potius per P. Araoz id Imperatori significandum esse vel Principi Hispaniarum, ne quis suspicaretur, si Rex ipse scriberet, quod ob propriam aliquam utilitatem id faceret; et ita litterae P. Francisci Xavier a Patre Mirone missae fuerunt Patri Araoz.

1183. Propensus videbatur D. Petrus Mascaregnas ad Societatem, quae erat in Portugallia ac praesertim Olyssiponae, et nominatim domum Professorum juvandam ex donis, quae Principes illarum regionum Regi donare soliti erant, quae Rex Goënsi Collegio applicaverat; sed intellexit a P. Mirone quod Domus Professorum nihil de reditibus collegiorum accipere poterat, nec constabat quod reditus hujusmodi donorum superflui futuri essent Collegio Goënsi, quamvis P. Gaspar scripserat aliquam pecuniae summam se missurum, quae collegiis poterat impendi; et quovis modo id fieret, nonnisi consulto Rege fieri debere.

1184. Suggessit quidem D. Petro Mascaregnas P. Miron ut ecclesiae ac Collegii Romani memor esset (id enim P. Natalis ei commendaverat); sed D. Petrus, alioqui romanae Societatis amator, subfrigide respondit prius necessitatibus Portugalliae prospiciendum esse. Quod autem ad Procuratorem generalem Romae sustentandum septuaginta aureos Provincia Portugalliae et totidem Provincia Indiae solvere deberet, et hos ipsos D. Petrus, sine Regis consensu per litteras ipsi explicato, dicebat mitti non posse. Credebat autem P. Miron cum India negotia non haberet Romae vel pauca haberet, hanc ejus contributionem parum Regi esse probandam, sine cujus et ministrorum ejus notitia nulla pecunia ex India efferri poterat, immo et septuaginta illos aureos, quos Portugallia contribuebat, potius ex pecunia ejus Provinciae capienda, quam Regi quidquam significandum sentiebat; quae ideo retuli ut intelligatur quam subtiliter res hujusmodi pecuniarum tractandae tunc erant, forte quia detulerant aliqui nostros quod pecuniam atque homines ex regno educere vellent [1].

---

[1] "Sobre la ayuda del Procurador de Portugal y de las Indias, acá no se innovará nada hasta que venga Mtro. Nadal. V. R. le informe de todo; mas bien le hago saber que hartos pasos nos han costado aquellos de las Indias y bien creo que habrá en qué entender para adelante; pero todo se considerará como venga en edificacion.„ Polancus, *ex com.*, Patri Jacobo Miron, 26 Julii 1554.

1185. Promiserat P. Natalis Duci Bragantiae quod prima domus, quae in Portugallia admitteretur, in ejus oppido de Villaviciosa erat admittenda; sed propter operariorum penuriam satisfaciendum ipsi P. Miron censebat, misso aliquo concionatore cum socio confessario ad tempus: qui enim ad hujusmodi domos inchoandas maturuissent, in Indiam potius, aut Brasiliam, aut Congum mittendi videbantur; nam Rex singulis annis aliquos mittendos esse ad ea loca censebat: collegia facilius admitti posse, quia in eis seminaria operariorum habebat Societas, qui in domibus suam operam collocabant, sed alibi ad id institui debebant [1].

1186. Recedente D. Petro de Mascaregnas, D. Franciscus Correa, Olyssiponensis senatus caput, ei succedere voluit in omnibus, quae ad Societatem ea in urbe pertinebant, et procuratorem Societatis se futurum sponte promisit.

1187. Addit autem causam P. Miron, propter quam S.ti Antonii Collegium Olyssiponense a Conimbricensi separare vellent; ea autem erat, quod tantae magnitudinis futurum esse Olyssiponense Collegium temporis successu videbatur, ut Conimbricensi minus non esset; et ita Rex consenserat ut a Conimbricensi separaretur cum quibusdam reditibus octoginta ducatorum annuorum, qui Olyssiponae erant vicini [2].

1188. Reddit idem P. Miron rationem cur in Domo Professorum Sti. Rochi cubicula grandiuscula a Rege sint designata, quod scilicet medici affirmarent Olyssiponae habitationes grandiores esse salubriores.

1189. Almerini, ubi Rex anni partem exigere solitus erat cum sua curia, templum nostrae domui conjunctum hoc anno aedificatum est, ut cum nostri, qui curiam sequebantur ibi habitarent, non domum tantum sed et ecclesiam propriam haberent; fuit autem Bernardinus Discalcius [3], unus ex fratribus nostris, illi operi perficiendo praefectus, et hac aestate absolutum iri sperabat.

[1] "De complacer al Duque de Berganza dándole el predicador y confesor que demanda, si se pudiese, seria muy bien; pero bien pienso que hay falta de los que serian buenos para este efecto. V. R. hará lo que le pareciere mejor.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal, 1 Januarii 1554. "A Portugal se escribe que cumplan la palabra que V. R. dió al Duque de Berganza que la primera fundacion sería la suya.„ Idem eidem, 23 Julii 1554.

[2] Vide supra, pag. 546, n. 1169.

[3] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. I, pag. 571, annot. 1.

1190. D. Ludovicus Infans, in oppido suo, nomine *Sertan* [1], domum Societati nostrae institui cupiebat, nec aliud expectabat quam ut operarios ad id haberet Societas; sed P. Miron satisfaciendum illi, sicut Duci Bergantiae [2], concionatore ac confessario eo ad tempus misso existimabat, et potius Algarbiense Collegium, prout Episcopus optabat [3], et Portuense, cum facultas daretur, admittenda censebat; quod sint in populis eo in regno praecipuis. Regina etiam significavit Portallegrensem Episcopum collegium etiam in sua civitate instituere velle; et cum responderet ei P. Miron messem multam, operarios paucos esse, dixit illa non tam cito operarios in illud Collegium mittendos fore; et ita desideriis hujus et Algarbiensis Episcopi in hunc usque diem satisfactum non est [4].

1191. Cum patentes litterae, quibus P. Miron Provincialis electus fuerat, primo die anni 1552 datae fuissent, licet aliquot post mensibus administrationem ejus officii suscepisset, suggerebat ille novi Praepositi creationem ad initium sequentis anni, quo triennium explebatur; quando autem successor ei datus sit, inferius videbitur [5].

1192. Postridie Ascensionis ad Collegium Conimbricense profectus est Provincialis, socium, ut collateralem, habens P. Antonium de Quadros [6]; inde, rebus confectis auxilio ejusdem P. Antonii, Almerinum venit, ubi ecclesiam, quae aedificabatur [7], vidit. Cupiebat autem D. Infans Ludovicus aliquos ex nostris theologis simul cum D. Antonio, filio suo, Almerini versari ut simul cum eodem theologica studia prosequerentur; et hoc in ipsius gratiam concessum est.

1193. Cum autem fratrem quemdam dominicanum Mag. Bartholomaeum [8], filii sui magistrum, et qui Societatem magno-

---

[1] "Sertãa. Villa de Portugal na Estremadura, comarca de Thomar... A etymologia do seu nome e dos varões illustres que della sahirão, acharás nas *Miscellaneas* de Miguel Leytão de Andrada, desde a pag. 627 até a pag. 634.„ BLUTEAU, l. c.

[2] Vide supra, pag. 553, n. 1185.

[3] Vide infra, n. 1209.

[4] "Del Colegio del Algarbe, V. R. habrá visto si es cosa que se podrá y debrá aceptar agora, y así Nuestro Padre tendrá por bueno todo lo que hiciere.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal, 1 Januarii 1554.

[5] Successor Mironi datus est P. Michaël de Torres mense Octobri sequentis anni 1555, ut videbitur infra, t. v.

[6] Vide supra, pag. 483, n. 1021.

[7] Vide supra, n. 1189.

[8] Fr. Bartholomaeus *dos Martires*, postea Bracharensis Archiepiscopus.

pere diligebat, postularet [1] hospitio excipi in nostro Collegio, simulatque explicatum ipsi est non convenire Societati ut religiosi externi cum nostris habitarent [2], et ideo P. Natalem praescripsisse eborensibus ne inter nostros esset Fr. Ludovicus de Baëza, vir optimus et Cardinali gratissimus, qui tunc in Collegio habitabat, et id consonum esse constitutionibus [3], Infans Ludovicus nullo modo voluit, quamvis ipsius arbitrio relictum erat, ut Fr. Bartholomaeus apud nostros habitaret.

1194. Destinavit autem Provincialis ut Almerini manerent cum curia PP. Gonsalvus Vaz et Michaël Stevez, nam hi soliti erant in palatio cum magna ejus utilitate versari, et significaverat Regina quod mirum in modum ipsius familiae P. Gonsalvus satisfaciebat [4].

1195. Ex Almerino Eboram profectus est, ubi trecentos et viginti externos scholasticos invenit, et tum alii nostri tum praecipue Marcus Georgius in casuum conscientiae lectione et Cardinali et sacerdotibus eum audientibus satisfaciebat, et peculiari ad id talento praeditus erat. Cum autem Cardinalis et eum et alios praeceptores audivisset, P. Mironem cum aliis ad novum Collegium videndum secum duxit, ut viderent num in illud migrare possent hoc autumno; sed, quamvis habitationes essent confectae, nec ecclesia nec classes absolvi posse ad illud tempus videbatur: circumduxit Provincialem per officinas et hortum, et ad habitationem quamdam deduxit, quam sibi ipsi, cum secedere a negotiis vellet, aedificaverat, et postulavit an bona cum venia Provincialis illis habitationibus aliquando frui posset; qua in re suam humilitatem satis significavit, quamque Societatis rationem haberet; quamvis autem quod superius diximus [5] ad nostrorum sustentationem et commoditatem satis prae se ferebat quod opus illud vellet augere. Optabat autem aliquem philosophiae praeceptorem, qui cursum hoc anno inchoaret, sibi dari; sed cum intellexisset a P. Mirone quod Roma scriptum

---

[1] Ipse infans Ludovicus.

[2] Vide supra, pag. 471, n. 1004, et pag. 484, n. 1023.

[3] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 392.

[4] Vide supra, pag. 553, n. 1189, et t. II, pag. 376, an. 1551, n. 428, et t. III, pag. 407, n. 804.

[5] Verba haec *quamvis autem quod superius diximus* aut redundant, aut aliqua alia requirunt, ut et syntaxis et sensus constent, quae librarius omisit. Quod si in his conjectare liceret, nos ita scriberemus: *quamvis autem, ut superius diximus, Cardinalis nostros urgeret ut in novum aedificium nondum absolutum se transferrent.*

erat id modo minime convenire, nihilominus quidquid ipse vellet nostros esse facturos, noluit cursum praedictum inchoari donec ipse P. Ignatio scriberet et ab eo responsum acciperet [1].

1196. Olyssiponam sub medium Julii mensis rediens Provincialis, dedit Regi binas P. Ignatii litteras; prima de Principis morte consolatoria [2], secunda de duellis suis in regnis prohibendis erat [3]. Significavit autem Rex suis legibus hujusmodi duella se jam prohibuisse suo in regno, et tamen operam suam obtulit ut id obtineretur a reliquis principibus, quod P. Ignatius cupiebat; et ut illis exemplo praeiret, accepit litteras P. Ignatii, et se eas consideraturum dixit ut videret quid fieri ab ipso posset. Hoc agebat id temporis P. Ignatius quod primo a Sede Apostolica, deinde a Concilio impetratum est, ut gravissimis poenis et infamia hi notarentur, qui in duellis hujusmodi depugnarent, vel facultatem pugnandi in suis dominiis liberam darent, vel etiam duella spectarent; et laetatum se magnopere Rex ostendit, tum de rebus ad aedificationem pertinentibus, quae Roma scripta fuerant, tum de gratiis in Indiae spirituale subsidium impetratis, et de divisione Provinciarum in Hispania, et quod P. Franciscus Commissarius esset institutus.

1197. Voluit etiam [4] quomodo se Collegia Portugalliae haberent, quod ad scholas attinet, intelligere, et probavit quod Conimbricae theologiae scholasticae lectio nostro in Collegio fieret, nam et ipse audierat paucas esse doctorum scholasticorum lectiones ea in Universitate; et cum de scholis Olyssiponensis Collegii ageretur, voluit ad se deferri situs descriptionem, et in eodem sua manu delineavit scholas, et in medio earum apertam plateam quadratam, et postulavit an nostris placeret; et cum nostri magnopere formulam illam probarent, constituit ut juxta illam scholae aedificarentur [5]. Cupiebat autem P. Miron humaniorum litterarum scholasticos vel Olyssiponam vel Eboram

---

[1] Vide supra, pag. 513, annot. 1 ad n. 1085.

[2] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 124.

[3] Ibid., pag. 120. Haec tamen non ad Regem sed ad Patrem Miron, ut de iis cum Rege ageret, data est.—In *Regesto litterarum Sancti Ignatii*, v. II, fol. 174 et v., est quaedam de hac re epistola Sancti Ignatii ad Patrem Miron; sed lineis super ductis cancellata. Ideo dubitari potest an tandem missa sit necne. Eam tamen, Deo volente, dabimus in *Nova Serie Litterarum Sancti Ignatii*.

[4] Rex.

[5] Simile quid Rex fecerat pro Collegio Sti. Antonii Ulyssiponensi. Vide supra, pag. 530, n. 1126.

omnes deducere ut sub nostris praeceptoribus magis proficerent [1].

1198. Cum autem Regis charitas et liberalitas in Societatem summa esset, illud tamen experiebantur nostri, quod difficile quemquam ex operariis extra regnum mittere possent [2]; nam ut P. Jacobus de Sta. Cruce in Hispaniam ad tres menses mitti posset, ut superius dictum est [3], non facile a Rege facultas est ad id impetrata; et, nisi remissus fuisset, aegre admodum id laturum esse Regem constabat.

1199. Ostendebat autem sese Rex propensum ad eos, qui a Societate defecerant, fovendos ac promovendos, non quod ei parum displiceret eorum apostasia, sed quod idoneorum hominum penuria laborabat, qui curam animarum susciperent; et tamen hujusmodi multis opus habebat ad ministerium ordinum militarium, quorum summus Magister erat, et ideo horum, qui eruditi erant, libenter opera utebatur, et ita quibusdam ecclesiasticos reditus cum ecclesiarum quarumdam cura dederat; et cum quidam Italiae Commissarius claustralium Ordinum S.ti Francisci in Portugalliam ad lustranda monasteria sui ordinis tam virorum quam mulierum missus erat, adjunxerat quemdam Christophorum Leiton [4], qui a Societate recesserat, huic Commissario, cum officio scribae, et circumferebatur vulgo apostolum quemdam, sic enim nostros vocabant, simul cum Commissario ad hanc visitationem mitti.

1200. Pater ergo Provincialis, adjuncto P. Gonzalo Vaz, Regem adiit et significavit quod nec ad Dei nec ad ipsius Regis obsequium conveniebat, ut hujus vel aliorum apostatarum ministerio uteretur; resistebat autem Rex, qui in contraria sententia erat; aderat et Regina, quam, licet nemo praemonuerat, impense tamen nostris tunc favit; demum Rex mollior redditus, signa dedit aliqua quod vellet nostris supplicantibus acquiescere: dixit itaque rem consideraturum. Statim adierunt nostri D. Ludovicum Infantem, et quamvis in lecto aegrotus decumbebat, eo zelo Societatis nostrae rebus studebat, ut statim litteras Regi

---

[1] Vide supra, pag. 500, n. 1057, et pag. 543, n. 1163.

[2] "De quitar algunos de Portugal, que V. R. toca, no parece ahora tiempo, aunque la cosa sería buena; pues V. R. sabe lo que allá se ha insinuado al Rey del sacar gente, etc.„ Polancus, *ex com.*, Patri Hieronymo Nadal, 1.ª Januarii 1554.

[3] Vide supra, pag. 464, n. 991.

[4] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. 1, pag. 72, 74 et 447.

scripserit; et vix nostri domum redierant, et jam a Regina quidam ad eos missus est, et statim alius ab Infante Ludovico, qui significabant impetratum esse a Rege quod postulabatur; et ita impedita fuit Christophori missio; et cum gratias agerent nostri Reginae, et fusius de hoc negotio agerent, videbatur Reginae expedire ut serio negotium hoc apud Regem tunc urgeretur ne hujusmodi Societatem deserentibus faveret, et eorum catalogum Regina sibi dari voluit.

1201. Creditum est quod concionator Regis Antonius Pinellus [1] hujusmodi desertorum tam Societatis nostrae quam aliarum religionum causam apud Regem promoveret propter penuriam, de qua memini, non quod Societatem nostram parum diligeret; sed res in grave damnum religionum cedebat, nam inter humana nihil eo in regno majoris momenti existimatur quam ut Rex alicui faveat et ejus opera uti velit, et ita debiles aliqui occasionem habituri videbantur minus resistendi tentationibus contra suam vocationem, cum post desertam Religionem favorem Regis sperarent; et Infans Ludovicus magis etiam quam nostri hoc sentire videbatur, et Regi hoc Rector declarare constituit ut desineret hujusmodi hominibus favere, et hortatus est nostros ut concionatorem jam dictum alloquerentur, et dissimulando praeterita, ut apud Regem faveret Societati, rogarent.

1202. Inter ea, quae Regi maxime scrupulum injecerunt, fuit quod paulo ante quidam scholasticus theologus Conimbricensis Collegii, cognomine Paëz, qui diu nostro in Collegio studuerat et sine causa recesserat, Eborae jam tunc de sacris ordinibus suscipiendis agebat, ut, deinde ad curiam veniens, a Rege gratiam aliquam postularet. Male autem nostros habebat quod hujusmodi apostatae se ut homines Societatis nostrae venditabant, apud eos praesertim, quibus Societas parum erat nota.

1203. Sub initium autumni una ex quinque navibus, quae profectae fuerant ex India, in Portugalliam pervenit; et quamvis litteras nullas acceperint, qui provinciam Portugalliae administrabant, quod aliis navibus traditae fuerant, quaedam tamen

[1] Sic; vide tamen supra, pag. 528, n. 1122.

breves P. Melchioris [1] ad quemdam de Societate missae, acceptae fuerunt, quibus de morte Patrum Gasparis [2] et Emmanuelis de Morales, Urbani [3], Alexii Madera, Raymundi Perera et Ludovici Mendez intellexerunt: de morte etiam P. Francisci apud Sinas rumor erat inter illius navis homines, qua de re cum P. Provincialis Regem alloqueretur, graviter admodum mortem P. Francisci ille tulit.

1204. Quia tamen nullis litteris de illa constabat, jussit Rex ad se evocari ducem illius navis, ut certe aliquid intelligeret; qui narrabat hoc se intellexisse, quod, cum P. Franciscus apud Sinas iter ad Regem illorum instituisset, in morbum incidens, ita ut iter prosequi non posset, ad navem rediit, quae ad Malacam reditura erat, et sic demum in mari obiisse, et Malacam quinque diebus esse perlatum ejus corpus, cum iter quadraginta dierum esse soleret, et Sinas, rem admiratos, commotos fuisse ut ad Christi fidem converterentur; alia etiam miracula de illo ferebantur, sed quia ex vulgo haec [colligi videbantur, nostri aliam certiorem mortis hujus historiam expectabant, ut postea acceperunt, juxta ea, quae superius scripta sunt [4].

1205. De P. Urbano referebant quod in mari mortuus esset, antequam in Indiam perveniret, quam jacturam merito gravem existimabant, cum vir ille et eruditione et prudentia et integritate vitae ad multa ad Dei gloriam agenda aptissimus habebatur [5]: postulabat itaque P. Provincialis ut in proximum annum eos viros in Indiam mitteret P. Ignatius, qui jacturam tantam mortuorum compensarent.

1206. Scriptum fuerat nostris de profectione P. Simonis ex urbe Roma versus Hierosolymam [6]; voluit autem Rex omnia distincte perlegere, quae de ea re scripta fuerant, et se laetum admodum ostendit simul cum Regina, quae praesens tunc erat; sed et Infans Ludovicus et Cardinalis [7] cum gaudio id intellexerunt. Octobri autem mense perlata fuit ad nostros sententia,

---

[1] Patris Melchioris Nuñez.
[2] Patris Gasparis Barcaei.
[3] Patris Urbani Fernandez.
[4] Supra, t. II, pag. 777 et seq.
[5] Vide supra, t. III, pag. 390, n. 855.
[6] Has litteras *nostris scriptas* non vidimus. Alias, de hac profectione Patris Simonis Rodriguez agentes, habes in *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 249 et 251.
[7] Henricus.

quam deputati a P. Ignatio judices [de] negotio P. Simonis et eorum, qui aliam partem tenuerant, tulerunt [1], de qua cum Rex certior factus esset, eam videre voluit: vidit et Infans Ludovicus, et totum successum rei cum magna approbatione, Deo gratias agens, intellexit. Litterae etiam ipsius P. Simonis, quas ad fratres nostros Portugalliae scripserat, eo perlatae fuerunt, quibus et seipsum humiliter accusabat, et de rebus praeteritis veniam postulabat; sed illis adjunctae fuerant P. Ignatii litterae, quae intentionem ejusdem P. Simonis excusabant [2], quas cum illi Principes vidissent, admodum laetati sunt, et serio Rex commendavit Provinciali ut etiam quibusdam ex eis, qui a Societate defecerant, hae litterae ostenderentur [3], ut eorum ad Societatem reductio hac ratione curaretur; quamvis autem id fecit Provincialis, parum utilitatis inde sequutum est [4].

1207. Scripserat P. Petrus Domenech [5] ex Catalaunia Provinciali ac fratribus conimbricensibus litteras cum magnae benevolentiae significatione et se rediturum in Portugalliam ut totus esset noster simulatque illa sua Abbatia se posset expedire, illam, vel aliquid quod ex permutatione accepisset, Barchinonensi Collegio applicando; sed in Portugallia potius timebant quam optabant ejus reditum propter curam puerorum orphanorum, quorum aliquot Collegia Pater ille in Portugallia instituerat, et institutionis ratio, quam tenuerat, nostris non

---

[1] Vide supra, pag. 7, n. 6.
Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 76.

[2] "De las cosas del P. Maestro Simon no hay que decir otro sino que han parado en mucho bien. Aquí creo irá una su letra y otra con ella de Nuestro Padre, á la cual me remito.„ Polancus, *ex com.*, Patri Jacobo Miron, 24 Februarii 1554.—"Acerca del P. Maestro Simon, acá Nuestro Padre puso su cosa y de los que habian informado dél en juicio de cuatro profesos, y oidas muy á la larga las partes de palabra y por escrito, se dió sentencia en escrito, aunque no se publicó sino delante de los cuatro jueces y [de los] dos que decian contra él y el mesmo Maestro Simon; y finalmente se reconoció mucho el Maestro Simon; y se han las cosas de tal manera concertado que han parado en mucha edificacion de todos; y él está bueno y contento en cuanto parece, y escribe una letra á los de Portugal por triplicadas. Envíola abierta para que V. R. la vea junto con la de Nuestro Padre y despues que las muestre á los que le parecerá ahí en Castilla (especialmente al P. Doctor Araoz) ó la copia dellas, cerradas las podrá enviar á Portugal. Sea Dios bendito, que tantos nublados ha reducido á serenidad por su bondad infinita. Túvose acá respecto á la encomienda de V. R.„ Polancus, *ex com.*, Patri Francisco de Borja, 8 Martii 1554. Hae litterae sunt, ad quas remittit Franciscum de Borja Ignatius suis eadem die datis. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 92.

[4] Vide supra, t, III, pag. 433, n. 960.

[5] Villabeltramensis Abbas, de quo saepius in hoc *Chronico* et in *Cartas de San Ignacio*.

omnino probabatur; et si omnino collegiorum hujusmodi cura fuisset suscipienda, potius alterius quam hujus Patris opera ad id uti voluissent. Regem autem non fore sollicitum affirmabant ut hic P. Petrus Domenech in Portugalliam rediret, si nostri curam istam puerorum, quod ad spiritualia attinet, susciperent; sed cum essent in Portugallia octo vel novem collegia hujusmodi orphanorum, non videbatur in eo rerum statu Societas eorum curam amplecti posse: aliquis etiam omnino designandus foret, si ea cura susciperetur, ut hujusmodi negotia apud Regem ageret, qui omnibus prospicere solitus erat; difficile etiam videbatur sacerdotes saeculares, qui eis domi praessent, regere, et per eos, quae ad spiritualem puerorum profectum pertinerent, curare, et si quid peccatum esset ab eis, facile nostris id tribui potuisset. Sed aliter Deus res disposuit; et P. Petrus Domenech in Portugalliam non rediit, nec nostri orphanorum curam suscipere coacti sunt [1].

1208. Hoc autumno significaverat Cardinalis Infans P. Provinciali se contentum fore ut hoc anno artium cursus non inchoaretur; quamvis enim P. Ignatius id tandem fieri jussisset, quod Cardinali videretur [2], auditis contrariis rationibus (eas proposuerat P. Provincialis non parum validas Cardinali), [sententiam is mutavit], dummodo sequenti anno tam philosophiae quam theologiae lectores Eborense Collegium haberet; et id sic intelligere Cardinalis videbatur, ut augerentur illius Collegii reditus, ita ut non solum praeceptores, sed et discipuli harum facultatum eo in Collegio sustentari possent, et ideo Eboram ire ipsemet constituit. Pauci tunc erant nostri in Portugallia, et multo plures sustentari poterant: cum enim Conimbricae quinquaginta essent, totidem alii sustentari poterant, et multo plures Rex libentissime sustentasset; et quia plurimis opus habebat, mirum in modum augeri nostrorum numerum laetabatur. Hoc autumno viginti tres Eborae erant, sed ea erat Cardinalis benignitas, ut multo plures ibidem ali possent, immo scholasticos litterarum humaniorum [3] obnixe ad se mitti postulabant: Rector

---

[1] Vide supra, pag. 360, n. 767.

[2] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 249 et 262, et supra, pag. 513, annot. 1 ad n. 1085.

[3] Intellige scholasticos ex nostris, qui litteris humanioribus addiscendis operam darent.

etiam Collegii Ulyssiponensis, quamvis aleret plus quam viginti, addi sibi scholasticos hujusmodi litterarum humaniorum petebat. Professorum Domus, quae decem et septem alebat, fere totidem alios ex eleemosynis alere poterat [1].

1209. Contrario modo se res habebat in Hispania, ubi, cum sese multi Societati offerrent, propter tenuitatem aut paupertatem collegiorum sustentari non commode poterant, et ideo P. Franciscus Borgia magnopere consolatus est nostros lusitanos cum diceret se multos in Portugalliam missurum esse, si ita ipsis videretur, qui statim responderunt pro magno beneficio se habituros, licet centum ad se mitteret; erat enim eis habenda ratio collegiorum, quae in India et Brasilia inchoabantur, et in Magno Congo petebantur, et Portallegrensis [2] ac Algarbiensis Episcopus [3] pro suis collegiis erant solliciti, et civitas Portuensis; et ideo multis opus habebant [4].

1210. Profectus est ergo Eboram P. Miron, et in oppido quodam, quod est in itinere, Societatis studiosissimo, die dominico mane concionatus est, et cum se in xenodochium recepisset, tam ipse quam socius aliquot confessiones audierunt: eo in oppido gravissimas quasdam extinxit [dissensiones], ex quibus caedes timebantur, cum injuriae praecessissent, et cum uterque adversarius et utriusque parentes adessent, qui, Deo dirigente, ex locis remotis advenerant; cum eis P. Miron loquutus est, et, Dei beneficio, rem transegit; et postridie templum adeuntes, coram viris nobilibus in signum amicitiae sese mutuo complexi sunt, et alterius ex reconciliatis confessionem P. Antonius Quadros, Provincialis comes, audivit; et ut erant notissimae inimicitiae, ita pax magnae aedificationis illi oppido fuit, et Cardinalis Infans gratissimam eam habuit.

1211. Lustrabat is dioecesim suam, et ita, eborensibus fratribus salutatis, ad eum se contulit P. Provincialis et simul Moram (oppidum illud est insigne, ubi P. Miron concionatus fuerat [5])

---

[1] Vide supra, pag. 538 et 539, nn. 1153 et 1154.

[2] Julianus de Alva.

[3] Joannes de Mello.—Et corrige loca, in indicibus praesertim, in quibus supra in hoc *Chronico*, et in *Litterae Quadrimestres*, t. II, unum eumdemque fecimus Algarbiensem seu Algarbiorum Episcopum et Portallegrensem.

[4] Vide supra, pag. 554, n. 1190.

[5] Paulo aliter haec narrat TELLEZ: "se partio o Padre Provincial Diogo Mirám (levando por companheiro o Padre Antonio de Quadros) pera Moura, que he huma das

iverunt; cives autem, qui magna charitate Provincialem prosequebantur, eum ad christianam doctrinam concionibus explicandam adegerunt. Erat ibi Collegium puerorum orphanorum, sed non bene administrabatur. Injunxit autem Cardinalis eidem Provinciali ut bene vivendi normam illis praescriberet totamque rem componeret; et cum regulas quasdam conscripsisset, valde Cardinali placuerunt. Ibidem Societas erat charitatis proximis annis inchoata, sed per praesentiam Provincialis corroborata et bene constituta fuit; socii autem singulis mensibus ut minimum confitebantur, alii octavo quoque die; ejus Societatis praefecti pueris necessaria suppeditabant; quidam autem sacerdos eis domi regendis praefectus est, et curaturus ut a visitatore ordinario singulis annis viserentur. Ita factum est, ut domus puerorum et Societas charitatis in meliorem formam redactae fuerint. Curatum est etiam ut quidam inter se discordes in gratiam redirent; sed, his constitutis, morbo correptus fuit P. Provincialis, et febricitans in xenodochio, ubi divertebat, aliquot dies jacuit; et cum Cardinalis xenodochium inviseret, jacentem inter pauperes P. Provincialem Mironem invenit; paulo post Eboram jam convalescens se ad Collegium recepit [1].

1212. Quae impetravit hoc anno P. Miron, adjutus Infantium, fratrum Regis [opera] in auxilium Indiae, haec fuerunt. In primis Goënsi Collegio duo millia ducatorum annui reditus

---

principaes villas na Provincia de Alentejo, pera nella concluir alguns negoceos do serviço de Deos que deyxara começados em outro tempo que ally esteve em missám antes de ser Provincial.„ l. c., parte II, lib. v, cap. 15, n. 4.— Cave etiam ne intelligas sermonem hic fieri de oppido, de quo n. praecedenti sermo factus est. Non enim est Mora *(Moura)* in itinere Ulyssipona Eboram venientibus.

[1] Aliter etiam haec narrantur a Tellez: "Andando desta maneyra muy occupado em tam sancta empreza, foy tanto o trabalho de confissoẽs, et pregaçoẽs, et de outras obras espirituaes, a que acudia, com tanta diligencia, que sobre ser entam o tempo do Outono, lhe vèyo huma febre, mais causada do trabalho, que d' outro qualquer accidente: tratou logo o companheyro de o fazer recolher em alguma casa, porque muytas se lhe offreciam dos mais nobres da terra, pera com todo o cuydado o curarem, porẽm o servo de Deos, como tam amigo da pobreza, se foy recolher no hospital. Andava neste tẽpo o Cardeal Infante visitando o seu Arcebispado; et porque a piedade deste grande Princepe tambem era grande, nam se contentava com acudir ao bem das almas de suas ovelhas, senam que tambem tratava de lhes remediar os corpos enfermos, et elle em pessoa (tanta era sua charidade) entrava nos hospitaes, et os provia de todo o necessario. Acertou de entrar neste da villa de Moura, et foy dar com o Provincial da Companhia, que ally estava doente com cesoens, et ficou igoalmente admirado do encontro, et edificado da humildade do enfermo: agradeceolhe muyto sua Alteza o trabalho que tomàra sobre o que seu Officio lhe trazia, et logo deo ordem que se lhe desse melhor gasalhado, mais segundo a liberalidade do Cardeal, q' conforme a humildade do Padre.„ L. c., parte II, lib. v, cap. 15, n. 5.

perpetui ex ipso regio patrimonio, deinde quingentos aureos vel sexcentos, qui singulis annis colligebantur ex donis a Principibus Indiae Regi oblatis, et ad mille aureos aliquando ascendebant: confirmavit etiam [1] mille et quingentos aureos annui reditus perpetui, quos superius diximus [2] templis idolorum fuisse quondam applicatos, et instrumenta hujusmodi concessionum in Indiam missa fuerunt. Jussit etiam vinum, quod ibi valde charum est, cum ex Portugallia deferatur, Collegio dari, et ducentos aureos ad libros et alia emenda Collegio Goënsi. Concessit etiam cuidam novo Collegio, quod P. Gaspar erexerat pueris indigenis, ut in eo latinas litteras discerent, trecenta modia [3] oryzae annua vel amplius. Concesserant etiam Gubernatores cuidam hospitali, quod unus ex nostris instituerat, trecentos annuos aureos, et hujus hospitalis nostri curam Goae gerebant; hos etiam reditus perpetuos hoc anno Rex esse voluit, et harum concessionum scripturas in Indiam etiam miserunt.

1213. Collegium quoddam institutum erat in India in oppido Cranganor, ubi centum pueri sub quodam fratre Vincentio, paulo antea mortuo [4], instituebantur; hoc etiam Rex Societati donavit, quamvis non constabat quos haberet reditus; res tamen effectum non est sortita, et ratio inferius forte videbitur.

1214. Collegio Caulani, cui P. Nicolaus Lancillotus praeerat, hoc ipso anno quadringenti aurei annui reditus applicati fuerunt, quos ex India scripserant ad quinquaginta pueros (totidem enim ibi instituebantur) sufficere. Quaedam etiam alia, ut altare penicillo depictum et campanam in ecclesiae usum, concessit [5]; ac praeterea quidquid necessarium esset nostris, qui in Provincia japonensi versabantur, quamvis ea Regi Portugalliae subjecta non esset, dari jussit, et in arce sua Malacae, quae japonensibus caeteris vicinior est, suis ministris injunxit ut hujusmodi subventionem nostris suppeditarent, nam ad aedificationem japonensium valde pertinere intellexit ut sine ipso-

---

[1] Rex.

[2] Supra, t. I, pag. 475, n. 525.

[3] Mensuram intellige, quae lusitanice dicitur *fanga*, hispanice *fanega* (vide supra, pag. 484, n. 1022), quod alii latine vertunt *medimnum*, alii *modium*. Est tamen *fanga*, *fanega*, medimno Attico minor mensura, modio major.

[4] Fr. Vincentius de Lagos, O. S. F. Capuccinorum, de quo vide supra, t. II, dum de rebus Indiae.

[5] Rex Portugalliae.

rum sumptu evangelium eis praedicaretur, et aliud lucrum quam animarum salutem nostri non quaererent.

1215. Injunxit praeterea omnibus ducibus arcium suarum in Indiae regionibus ut, quacumque in re possent et eorum opera a nostris requireretur ad infidelium conversionem, illis praesto essent, et quodcumque possent auxilium praeberent; ac id in specie injunxit, ne ullis saracenis navigandi licentiam praeberent in tractu quodam maris, ubi christiani Caput Comurini habitant, et nostri ad eos in christiana religione conservandos per varia loca discurrunt, ne vexarent novas illas plantas, et ita magis adolescere et radices agere possent: ipsis etiam neophytis Capitis Comurini et Malucarum scripsit Rex litteras, quibus eos ad perseverantiam animabat; sic enim nostri admonuerant [1] christianos illos et consolationis multum et animi accepturos; et quia de quodam ex illis ducibus nostri scripserant quod magno zelo negotium religionis promoveret, ac proinde ad Dei gloriam fore si in eodem officio perseveraret, id etiam Rex concessit, et consuetum tempus officii prorogavit.

1216. Commisit etiam D. Petro Mascaregnas ut posset nostris dare ecclesiam illam, quae est in civitate Cochin prope Collegium nostrum, et ut posset Collegium nostrum Goënse in situm alium transferre, nam parum salubris esse credebatur ille, in quo erat: et quia cogitaverat aliquando P. Gaspar et scripserat utile fore si Goënse Collegium divideretur, et ejus pars una in civitate Tanaa prope Bazainum constitueretur, ubi Societas nostra bonam ecclesiam et hortum commodum habebat, quod illa civitas coelo admodum temperato et salubri uteretur, ut ibi philosophiae et theologiae nostri studerent, et tantum qui majoribus litteris darent operam Goae manerent: hoc etiam novo Pro-regi, ut [2] amantissimo et Dei zelum habenti, commissum est, et ita quaedam aliae immunitates et gratiae, quas nostri in gratiam novorum christianorum Indiae postularunt [3].

---

[1] Regem.

[2] Societatis?

[3] "La division de los niños y de los nuestros en Goa bien creemos para la Compañía nuestra haber sido conveniente; para los niños el estar mezclados con los nuestros podria ser les ayudara algo; mas todo computado, acá ántes pareceria que se ha acertado en la division que lo contrario; pero el P. Mtro. Francisco verá esto más de cerca y á él se puede todo remitir. Y así mismo la division de los nuestros de Goa, enviando

1217. In Brasilia etiam praeter ea, quae dare solitus Rex erat, jussit omnia necessaria ad Collegium in civitate Salvatoris instituendum, ubi litterae humaniores et casus conscientiae praelegerentur.

Et haec de Provinciali Portugalliae et rebus, quae ab eo gestae sunt, sufficiant.

---

parte a Tanaa por ser sana y barata. Pero si sin esperar les pareciere á los de la consulta con voluntad del Virey que conviene tal division, Nuestro Padre se remite.„ Polancus, *ex com.*, Patri Jacobo Miron, 26 Julii 1554.

DE REBUS TITUANI IN AFRICA

1218. Versabatur P. Joannes Nugnez Tituani, quae civitas est in regno Fessae, initio hujus anni cum Fratre nostro Ignatio Bogado, et tantum auctoritatis ei conciliaverat apud barbaros virtus omnibus perspecta, ut in magna admiratione apud saracenos esset: accidit autem ut Rex Argeliae cum exercitu in regnum Fessae veniens, Jarifam (sic vocant ejus et aliorum quorumdam regnorum Principem) profligavit ac regno expulit, et captivorum christianorum magnam copiam eidem abstulit, quos pretio satis vili vendere volebat, nam ducentos captivos, inter quos complures erant nobiles, viginti millibus ducatorum, scilicet singulos centum aureis redimi sinebat: haec itaque causa fuit propter quam P. Joannes Nugnez, qui sex annos in Africa fuerat, captivorum commodis tum animae tum corporis inserviens, multosque, qui jam a christiana religione defecerant, diligentissime revocans, et alios ne deficerent in officio continens, plurimos etiam, quaesitis ex tota Hispania eleemosynis, redimens, in Portugalliam venire decrevit, ut ad ducentos illos redimendos pecuniam curaret.

1219. Quinta ergo die Februarii, relicto socio ut captivorum commodis consuetam operam navaret, ex regno Fessae profectus sub medium mensem Februarii Ulyssiponam pervenit, et secum triginta et quatuor captivos adduxit, quorum major pars puerorum ac puellarum erat, qui fidem jam negaverant, ad saracenorum vel judaeorum perfidiam declinando: hanc ergo turmam a daemonis faucibus ereptam Regi Portugalliae praesentavit, qui pro sua pietate magnopere laetatus est: inter alios

etiam multos horum conspectus non mediocris commiserationis causa fuit.

1220. Collocavit autem P. Joannes Nugnez quasdam ex eis puellis in matrimonio; alias ab eo postulabant, quas dare non potuit, donec frater noster Ignatius Bogadus Tituano duodecim vel tredecim alias ad se mitteret, de quibus ei scripsit, postquam in Lusitaniam venit, ad quod mille fere et ducentos aureos per litteras ad eum transmiserat, et plusquam mille et amplius paulo ante missos, et aliam summam majorem brevi missurus erat, cum eleemosynae magnae ad redemptionem captivorum ea in urbe ipsi offerrentur. Nobilis quaedam mulier ad hoc pium opus duo millia ducatorum promisit, quae pro suo arbitrio in redimendis captivis dispensaret; sed significavit illi P. Joannes Nugnez se pecuniam non accepturum sed litteras, quibus ea pecuniae summa in civitate Ceuta, quae sub Rege Portugalliae Tituano vicina est, recuperaretur, missurum, et fratri, quem Tituani reliquerat, scripturum ut captivos inde mitteret juxta formulam redemptos, quam ipse scripturus erat; et ita cum illa muliere convenit. Alii etiam alias pecuniarum summas offerebant, ad quas conservandas ex praescripto P. Mironis tres depositarii electi fuerunt, qui etiam procuratorum officio ad negotia captivorum fungerentur, et pecuniam in Africam per litteras transmitterent. Quod autem attinet ad praecipuum illud negotium, ad quod venerat, ducentorum scilicet captivorum, paucis diebus summam viginti millium ducatorum curavit, et per litteras Hispalim mittere summam illam volebat; sed destitit ab ea mittenda propterea quod Rex Argeliae pretium auxit et captivos secum abduxit, et tredecim aut quatuordecim millia ducatorum praeter ea, quae jam curata fuerant, quaeri oportebat.

1221. Fuit autem ejus reditus in Africam impeditus propter missionem in Aethiopiam, de qua paulo inferius agetur; et cum P. Miron Provincialis ipsi injunxisset ut in Portugallia maneret, tam Olyssiponae quam in aliis collegiis omnium virtutum exemplar insigne ac obedientiae se praebuit: didicit statim regulas, et quamvis negotiis religionis [1] distentus esset magnopere, ne in minima quidem re sui dissimilis videbatur; et quo-

[1] Sic; rectius, ut videtur, *redemptionis*.

ties aliquid erat acturus, facultatem ad id petebat; et ejus humilitas ut et aliae virtutes omnibus numeris absolutae videbantur: studebat, si quando vacaret, illis rebus, quae in Aethiopia usui esse poterant; plurimi autem eum adibant vel ut aliquid ab eo intelligerent de captivis, qui ad eum pertinebant; alii, quibus rationibus commodius redimi possent: mense Martio in hebdomada sancta triginta captivi Tituano venerunt, plerique etiam ex eis pueri vel foeminae erant; nam Ignatius Bogadus, juxta praescriptum P. Nuñez, diligenter etiam suo officio fungebatur. Quidam ex his, qui inflammati fuerant ad hoc pium opus, testamento reliquit omnia bona sua P. Joanni Nugnez, quae ad sex millia ducatorum aestimata sunt, ut ad redimendos captivos ea expenderet.

1222. Quia vero quaedam habebat dubia ad conscientiam pertinentia in negotio hujusmodi redemptionis, Conimbricam se contulit, ut cum eis Universitatis publicis lectoribus ea conferret. Accepit autem litteras ex variis Hispaniae locis, ut Hispali et Toleto, ab hominibus, quibus fama notus erat, et ei significabant quod confraternitas quaedam inter mercatores divites complurium locorum Castellae instituebatur ut singulis annis bonam pecuniarum summam [colligerent] ad hujusmodi captivos, pueros praesertim et puellas, redimendos, nam his periculum majus quam adultis imminebat; et a quodam viro valde religioso, Fr. Ludovico de Sandoval, huic captivorum redemptioni valde addicto, invitatus fuit ut Hispalim veniret ut aliqua ad hoc opus valde utilia futura ibi tractaret; et interim sexcentos aureos se misisse Ceutam scripsit ut aliqui pueri redimerentur: quamvis autem ad pium hoc opus valde propensus esset bonus P. Joannes, cum obedientiam aliud praescribere videret, nullo modo dubitavit illud ipsum Deo magis gratum fore.

1223. Conquerebantur interim captivi Tituani quod P. Joannes Nugnez eo non rediret, et scriptum est P. Natali eum consulendo an aliquis sacerdos ex nostris P. Joannis loco Tituanum mitti posset; ipse tamen inconsulto P. Ignatio nihil decernere hac de re voluit: non tamen Ignatium Bogadum Tituano revocandum censuerunt, de cujus virtute confidebant quod etiam solus utiliter ibi versari posset sine sui spiritus detrimento, de captivis benemerendo; non poterat tamen sacramenta ministrare, et ita nonnulli ex captivis absque confessio-

ne ex hac vita decedebant, quos tamen Ignatius Bogadus, tam in corporalibus quam in spiritualibus eorum laboribus, praesto erat, et pro virili adjuvabat: gerebat etiam se egregie in redemptione captivorum et in eisdem in Portugalliam mittendis [1]. P. quidem Ignatius, de mittendo sacerdote consultus, facultatem dedit Provinciali ut, si quem idoneum sacerdotem ad pium illud opus prosequendum haberent, Tituanum mittere possent [2]; et quia missiones multae in Indiam et alia loca transmarina erant faciendae, nihil hoc anno constituerunt.

1224. Nobilis quidam et alii officiales confraternitatis *Misericordiae* olyssiponensis, quae fertur singulis annis triginta millia ducatorum et eo amplius in pauperibus sustentandis et aliis pietatis operibus [expendere], postularunt a P. Joanne Nugnez ut cum alio quodam viro Argeliam se conferret ut redemptionem ducentorum illorum captivorum, quos Rex Argeliae secum abduxerat, capta Fessa, absolveret, quandoquidem propter ipsam in Portugalliam venerat; sed cum P. Joannes Nugnez obedientiam et quasdam rationes quibus se excusabat obtenderet, a Rege illi hoc postularunt, et Rex quidem tunc id concessit, sed deinde memor quod mense Martio [3] cum classe Indica versus Aethiopiam P. Joannes mittendus esset, accersivit P. Mironem Provincialem, et, cum ab eo intellexisset quod, si Argeliam iret, non poterat redire ad constitutum Indicae navigationis tempus (jam enim autumnus appetebat), noluit P. Joannem Nugnez Argeliam ire, sed, eo accersito ut sententiam ipsius de ratione hujus redemptionis audiret, officicialibus *Misericordiae* satisfecit.

1225. Saraceni, qui Tituani erant, optime de Ignatio Bogado sentiebant, et sanctum illum vocabant, et summopere ejus patientiam in ferendis injuriis mirabantur, cum tamen, si apud jndicem fuisset conquestus, sciret eos, qui injuriam intulerant, dure castigandos fore. Miserat P. Joannes Nugnez ad Ignatium, socium, plus quam duo millia ducatorum, et totidem missurus

---

[1] Quae hucusque a num. 1218 continentur, desumpta sunt ex litteris, quas habes in *Litterae quadrimestres*, t. II, pag. 583 et 671.

[2] "Para la redencion de los cautivos, hubiendo tal persona, que para esta empresa fuese conveniente y si se pudiese escusar en Portugal, no hay duda que seria muy conveniente.„ Polancus, *ex com.*, Patri Jacobo Miron, 26 Julii 1554.

[3] sequentis anni 1555.

erat ad captivos redimendos; et ex accepta pecunia multas ille puellas ac pueros de manu turcarum redemerat, et inter alios puellam quamdam, quae jam ferro in barba notata fuerat more mulierum saracenarum; alium etiam virum, qui fidem abnegaverat, sed deinde poenitentia ductus fuerat, curavit P. Joannes Nugnez redimendum. Habebat interim curam Ignatius plus quam 40 captivorum aegrotantium, ad quos licet cum magna expensa curandos, eleemosynas ex Hispania a piis hominibus missas accipiebat.

Et haec de Tituano et redemptione.

DE HIS QUAE AD MISSIONEM AETHIOPICAM PERTINENT

1226. Anno proxime praeterito constituerat Rex Portugalliae Joannes Patriarcham et alios, in Aethiopiam mittendos, primo quoque tempore in Indiam transmittere [1]; quamvis enim vicinior sit Aethiopia Europae, ratio navigationis lusitanorum haec erat, ut prius in Indiam irent, et inde opportuno tempore, quo ad mare Rubrum navigari commode potest, in Aethiopiam trajicerent. Scripserat autem P. Ignatio trigesima Junii anni praeteriti optare se ab ipso intelligere, quem de Societate eligere Rex ipse deberet ad dignitatem Patriarchae, dotes illius exprimendo, ut earum habita ratione melius posset Rex constituere quem esset electurus; et quamvis multis rationibus ad lusitanum potius quam ad externum esset propensus, in re tamen tanti momenti ad Dei honorem non se magnam rationem nationis habiturum significabat, sed eum qui magis idoneus esset futurus se praeferre velle; et hominem, qui in remotissimis regionibus officium plantandi fidem et bonos mores esset habiturus, suggerabat non vulgaris virtutis esse debere; et quia cum Patriarcha alter propemodum ei aequalis mittendus erat, qui, eo defuncto, [in munere Patriarchae succederet,] hujus etiam qualitatem ac dotes explicari a P. Ignatio volebat, atque alios praeterea decem aut duodecim religiosos Societatis simul cum Pa-

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 15, n. 20, et pag. 399, n. 879.

triarcha mitti cupiebat, et circa illos etiam judicium P. Ignatii intelligere, et quaecumque alia suggerenda viderentur ad hanc missionem, a P. Ignatio sibi suggeri postulabat [1].

1227. Moverat Regem Joannem ut de Patriarcha in Aethiopiam mittendo ageret, quod Claudius [2], Aethiopiae Rex, sive quod opera lusitanorum indigeret ut se a saracenis vicinis melius defenderet, sive quod religionis catholicae amor ei a Domino donatus eum urgeret, postulaverat a Portugalliae Rege ut Patriarcham suis regnis a Sede Apostolica impetraret; et quamvis ex duobus his, quod priori loco dictum est, forte magis Regem Aethiopiae Claudium movit (ut postea rerum eventus edocuit), nihilominus quod secundo loco diximus, verisimile fiebat; nam ut intellexit quidam Franciscus Alvarez, qui librum de rebus Aethiopiae scripsit, ubi aliquandiu versatus fuit [3], aethiopes hi viginti annos et amplius sine Patriarcha fuerunt, eo quod Rex ille (quem alii Prestejoannem, alii pretiosum Joannem

---

[1] Habes has Regis Portugalliae ad Ignatium litteras in *Cartas de San Ignacio*, t. III, pag. 520.

[2] Sic; saepius tamen ab iis, qui de rebus Aethiopiae agunt, scribitur *Glaudios*.

[3] "P. Francisco Alvares, Presbytero secular, natural de Coimbra, mandado por el rei D. Manuel como companheiro de Duarte Galvão, na embaixada que dirigiu ao imperador da Ethiopia, em retribuição da que d' este recebêra. Partiu o P. Alvares de Lisboa a 7 d' Abril de 1515; porém tendo falecido Duarte Galvão antes de chegar ao seu destino, e sendo nomeado para o substituir D. Rodrigo de Lima, a este acompanhou o padre, chegando ambos a côrte da Abissinia em Abril de 1520. Depois da residencia d' alguns annos n' aquelle imperio, voltou a Portugal com o embaixador, desembarcando ambos em lisboa a 24 de Julho de 1527. Fez depois a jornada de Roma, acompanhando a embaixada de obediencia, que o imperador da Ethiopia mandára ao summo pontifice, reconhecendo-o como chefe da egreja universal. Concluida esta commissão, veiu o P. Alvares novamente para Lisboa, e aqui publicou a narração da sua viagem, e do que observára em sua demorada residencia na Abissinia. Esta obra sahiu com o titulo: «Verdadera informaçam das terras do Preste Joam, segundo vio e escreveo ho padre Francisco Aluarez, capellã del Rey nosso senhor. Agora nouamẽte impresso por mandado do dito senhor em casa de Luis Rodríguez liuereiro de sua alteza.» E no fim tem: «A honra de deos e da gloriosa virgẽ nossa sñra se acabou ho liuro do Preste Joã das indias em q se conta todos hos sitios das terras, e dos tratos e comercios dellas, e do que passara na viaje de dom Rodrigo de Lima que foy por mandado de Diogo lopez de sequeira que entam era gouernador na india: e assi das cartas e presentes que ho Preste Joã mandou a el Rey nosso senhor, cõ outras cousas notaueis q ha na terra. Ho qual vio e escreueo ho padre Frãcisco aiuarez capellã del Rey nosso senhor com muita diligencia e verdade. Acabouse anno da encarnaçam de nosso sñor Jesu christo a hos vinte duos dias de Outubro de mil e quinhentos e quarenta annos». Fol. gothico, com 136 folhas numeradas por una só face, sem contar as do rosto, prologo e indice. Traz na folha do rosto por cima do titulo uma estampa aberta em madeira, que representa a entrada do embaixador na côrte da Abissinia; e no fim tem outra, em folha separada, com a divisa do impressor. E obra rara, e de muita estimação". INNOCENCIO FRANCISCO DA SILVA, *Diccionario bibliographico portuguez*, t. II,

vocant; eorum lingua *Neguz* [1] dicitur et Regem vel Imperatorem sonat) negabat se Patriarcham aliunde suscepturum quam a Sancta Sede Apostolica Romana; quos enim ad id usque tempus acceperant, a Patriarchis Alexandrinis, Coftorum haeresibus infecti, mittebantur; et ita sine Patriarcha, quamdiu ille vixit, in Aethiopia fuerunt, scilicet decem annos: successit autem illi filius, qui hujus etiam sententiae haeres fuit, et etiam sine Patriarcha tredecim vel quatuordecim annos fuit, quod nec Roma mitteretur, nec ab Alexandria eum admittere vellet; sed cum populus vehementer conquereretur quod perpaucos jam haberent sacerdotes (nam ab unico Patriarcha sacerdotes ibidem consecrari soliti erant), et ecclesias ministris destitui, unde timendum erat ne religio christiana deficeret, adductus est Rex ille Aethiopiae ut permitteret Patriarcham ex Alexandria adduci.

1228. Probabile autem fuit quod hi reges hanc sententiam tam multos annos tenuerint post concilium Florentinum sub Eugenio quarto celebratum, ubi congregati leguntur Patriarchae Alexandriae, Antiochiae et Constantinopolis, et constitutum inter omnes fuit, praeter alia multa, quod Summus Pontifex Romanus omnium christianorum caput et pater erat; et cum David, Rex Aethiopiae, hujus Claudii pater, ad Summum Pontificem Romanum litteras dedit, librum etiam Eugenii IV ad eum transmisit, ubi res hujusmodi continebantur. Refert idem Franciscus Alvarez se intellexisse a Patriarcha Marco (sic enim dicebatur qui Aethiopiae ecclesiae tunc praeerat) quod prophetiam aethiopes habebant, quae affirmabat homines ex ultimis terrae finibus venturos esse, qui cum ipso conjungerentur, et quod ab ecclesia romana mittendus erat, qui ecclesiae Aethiopiae praeesset, et tempus illud jam instare Patriarcha Marcus asserebat ut ex patriarcharum numero colligebatur; ex his igitur fieri potuit ut Rex Claudius moveretur, et ideo Regi Portugal liae scriberet, ut hunc sibi Patriarcham a Sede Apostolica Romana procuraret.

---

pag. 328.—Librum hunc, et alium Damiani de Goez, et tertium manuscriptum, a Patribus lusitanis expetivit Ignatius ut melius res Aethiopicas cognoscere valeret. Ita saepe in Polanci, *ex com.*, litteris, quas dabit *Nova series litterarum Sancti Ignatii.*

[1] *Nuguz* et *Nugú* scribit TELLEZ, *Historia de Ethiopia a alta.—Negaz.* ORLANDINI, lib. XIV, n. 109.

1229. Cum autem P. Ignatius has litteras Regis Joannis accepisset [1], re Domino multis orationibus commendata, intelligere etiam voluit eorum, qui in his provinciis [2] versabantur, animi promptitudinem ad hujusmodi missionem, et quidem in scriptis; et cum omnes fere non solum promptos sed etiam alacres et propensos ad missionem aethiopicam invenisset, trium prae caeteris qualitates ac dotes descripsit, ut eorum unus in Patriarcham, et duo alii in coadjutores et successores ejus eligerentur; et propensior videbatur ad P. Joannem Nugnez, qui tunc erat Tituani, ut Patriarcha eligeretur: alii duo, P. Andraeas de Oviedo et P. Melchior Carnero erant: electionem tamen Regi relinquebat ut inter hos Patriarcham eligeret [3].

1230. Cum autem 25.ª Decembris anni proxime elapsi ad Regem scripsisset ac responsum ejus litteris fecisset [4], libentissime ejus litteras Rex perlegit, et modum, quem tenuerat P. Ignatius, vehementer probavit, et informationem etiam personarum ac praesertim trium illorum considerans, nominavit Rex P. Joannem Nugnez in Patriarcham, prout suis litteris 28 Februarii hujus anni datis testatur [5], et ad id motus fuit tam propter bonam famam sanctitatis, quam de eo Societas habebat, quod se optime in rebus hactenus sibi commissis gessisset, quam propter cognitionem, quam ipsemet Rex habebat: coadjutores autem et successores (nam hi duo potius quam unus esse debere videbantur) P. Andream de Oviedo et P. Melchiorem de Carnero esse debere constituit; uter autem alter alterum in successione praeire deberet, P. Ignatii judicio Rex committebat: de P. Mirone ac P. Cornelio [6] venerat in mentem Regi cogitare; sed quia P. Miron Provincialis tunc erat Portugalliae, et P. Cornelius in Magno Congo tunc procul a Portugallia versabatur, neutrum illorum a suo munere removendum judicavit: Patri autem Ignatio scripsit ut ex aliis in Aethiopiam mittendis aliquos

---

[1] Litteras scilicet, de quibus supra, n. 1226.

[2] Hispaniae, Portugalliae et Italiae.

[3] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. III, pag. 379.

[4] Sermo est de litteris, de quibus supra, annot. praecedenti; sed observa eas hic datas esse ici *25.ª* Decembris; in *Cartas de San Ignacio*, l. c., *26.ª* et a Rege Portugalliae, litteris infra memorandis, *28.ª* Mirae sunt horum numerorum metamorphoses, dum sub plurium successive librariorum calamis transeunt.—In *Regesto litterarum Sancti Ignatii*, II, fol. 164 v., est satis perspicue *28.ª*

[5] Eas vide in *Cartas de San Ignacio*, t. III, pag. 522.

[6] P. Cornelius Gomez.

Episcopos designari curaret, unum certe vel duos, qui tamen omnes consecrari in Portugallia poterant; non tamen expedire visum est ut alii in Episcopos crearentur, praeter duos coadjutores et successores jam dictos, ex quibus P. Andream priori loco nominandum P. Ignatius censuit.

1231. Suggesserat inter alia P. Ignatius Regi Commissarium Sedis Apostolicae aliquem de Societate nostra in India constitui debere, qui Goae resideret, et cum opus esse videretur, inde in Aethiopiam transiret et visitaret Patriarcham, quo sic melius ille in officio contineretur et in Summi Pontificis et ejus Sanctae Sedis obedientia, vel si non posset ipsemet ire, alium suo loco posset substituere ad hujusmodi visitationem, et ad hoc officium Commissarii P. Gasparem, Rectorem Collegii Goënsis, nominaret: hoc etiam Regi magnopere placuit, et ut id a Summo Pontifice impetraretur pergratum sibi fore scripsit.

1232. Quod ad facultates attinet, P. Ignatii judicio Rex totum hoc negotium committebat; id tamen addebat, quod amplissimae esse deberent, quandoquidem vix multis annis a Sede Apostolica responsum ibi haberi poterat propter communicationem multis modis impeditam, et facultatum hujusmodi, quae impetratae essent, exemplum ad se mitti voluit, et Dno. Alfonso de Alincastro, qui praeceptor major ordinis militaris Christi erat et ipsius Legatus in romana curia, serio commisit ut nomine ipsius Regis a Summo Pontifice peteret quicquid ad hujusmodi expeditionem opus erat: a P. etiam Ignatio postulabat ut primo quoque tempore duodecim de Societate nominaret, ex quibus saltem octo sacerdotes esse debere judicabat, quamvis omnes sacerdotes maluisset; et suo Legato commisit ut necessaria ad iter conficiendum usque in Portugalliam omnibus, qui ex aliis Provinciis mittendi essent, praeberet: quinque hi fuerunt, scilicet Patres Andreas de Oviedo et Melchior Carnero, et PP. Joannes Bochiu, Michaël Barul et Thomas Passitanus; hi tres professionem trium votorum Romae emiserunt [1],

---

[1] Scilicet 14.ª Septembris hujus anni 1554 in manibus Sancti Ignatii. Cod. rom. *Professi et alii ad 1570;* ubi nomen primi sic scriptum est *Boukiica,* et inter "Professos trium votorum Indiae Orientalis„ *Joannes Thomas Bocchiu de Trazeignies;* tertii autem *Jo.* Thomas Passitanus.

nam duo priores in Episcopos a Summo Pontifice electi ac successores Patriarchae quatuor vota emiserant [1]: tres alios ex Hispania mitti P. Ignatius jussit ut facilius reliquos Provincia Portugalliae assignaret [2].

1233. Cum P. Miron Provincialis significasset P. Joanni Nugnez quod in Aethiopiam iturus erat, perlibenter accepit; ut enim in Africa inter Saracenos libenter ob obedientiae et charitatis exercitationem versabatur, ita et in Turcia et in Aethiopia libentissime vitam ad Dei gloriam impendere paratus erat; sed dure admodum accepit quod ad Patriarchae officium a Rege nominatus est, et ita ille P. Ignatio scribit sexta Aprilis per Christi vulnera supplicans ne juberet ullam dignitatem admittere, praesertim Patriarchae; hoc enim erat inter ea, quae

[1] P. Andreas de Oviedo professionem emiserat Gandiae 25 Martii 1549 in manibus P. Antonii de Araoz. Vide supra, t. III, pag. 13, annot. 1.—P. Melchior Carneiro Romae, 24 Junii 1554, in manibus Patris Nicolai Bobadilla. Vide supra, pag. 8, n. 7.—P. Joannes Nuñez Ulyssipone, 8 Septembris 1554, in manibus Patris Jacobi Mironis, Provincialis Lusitaniae. Cod. rom. *Professi et alii ad 1570.*

[2] Quoniam discrepant nonnihil inter se qui de istis agunt scriptores in designandis iis, qui ad Aethiopicam missionem navigarunt, juvat hic eorum nomina, prout a Polanco, Orlandini et Tellez describuntur, exhibere:

POLANCUS.	ORLANDINI.	TELLEZ.
1. P. T. Quadros.....	P. T. Quadros.....	P. T. Quadros.
2. P. Franc. Rodriguez.....	P. Franc. Rodericius.....	.....
3. P. Em. Fernandez.....	P. Em. Fernandez.....	P. Em. Fernandez.
4. P. Jo. Bocchiu.....	P. Jo. Bocchius	P. Jo. flander.
5. P. Mich. Barul.....	P. Mich. Barulus.....	P. Mich. Calataud, catalanus.
6. P. Andr. Gonzalez.....	P. Andr. Gonzalez.....	P. Andr. Gonzalez.
7. P. Jo. Thomas Passitanus.	.....	.....
8. Fr. Pasqualis.....	P. Paschalis.....	P. Paschalis, catalaunus.
9. Fr. Alph. Lopez.....	P. Alph. Lopez.....	P. Alph. Lopez.
10.	P. Hieron. Concha..	P. Hieron. Cuenca.
11.	Fr. Anton. Acosta..... ...	.....
12.	.....	Fr. Jo. Gonçalves.
13.	.....	Fr. Barth. Carrillo.
14.	.....	Fr. Franc. Lopez.
15.	.....	Fr. Gund. Cardoso.
16.	.....	Fr. Anton. Fernandez.
17.	.....	Fr. Jo. de Bustamante.

An ii omnes Patrem Melchiorem Carneiro vela Ulyssipone solventem comitati sint, qua in re etiam discrepant auctores, videbitur anno proximo.

altissime ejus animo fixa erant, ut numquam dignitatem ullam admitteret, ad quam se talentum idoneum non habere cognoscebat, et ad hanc praesertim, quae non solum fidem inserere catholicam in illis latissimis provinciis debebat, sed haereses et superstitiones ac ritus, catholicae religioni contrarios, funditus evellere; quod negotium alio judicio, eruditione, prudentia et gratia, quam ipse in se agnoscebat, prorsus indigebat; et timebat animae propriae sub tanto onere periculum [1].

1234. Quia tamen in omnibus, quae peccata mortalia clare non essent, obedientiae se submittere omnino constituerat, se totum in manibus P. Ignatii resignavit, id protestans, quod si propter ignorantiam aliquid non minus bene gereret, nolebat ad rationem de eo reddendam teneri, quandoquidem se declarabat insufficientem ad tale officium, quamvis intellectum et voluntatem P. Ignatio submittebat, a quo petiit ut sibi suam sententiam ea de re scriberet, quam penes se servaturum [ajebat], quamdiu viveret, ad suam consolationem et ut daemoniis eam obedientiam objiceret, cui se subjicere debebat; et quia se litteris ad tantum munus necessariis praeditum non esse sentiebat, PP. Franciscum Rodriguez et Antonium de Quadros, qui claro ingenio et eruditione pollerent, postulabat, et ad temporalia negotia quemdam Bernardinum Discalzium, fratrem nostrum, natione italum, qui Societatis negotia in Portugallia gerebat [2]; et quamvis P. Miron duos priores necessarios esse in Portugallia dicebat, tamen utrumque P. Ignatius mittendum censuit.

1235. Visum autem fuit expedire Legato Regis Portugalliae [3] ut Summus Pontifex in virtute obedientiae tam Patriarchae futuro quam coadjutoribus ejus injungeret ut has dignitates admitterent; et facile impetravit, cum P. Ignatius ei minime resistendum censuisset, cum hujusmodi dignitates, potius ad vitam inter labores et pericula gravissima Deo consecrandam

---

[1] Harum litterarum partem affert P. EUSEBIUS NIEREMBERG, *Varones ilustres de la Compañia de Jesus*, ed. ant., t. III, pag. 188, et recent. Bilbaëns, t. II, pag. 393.

[2] Vide supra, t. III, pag. 405, annot. 1, et *Litterae Quadrimestres*, t. I, pag. 571. Hunc Bernardinum non judicavit Ignatius satis aptum ad negotia Aethiopica in Aethiopia vel in India gerenda ideoque mittendum non censuit. Ita Polancus ad P. Jacobum Miron.

[3] Intellige Legatum, quem Rex Portugalliae in curia romana habebat, Alphonsum de Alencastre, seu de Lancaster.

et communi bono impendendam, quam ad ullam propriam commoditatem [esse] animadverteret; immo ipsemet, ut devotioni P. Joannis Nugnez satisfaceret, 26.ª Julii injunxit ut hoc onus admitteret [1]; et ita bonus P. Joannes, ut suis litteris testatur, eam dignitatem admisit, a qua tantopere ejus animus aversus erat, ut potius electurus esset, ut undecima die Septembris scribit, quamdiu viveret, in ferreis vinculis captivus teneri, quam suam animam periculo Deum offendendi in hoc officio exponere: subjecit tamen humeros huic oneri, divinae voluntati obediens, per P. Ignatium ipsi declaratae, de divina sperans bonitate quod suppleret, quae ipsi deerant, quandoquidem propter solum ipsius amorem et morti et periculis maris se offerebat, a quo sic ejus natura abhorrebat, ut cantare solitus antequam in Societatem ingrederetur: „ At tu, saeve Aquilo, nusquam mea vela videbis.„

1236. Postulabat autem non solum auxilium orationum, sed et sociorum, quia forte decem annis subsidium Aethiopia novum acceptura non erat, postquam illi eo venissent, eo quod classis quaedam turcarum cum multis triremibus et quibusdam navibus mare illud rubrum, quod Mechae fretum vocant, infestabant: declarat autem idem Pater quod, nisi per obedientiam Summi Pontificis aut Superiorum ipsi fuisset injunctum, admissurus non fuisset hoc munus, et petiit per litteras a Legato Regis Portugalliae apud Pontificem ut Commissarium impetraret a Sede Apostolica qualem superius descripsimus [2], qui super ipsum et super omnes Patriarchas futuros vices Summi Pontificis gereret, et si opus esset, ut videret quomodo se gererent, et si opus esset reprehenderet; sibi autem gratissimum id futurum scribit, quod semper superiorem habere aliquem de Societate cuperet; et quia timebat mutationem, licet firmissimi, sui propositi, acquiescendi scilicet consiliis nostrorum Patrum, quod haec sit honorum et dignitatum hujus mundi natura, ut etiam quae firmiter sunt proposita mutare aliquando facit; et ita a Sede Apostolica hoc impetratum est, licet Commissarius hujusmodi electus non fuerit, mortuo P. Gaspare, et haerente in India, ut inferius videbitur, Patriarcha, qui decem tunc annos in Societate egerat, cum ad hoc officium promotus est.

[1] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 254.
[2] Supra, pag. 576, n. 1231.

1237. Expetebantur autem valde amplae facultates donec paulatim ad jus canonicum observandum, et Ecclesiae Romanae ritum imitandum aethiopes adduci possent [1].

1238. Mense autem Octobri in morbum gravem incidit designatus Patriarcha, et cum sanguinem ex brachio ejus copiose eduxissent, parum abfuit quin mortem obiret, cum ex vulnere a chirurgo facto et non bene ligato sanguis effluere coepisset; sed cum ipse tunc non obdormiisset, potuit auxilium petere ut sanguis retineretur, quamvis magnam copiam emisit sanguinis, et duplici tertiana febri, qua ardere sibi videbatur, morti vicinum se esse existimans, scripsit 21.ª Octobris quatuor vel quinque successores sibi designandos videri ut, ipso et aliquo ex aliis moriente, non propterea missio tanti momenti cessaret. Testatur etiam, tamquam qui in extremis esset constitutus, in litteris, quas ad P. Mironem scribit, quod judicat hanc minimam Societatem Jesu, ut ejus utar verbis, altiorem esse vocationem, quae eo tempore inveniri in orbe posset, et in ea praestantiora media proponi ad vitam aeternam assequendam, et protestatur quod in ipsa vitam finire vellet, licet eadem hora propter id mors esset subeunda.

1239. Placuit tamen divinae Bonitati sanitatem ei restituere, et mense Novembri scribit maximo se desiderio teneri subveniendi cuidam Provinciae, quae est in confinibus regni Aethiopiae, flumini illi vicina, ubi, quemadmodum refert ille Franciscus Alvarez, jam dictus, in suo libro, sunt centum et quin-

---

[1] Bullam, qua Julius III has facultates enumerat et concedit, lusitanice profert TELLEZ, l. c., lib. II, cap. XXI.—Data ibi dicitur apud Sanctum Petrum XVII Februarii 1554, Pont. an. V, sed mendum videtur esse in anno et scribendum *1555;* nondum enim mense Februario 1554 electus erat Joannes Nuñez in Patriarcham, et aliae litterae Apostolicae, in quibus de hac Bulla mentio incidit, datae certo sunt mense Februario 1555. —Hujus Bullae non meminit DELPLACE, in *Acta Sanctae Sedis in causa Societatis Jesu.* Meminit tamen aliarum Apostolicarum litterarum his verbis:

"13. [2] *Cum nos nuper.* Jul. III patriarchae Aethiopiae (Joanni Nunesio Barreto, S. J.) facultatem concedit in quibusvis regionibus regni Aznaf Saguad Pretiosi Joannis Imperatoris circumvicinis, facultatibus sibi concessis utendi.

R. ap. S. P. XV Feb. 1555, P. an. V.

Bull. patron. Portug., I, 187.—Rayn. ann. eccl. ad h. a. n. 25.

13. [3] *Cum nos nuper.*—Jul. III patriarcham Aethiopiae (Joannem Nunesium Barreto S. J.) ejusque coadiutores Andr. de Oviedo S. J. Hierapoliten. et Melch. Carneiro S. J. Nicen. episcopos a visitatione liminum apostolorum dispensat.

R. ap. S. P. XXI Febr. 1555, P. an. V.

Bull. patron. Portug., I, 188.—Rayn. ann. eccl. ad h. a. n. 26.„ DELPLACE, l. c., pag. 509.

quaginta ecclesiae, arcibus antiquis vicinae, in quibus imagines B.ae Virginis etiam tunc visebantur, ubi fuit Episcopus quidam a Summo Pontifice Romano constitutus, qui numquam successorem habuit, impedientibus bellis turcarum et saracenorum vicinorum, et ita a fide homines ob defectum sacerdotum exciderunt; et cum mitterent ad Regem Aethiopiae sex nuncios ut ab eo sacerdotes aliquos obtinerent, respondit ille se ex Alexandria Patriarcham assumere, et ita a mittendis sacerdotibus se excusarunt.

1240. Magno autem desiderio accendebatur P. Joannes Patriarcha his hominibus subveniendi, et timebat ne differretur expeditio litterarum Apostolicarum, ita ut Martio sequenti non possent proficisci qui designati erant: et suggerit P. Ignatio idem Patriarcha quod si nollet Summus Pontifex Commissarium super ipsum constituere, ut vellet P. Leonem cum ipso mittere, cui et ipse et duo Coadjutores ejus, qui ei successuri erant, obedientiam praestarent, et id secrete fieri posse per patentes litteras, quibus non minus quam Commissario Pontificis se obediturum testatur; postulat etiam duos sacerdotes praeter duodecim ut illi provinciae, quam diximus habere centum et quinquaginta ecclesias desertas, subvenirent, et praeterea quatuor vel quinque fratres, qui in litteris aliquem fecissent progressum, ut possent postea ad ordines promoveri, et tres vel quatuor fratres coadjutores ad externa ministeria, ac potissimum ad cibos parandos, cum timeri posset ne invidia aliquos ad venenum propinandum nostris incitaret.

1241. Fuerunt autem electi in Portugallia qui in Aethiopiam erant destinandi; fuerunt autem illi P. Antonius de Quadros, P. Emmanuel Fernandez et Fr. Pasqualis: erat autem P. Emmanuel versatus in rebus ecclesiasticis, et ad solemnia officia celebranda aptissimus, quia eo munere in ecclesia Eborensi functus fuerat: alioqui in philosophia et casibus conscientiae versatus, et ejus electio gratissima fuit Patriarchae designato, qui apparatu pontificio ad aedificationem gentium illarum divina officia celebraturus erat; Pasqualis autem pueris orphanis praefuerat diu, et ad hujusmodi puerorum institutionem in Aethiopia aptus videbatur. Pervenerat jam in Portugalliam P. Andreas de Oviedo cum sociis, qui nona die Novembris ex periculis Galliae in Hispaniam ingressi fuerant; quamvis enim

salvum conductum habebant, non carebat iter molestia et periculo propter bella [1].

Et hoc anno hactenus in negotio Aethiopiae progressum est.

---

[1] Quorumdam eorum, qui in Aethiopiam profecti sunt, dotes ita describit ORLANDINI: "Antonius Quadrius propter insignem et doctrinae et prudentiae indolem cum pietate singulari coniunctam, caeteris Sociis praefuturus. Emmanuel Fernandius, vir omnium testimonio probatissimus, et rituum Ecclesiae peritus cum primis, hac praecipue disciplina Aethiopicae Ecclesiae usui futurus. Michael Barulus in Collegio Perusino alibique ad docendum exercitus, ut scholis instituendis praeesset. Tum Joannes Bocchius Belga, Hieronymus Concha, Andreas Cõsaluius, Paschalis, omnes sacerdotio praediti, et ad sacerdotum varia munia peridonei: nominatimque Paschalis contuberniis orborum formandis destinabatur, cum in hoc genere diu Olysippone plenam caritate prudentiam, piamque probasset industriam. Praeter hos erant duo non sacerdotes Alfonsus Lopius Compluto missus, doctus iuuenis speique magnae, et Antonius Acosta Nouitius. Hunc, cum arte musica excelleret, eaque re inter domesticos Cardinali Henrico famularetur, ille ipse Aethiopicae expeditionis apparatus impulit, eius vt in partem venire percuperet. Itaque cum simul (quod caput est) moribus commendaretur optimis, in Societatem receptus, ad sacrum praecipue cantum ordinandum regendumque in Aethiopia, ducebatur.„ *Hist. Soc. Jes.*, lib. XV, n. 123.

DE REBUS P. FRANCISCI BORGIAE

COMMISSARII

1242. Harum quatuor Provinciarum Hispaniarum et Portugalliae cura, ut superius diximus [1], commissa fuit P. Francisco, qui aliquando adversa laborabat valetudine; et quamvis P. Ignatius injunxerat ut ejus rationem haberet juxta praescriptum medicorum, quia propensus erat ad poenitentiam, et medici saepe propensioni aegrotantis sese accommodant, animadvertens detrimentum valetudinis Pater Bustamante, suggessit P. Ignatio sibi videri, quae ad rationem victus attinent, socio ipsius P. Francisci esse committenda; quod et factum est.

1243. Admonet autem ipse P. Franciscus quod Araoz ad crucem officii sui deponendam valde propensus erat; sed id expedire P. Franciscus minime judicabat, et in curia et extra illam magnae admirationis causa futurum id erat [2]. Quasdam litteras, ejus nomine in Portugallia datas, ipsius non fuisse affirmat; firmam petram esse et quae valde existimationem bonam Societatis auxit, praesertim inter Principes et primates Hispaniae, et quod omnia omnibus fiebat, ut omnes lucrifaceret; sed tamquam filius sentiebat quod ejus viscera ab amantissimo P. Ignatio non admitterentur, quemadmodum ipse suspicabatur; sed hanc molestiam P. Ignatius facile curavit, confidentiam et dilectionem, quam habebat erga P. Araoz, significando [3].

---

[1] Supra, pag. 385, n. 830.
[2] Vide supra, pag. 387, annot. 2 ad n. 833.
[3] De his plura in *Nova serie litterarum Sancti Ignatii.*

1244. Cum ageretur de Domino Joanne de Corduba in fundatorem Collegii Cordubensis admittendo, admonuit P. Ignatius ut, antequam id fieret, ratio haberetur eorum, qui ad Collegium Cordubense inchoandum primi auctores fuerant, inter quos primum locum habebat Marchionissa de Pliego, et ipse ejus filius P. Antonius de Corduba; et necessariam fuisse hanc suggestionem P. Franciscus scripsit; et ita per eumdem P. Antonium matris animum intelligere voluit, quae tamen nihil ad suum, sed tantum ad Dei honorem et commune bonum propensa in hoc negotio erat; et ita tandem D. Joannes de Corduba in fundatorem est admissus, ut forte inferius melius declarabitur [1].

1245. Multis ex locis P. Franciscus ad collegia Societatis admittenda urgebatur, ut ab Hispali, Montilla, Granata, Baëza, Almagro, Murcia, Placentia, Abula, Septimancis, Ovetensi civitate, Conchensi, et Oropesa, praeter S.tum Lucam, quo quatuor vel quinque ex nostris missos diximus [2]. Et praeter duo, scilicet Ovetum et Almagrum, alia Collegia omnia temporis successu admissa sunt [3]. Paulatim tamen procedere penuria operariorum cogebat; et hac ratione se a fundatorum fervore defendebat; quod scilicet prius aequum esset aedificium constitui, quam lectores et collegiales mitti. Concham tamen quatuor vel quinque, ut suo loco diximus [4], missi fuerunt. Abulam autem duo, et alter eorum tantum sacerdos, missi fuerunt, ut res dis-

[1] Saepius toto hoc anno de hac re scripsit Ignatius et *ex* ejus *com.* Polancus tum Patri Francisco de Borja, Commissario, tum etiam Patribus Natali, Torres et Antonio de Corduba.

[2] Vide supra, pag. 466, n. 996.

[3] En tempus, quo Collegia hic enumerata admissa sunt:
I. Antequam hoc *Chronicon,* vel certe auctoris ejus vita, absolveretur:
Hispalense, anno 1554.
Montellanum, 1558.
Granatense, 1554.
Baëzanum, 1569.
Murciense, 1555.
Placentinum *(Plasencia),* 1554.
Abulense, 1554.
Septimancense, 1554.
Conchense, 1554.
Oropesanum, 1569.
Sanlucarense, 1554; sed post duos annos derelictum.
II. Post obitum Patris Polanci:
Ovetense, 1579.—Vide infra, n, 1256.
Almagrense, ante annum 1625.—Vide supra, pag. 462, annot. 4 ad n. 988.

[4] Vide supra, pag. 425, n. 917.

ponerent et augendas curarent [1]; erat enim nobilis quidam civis, nomine Ludovicus de Medina, qui donationem trecentorum ducatorum annui reditus facere volebat, quam prius testamento legaverat; et fecit omnino, sed cum quibusdam conditionibus gravioribus quam par est. Quia tamen ejus animae tunc satisfecit P. Franciscus et in fundatorem eum admisit, idem Ludovicus curavit ut ejus frater centum alios aureos annui reditus optimi eidem Collegio applicaret, et summam frumenti non mediocrem singulis etiam annis accipiendam; sed demum ipsemet in Societatem ingressus est, et donationem Societati commodiorem denuo confecit [2].

1246. Ut Reginae Portugalliae [3] et Principi Philippo [4] pareret, contulit se in oppidum Tordesillas P. Franciscus, ut experiretur si quid auxilii Reginae Joannae [5] posset adhiberi, et duos ibi menses exegit, sed sine alio fructu quam implendi Principum dictorum voluntatem, nam omnino Regina Joanna expers erat discursus rationis [6]. Cum ibidem esset, litteras a Principe Joanna [7], quae adhuc erat in Portugallia, [accepit,] quibus eum rogabat ut in hac Provincia Castellae ejus adventum expectaret, quandoquidem, propter Principis Philippi absentiam, ad gubernationem regnorum Hispaniae evocabatur [8].

1247. Prius tamen Patrem Bartholomaeum de Bustamante ad professionem quatuor votorum in eodem oppido Tordesillas admisit in sacello hospitalis, in quo hospitium habebat [9], in do-

---

[1] Vide supra, pag. 462, n. 987.

[2] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. v, pag. 436.

[3] Catharina, Caroli V soror.

[4] Hispaniarum Princeps Philippus, Caroli V filius —"Halló (P. Franciscus Borgia) al Príncipe en el Pardo una mañana, que saliendo de oir Misa, se estrechó con Borja, rogándole que pasase á Tordesillas, siquiera por dos meses, á ver si pudiese encender alguna luz en la razon apagada de la Reyna su Abuela: *Porque solo vos* (dijo el Príncipe) *el año pasado la mejorasteis más en pocos dias que cien hombres doctos y muchos médicos en cuarenta dias.*„ CIENFUEGOS, l. c., lib. IV, cap. VIII, § 2.

[5] Regina Joanna, Caroli V mater.

[6] Vide supra, pag. 487, n. 1026.

[7] Philippi II soror.

[8] Vide supra, pag. 431, n. 933.

[9] Juxta MADOZ, *Diccionario geográfico y estadístico de España*, t. XV, pag. 26, duo erant hoc tempore hospitalia in oppido Tordesillas: "el de *Mater Dei*; y el de la Concepcion Gerónima para recogimiento de los pobres peregrinos...; el primero fué fundado por Doña Beatriz, hija del Infante D. Dionis de Portugal el cual compró con su legítima las tercias reales del diezmo, en todos los pueblos del arciprestazgo de Tordesillas y las destinó á dotar el establecimiento: son sus patronos el Conde de Mora, y

minica "Ego sum Pastor bonus„ [1], paucis de Societate praesentibus, nam secretam esse professionem hanc P. Ignatius, qui facultatem dederat, voluit, eo quod alii antiquiores erant in Societate, quibus professio differebatur, licet in gratiam P. Francisci, et quia aetate, eruditione et virtute P. Bustamante maturuerat, haec professio ante consuetum tempus concessa est.

1248. Ex hoc oppido Abulam, non admodum distantem, contulit se P. Franciscus, ut quae ad Collegii fundationem pertinebant coram tractaret; et tota ea civitas, tam clerus quam populus et nobilitas, magnopere ejus adventu laetati sunt; et cum in cathedrali templo una ex octavis Corporis Christi [2] concionaretur cum frequentissimo auditorio, commota est magnopere civitas universa, et tam in hoc quam aliis in locis [nisi] profunda ei humilitas, qua a Domino donatus fuerat [praesto fuisset], tantus hominum applausus et admiratio ipsi nocere potuisset; per Dei gratiam nihilominus in tanta hominum laude confusionem et abnegationem sui semper inveniebat. Rebus autem, propter quas venerat, peractis, inde Methymnam Campi venit ut Constitutionum et regularum praxim magis fixam ibi relinqueret; et post aliquas exhortationes, unum ex sociis suis syndicum ibi reliquit ut observaret quomodo res procederent.

1249. Ibi intellexit Principem Joannam intra quatriduum Tordesillas venturam, et eo statim profectus est; cum autem nona die Junii Dna. Joanna venisset, quamvis a nemine fere se videri permitteret, [3] eodem die significavit P. Francisco

---

tiene su capilla pública; el de la Concepcion fué fundado en 1499 por el arcipreste Juan González.„ Sed CIENFUEGOS l. c., lib. IV, cap. VIII, § 2, ait Patrem Franciscum Borgia" llegando á Tordesillas, se fué al hospital, que había fabricado Doña María de Tejeda.„

[1] Hoc est Dominica, in qua legitur evangelium *Ego sum pastor bonus*, scilicet secunda post Pascha, quae hoc anno 1554 incidit in diem octavam Aprilis. Sed observa usum magis communiter ferre ut designentur Dominicae non primis evangelii verbis sed *introitus*, itaque dicitur ex. gr. Dominica *Laetare*, Dominica *Cantate*, *Quasimodo*, etc.

[2] Scilicet *una* vel *quadam die infra octavam Corporis Christi*.

[3] „Y al presente, como S. A. supiese por letra cierta que la Serenísima Princesa de Portugal, su hermana, ya venía á todo andar, S. A. llegó á Alcántara á la posta, donde la recibió allí muy cubierta de luto, en tal manera, que por un buen rato nunca pudo verle su muy hermoso rostro, hasta que S. A. le suplicó muchas veces fuese servida de descubrir y alzase algun tanto del manto que sobre los ojos traia derrocado. Y la Princesa, como no pudiese hacer otra cosa por ser el Príncipe su hermano, descubrió su rostro bañado en vivas lágrimas, de que el Príncipe mostró gran sentimiento, así de

pergratum sibi fore si ad se accederet; et humanissime ab ea exceptus, eo die et sequenti diu cum eodem colloquuta est, cum de rebus ad suam conscientiam spectantibus, tum de ratione, quam in gubernatione habitura erat, ne, propter externas occupationes, spiritualis sui profectus oblivisceretur, ex quo vires ad bonam gubernationem erant oriturae. Et cum Vallisoletum esset profectura, rogavit P. Franciscum ut ad quindecim aut viginti dies eo veniret, ut ea, quae tractare coeperant ad commune et proprium ipsius bonum, absolverentur; et ita id fecit P. Franciscus; et die, qui Divo Antonio de Patavio sacer erat, in ecclesia nostra Vallisoletana, quae ejusdem S.ti Antonii advocationem habet [1], concionatus est multis ex proceribus et nobilibus eo convenientibus.

1250. Veniebant etiam ad eum salutandum tam multi ex his primoribus viris, inter quos erant Marchio de Viena [2], Dux Sessae [3], et Episcopi Placentiae [4] atque Abulae [5], Dux Methymnaecoeli [6] et Comes Feriae, [7] ut vix ad cibum capiendum tem-

---

ver á la Princesa representar tanta tristura, como ver á las damas de la mesma manera y criados. Y Su Alteza del Príncipe, como sapientísimo que es, con palabras dulcísimas y de muy gran consuelo la consoló allí como en las jornadas que con S. A. vino, que fueron cinco, que fué hasta llegar á la Abadía, que es una fortaleza y lugar del Duque de Alba. Y de aquí se despidió S. A. de la Princesa, la cual siguió su camino hasta llegar á Valladolid, en el cual entró con título de Gobernadora de Castilla por ausencia del Príncipe su hermano.„ *Andrés Muñoz, Viaje de Felipe II á Inglaterra*, pag. 32.

[1] Hanc advocationem habuit tunc ecclesia Collegii Vallisoletani; sed eam temporis decursu mutavit in *Sancti Ignatii*.

[2] Sic, est tamen sermo de marchione de Villena "Don Francisco Pacheco y Bobadilla, cuarto duque de Escalona, marques de Villena y de Moya, conde de Jiquena y de San Esteban de Gormaz y señor de Belmonte y de su tierra; fué caballero de gran valor y muy relevantes prendas. Casó con Doña Juana Lucas de Toledo, hija de Don Fernando, cuarto conde de Oropesa, y de Doña Beatriz de Monroy y de Ayala, condesa de Deleitosa, y murió en 2 de Abril de 1574.„ Burgos, *Blason de España*, t. II, pag. 317.

[3] Vide supra, pag. 455, n. 971.

[4] Don Gutierre Vargas de Carvajal. Vide supra, t. III, pag. 365 et 366.

[5] Didacus de Alaba et Esquivel, de quo jam saepius in hoc *Chronico*.

[6] "Don Juan de la Cerda, cuarto duque de Medinaceli, marques de Cogolludo, conde del Puerto de Santa María, comendador de Socobos en la orden de Santiago, caballero de gran valor al servicio de Felipe II, por quien fué nombrado virey y capitan general del reino de Sicilia y del de Navarra, gobernador de los Países Bajos, consejero de Estado y mayordomo mayor de la Reina Doña María Ana de Austria, cuarta mujer de aquel monarca, etc., etc ; murió en Madrid el dia 1 de Agosto de 1575.„ Burgos, l. c., t. IV, pag. 73.

[7] "Don Gomez Suarez de Figueroa, hijo segundo de Don Lorenzo Suarez de Figueroa y Doña Catalina Fernandez de Córdoba, quinto conde y primer duque de Feria, de cuyo título, con grandeza de España perpetua, le fué espedida Real cédula en 28 de Setiembre de 1567, señor de las villas de Zafra, Almendral, Salvaleon, Oliva y Salvatie-

pus ei superesset; et omnes stupebant ejus humilitatem, et quod prorsus oblitus videretur status prioris, nec alia de re quodammodo sermo erat; et cum in ecclesia nostra Marchionissa de Mondejar [1] et Comitissa de Miranda [2] et de Monteregio [3] eum adiissent, ultima haec ei etiam confessa est; et cum Sanctissimum Sacramentum ab eo acciperet et brevem exhortationem dum Sacramentum teneret in manibus ab eo audivisset, mira cum compunctione, lacrymis et gemitibus ea communicavit, et cum circumstantium magna aedificatione.

1251. Urgebat Episcopus Placentiae P. Franciscum ut ad suam civitatem statim mitteret lectores, fundationem ac dotationem egregiam promittens, prout praestitit; et promisit P. Franciscus eo se venturum: praemisit tamen P. Franciscum de Villanova cum quibusdam ex nostris ut res necessarias collegio praepararet.

1252. Postulaverat ab Archiepiscopo Toletano peremptorium [4] quoddam, quod capitulum ecclesiae Complutensis sine ipsius consensu dare non poterat, et pergratas litteras ejusdem P. Francisci se habuisse Archiepiscopus respondit, et statim ad suum Vicarium [5] scripsit ut quibusdam de rebus ad se referret, ut posset P. Francisco plenius respondere: hortabatur tamen ipsum ut potius eremitorium quoddam, quod ei offerebat

---

rra, comendador de Segura y trece de la órden de Santiago, consejero de Estado y Guerra del Rey Don Felipe II, gran valido de este Príncipe, capitan de su guarda española, su gentilhombre de cámara y su embajador á Inglaterra; falleció en el Escorial á 7 de Setiembre de 1575.„ BURGOS, l. c., t. III, pag. 13.—Hujus saepius mentio fit in *Historia Societatis* fietque in hoc *Chronico*, praesertim cum de rebus Lovaniensibus agetur.

[1] Doña María de Mendoza, hija de Don Iñigo Lopez de Mendoza, cuarto duque del Infantado y de Doña Isabel de Aragon; casada con Don Iñigo Lopez de Mendoza, marques de Mondejar, conde de Tendilla. BURGOS, l. c., t. III, pag. 293 et 294.

[2] "Doña María de Bazan y Ulloa, hija y heredera de Don Pedro de Bazan y Doña Juana de Ulloa, señores de la Bañeza, vizcondes de los Palacios de Valduerna, casada con Don Francisco de Zúñiga y Avellaneda, cuarto conde de Miranda, etc„ BURGOS l. c., t. IV, pag. 125.

[3] Doña Ines de Velasco y Tovar, hija de Don Juan de Velasco y Tovar, marques de Berlanga y de Doña Juana Enriquez de Rivera, su mujer; casada con Don Gerónimo de Acebedo Zúñiga y Ulloa (de quo saepius in hoc *Chronico*), cuarto conde de Monterey.„ BURGOS, l. c., t. IV, pag. 197.

[4] *Peremptorium* et *peremptoria* dicitur edictum seu mandatum, quo praefigitur dies seu terminus, in quo aliquid fieri aut factum esse debebit, ita ut ultra eum diem seu terminum id fieri non liceat. Quid autem hoc esset, cujus causa Archiepiscopi Toletani peremptorias litteras petebat P. Franciscus Borgia, nescimus.

[5] Intellige *ad suum in Ecclesia Complutensi Vicarium.*

Episcopus Placentiae, admitteret, eo quod vicinum esset monasterio S. Justi [1], quod suae senectutis sedem delegerat Carolus V Imperator, nam ad Dei obsequium et regnorum illorum utilitatem futuram esse P. Francisci cum eo communicationem sperabat.

1253. Nobilis quidam erat in curia [2], Joannes de Mosquera nomine, qui unus ex Rectoribus vallisoletanis [3] erat, vir ab omnibus Hispaniae proceribus notus: hic usque adeo rebus Societatis adversarius erat, ut, cum ipso die S.ti Antonii de Patavio ante nostrum templum transiret, in quo plenaria indulgentia illud invisentibus proposita erat, deliberaret non ingredi ad eam obtinendam, ne forte aliquem ex nostris videret; hic tamen intra sex vel septem dies sic sententiam mutavit, ut ex oppido de Simancas, quod duabus leucis Vallisoleto distat, P. Francisco litteras scripserit, quibus se significabat illo in populo domum habere cum horto valde bono, quam Societati nostrae dedicaverat, et postulabat a P. Francisco ut, cum per illud oppidum transiret, illam videre vellet. Cum ergo ad fundationem Collegii Placentiae recederet [4] et oppidum Simancas esset in itinere, invisit Joannem Mosqueram, qui praeceptor vel Commendatarius erat [5], qui, magnopere laetatus Patris adventu, statim donationem illius domus et hortus facere constituit; et, accersita uxore, quae alibi erat, communi consensu post recessum P. Francisci eam Societati donarunt, ac simul dotaturos se Collegium illud promiserunt.

1254. Miraculo tribuebant homines hanc Mosquerae mutationem, cum ab uno extremo ad aliud transire videretur; et sic in spiritu profecit, ut cum prius propter inimicitias veteres stipatus sclopetariis et aliis hominibus ad sui custodiam incedere solitus esset, jam sine ense per curiam iret, his veniam condonando, ab illis petendo, et ad quidquid illi vellent se paratum exhibendo [6].

---

[1] Scilicet monasterio fratrum ordinis Sancti Hieronymi, de *Yuste* dicto.

[2] In Curia Regis Philippi, et, hoc absente, Principis Joannae, Regni gubernatricis.

[3] "El Comendador Don Juan de Mosquera, Regidor de aquella Corte y de muy conocida sangre.„ Cienfuegos, l. c., lib. IV, cap. IX, §. 1.

[4] P. Franciscus Borgia.

[5] Quid nomine *Commendatarii equitis in militaribus ordinibus* veniat, dictum est in *Litterae Quadrimestres*, t. I, pag. 295, annot. 1.

[6] "Vivia, no solo cristianamente en compañia de su Mujer, sino que empezó osada-

1255. Quod autem magnopere commovit hominem non tacebo. Comitabatur P. Franciscum quidam ex fratribus nostris, Joannes Paulus Borel [1], cum P. Natali in Hispaniam missus, et admirabatur Mosquera quod P. Franciscum pro more *Patrem* vocaret, et *V. R.*, et quod simul cum eo cibum caperet; sed illud prae caeteris notavit et plurimis in curia narrabat, quod cum esset P. Franciscus domi suae, quam Societati donaverat, pervenit ad ejus portam equitando Joannes Paulus, et ex ipso equo non descendendo, alte dixit ut ad se vocarent P. Franciscum; et cum egrederetur ad ipsum P. Franciscus, interrogavit eum Joannes Paulus ubi esset funis quo mula ligabatur [2]. Cum ergo Mosquera olim [eum] [3] cum esset in Aegypto novisset, tam alte hoc impressum est ejus animo, ut diceret nec honorem nec existimationem quidquam esse, quandoquidem haec ita se habebant; et quod vix ullae conciones effecissent, haec exempla apud eum obtinuerunt.

1256. Aliquantulum ad hujus viri consolationem ibi commoratus P. Franciscus, Salmanticam et Placentiam versus progressus est, postquam fructum insignem Vallisoleti, et praesertim in palatio Principis Joannae, tam in capite quam in membris cepisset, cum praeter colloquia privata, quae ad commune bonum valde pertinebant, christianam doctrinam eo in palatio docuisset; et quamvis molesta ipsi esset curia, quam Aegyptum vocabat, hic profectus procerum utriusque sexus eum consolabatur; et Principis quidem Joannae gubernatio coepit toti regno aedificationi esse, nam praeter exemplum recollectionis ac devotionis sui palatii curavit ut in carceribus

---

mente á vencer la cumbre mas alta de la perfeccion: retiravase a nuestro Colegio lo mas del dia en Oracion dilatada, y a veces dormia en el Aposentillo, que tenia señalado en el Colegio: Llamaba Hermanos suyos á los Jesuitas; y decia, que solo quisiera ser Rey de dos Mundos, para fundar á la Compañia, y á la utilidad pública muchos Colegios. Barria muchos dias la Casa, fregaba los platos en la cocina, servia en el Refectorio á la Mesa, imitando todas las operaciones humildes del Padre Borja. Quedóse con dos mil ducados de renta; y lo que sobraba á la decencia de su Casa, y Familia, lo repartia en limosna, perseverando en tan ejemplar vida hasta el último aliento della.» CIENFUEGOS, l. c., lib. IV, cap. IX, § 2.

[1] Alias saepe Joannes Paulus Borellus.

[2] Paulo aliter haec narrat CIENFUEGOS: «Un dia que estaba en el Colegio, vió que el Hermano Juan Paulo Borello, igualmente sencillo que religioso, llamaba á la puerta del aposento en que vivía el Santo Padre Francisco, y que saliendo prontamente le preguntaba el Hermano si sabía dónde estuviese el cabestro del jumentillo, sobre que él venia caballero,» l. c.

[3] P. Franciscum.

qui detinebantur melius tractarentur, ut negotia publica brevi, quoad ejus fieri posset, expedirentur; agebat etiam de monasteriorum reformatione, praesertim Catalauniae, et de aliis rebus ad universale illorum regnorum bonum spectantibus; et tam erat sollicita in cognoscendo quae ipsius partes essent, ut officio suo, scilicet Gubernatricis, satisfaceret, ut omnino supra ejus sexum et aetatem videretur. Postulavit autem ea a P. Nostro Ignatio communicationem bonorum operum Societatis nostrae, et ut ipse a Summo Pontifice impetraret facultatem Bibliam in lingua vernacula legendi: quamvis enim posset per alios, maluit per P. Ignatium id obtinere [1].

1257. Episcopus Ovetensis, D. Christophorus [2], Marchionis Deniae [3] frater, qui postea ad Cordubensem [4], et demum Hispalensem ecclesiam assumptus fuit, summopere collegium sua in civitate expetebat: misit autem P. Franciscus ad locum inspiciendum et alia necessaria P. Bustamantem simul cum D. Ferdinando Tello [5], qui nuper Societatem ingressus erat, et quidem peregrinando ut indulgentiam quamdam ibi obtineret, quae septimo quoque anno ad ecclesiam Ovetensem euntibus concedebatur [6]: cogitabat autem Episcopus quaedam loca valde amoena et magnae devotionis Societati applicare, sed nullum ex eis probavit P. Bustamante, quod ad frequentiam populi non convenirent cum extra civitatem essent, sed in ipsamet urbe aedificandum esse Collegium censebat; quasdam autem abbatias aut beneficia, aut, si id non liceret, pensionem super suo episcopatu applicare bonus Episcopus volebat, vel quaedam alia vendere parum utilia episcopatui ut Collegium hoc dotaret; sed P. Bustamante, postquam concionibus variis civitatem illam re-

---

[1] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. IV, pag. 384, et t. V, pag. 1 et 188. Alia dabit et haec explicabit *Nova Series litterarum Sancti Ignatii*.

[2] Christophorus de Rojas et Sandoval. Vide supra, t. III, pag. 371.

[3] Ludovicus de Sandoval et Rojas, tertius Dianii *(Denia)* Marchio et Magister palatii Reginae Joannae, Caroli V Imperatoris matris. Vide in his Historicis Monumentis *Sanctus Franciscus Borgia*, t. I, pag. 9, 71 et 131.

[4] Prius quam ad Cordubensem, translatus fuit ad Pacensem *(Badajoz)* ecclesiam.

[5] Vide supra, pag. 491, n. 1037.

[6] Asservantur in ecclesia Ovetensi magnaque pietate coluntur insignes Sanctorum *reliquiae*, nec paucae sunt indulgentiae *Cameram sanctam*, in qua illarum reliquia rum magna pars custoditur, visitantibus. Hujus tamen indulgentiae, cujus hic POLANCUS meminit, nullibi alias factam mentionem reperimus.

fecit, ad P. Franciscum rediit, et Vicarius ejus episcopatus, qui eum, dum concionaretur [1], comitari nostros ad varia loca voluit, sic ad Societatem affectus fuit, ut parum abfuerit quin Societatem ingrederetur; vir prudentia et litteris egregie a Dno. dotatus, et cessante quodam impedimento hoc desiderium suum explere cogitabat. Episcopus autem, ut summam consolationem acceperat nostrorum praesentia, ita summopere recessum eorum sensit, et litteris P. Franciscum propria manu scriptis obsecrat ne ab hoc negotio erigendi Collegii desistat, cum ad salutem animae ipsius et subditorum summopere referre intelligat; et omnem lapidem esset moturus ut recte Collegium dotaretur [2]: quia tamen media quae Episcopus proponebat, ex Imperatoris voluntate pendebant, expectandus in Hispaniam ejus adventus visus est.

1258. Cum intelligeret P. Ignatius quod superius retulimus de P. Francisco ad Cardinalatum promovendo [3], praeter alia, quae cum Summo Pontifice egit et cum ipsomet P. Francisco, vota illa simplicia [ordinavit], quae juxta constitutiones nostras a professis emittuntur, inter quae unum est de non admittendis dignitatibus extra Societatem (nisi ejus urgeret obedientia, qui sub poena peccati obligare potest), [et] voluit ut hujusmodi vota P. Franciscus emitteret; quod fecit cum adhuc esset in curia, et 22.ª Augusti ea ad P. Ignatium transmisit; curavitque ut Princeps Joanna fratri suo, jam Angliae Regi, scriberet ut permitteret ipsum in nostro eremitorio [4] mori, quod promisit se facturam, et fecit D.ª Joanna, significans sese ejusdem esse sententiae, cum potissimum ea ratione futurum esset ut eum prope se haberet.

1259. Cum coepisset [Joannes] Mosquera de Societate benemereri, postquam dederat domum et hortum jam dictum, aliam domum praeclaram et magni pretii, quae olim Admiralli Castellae fuerat, intra oppidum Simancas donare nostris voluit ut venderetur prior illa cum horto et ex pretio reditus emerentur;

---

[1] Sic; sensus tamen et syntaxis vocabulum aliquod desiderant, puta *audiebat*.

[2] Hujus Praelati eximiam laudat pietatem post Stephanum de Garibay, qui eo familiariter est usus, FR. EMMANUEL RISCO, O. S. A., *España Sagrada*, t. XXXIX, tract. 75, cap. 6.

[3] Supra, pag. 494, n. 1045.

[4] Sic; sed mendum videtur esse pro *consortio, societate*, aut alio simili.

quinque autem de Societate nostra suis ipse expensis alebat; quibus ad tempus P. Baptista Sanchez, qui erat Methymnae concionator, praepositus est [1]: inter hos autem quinque unus erat grammaticae lector.

1260. Marchio Villenae [2] multum ex familiaritate cum P. Francisco profecerat, et praeterquam quod suis expensis aliquot cubicula et refectorium in Collegio Vallisoletano fecerat, Collegium insigne in oppido suo Belmonte [3] obtulit se aedificaturum; sed et Comes de Oropesa [4] simul cum D. Francisco de Toledo, fratre suo, et Comitissa de Orgaz, amita sua [5], pium quoddam opus in oppido de Oropesa instituere cupiebant, in cujus inferiori parte hospitale pauperum esset, in superiori autem parte, habitationibus distinctis, Collegium pauperum puerorum, qui in doctrina et moribus christianis et in grammatica instituerentur; in alia vero conjuncta domo quinque vel sex de Societate nostra, quamvis postea ad plures se extenderent, optabant ut aliorum duorum operum aliquam curam haberent, et dotem ad haec omnia relinquere cupiebant; et qui prae caeteris ad hoc propensus erat D. Franciscus de Toledo, postea creatus Provinciae Peru Pro-rex [6], exstitit; et quia non poterat non haberi ratio hujusmodi virorum, et tamen non poterant simul tam multa collegia admitti (nam et P. Ignatius id expresse significaverat ne plura amplecteretur quam quibus posset commode providere [7]), in aliud tempus commodum executio rejiciebatur. Ante autem quam ex curia P. Franciscus recederet, domus Vicecomitis Altaemirae empta fuit, quae Collegio nostro Vallisoletano conjuncta erat, et ipsa Princeps Joanna tria millia ducatorum obtulit, quod erat illius domus pretium [8]. Et ita tertia Octobris ex curia P. Franciscus profectus est versus Placentiam.

---

[1] Vide supra, pag. 390, n. 838.

[2] Vide supra, pag. 587, n. 1250.

[3] Vide supra, pag. 587, annot. 2 ad n. 1250.

[4] Ferdinandus Alvarez de Toledo, Comes IV de Oropesa. Vide supra, t. II, pag. 117 et 326.

[5] "Doña Juana de Toledo, mujer de Don Alvaro Perez de Guzman, primer conde de Orgaz.„ BURGOS. l. c., t. IV, pag. 294.

[6] Anno scilicet 1566.

[7] Vide supra, pag. 471, n. 1004.

[8] Vide supra, pag. 396, n. 855, ibique in annot. 3 corrige hujus Vicecomitis alterum cognomen, quod nos ex VALDIVIA exscripsimus *Rivero*, est tamen *Vivero*.

1261. Cum Salmanticam pervenisset et res illius Collegii curasset, misit P. Joannem Suarez, qui tunc illi Collegio praeerat, Hispalim, ut cum Ducissa de Medina Sidonia, et Comite Nieblae, et aliis amicis Societatis ageret de domo quadam ad tempus accipienda, in qua cum quibusdam sociis maneret, donec propria domus et dotatio Collegii constitueretur [1]: nec enim P. Villanueva Hispalim ire poterat, tum quod molestum fuisset Episcopo Placentino si Placentia tam cito recessisset, tum quia D.r Vergara agere cum eo volebat de suis beneficiis, a quibus sese expedire cogitabat, ne quid impediret in Societatem ipsius ingressum [2]. Tunc P. Bartholomaeus Hernandez Salmanticensis Collegii Rector est constitutus [3]. Fuit autem relictus Salmanticae Ferdinandus Tello, qui parte suorum redituum, scilicet trecentis aureis annuis, illud Collegium se adjuturum recepit [4].

1262. Salmantica Placentiam perrexit P. Franciscus, et tam a nobilibus populi quam a primoribus cleri magna cum laetitia exceptus fuit; concionatus est in Cathedrali ecclesia ipso die S.ti Simonis, quam auditores frequentissimi repleverunt, et divina bonitas dedit verbum evangelizantibus virtute multa, et rogaverunt summopere ut sermonem defunctorum, qui die lunae post dominicam infra octavam Omnium Sanctorum fieri solebat, susciperet, quod ad eorum consolationem fecit et cum magna ipsorum commotione et fructu.

1263. Placentia Jarandillam accessit, quod oppidum est Comitis de Oropesa [5], novem leucis inde [6] distans, ubi octo dies cum Comite ac Dno. Francisco [7] et aliis multis nobilibus transegit; partim in concionibus, partim in familiaribus colloquiis et documentis spiritualibus, partim in confessionibus et communionibus Comitum et ipsius D. Francisci de Toledo exegit, et valde nobilis illa domus profecit in desideriis Deo serviendi. Actum est etiam de fundatione Collegii Societatis, sed nihil constituit P. Franciscus, quamvis illud dotare cupiebat [8], donec et

---

De his vide supra, pag. 465 et 466, nn. 994 et 995.

[2] Vide supra, pag. 408 et 409, nn. 881-883.

[3] Vide supra, pag. 374, n. 803.

[4] Vide supra, pag. 491, n. 1037; ubi tamen hic habuisse dicitur *septingentos* aureos annui reditus.

[5] Vide supra, n. 1260.

[6] Placentia.

[7] Vide supra, n. 1260.

[8] Comes.

aedificium absolutum et dos sufficiens cerneretur; neque enim operarii tam copiosae messi, quae sese undique offerebat, pares esse poterant, quamvis peculiari quadam providentia Dei aliqui ad Societatem vocari cernebantur, qui ad initia hujusmodi fundationum valde idonei futuri videbantur, cujusmodi erant lectores humaniorum litterarum; nam eo tempore inter alios Societatem Compluti sunt ingressi Mag. Vanegas, qui rhetoricam ea in Universitate docuerat [1], et Petrus ac Mag. Andreas Fernandez, qui in his litteris non mediocris eruditionis habebantur.

1264. Cum P. Suarez Hispalim venit, optime dispositos multorum animos invenit ad Collegii fundationem, ac praecipue Vicarii Archiepiscopi [2]; et vir quidam primarius [3] domum suam nostris relinquebat, donec aliam magis opportunam nostri nacti essent, et adventus P. Francisci expectabatur, ut aliquid certi de erigendo Collegio statueretur: ipse autem cum primum se Placentia expedire posset, Hispalim se venturum promisit.

1265. Agebat Archidiaconus Dimas Camps de ratione Collegii Barchinonensis dotandi, et de ea P. Franciscum per litteras consuluit (nam Romae id temporis versabatur [4]): rescripsit autem ei P. Franciscus, et excitavit P. Stradam ut Barchinonam se conferret ut de hac ipsa re coram ipso ageretur. Scripsit idem P. Franciscus, a P. Ignatio admonitus, egregias litteras D. Joanni de Mendoza, Novi Castelli neapolitani praefecto [5], quibus non parum ejus animus ad exequendum id, quod proposuerat, excitari potuit.

1266. Cum ageretur de domibus probationis in singulis provinciis Hispaniae constituendis, et in Provincia Aragoniae ad id Gandia, in Baetica Placentia designata esset, in Provincia Castellae oppidum Simancas, ubi hoc ipso anno Collegium fuerat inchoatum, electum fuit. Constituit autem P. Franciscus ad novam Domum probationis apud Simancas P. Bustamante, so-

[1] Hujus, praeter cognomen, nihil certe novimus. Eritne hic ille rhetorices lector in Academia Complutensi, orator et poëta, cujus meminit POLANCUS supra, pag. 412, n. 890?

[2] Vide supra, pag. 465, annot. 6 ad n. 994.

[3] Ferdinandus Ponce de Leon. SANTIVAÑEZ, l. c., lib. I, cap. XVII, n. 4.—CIENFUEGOS, l. c., lib. IV, cap. XII, § 1.

[4] Vide supra, pag. 357, annot. 3 ad n. 763.

[5] Vide supra, praesertim pag. 176, n. 371.

cium suum [1], mittere ut eam inchoaret, ad cujus initium P. Antonius de Corduba septem vel octo novitios Collegii Salmanticensis (cui tamquam Superintendens praeerat, licet P. Hernandez Rector esset) simul cum pecunia ad eorum sustentationem necessaria [misit], et, aliis aliunde acceptis, duodecim vel quatuordecim novitios eo colligendos hujus domus fundamenta jacere voluit. Voluit autem suo socio seipsum privare P. Franciscus, tum quia magnopere affectus ad hoc opus videbatur, tum quod ad quemvis numerum novitiorum ibi alendum, etiam ex eleemosynis, animatus erat, et Palentiae Episcopus [2], sub cujus dioecesi Simancas erat, suum etiam ad id auxilium fuerat pollicitus. Sperabat etiam P. Franciscus quod alios instituendo et ipse [3] in spiritu juxta Societatis institutum proficeret, quod et ipsemet sperabat. Tunc admissus est inter alios P. Gaspar Fernandez, toletanus, qui postea Neapolitani Collegii fuit Rector.

1267. Consilium regium dedit civitati cordubensi quosdam reditus octo annorum, quorum summa ad quatuor millia ducatorum ascendebat, ad Collegii nostri auxilium, et prorogaturi in posterum, si opus esset, videbantur. Sed haec, antequam ex curia [4] recederet P. Franciscus, acta fuerunt.

1268. Admonuit P. Franciscus scribendum esse P. Baptistae de Barma ut totam curam Provinciae Aragoniae susciperet perinde ac si de illa rationem Deo esset redditurus, ita ut tantum nomen Provincialis illi deesset, quod P. Stradae relinqueretur, quem et exhortandum censebat, ut sese in domum aliquam, studii et praedicationis gratia, colligeret [5]: ad benignitatem etiam et amorem, tam erga nostros quam erga externos prae se ferendum, eum exhortandum censebat.

1269. P. Rojas cum ad P. Franciscum Caesaraugustam venisset [6], cum eo convenit ut sese expediens a quibusdam negotiis, ad Collegium Ognatense veniret, nam se recollectione opus habere significabat, et inde in Italiam transire, ut in aliquo Societatis collegio studia sua absolveret juxta P. Ignatii mentem.

---

[1] Vide supra, pag. 483, n. 1021.
[2] Petrus de la Gasca.
[3] P. Bustamante.
[4] Principis Joannae, quae Vallisoleti erat.
[5] Vide supra, pag. 482, n. 1019.
[6] Vide supra, pag. 369, n. 787.

1270. Admonuit P. Antonius [1], antequam Corduba recederet, auctoritatem P. Torrensis et exemplum multum conducere illi Collegio; sed tamen illum ad studia et cubiculi recollectionem magis esse propensum quam ad externos invisendos et conciliandos, quorum opera Collegium indigebat; utilem tamen operam praebere scholis, quae valde necessaria erat, quod aliqui lectores, qui radices in spiritu parum altas egerant, fructus amaros plus quam par erat produxerant, et experientia docebat, quod difficile a cathedra ad culinam, licet ea indigerent hujusmodi homines, reducerentur, et magnopere optabat ut, tam ad regendum alios quam ad legendum, aliqui ex Italia a P. Ignatio mitterentur; qui enim idonei ad haec erant in Hispania, valde divisi in multis collegiis et pauci numero erant: Hispali praesertim talem aliquem esse necessarium, quamvis studia non ibi admodum opportuna censebat, quod populus deliciis ac vitiis deditus esset, et alia complura collegia haberet [2]. Apud S. Lucam divinabat, quod postea res ostendit, opus illud non habiturum magnum fundamentum; Granatae autem utile fore Collegium Societati, quia lectores non exigeret; et tamen, quia Universitas est, ad Societatem aliqui accessuri videbantur.

1271. Quod ad Collegium attinet Baëzae, tantum aberat ut Mag. Avila vellet simul cum ipso admitti omnes discipulos suos, qui in eo residebant, ut ne fundatores quidem Collegii Granatensis in eo retinendos censeret, ne aliqui occasionem haberent dicendi quod synagoga quaedam ibi facta fuerat. Tantum ergo idoneos ad nostrum Institutum admittendos censebat, et eosdem videbatur animi conceptus habere, qui in nostris constitutionibus exprimuntur. Et quod attinet ad eos admittendos, qui ex genere novorum christianorum venirent, idem prorsus sentiebat quod P. Ignatius, scilicet, nec eos esse excludendos omnino, nec eis ostium prorsus aperiendum sine magno delectu. Scribit tamen P. Antonius a quibusdam non exiguae auctoritatis personis, qui ex hoc genere hominum non erant, se audivisse quod valde optabant hunc abusum distinctionis, quod ad genus attinet, et acceptationis personarum a Societate procul esse, cum in illo genere hominum christianae virtutes faci-

[1] P. Antonius de Corduba.
[2] Vide supra, pag. 476, n. 1009.

lius inveniantur aut plantentur quam in aliis, qui contrariam tenent sententiam, et non paucos ex his, qui a novis descendunt christianis, cum ostium ipsis praecludatur ad Deo serviendum in religionibus, desinunt animum ad Dei obsequium applicare; quosdam etiam ad baptismum non accedere ex infidelibus quod se male tractandos post baptismum intelligant. Cupiens autem P. Antonius Magistrum Avilam, cujus et prudentia et doctrina et spiritus et auctoritas magna erat, ad Societatem nostram accedere, eumdem alloquutus est, nec repugnantem ullo modo Dei voluntati invenit; sed aegritudinem fere continuam, qua in lecto detinebatur, Societati molestam fore timebat [1].

1272. Quod diximus de personis ad regendum mittendis [2], quatuor etiam aut quinque P. Franciscus Borgia a P. Ignatio postulabat, ut, rectorum vel ministrorum [munere] fungentes, in praxim constitutiones ac regulas deducerent juxta P. Ignatii mentem. Postulat etiam confirmationem contractus cum Mosquera facti, ad cujus domum intra oppidum Simancas ipsa die Divi Francisci nostri ab alia, quam prius donaverat, migrarunt [3].

1273. Decima quarta Octobris, cum pervenisset Placentiam P. Franciscus, invenit P. Villanovam in episcopali domo quatuordecim fratribus jam jam venturis supellectilia et res necessarias praeparasse; nec fuerunt studia in festo D. Lucae inchoata, partim quod classes vel scholae confectae non erant, partim quod Episcopi adventus expectabatur, cum quo convenerat P. Franciscus Vallisoleti, ut unus lector grammaticae et alter casuum concientiae eo in Collegio constitueretur; et expedire judicavit P. Franciscus, postquam Placentiam venit, ut lectio casuum conscientiae in aliam commutaretur, eo quod in monasterio ordinis S.ti Dominici eadem praelegeretur; et cum domus illa a familia Zuñigarum fundata esset [4], quae factionis

---

[1] Quae in hoc numero 1271 continentur, clariora fient in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii* et in MONUMENTIS HISTORICIS Patres praesertim Franciscum Borgiam et Hieronymum Natalem spectantibus.

[2] Vide supra, n. 1270.

[3] Huc spectare videntur illa verba Cardinalis CIENFUEGOS: "Retirose (Joannes de Mosquera) á vivir en Simancas, y dió su casa de recreacion al Santo Borja, para que se fundase un Noviciado de la Compañía. Señaló alguna renta, y dió tambien otra buena casa, que tenia dentro de aquella villa „ l. c., lib. IV, cap. IX, n. 2

[4] "El convento de Santo Domingo ó de San Vicente, fundado por los Duques de

erat contrariae familiae Carvajalium, ex qua erat Episcopus, non expedire videbatur ad unionem in eam civitatem inducendam, ut nostri in Collegio ab Episcopo erecto cum eis concurrere et quodammodo certare viderentur; et ita scripsit P. Franciscus Episcopo, videri sibi unum aut duos lectores grammaticae loco lectoris casuum addendos, vel certe unum philosophiae aut sacrae Scripturae lectorem, et ut id constitueretur, responsum aut adventus Episcopi expectabatur.

1274. Quia P. Miron admonuerat P. Franciscum sui triennii finem imminere, scripsit eidem post triennium absolutum pergere in Provinciae gubernatione, donec P. Ignatius suam mentem circa successorem significaret [1]; et quia de P. Torrensi eo mittendo cogitatum fuerat, sollicitus erat de Provinciali Baeticae praeficiendo, et de P. Strada ob talentum praedicandi simul cum P. Baptista de Barma, qui gubernationis curam haberet, agebat; sed alia electio, ut sequenti anno videbitur, facta est.

1275. Consulebant autem crebro per litteras P. Franciscum Commissarium nostri lusitani, et eosdem non solum litteris, sed et novitiis quibusdam idoneis eo missis, consolabatur, quod et Regi gratum esse intelligebat [2]: cupiebant autem eo tempore, quo in Indiam proficiscebatur [3], anno sequenti ipsis adesse P. Franciscum; sed nequaquam expedire ipse censebat, quia si Rex eo tempore plures operarios ab eo postulasset, quam commode mitti possent, non facile, si coram esset, id Regi negari potuisset.

1276. Scribit autem P. Ignatio constituisse se plura collegia non admittere nisi aedificata et dotata offerrentur, ut interim operarii ad ea mittendi pararentur [4], quamvis Hispalim brevi se velle conferre ut de eo Collegio, quod propter loci momentum relinquendum non erat, instituendo ageret.

1277. Ex Majorica litteras accepit, mense Decembri hujus anni scriptas, P. Franciscus, quibus jurati ejus civitatis et re-

---

Plasencia, Don Alvaro de Zúñiga y Doña Leonor Pimentel.„ MADOZ, l. c., t. XIII, pag. 80.

[1] Vide supra, pag. 384, n. 829, et pag. 554, n. 1191.

[2] Vide supra, pag. 562, n. 1209.

[3] Scilicet, eo tempore quo naves versus Indiam Ulyssipone solvunt, in quibus aliqui ex nostris mitti solebant.

[4] Vide supra, pag. 386, n. 831.

gni, et Pro-rex et Inquisitor ei scribebant se intellexisse ex P. Natali, cum esset Valentiae, P. Ignatium probare ut ibi Collegium admitteretur, si reditus ad ejus sustentationem suppeditarentur; quod cum innotuisset Pro-regi et juratis, magna cum devotione animum ad hanc fundationem applicuisse, et jam ducentos aureos annui reditus inventos esse [ajebant], et eos augendos facile sperari posse, et illi suam operam ac favorem ad hoc Collegium promovendum offerebant; domum etiam commodam prope ecclesiam Cathedralem; et ita aliquos ex Societate nostra postulabant, ut hoc Collegium ad effectum deduceretur; sed et illud aliquandiu differendum fuit eadem ex causa, quod scilicet operarii prius essent parandi.

1278. Fungebatur ergo suo officio Commissarii, quod propter solam obedientiam admiserat, satis feliciter P. Franciscus, et magnum sui ac Societatis desiderium plurimis in locis excitabat [1]; et quamvis a negotiis abhorrere ante susceptum hoc munus videretur, ea tamen, et quidem per seipsum, sic tractare coepit, ut non minori cum consolatione negotiari quam orare videretur, cum utrumque propter Dei amorem [faceret]; et tam acceptus et amabilis erat tum nostris, tum externis, ut a Spiritu Sancto sibi datum fuisse ut P. Ignatii substitutum existimarent; ex nobilitate etiam primaria illustres aliqui utriusque sexus ejus obedientiae se subjicere cupiebant, quamvis nullum hujusmodi admisit; et quamvis aliqui severitatem in eo erga nostros desiderarent, blandis tamen admonitionibus, mansuetudine non relicta, eumdem effectum emendationis consequebatur, quem per severitatem obtinere potuisset.

Et haec de P. Francisco, quatuor Provinciarum Commissario [2].

---

[1] Vide supra, pag. 490, n. 1035.
[2] Vide supra, pag. 483, n. 1020.

DE MISSIONE P. CORNELII [GOMEZ]

IN MAGNUM CONGUM

1279. Anno superiori significatum est P. Cornelium in regnum Magni Congi missum cum P. Fructuoso Noguera et quibusdam adolescentibus ex orphanorum domo electis, quodque sub anni finem P. Fructuosus ad Dominum migraverat [1]. Cum autem Januario mense hujus anni 1554 Rex Congi [2] Legatum mitteret ad Regem Portugalliae, Didacum Rodriguez, cui post mortem Fructuosi confiteri P. Cornelius solebat, non parum ejus absentiam ille sensit; difficile enim alium confessarium inter sacerdotes illius regni invenire poterat [3]; quamvis tandem unum invenit, quo recedente, vix inveniebat apud quem consolationem et fructum hujus sacramenti acciperet, nec consilium, cum tamen res arduae acciderent, quae illud requirebant.

1280. Initio quidem anni Rex favorem ac benevolentiam ei exhibebat, et quae ei suggerere solitus erat, quibusdam in rebus exequebatur; negotium autem ecclesiae, quae in usum Collegii

---

[1] Vide supra, t. II, pag. 698, n. 619; et t. III, pag. 448, n. 982 et pag. 452, n. 985.

[2] Jacobus (D. Diego) qui fuit nonus Rex Congi, nepos D. Petri, octavi Regis congiani, ut eruitur ex epistola cujusdam canonici ecclesiae congianae ad P. Emmanuelem Rodriguez S. J., anno 1624 data. Vide PAÏVA MANSO, *Historia do Congo*, pag. 175.

[3] Nec mirum sane, quum sacerdotes illius regionis tales fuerint quales ab ipso P. Polanco describuntur infra, nn. 1282, 1283, 1288 et 1289. Audi etiam, si lubet, quae de ipsis a BAESTEN referuntur, *Précis historiques*, III.e Serie, t. II, pag. 106: "Trop souvent aussi, les prêtres qui se rendaient à San Salvador dans de vues intéressées, étaient loin de posséder les hautes vertus sacerdotales plus indispensables encore dans ces contrées sauvages et lointaines que dans les anciens pays chrétiens de l'Europe. Plusieurs même abordaient aux rives du Congo, sans la permission de l'Evêque de San Tomé et malgré sa défense formelle.„ Vide praeterea PAÏVA MANSO, op. cit., pag. 67, 77 et 78, ubi superius dicta authenticis documentis comprobantur.

constituebatur, commiserat Rex cuidam Simoni de la Mota, lusitano, qui ex primariis ejus ministris erat, et ad hoc pium opus valde affectus: affirmabat etiam Rex se sepulturam suam ibidem elegisse; et pars illius ex lapidibus erat, quod aedificii genus eo in regno rarum est; et cum quidam sculptor lusitanus recedere Congo vellet, non permisit Rex, qui hoc opus augere et ornare cupiebat: dederat autem tribus nobilibus ac bonis christianis curam aedificii conficiendi, unde sperari poterat quod ad finem perduceretur; quoddam etiam altare a Nuncio Apostolico [1] donatum cum magnis indulgentiis secum P. Cornelius attulerat, et urgebat P. Mironem Provincialem ut simul cum sacerdote, qui casus conscientiae decideret, laicum etiam fratrem architecturae peritum mitteret, nam ibi ex paleis, non ex lapidibus, artifices aedificare soliti erant; et ideo, cum ad breve tempus hujusmodi aedificia durarent, semper in hujusmodi aedificandi occupationibus homines versabantur.

1281. Magnam animi afflictionem P. Cornelius sentiebat propter varia scandala, quae tum a Rege, tum a sacerdotibus, tum etiam ab Europae hominibus (quos *albos* ibi vocant, nam indigenae nigri sunt) proficiscebantur. Studuit autem diligentissime Regem a peccatis publicis revocare, et, ut eum Christo lucrifaceret, tam familiariter cum eo egit, ut consiliarii officio interdum fungeretur, quod fecit [cum] Rex Congi Portugalliae litteris respondere debuit; tunc enim Rex emendationem pollicitus erat, male tamen suam fidem liberavit; cum enim uxorem ducere vellet, unam ex suis concubinis, et quidem consanguineam, elegit; et quamvis dispensationem a Sede Apostolica per Regem Portugalliae postulasset, non expectata dispensatione, eam publice in uxorem ducere voluit; cum autem P. Cornelius scandalum inde consequuturum videret, et eo gravius quod mos erat gentilicus consanguineas et fratrum uxores in concubinas accipere, Regem adivit, et in summa Navarri [2] loca quae-

---

[1] Intellige Nuncium Apostolicum, qui in Lusitania erat dum Cornelius in Congum profectus est.

[2] *Manual de confessores y penitentes, que clara y brevemente contiene la universal y particular decision de quasi todas las dubdas, que en las confessiones suelen occorrer de los peccados, restitutiones, censuras &t irregularidades. Compuesto antes por un religioso de la orden de Sant Francisco de la provincia de la piedad y despues visto y en algunos passos declarado por el antiguo y muy famoso doctor Martin de Azpilcueta Navarro, cathedratico jubilado de prima en cánones en la*

dam illi ostendit, in quibus vidit illicitum id esse, quod facere constituerat, et mala ex eo exemplo consequutura exaggeravit: nihilominus ille prima sequenti dominica concubinam illam publice et magna cum solemnitate eduxit, et, pro foribus ecclesiae majoris, suis in Reginam ac Dominam dedit: aderant clerici et homines albi, qui etiam manum ejus osculati sunt, immo et confessarius Regis, et ita Rex publice in domum suam reduxit.

1282. Injunxit etiam Rex Pro-episcopo ut testimonia quaedam falsa conficeret, quae metu et notarius et testes jurabant; et quia hoc saepius Rex faciebat, et multis peccati causa erat, admonuit eumdem P. Cornelius quod minime id facere deberet, nec posset, quaedam etiam alia injusta frustra eodem Patre admonente, quamvis eis [1] videretur acquiescere, ad horam nihilominus tamen faciebat.

1283. Inter caetera multos occidi jubebat non auditos, sed propter aliqua, quae ad aurem aliqui ei dicebant; et cum eum admonuisset P. Cornelius juste id fieri non posse, sed dandum eis locum ut se defenderent, minime tamen ejus consilio paruit; et virum quemdam paulo post captum, quod audierat eum intuitum esse quamdam ipsius ancillam; qui tamen occisus est [2], et inter christianos bonam famam habebat. Quaedam etiam, libro quodam lecto in lingua lusitana, cum non bene intelligeret idioma, putabat se recte intelligere, et, male intellecto sensu, injuste quaedam perpetrabat; et simili modo scriptis Scripturarum abutebatur, et Episcopum quemdam, quem vexaverat et expulerat ex suo regno, jure se vexasse hac ratione ostendere volebat. Accessit ad eum P. Cornelius, et declaravit ei quod non bene intelligeret librum illum, nec ipsi favere quod citabat ex illo: tunc ille [3] aperte dixit, quod prorsus falsum erat, de bello sibi inferendo egisse, et cum quodam alio nobili expirasse [4] ad ipsum ex regno expellendum. Cum autem promisisset

---

Universidad de Coimbra. Editum jam ante hoc tempus (1554) fuerat bis Conimbricae, anno scilicet 1552 lusitanice, et anno 1553 hispanice. ARIGITA. *El Doctor Navarro*, capite VII, § 2.

[1] Subintellige *monitis*.

[2] Ita perspicue legitur in ms., melius tamen fortasse ita concinnari poterit haec periodus: "et virum quemdam paulo post captum, quod audierat eum intuitum esse quamdam ipsius ancillam, rex occidi jussit; qui tamen inter christianos bonam famam habebat„.

[3] Cornelius an Rex non satis liquet.

[4] Sic in ms., aperte tamen patet Polancum verbum *conspirasse* in mente habuisse una cum verbo *expellendum* quod statim sequitur, et ideo scripsisse *ex* pro *con*.

quasdam mulierculas turpis vitae, quae ante fores collegioli nostri habitabant, inde ejici jussurum, id minime fecit, nec opus Collegii juxta promissa prosequebatur.

1284. Sed peccata publica magis premebant P. Cornelium, qui decrevit serio Regem alloqui, et de suis peccatis eum admonere, et id peculiariter cum eo egit, ut concubinam illam, quam in uxorem duxerat, in domo suae matris collocaret. Ex hac admonitione, ut veritas odium parit, ejus animus a P. Cornelio magis ac magis alienus reddebatur, et maxima in parte Quadragesimae ad ecclesiam non venit, quamvis Missam inter suas concubinas dici jubebat; et quia dixerat ei P. Cornelius non habere se quid ageret in regno Congi, si ipse vitam non emendaret, cum ad id potissimum venisset, dixit publice: "quid illi mecum est? Si volet, suum collegium faciat, et non sit illi mecum negotium„; et ad id quasdam ex illis mulierculis ejici ex vicinia certi collegii jussit, et cuidam ex nobilibus suis injunxit ut in usum puerorum domum conficiendam curaret; et haec videbatur Regis esse mens, ut suo more vivere posset, et in collegio conficiendo id fieret, quod ipsi [1] videretur.

1285. Cum autem videret P. Cornelius quod scandalum augeret, nec ad ecclesiam egrediendo, nec processiones, quae diebus veneris fiebant, comitando, coepit timere ne ipsemet in peccatum aliquod incurreret, si non satisfaceret aliquo modo scandalo, et hanc rationem satisfaciendi inierat, ut ipse ex eo regno recederet; sed cum periculum immineret albis hominibus, tamquam cum ipso P. Cornelio sentirent, et cum praetorem et secretarium suum officiis privasset, ac diceret quod hujusmodi homines albi contra ipsum conspirassent, inter quos et ipse Pro-episcopus et confessarius nominabantur, relicto consilio discedendi, decrevit satisfacere scandalo per praedicationem, et ita declaravit concubinatum illicitum esse, et concubinarios publicos non esse ad sacramenta admittendos, nec eos, qui servos suos concubinarios intra portas suae domus habent. Prius tamen quam concionaretur, Regem privatim admonere voluit, sed non est admissus ad colloquium, nec ille concioni interfuit. Quia tamen in genere concionatus fuerat, Rex non

[1] Scilicet *ipsi P. Cornelio*, cui morem gerere in iis, quae ad Collegium pertinebant Rex promittebat, dummodo ipsius vitia et scandala carpere desineret. Vide infra, n. 1287.

tam aegre id tulit, quod nonnulli putabant, immo statim jussit ut servi, quos habebat concubinarios, suas concubinas in uxores ducerent; decrevit etiam in ministerio domestico [ipsis] non uti; et si alii sacerdotes suo officio fungi voluissent, non parum effici potuisset; sed illi et Regem concubinarium et alios eodem morbo laborantes ad sacramenta admiserunt, et quidquid nostri cum Dei auxilio aedificabant, statim illi destruebant; Pro-episcopus ille, qui confessionem Regis audiebat [1], et cum eum admoneret P. Cornelius, immo ostenderet sententiam doctorum quod non licebat hujusmodi homines absolvere, respondebat ille quod alii forte aliud sentirent.

1286. Fugiebant interim P. Cornelium nobiles ne in odium Regis incurrerent; et cum postularet a Rege P. Cornelius ipsa hebdomada sancta ut se audiret, semel et iterum retro se convertens, publice a conspectu P. Cornelii recessit. Existimabat [2] non solum haec inde provenire quod servus esset suarum voluptatum, sed etiam quod judicio parum sano praeditus esset, et tantae levitatis, ut nihil sibi certi posset polliceri de his etiam quae promisisset. Coepit quidem [3] christianam doctrinam docere et se confessionibus exponere, sed nulli ferme, praeter quosdam pauperculos, ad eum accedebant.

1287. Sustentabantur nostri nulla pecunia prorsus accepta, et ille, cui Rex Congi anno superiori commiserat ut Nostris necessaria suppeditaret, jam nihil Regis nomine eis dabat, et decreverat P. Cornelius nullam eleemosynam corporalem ad victum suum a Rege accipere, donec ille cibum spiritualem a se admittere nollet.

1288. Censuerat aliquando mittendum esse legatum a Rege Portugalliae ad Regem Congi, ut timor subtrahendi commercii ad saniorem mentem ipsum reduceret; sed deinde dubitare coepit de remedii hujus certitudine, cum tamen [4] verisimile esset aliquos homines in tali itinere vitam amissuros; et demum ex duobus alterum Regem Portugalliae eligere posse suggerebat, scilicet, vel statim sine ulla comminatione commercium prae-

---

[1] Ita in ms., sensus autem postulare videtur ut aliqua verba huic periodo addantur hoc fere modo: *Non aliter se gerebat Pro-episcopus ille*, etc. Vide infra n. 1288.

[2] Scil. Pater Cornelius.

[3] Idem Cornelius.

[4] *Tamen* pro *tandem* hic usurpari videtur.

dictum auferre et alio transferre, quandoquidem per P. Cornelium sic facturum significaverat, si vitam non emendaret, vel ut res Congi non curaret: primum remedium certius arbitratur, sed non sine aliquo periculo hominum alborum, a quibus Regis animus alienus jam videbatur, cum fere omnes recedere inde vellent, et ideo paulatim remedium illud exequendum videbatur, et non statim esse commercium subtrahendum; si enim videret Rex quod subtrahi inciperet, forte ad obedientiam reduceretur: 2.us autem modus res non curandi cum magnis Dei offensis conjunctus esset, quae sub nomine christianorum ibi fiebant, nam sacerdotes et albi homines pessime vivebant, et ipse Vicarius seu Pro-episcopus prae caeteris contrarius effectus erat P. Cornelio, et ille impedivit fructum, qui Quadragesima praeterita a Rege sperari poterat, et aperte se officio suo indignum ostendebat, cum etiam illa, quae ad gravissimas Dei offensas pertinebant, sine ulla animadversione impunita relinqueret, et nihil Regi dicere volebat, quod ipsi displiceret; monachus aliquando fuerat, et jam mercaturae et augendo peculio dabat operam, et non esse mittendos sacerdotes amplius in regnum Congi censet nec neophytos: proverbium hoc circumferebatur, omnia tandem pecunia superari, et ita ei parandae unice vacabant.

1289. Veniebat autem in mentem P. Cornelio propriam missionem fore [1] quatuor vel quinque sacerdotes Societatis nostrae Congum mittendos esse, ut alii saeculares sacerdotes, ac simul mercatores, inde ejicerentur, ne omnino regnum illud rueret, quod ad religionem attinet, et forte Rex ea ratione mores mutaturus erat, et alia maxima bona inde oritura. Erant enim, qui non sine causa suspicarentur quod isti sacerdotes animum Regis irritassent contra P. Cornelium. Solum id impedire hanc missionem videbatur, quod alibi Societatis opera valde necessaria esset: sentiebat etiam legatos Regis Angolae bene expediendos esse a Rege Portugalliae, cum auxilio dato ad eorum conversionem ad fidem Christi; non tamen continuo commercium Congi eo transferendum, sed paulatim, ut superius [2] dictum est: quod si nollet Rex Portugalliae novum legatum ad

[1] Missionem *propriam* i. e. *convenientem* fore.
[2] Vide n. 1288.

Regem Congi mittere, suggerit quod nominare posset Simonem de la Mota, de quo superius diximus [1], qui Regi Congi fideliter dicturus erat nomine Regis Portugalliae quidquid ipse injungeret: solus ille nostros visitabat, quod alii non audebant, et Regem de his, quae ad ipsius conscientiam pertinebant, liber admonebat; urget etiam ut remittatur Didacus Rodriguez, a Rege Congi missus ad Regem Portugalliae [2], nam utilem operam, quod vir bonus esset et verax, praestiturus videbatur; et hunc etiam Vicarium aut Pro-episcopum creari suadet.

1290. Interim usque ad finem Aprilis Rex Congi noluit ad colloquium admittere P. Cornelium id petentem per Simonem de la Mota. Solatio ipsi erant adolescentes illi orphani, quos ex Portugallia deduxerat, qui valde boni erant, et tanta dilectione P. Cornelium et domum ipsam prosequebantur, ut in Societate omnino vivere ac mori decernerent.

1291. Miserat Rex post Pascha vaccam quamdam ad victum P. Cornelio; sed ille, gratias agens ei, qui vaccam adducebat, admittere noluit, sed se cibum corporeum ab ipso non admissurum affirmabat, donec ille spiritualem acciperet; id interim agebat Cornelius ut intelligeret Rex verum non esse proverbium, quo ille et ejus subditi utebantur, quod omnia pecunia conficiebantur [3].

1292. Hoc ipso mense Aprili Rex multos ex suis nobilibus et consanguineis in carcerem conjecit, et complures ex eis nostra in ecclesia erant assidui, et duo vel tres illorum conjugati, qui ubi [se] captos viderunt, statim peccata confessi sunt, et testamentum confecerunt, et intra paucos dies Rex illos occidi jussit; alii deinde atque alii capiebantur et occidebantur, et non paucae mulieres; nec auditi fuerunt publice, aut locus se defendendi datus est eis, nec forma juris in eorum condemnatione fuit observata, et ferebatur quod propter causas quarumdam mulierum id fieret, et ita multas in carcerem conjecerat ex domesticis, et forte concubinis, quae res terrorem non exiguum multis incussit; nam aliquando, ut dictum est, judicio sano Rex non esse praeditus dicebatur [4].

---

[1] Vide pag. 601 n. 1280.
[2] Vide supra, pag. 601 n. 1279.
[3] Ibidem.
[4] Post tot tantorumque facinorum regis Jacobi narrationem, non abs re erit hic ad-

1293. Decrevit ergo [1] quemdam ex adolescentulis orphanis cum parte librorum praemittere extra regnum Congi; sed nullus ex amicis servos ad haec onera ferenda ei dare ausus est, et ita destitit a juvene mittendo; nam Rex dixerat, si P. Cornelius recessisset, quod nulli ex albis hominibus egressum esset permissurus, nec nundinas aut mercatum esse futurum, ubi solebant illi victui necessaria emere; et ita quodammodo captus esse P. Cornelius sibi videbatur; et in Collegio fere nihil fiebat, nec fructus sperari posse videbatur, quamdiu Rex sic se gerebat, nec ab eo quidquam esse accipiendum etiam ad Collegii usum arbitrabatur; nam et alii sequuturi videbantur ejus exemplum [2], et dicturi ut cum pueris se nostri exercerent, et se pro sua voluntate vivere permitterent, et ne pueri quidem tunc proficerent. Cum autem rogatus esset ut concionem haberet, misit ad Regem ut illi hoc significarent, et rogarent ut concioni adesset; sed non solum ille recusavit, sed propter ejus metum nobiles extra ecclesiam se continuerunt, donec concionem absolveret, et tunc demum ingressi sunt.

1294. Cum Congum venissent litterae Apostolicae, quibus Indulgentia concedebatur, decrevit Rex se ad illam consequendam praeparare, et reconciliari P. Cornelio, prae se ferendo quod agnoscebat vera esse, quae ab illo dicta et tractata secum fuerant; et per Simonem de la Mota eum accersivit sub initium mensis Maji. Adferebat secum Navarri librum et decisionem doctorum conimbricensium, quae ad ipsum missa fuerat, circa complures casus, ut Regi clare ostenderet quod admitti ad sacramenta non poterat, ut sperabat se admittendum eo ipso die,

---

notare quae jure meritoque scribit BAESTEN, *Précis historiques*, III.e Serie, t. II, pag. 251, adnot. 2.: "Après tout ce que nous avons vu du caractère et de la conduite du roi Diego à l'égard des missionnaires, on ne comprend pas l'éloge que Lopez [Pigafetta] fait de ce chef noir. C'était, dit-il, un homme magnanime et belliqueux, célèbre par son courage, sa prudence et son conseil, et ce qui est plus important, si constant dans son attachement à la foi chrétienne, qu'en peu d'années, il la propagea parmi les peuples voisins qu'il subjugua. Il aimait d'ailleurs singulièrement les Portugais et renonça au costume de ses pères pour se vêtir à leur manière. Il était aussi libéral aux Portugais qu'aux Congiens et trés aimé de tous. Lopez ne dit pas un mot de la mission des Péres jésuites et des difficultés qu'ils eurent avec le roi Diego. On ne peut, en général, se fier au curieux ouvrage de Lopez Pigafetta que sous bénéfice d'inventaire."

[1] Pater Cornelius.

[2] Exemplum videlicet Regis, cujus mens haec erat, ut P. Cornelius Collegii dumtaxat ac puerorum curam ageret, sibi vero omnimodam libertatem permitteret. Vide supra, n. 1284.

donec illam concubinam, quam pro uxore habebat, [dimitteret,] et publico scandalo satisfaceret, quandoquidem publice recipere sacramenta volebat. Tunc Rex, his auditis et visis, dixit bene fecisse P. Cornelium, quandoquidem ea esset doctorum sententia, quam sequutus erat in his, quae egerat ac dixerat etiam publice concionando, et magna cum amicitia conjunctus eidem Cornelio tunc mansit, et cum eo convenit ut postridie rediret vel perendie, et portas ipsi statim aperiri cum veniret jussit, et postquam ab eo recessisset, per quemdam ex suis nobilibus certiorem eum fecit quod ipse abstinere volebat a SS.mo Sacramento eo quod in statu peccati esset propter consanguineam illam, quam duxerat in uxorem, non habita dispensatione; et tamen Vicarius, qui et confessarius ipsi erat, omnino ipsum accedere ad sacramenta volebat; consulebat ergo P. Cornelium quid facto opus esset. Respondit P. Cornelius abstinendum sibi esse a sacramentis donec a peccato recederet et publico scandalo satisfaceret; hoc tempore jam Rex in ecclesiam venerat, et sacerdos vestibus sacris indutus sacramentum conficere, ut ei communionem impenderet, volebat; sed Rex eum admonuit se non accepturum Eucharistiam: tunc Vicarius accurrens hortatus est eum ut sacramentum acciperet, et, Rege adhuc recusante, "ad me, inquit ille, recipio„; et ita, cedens ejus importunitati, communicavit, contra id quod ipsemet sentiebat.

1295. Adivit deinde Regem Cornelius, et ex doctoribus ei aperte ostendit malum fuisse consilium Vicarii et confessoris, et populum eo facto offensum fuisse. Fatebatur Rex se peccasse, et poenitentiam postulabat: cum autem urgeret Cornelius ut illam concubinam ejiceret ad domum maternam, ut populus emendationem ejus cerneret, quem etiam instruere debebat hoc se facere propter legem Dei, et ante id tempus se peccasse; caetera omnia paratus erat facere Rex, immo et se flagellis caedere; sed ejicere concubinam contra suum honorem esse dicebat; sed cum diceret P. Cornelius Dei honorem esse praeferendum, convictus ille dicebat se velle omnino dimittere, et injunxit Simoni de la Mota ut ipsius Legato in Portugalliam scriberet ne dispensationem amplius curaret, et haec jam velut indignabundus dicebat. Cornelius hoc tantum se requirere ajebat, ut ante dispensationem a se illam separaret, ut ipsi promiserat, et hoc

etiam Rex se facturum recepit; quamvis etiam Regem Portugalliae et Principem habere uxores [consanguineas] allegaret, sed praecessisse dispensationem intellexit.

1296. Non ergo difficile fuisset Regem ad meliorem sententiam adducere, si ab eo pessimi illi consultores, sacerdotes scilicet albi vel ex Europa, remoti fuissent, qui, recedente P. Cornelio, contra eum Regem excitabant; et ita affirmavit Rex quod eo animo venisset in regnum suum Cornelius, ut occasionem quaereret bellum inter Regem Portugalliae et ipsum inferendi, quod valde avidus esset regni Congi Portugalliae Rex; et ita curavit ut portus eidem [1] occluderentur si forte vellet recedere, et si quid ipsi mali accideret a Rege Portugalliae, quod ab ipso Cornelio poenas esset sumpturus. Demum hoc unicum remedium scribit Cornelius sibi videri adhibendum, ut illi sacerdotes, perniciosi Regi et regno, inde avellerentur, nam Regem, si in manus nostrorum incideret, bonum futurum, et qualis Princeps, talem etiam populum fore.

Et haec de Congo.

---

[1] Patri Cornelio.

DE PROVINCIA BRASILIAE

AC PRIMO

DE DUCATU SANCTI VINCENTII

1297. Quatuor in locis nostri in Brasilia sub P. Emmanuele de Nobrega Provinciali residebant (quinta domus [1] hoc anno addita est, scilicet Piratiningae [2]), scilicet in civitate Salvatoris, quam etiam Omnium Sanctorum sinum vocant, et in alio ducatu, sexaginta leucis inde distincto, Portum Securum vocant: tertius erat locus in ducatu Spiritus Sancti, centum et viginti leucis inde distante; quartus in ducatu, quem S.ti Vincentii vocabant, et ultima erat lusitanorum habitatio, qui ducentis et quadraginta leucis a civitate Salvatoris distabat: est autem ducatus hic in sex oppida divisus, in quorum uno, scilicet S.ti Vincentii, a quo ducatus nomen acceperat, nostri residebant, inter quos ipse P. Emmanuel de Nobrega Provincialis, cum aliis quinque

---

[1] Sextam etiam domum Maniçobae hoc anno fundatam commemorat ORLANDINI, *Hist. Soc. Jes.* P. I., lib. XIV, n. 118.

[2] Piratininga, sive Piratiny, cui nomen praebuit flumen Piratiny, quod in provincia Rio-Grande-do-Sul nascitur et in San-Gonsalo recipitur non longe a lacu Mirim. De fundatione Domus Piratininganae haec scribit VASCONCELLOS, *Chronica da Companhia* de Jesu *do estado do Brasil*, lib. I, n. 149. "...no principio de Janeiro do anno seguinte de 1554 (deixados na villa os que parecerão necessarios pera os ministerios dos Portugueses), forão mandados treze ou quatorze sujeitos Padres, e Irmãos debaixo da obediencia do Padre Manoel de Paiva fundar o Collegio já ditto nos campos de Piratininga. Estes campos merecem nome de Elysios, ou bem afortunados; assi pela ventura que lhes coube de que fossem elles o primeiro Seminario da conversão da gentilidade n' aquellas partes, e o maior de toda a Provincia: como porque partio com elles a natureza do melhor do mundo. De toda a abundancia de cousas necessarias pera uso da vida humana são capazes; e ainda pera recreação, e delicia, a quem a procurar... Distão como dez legoas do mar, porém do porto de S. Vicente doze ou treze.„

sacerdotibus, quorum unus, scilicet P. Leonardus, hoc ipso anno in Lusitaniam missus fuit, unde omnium nostrorum primus in Brasiliam venerat, ut exactior certiorque cognitio rerum brasilicarum a P. Ignatio et nostris in Lusitania haberetur [1]. Erant et fratres non sacerdotes non pauci in eodem Collegio, ex quibus bona pars in Brasilia fuerat in Societatem admissa, qui omnes fere interpretum officio fungi poterant, cum linguam brasilicam, antequam admitterentur, didicissent; sed inter hos erat Petrus Correa, nobilis lusitanus, qui non lingua tantum, sed auctoritate etiam apud brasilienses plurimum valebat, et ita ad eorum conversionem magnum adjumentum ab eo nostris accessit [2].

1298. Curaverat P. Emmanuel de Nobrega, paucis relictis in singulis aliorum Collegiorum, complures habere in hoc ducatu, quia inde ostium aperiebatur ad indorum conversionem, qui minus efferati erant, ut videbatur, magisque dispositi ad evangelium regni Dei admittendum: habebant autem apud S. Vincentium magnum puerorum indorum numerum [3], quos ex diversis partibus congregaverant, et praeter fidei christianae rudimenta, legendi et scribendi praxim eos docuerant: his pueris ad vitae sustentationem ex regione mediterranea per decem leucas farina lignea [4] vehebatur, quod, quia maximo cum labore ac difficultate propter viae asperitatem fieret, visum est P. Nobregae, Provinciali, expedire ut in illam ipsam indorum habitationem unde necessaria ad victum adferebantur, aliqui ex Nostris simul cum pueris migrarent; nec solum victus commoditas ad id movit, sed etiam quod inter lusitanos minus proficiebatur quam nostri optassent.

1299. Missi ergo fuerunt octavo kalendas Februarii aliqui [5]

---

[1] Vide infra, n. 1359, annot. 1, hujus navigationis infaustum exitum, piamque mortem Patris Leonardi Nuñez.

[2] Vide infra, nn. 1319-1322; et supra, t. III, pag. 463, n. 999 et 1013.

[3] Vide t. III, pag. 463, n. 999.

[4] Vide t. I, pag. 452, n. 497; plenius autem a Patre VASCONCELLOS explicatur modus hanc ligneam farinam conficiendi, his verbis: "O genero de herva de raiz mais notavel, e proveitosa do Brasil, he a que chamão mandioca. Tem debaixo de si diversissimas especies, a saber: mandijbucu, mandijbimana, mandijbibiyana, mandijbiyuruçú, apitiúba, aipii:... D' esta raiz tirada da terra, raspada, lavada, e depois valada, espremida, e cozida em alguidares de barro ou metal, a que os Brasis chamão vinoyipaba, os Portugueses forno, se faz farinha de tres castas.„ etc. *Op. cit.*, vol. I, livro II das noticias das cousas do Brasil, nn. 71 et 72.

[5] Tredecim, videlicet, aut quatuordecim. Vide supra, pag. 607 n. 1291, annot. 2.

ex nostris, inter quos Josephus fuit [1]. Piratiningam cum pueris hoc anno pervenerunt, et in paupere et angusta domuncula die conversionis B. Pauli primam Missam celebrarunt, et ideo ei domum nostram dedicarunt, quae Sti. Pauli dicta fuit; et ibi Dominus ex tribulis ac spinis aliquos fructus colligere incipiebat, et populus Dei, licet exiguus, fieri incipiebat.

1300. Catechumeni, cum quibus negotium nostris erat, nonnihil a pristinis moribus recedebant, cum jam raro clamores, quos in potationibus habere solebant, audirentur, quod potissimum ipsorum malum est, et ex quo fere reliqua mala promanant: cum enim suis potationibus incalescunt et inebriantur, praeteritorum malorum memoria inter eos excitatur, in quibus cum gloriari coeperunt, continuo hostium interficiendorum desiderium et carnis humanae fames in eis exardescit; et ita, moderata potatione, alia crimina cessabant, et aliqui ex illis Nostris se subdebant, nec sine ipsorum facultate potare audebant, idque sobrie si cum pristino furore compares: ecclesiam frequentius adibant, reprehensiones patientius ferebant, et nonnulli sollicite petebant ut legitime cum uxoribus a Nostris in matrimonium conjungerentur, et recte vivendi formam docerentur.

1301. Pueri prae caeteris nostros consolabantur, qui libenter ad scholam et quidem frequentes accedebant, et se puniri patiebantur, et alii aliorum aemulatione proficiebant. Sed minuebat hoc solatium parentum obstinatio, qui, exceptis nonnullis, ad suorum veterum morem redire cupiebant, et in vicinum quemdam pagum se multi eorum contulerunt, ut interessent cujusdam interficiendi infelici solemnitati, quod non longe aberat ab epulis humanae carnis, quamvis ipsi abstinerent, et ita malorum exemplo pejores effecti sunt; nec mirum, cum etiam christiani quidam [2], ex patre lusitano et matre brasilica nati, sic obtenebrati essent, ut acrius quam alii in nostros odium gererent, quod quia exercere in nostros non poterant, in indorum perniciem id converterunt, ita ut habitationem quamdam [3], ubi

---

[1] Josephus de Anchieta.

[2] Scilicet mameluci Ramalhiani, in oppido Sti. Andreae degentes, tribus ferme a Piratininga leucis dissito. Vide VASCONCELLOS, *op. cit.*, lib. 1, n. 163.

[3] Quaenam fuerit haec nova nostrorum habitatio, habes paulo fusius in *Historia Societatis*, auctore P. ORLANDINI, parte 1.ª, lib. XIV, n. 118, hisce verbis: "Ergo, paucis

duo ex nostris sacerdotibus morabantur, perverterint, indos ad hostium necem eorumque carnium devorationem inducerent; quapropter, cum ab his depravati nollent nostrorum acquiescere consiliis, Patres illi recedere ab eis coacti sunt.

1302. Unus autem eorum cum alio quodam fratre nostro diu peregrinatus est cum magno labore, fame ac frigore propter quorumdam redemptionem, qui captivi ut comederentur tenebantur: rediens deinde, ad praedicandum christianis missus est: annum integrum inter barbaros illos doctrinae et exhortationi instantes consumpserant; sed malorum, ut dixi, christianorum suasionibus pejores illi quam antea effecti, a Christo facillime recesserunt.

1303. Illi autem ministri Satanae etiam eos, qui baptismum a nostris acceperant (nam hi, de quibus egi, catechumeni tantum erant), exemplo pessimae vitae et morborum veneno inficere et a nostris abducere curabant; cum enim bellum maximum in hostes quosdam pararetur, omnes alii aliorum pagorum indi convocati, hi soli neglecti sunt, ut qui jam non viri, sed foeminae effecti essent, dum nostrorum monitis et moribus se conformarent; cum autem apud eos in fortitudine felicitatem esse positam existimetur, nulla machina moveri poterat potentior ad eos deturbandos quam hac ignominia eos afficere [1].

1304. Illuxit autem gratia Dei in populi Piratiningae capite vel duce, qui statim haec nostris retulit, nec magnopere injuriam illam curavit, quem martyrum exemplo nostri animarunt, sed genus illud hominum corruptissimum (mamelucos vocant, scilicet ex lusitano patre et brasiliensi matre natos) etiam lusitanos, si qua ratione potuissent, a christiana fide avertere voluissent; nolebant enim permittere ut P. Nobrega populum quemdam, ubi ipsi manebant simul cum lusitanis, ad praedicandum illis, quibus solitus erat, accederet, et minabantur usque adeo, ut etiam ipsi lusitani, Patris ejus vitae consulentes, ma-

---

culturae lusitanorum relictis, interiore in tractu geminam sedem instituit [P. Nobrega], alteram Maniçobae [de qua hic agit POLANCUS] leucas a mari circiter quinquaginta, ubi Vincentius Rodericius et Franciscus Petrius sacerdotes cum totidem fratribus collocati, Gregorio Serrano pueros elementa quoque litterarum docente, alteram Piratiningae, quae amplius incrementum accepit.„—Vide etiam VASCONCELLOS, *op. cit.*, lib. I, n. 163.

[1] Uberius de his rebus VASCONCELLOS, loc. cit. et seq.

luerint ejus carere praedicatione quam ejus vitam in discrimen adducere.

1305. Sed post tempestatem hanc tranquillitas sperabatur, misso exercitu a Rege Portugalliae, qui improbos eos, evangelii praedicationi resistentes, de medio tolleret vel subigeret, et eos, qui christianae religionis doctrinam admitterent, honorifice tractaret; et eo magis sperabant id futurum, quod magna ferri et argenti et ut, ferebatur, etiam auri et aliorum metallorum vis in quibusdam ex illis locis, immo intra ipsa oppida inveniebatur, ut majus operae pretium esset si multi milites in Brasiliam mitterentur; reficiebantur etiam spe aliarum nationum longius distantium (quos charigios [1] vocant) qui avidissime nostros expectabant, et quidam ex illis paulo ante ad P. Nobregam pervenerant, et ejus manus osculantes sua desideria explicabant: hispani etiam quidam ex civitate Paragai [2], quae inter charigios est, ad praesidium S.ti Vincentii venerant, et summo desiderio nostros ad se deducere nitebantur [3].

1306. Petrus Correa ad quosdam indos a P. Provinciali missus fuit, ad quos cum pervenisset, et praedicare ac itineris sui causam exponere coepisset, summa cum laetitia ab eis exceptus est; et spectationem ipsius Vincentii [4] superantes, se ad nostros mores suscipiendos et obediendum in omnibus paratos fore dicebant, et in magnum quoddam oppidum constituerunt ex diversis pagis [convenire] ut facilius in ipso institui in christiana doctrina possent.

1307. Inter hos quemdam indum christianum invenit, cui occidendo et comedendo miserae solemnitates parabantur, quem, ab illis libentissime sine ullo pretio concessum, a morte eripuit: quemdam etiam hispanum, qui captivus detinebatur, a dura servitute liberavit: relicto autem ibi fratre nostro, qui hos homines doceret, ipse ad alias indorum nationes est progressus, quem indi complures etiam inter hostes sequi volebant, adeo ut christianorum more tonderi et ipsum ut servi comitari

---

[1] Vide t. III, pag. 457, nn. 992 et 994.

[2] Haec civitas, quam Polancus *Paragai* appellat, non est alia quam urbs Assumptionis, caput totius nationis Paragaicae. Vide supra, t. III, pág. 458, n. 993.

[3] Vide t. III, pag. 456, n. 991, annot. 3; et in hoc t. infra, n. 1305.

[4] P. Vincentius Rodriguez.

cuperent; quod cum ille recusaret, effecerunt tamen ut admitteret eos cum rebus ad victum necessariis usque[dum] ad montem quemdam [eum] deducerent.

1308. Causa autem hujus missionis Petri Correa fuit quod hispani quidam, qui ad civitatem Paragai [1] pergebant, [cum] tempestate jactati in Brasiliam appulissent, non permissi a Gubernatore terra iter illud conficere, aqua idipsum consequi tentarunt, et ad quosdam populos indorum (quos charigios vocavimus) se conferre cupiebant ut, eorum auxilio adjuti, inde terra iter caperent; et quia cum uxoribus nobilibus et delicatis in magna penuria constituti erant, eorum commiseratione commotus P. Nobrega, ad eos Petrum Corream misit ut eis esset auxilio: quia autem haec ultima fuit missio Petri Correae, de alia dicam, qua hoc ipso anno [2] perfunctus erat. Cum enim P. Nobrega ingressum in loca mediterranea meditaretur, ut praecursorem, hunc fratrem ad praedicandum Dei verbum misit, cujus conatus, cum daemoni essent infesti, dum iter faceret, duo magna ligna, fere quadraginta palmos oblonga et satis crassa, super caput ejus, Deo permittente, declinavit [3], ita ut ab omnibus id spectantibus mortem evasurus non crederetur, et cum grave vulnus capiti fuisset inflictum, et cranion comminutum esse homines judicarent, cumque vulnus sequeretur gravis oculorum dolor, qui difficile illis in locis curantur, nihilominus die sequenti sanus omnino fuit, fratrum orationibus pro medicina usus.

1309. Cum autem quinquaginta vel sexaginta leucas Petrus Correa per mediterranea progressus esset, sequutus est eum P. Nobrega adhibens unum de Societate, et quatuor vel quinque

---

[1] Vide supra, n. 1305, annot. 2.

[2] Utraque hac missione hoc anno Petrum Correa perfunctum esse, clare liquet tum ex his verbis Polanci, tum ex ORLANDINI, tum etiam, ut videtur, ex litteris ipsius Petri Correa infra citandis. Emendandus igitur P. VASCONCELLOS, qui, *op. cit.*, lib. I, n. 132, primam Petri missionem inter eventus anni 1553 reponit. Conf. ORLANDINI, *Hist. Soc. J.* P. I, lib. XIV. n. 129.

[3] En ipsius Petri verba, quibus horum lignorum crassitudo clarius explicatur: "... il quale [ipse sc. Petrus] teniamo certo, che il demonio si sforzò di ammazzare per la via, perche una volta gli fece cascar sopra il capo due legni di lunghezza di 30 ò 40 palmi, et de la grossezza d'una coscia, che quanti l'hanno visto il giudicorno morto: ma come egli andaua per la obedientia, benche li legni li fecero una grande ferita, che si pensaua li fusse rotta la testa, l' altro giorno restò tanto sano, come se niente hauesse patito di male.„ Ex epistola Petri Correa, 8 Junii 1554 data, quae edita fuit in libro cui titulus: *Diversi avisi particolari dall' Indie di Portogallo, ricevuti dall' anno 1551, fino all 1558.*

pueros, quorum unus crucem exiguam, cum in aliquem locum indorum ingrediebantur, in altum erectam deferebat, et cantu quodam valde concinno litanias decantabant; indigenae pueri se aliis pueris statim adjungebant, alii admirabantur rem novam, et ubique bene accipiebantur; in egressu etiam litanias simili modo cantabant, et aliqui ex pueris, relictis parentibus, eos sequebantur.

1310. Pervenerunt ad quemdam locum, ubi magna caedes servorum more brasilico parabatur, quam cum impedire niterentur, se excusarunt barbari eo quod jam multi essent invitati, et expensae vinorum et aliorum factae; tunc ad eos, qui occidendi erant, conversi, ut christiani fierent eos hortabantur, et brevi tempore ad fidem Christi eos adduxerunt; sed ne baptizarentur prohibebant barbari, quod, si postea comederent baptizatorum carnes, se morituros timerent; et cum nulla ratio sufficeret, arte nostri sunt usi, et syndonem quamdam aqua benedicta madefacientes, secreto omnes baptizarunt, et qui morituri erant miserunt rogatum P. Nobregam ut in aliquo loco esset, ubi eum intueri possent, et ut eos multum Domino commendaret: unus autem ex fratribus tam illis quam occisoribus non cessabat salubria monita dare: omnes ergo coram nostris interfecerunt; et primus, genua flectens et invocans nomen Domini Jesu, ense ligneo ipsorum more percussus, prosternebatur; sed statim surgebat, et genua flectebat, et oculos ad coelum erigebat et ad P. Nobregam, et cum nomine Jesu in ore occisus est, et consequenter alii, inter quos erant tres infantes innocentes.

1311. Accidit post haec ut quidam hispani ex urbe Paragai [1], quam alluit unum ex brachiis magni fluminis, quod vocant vulgo *de la Plata,* ducentas fere leucas a praesidio S.ti Vincentii, in Brasiliam venirent, cum quibus multi ex indis, quos charigios vocant, quod famam nostrorum audissent, veniebant ut christiani fierent, quorum numerus ad ducentos dicitur ascendisse; et cum in itinere in quemdam locum indorum quorumdam, qui *tupinachini* dicebantur, essent ingressi, majorem eorum partem aut sagittis aut gladio [tupinachini] occiderunt: ajunt autem quod, dum caederentur, dicebant: "occidite, carnifices, foetidam istam carnem, nam animae nostrae hodie ad suum

[1] Vide supra, n. 1305, annot. 4.

Creatorem videndum ibunt„: et ita sanguinis baptismo felices ad Dominum migrarunt; simul cum illis hispanum quemdam occiderunt; paulo post, quinquaginta vel sexaginta [1] alii ex eo genere indorum cum tribus hispanis ad id ipsum veniebant et ab his tupinachinis simili modo fuerunt occisi.

1312. Unus ex hispanis evadens ad P. Nobregam pervenit, qui etiam conatus est subvenire duobus hispanis, qui evaserant ex priori illa caede, et in servitutem adducti erant quorumdam indorum, [qui] et decreverant quotquot poterant christianos occidere: ad hos ergo liberandos fratrem nostrum Petrum Corream misit ultra centum leucas, et, Deo propitio, ut superius diximus, eos [2] reduxit, et omnia pacifica ibi reliquit: ubi etiam erat P. Nobrega, indi ad bellum concitati erant, sed exhortationibus nostrorum pacati fuerunt.

1313. His et aliis hac peregrinatione transactis, in praesidium S.ti Vincentii omnes redierunt, et, ipso die festo S.ti Bartholomaei, secundo missus est idem frater noster Correa, sumpto Sanctissimo Sacramento, ut illi multitudini hispanorum subveniret, quam audierat P. Nobrega magna rerum omnium penuria laborare [3].

1314. Cum magno ergo labore, simul cum sociis Joanne de Sosa et Fabiano, et fame, in quemdam fluvium pervenit, quo illi hispani venturi credebantur, quadraginta vel sexaginta leucis a S.to Vincentio distantem; sed illos hispanos eo in loco non invenit: concionatus est ergo ferventer tam in illo quam in aliis pagis; nec solum persuasit illis hominibus ut in hispanos, si eo pervenissent, non saevirent, sed etiam ut eis humanitatem et auxilium praestarent. Reliquit ibi Fabianum ut indos instrueret, et cujusdam hispani, qui vulneratus erat (hic erat ille ipse, quem diximus evasisse tupinachinorum manus [4]) curam ageret,

---

[1] In epistola Petri Correa, de qua supra in annot. ad n. 1302, mentionem fecimus, decem tantum charigii dicuntur occisi cum duobus hispanis. Vide *Diversi avisi... dall' anno 1551 fino al 1558*, fol. 240 v.

[2] Non solum scilicet liberavit duos hispanos, sed cum illis reduxit etiam multos christianos, qui captivi tenebantur. Vide epistolam Petri Correa sup. cit.

[3] Vide supra, n. 1308.

[4] Immo vero alius plane hic hispanus ab illo fuisse videbitur, si attente distinguantur tempora diversa et circumstantiae prorsus dissimiles utriusque eventus. Prior etenim hispanus, de quo supra, n. 1306, mentionem fecit Polancus, illaesus prosus evaserat ex caede illa charigiorum, cum quibus et aliis hispanis pacificus ipse ab Brasiliam iter faciebat, quae quidem evenerunt tempore prioris missionis Petri Correa, i. e. saltem ante mensem Junium hujus anni, quo mense scripta fuit epistola, ubi haec omnia ab

qui, cum jam sanitati esset restitutus hispanus, in gravem ipse incidit morbum, et praestabant ei indi nonnihil humanitatis; sed cum pro more suo quemdam ex hostibus captum occidere et comedere vellent, aegrotans Fabianus longa oratione eos reprehendit, et ipsorum aedes circumiens, quamdam partem humanae carnis in frusta concisam et ad fumum assiccatam, qua post mensem cum solemnitate vesci debebant, coram ipsis accepit, et in densissimo nemore, ne ab ipsis reperiretur, abscondit; quae res tantum ei odium concitavit, ut ejus aegritudini nullam amplius curam adhiberi voluerint; immo aliquando ne farinam ad cibum habere poterat, et sic magno cum labore itineris et famis ad nostros in praesidium Sti. Vincentii se recepit.

1315. At Petrus Correa cum socio Joanne de Sosa et duobus indis, quos a caede adversariorum liberaverat, versus charigios progressus est, et sub festum Nativitatis Domini rediturus erat ad nostros (nisi aliter Domino visum fuisset); ingressi siquidem charigorum fines, multis diebus Evangelium Christi praedicarunt, et magno labore, ob famem et Joannis Sosae aegritudinem, in quam incidit, longum iter peragrarunt.

1316. Mense autem Novembri, (ut nostri conjiciebant) hispanus quidam, indorum interpres, simul cum lusitano missus

---

ipso Petro enarrantur. Alter vero hispanus, de quo hic est sermo, vulneratus captusque fuerat ab indis, quos Tupis appellant, in bello, quod in illos cum charigiis gerebat. Haec autem evenerunt in secunda Petri missione, sc. post diem 24 Augusti 1554, ut narrat VASCONCELLOS (*Op. cit*, lib. I, n. 174) hisce verbis: "Pera esta missão pois, e pera estes fins, foi avisado o Irmão Pedro Correa com grande jubilo de sua alma (porque estes erão seus mais estimados empregos). Partio a ella a 24 de Agosto, dia de S. Bartholomeu do anno corrente de 1554, tomando a benção, e abraçando a seus Irmãos com lagrimas de alegria (que parece lhe adivinhava o coração a boa ventura, que por aquellas mattas lhe tinha guardado o ceo). Acompanhárão-no o Irmão João de Sousa, e o Irmão Fabiano: os cavallos erão seus bordões, o viatico a grande providencia de Deos e dos campos. Chegados ao porto principal dos Tupis (era então o a que hoje chamão Cananéa, e o donde se arreceavão os Castelhanos) entrou prégando áquella gente, e com sua graça, e eloquencia cattivou os animos de todos. fez officio de Anjo da paz; prometterão de não fazer mal aos Hespanhoes, e assi o cumprirão á risca. E he hum dos motivos da ida. Tratou logo da paz, e negocio da Fé, e derão palavra de fazer hum lugar separado, onde todos pudessem ajuntar-se a ouvir a doutrina christãa: e o que he espanto, que chegárão a entregar-lhes os cattivos, que tinhão já em cordas, como a engordar pera pasto: primor mais raro, a que podem chegar. Entre estes lhe derão hum Castelhano, que tinha vindo con os Carijós contra elles á guerra; e com este (alem de livral-o da morte, porque estava mal ferido de huma frechada, que houvera na guerra) deixou o Irmão Fabiano pera que o curasse, e consolasse: como fez, até que passando outros Castelhanos, que hião nas canoas, o levárão comsigo, ficando-se só o Irmão ensinando a doutrina da Fé, e esperando o companheiro, que tinha partido em 5 de Otubro„.

a populo quodam hispanorum, in quosdam pagos non longe ab illis, ubi nostri versabantur, pervenit, ad quem Petrus Correa epistolam misit, rogavitque ut simul in unum locum convenirent ut eodem spiritu et modo eamdem veritatem indis suaderent; at ille [1] parum quae scribebantur curavit: lusitanus nihilominus ad Petrum Corream accessit, et ea nocte cum nostris mansit, quo tempore Petrum se audivisse dixit indos admonentem ut pacem cum hostibus inirent, et christianam religionem ac doctrinam susciperent; sed creditur quod hispanus ille, qui, diu inter charigios vivens, eorum moribus assueverat, et multum apud eos auctoritate valebat, longe aliter se gessit, nam ad bellum contra hostes gerendum excitabat, et auxilium suum eis promittebat; dicitur etiam quod in suspicionem vocaverit Petrum Corream cum socio quod eo venisset ut hostibus ipsorum viam, qua in eos irruerent, aperiret, et arcus, quibus ipsos interficerent, deferret; et ad hoc dicendum et persuadendum occasionem aliquam dederunt duo illi indi, qui nostros comitabantur, qui aliquos arcus (ut ipsis mos est cum in alias regiones se conferunt) secum portabant.

1317. Cum itaque Petrus Correa cum socio, quae imposita ipsis fuerant, diligenter executi essent, et sanctum evangelium praedicando, tam paratos animos ipsorum ad Christi doctrinam percipiendam invenissent, ut affirmaret Petrus jam dicto lusitano se numquam indos tantopere ad omne bonum paratos vidisse; et cum jam compertum haberent illis hispanis, ex Sto. Vincentio profectis, aliunde posse exhiberi subsidium, ad condictum tempus, scilicet Natalis Domini redire ad nostros parabat, et decem aut duodecim charigios, usque ad ipsorum fines, viae comites habuit.

1318. Cum autem duo illi, hispanus scilicet et lusitanus, in oppidis quibusdam essent, viderunt per flumen descendere quosdam indos, a quibus intellexerunt quod primum duo illi comites indi interfecti fuerant, et in cibum interfectorum cesserant; quo peracto, in Joannem de Sosa aegritudine laborantem conversi, ipsum sagittis configere coeperunt, qui, ut omnes affirmabant, genibus flexis, Domino gratias agens, confossus vulneribus, Creatori suo spiritum reddidit.

---

[1] hispanus.

1319. Cum autem Petrus Correa sic tractari socios cerneret, indos alloquebatur; et, quamvis ignorentur verba, quae protulit, creditur ea dixisse, quibus eos reprehenderet, et ab eo facinore averteret, et salutis suae aeternae commonefaceret: indi autem pro verbis sagittas reddebant, quibus confixus, non destitit tamen illos alloqui donec ultra dolorem non valens sustinere, baculo, quem in manibus portabat, relicto, oculis aversis ab eis, et genibus flexis, Domino spiritum suum commendans, interfectus est.

1320. Occisos autem vestibus exuerunt et eorum corpora avibus et bestiis devoranda reliquerunt: affirmabat autem lusitanus ille (et quidem cum in articulo mortis esset, postquam cum aliis navi ad Stum. Vincentium secundo flumine delatus est) indos illos [hocce crimen perpetrasse], quos interpres jam dictus hispanus ad bellum hortatus fuerat et multis mendaciis deceperat, nam ille odio nostros prosequebatur, quod dissuadebant ne indica quaedam concubina illius ipsi dari prohibuerat [1].

1321. Hi ergo primi duo martyres in Brasilia ex primis fuerunt, qui ad evangelii praedicationem missi, et ad charitatis opus exercendum, et homines inter se pacificandos, et ad Deum adducendos, sagittis impiorum occubuerunt; et ita, quamvis optimo ministro verbi Dei nostri, vel potius indi, privati fuerunt, ejus tamen et socii mors non tam nostros dolore affecit quam ad aemulationem hujusmodi mortis incitavit [2].

1322. Hic Petrus Correa inter optimates regni Portugalliae quod ad nobilitatem atinet, censeri poterat; et quamvis damna non exigua brasiliensibus intulisset, et non paucos, in captivitatem redactos, ad lusitanorum populos adduxisset, obsequium se

---

[1] Ita in ms.; sensus autem postulare videtur ut in hunc vel similem modum haec periodus corrigatur: *nam ille odio nostros prosequebatur, eo quod ne indica quaedam illius concubina ipsi redderetur prohibuerant.*—Quisnam vero fuerit hic hispanus haud certo affirmare valemus, nam juxta ORLANDINI, *loc. cit.*, et NIEREMBERG, *Varones ilustres*, ed. ant. t. II, pag. 492; novae Bilbaëns. t. III, pag. 535. traditor hic non alius erat quam ille, quem supra ex manibus et faucibus barbarorum a Petro Correa ereptum vidimus. Si autem JOSEPHO ANCHIETA et BALTHASARI TELLEZ, *Chronica de la Companhia de Jesu em Portugal*, p. II., l. V, cap. 52, fides habenda sit, facinus, de quo hic est sermo, adscribendum esset alii hispano, quem ab indorum vinculis et dentibus P. Emmanuel de Chaves vindicaverat et a pellice dein sejunxerat. Vide VASCONCELLOS, *op. cit.*, lib. I, n. 176.

[2] Fusius de vita et virtutibus Petri Correa agit P. Vasconcellos, *op. cit*, lib. I., nn. 179-182.

Deo praestare existimans; cum primum nostri in Brasiliam venerunt, eum nostri prae caeteris timore Dei et prudentia praeditum invenerunt; et ita cum primum intellexit se in erroribus versatum esse, omnium primus in Societatem ingressus, se totum Deo ad brasilienses adjuvandos consecravit, et quinque annorum spatio, maximis laboribus per nemora et deserta loca et inter gravissima pericula, Evangelium inter brasilienses cum multorum utilitate praedicans, et inter nostros sine querela et semper ad perfectionem anhelans, cum magna humilitate et obedientia hanc laborum suorum coronam a Deo est consequutus.

1323. Quam copiosus autem fructus ex ejus vitae exemplo et laboribus provenerit, tam inter lusitanos quam inter brasilienses, lacrymae, planctus fere communes et virtutum ejus laudes, quas post mortem efferebant, satis testabantur. Inter caetera Gubernator Piratiningae dicebat: "veri eloquii princeps mortuus est, qui nobis veritatem declarabat, qui sincero cordis amore nos prosequebatur, pater, frater, et amicus noster„, et haec a media nocte fere usque ad auroram circum aedes illius loci, omnium animos vehementer percutiens, dicebat [1].

1324. Socius ejus in martyrio, Joannes de Sosa, inter primos in Brasilia admissus in Societatem, expectatae virtutis etiam ante ingressum erat, et eamdem in religione mirum in modum auxit, et in infimis ministeriis cum summa humilitate et charitate se exercens, a culina ad coronam martyrii a Domino vocatus est.

1325. Indi, qui hos duos fratres nostros [2] ad meliorem vitam transmiserunt, ex illis erant charigiis, qui feri adhuc et indomiti erant, necdum commercio christianorum usi, et ab illis admodum disjuncti erant, qui ex hispanorum consuetudine non solum mansueti, sed baptismi avidissimi, facti erant: illa enim natio prae caeteris latissime patebat.

1326. Sed, ut redeamus Piratiningam, octo de nostra Societate ibidem in brasiliensium spirituale auxilium incumbebant: hi filios suos nostris erudiendos libenter concedebant, ex quibus

---

[1] Scriptores qui de Petro Correa eiusque socio scripserunt, recenset VASCONCELLOS, l. c., n. 184.

[2] Juxta VASCONCELLOS Petrus Correa erat scholasticus; Joannes vero de Sosa coadjutor temporalis.

jam quindecim baptizati erant, et complures alii catechumeni sub Antonio Rodriguez [1] praeceptore optime instructi versabantur, qui horis antemeridianis post lectionem litanias in ecclesia, pomeridianis canticum *Salve Regina* decantabant, diebus autem veneris magna cum devotione in processionibus usque ad sanguinem se flagellis caedebant, et ex his pueris, cum parentibus suis succederent, populum Deo gratum efficiendum esse nostri sperabant.

1327. Ex toto autem oppido centum triginta paucis mensibus ad catechismum accedebant, ad baptismum autem ex omni sexu triginta et sex fuerunt admissi: bis quotidie in doctrina christiana erudiebantur, dicentes orationes in lusitanico et etiam in brasiliensi idiomate; foeminarum autem concursus major quam virorum erat.

1328. Singulis dominicis diebus eis Missa dicebatur; et cum catechumeni post offertorium dimitterentur, graviter id ferebant, et nostros urgebant ut se baptismo dignos efficerent; sed nostri caute in eo administrando procedendum existimabant, ne ad vomitum morum antiquorum redirent, nec nisi post longam probationem quemquam baptizabant.

1329. Placuit autem divinae bonitati ex his, qui ad veram religionem accedebant, multos hac vita privare, ad aeternam, ut credebatur, eos deducturos (sic), nam magna diligentia et studio curatum est ut in fide stabiles firmique decederent. Inter eos nonnulli innocentes post baptismum susceptum ad Dnum. migraverunt.

1330. Quidam ex primoribus, qui a centum leucis et eo amplius cum Petro Correa, christianae fidei causa, Piratiningam venerat, cum die quadam in lusitanorum habitationem tribus leucis distantem se contulisset, a quodam christiano ad potandum invitatus, respondit se jam pristinos mores reliquisse, sibique a nostris hujusmodi potationes esse prohibitas. At ille: "ne timeas, inquit: nec enim hoc illi scient„. Victus ergo invitatoris importunitate se potationi dedit, ex quo in gravissimum morbum incidit, quem et mors consequuta est; suum tamen peccatum dolens confitebatur, et, baptismo suscepto (nam catechumenus erat), ad Dominum migravit. Hic saepe nostris dicere

[1] Vide t. III, pag. 456 et 457, nn. 991 et 992.

solebat se a quodam filio suo innocente, qui baptismo suscepto obierat, crebro de coelo vocatum, et ut ad nostros veniret incitatum fuisse, et a filio se deductum ad nostros minime dubitabat.

1331. Alius quidam, olim christianus effectus a lusitanis, qui oppidum illud aliquando incoluerant, ab eo recessit ut majori cum licentia gentilicis moribus uti posset; in gravem morbum incidens, manifesto Dei judicio nostrorum opera frui, dum moreretur, non poterat; cum enim ad eum accessissent, jam linguae usum amiserat, quem mortuum ad aliorum terrorem ecclesiastica sepultura privarunt, ut, qui gentilice vixerat, gentilico etiam et non christianorum more sepeliretur.

1332. Fuit etiam admirandum Dei judicium in illis, quos charigios vocabant, qui ad nostros venerant et cum nostris eo redituri erant, ut [1] ipsorum auxilio alii ad Christi fidem adducerentur; nam subitus eos morbus invasit, quo pene omnes de medio sublati sunt. Quis novit sensum Domini? [2].

1333. Hi, quibuscum nostri vivebant, antiquissimas inimicitias malis ejusdem nationibus gerebant [3], et ideo frequentissime ultro citroque bellum gerebant, ad quod multi ex diversis locis conveniebant: cum itaque nostri inter eos agerent, in hostes profecti sunt, et pridie quam certamen inirent, qui ex aliis pagis convenerant, pro more suo, tuguriolo quodam constructo, veneficis suis sacrificia offerre coeperunt, sciscitantes ab eis quid in conflictu successurum esset. Invitati autem nostri catechumeni et alii, inter quos verbum Dei praedicatum erat, responderunt se illis mendaciis fidem jam non adhibere, suumque Deum in cordibus habere, cujus auxilio freti majorem victoriam quam qui immundis illis sacrificiis vacabant, essent reportaturi.

1334. Cum ergo ad praelium ventum esset, et maxima hostium appareret multitudo, hi, metu atque terrore concussi, animum abjicere coeperunt; quod cum animadverteret uxor ducis Piratiningae, quae baptizata erat, et simul cum viro ad bellum

---

[1] *nam*, legitur in ms.; *ut* sensus postulare videtur.

[2] ROM. XI, 34.

[3] Ita in ms.; lege potius in hunc fere modum: "Hi quibuscum nostri vivebant, antiquissimas inimicitias cum aliis ejusdem nationis populis gerebant.„ ORLANDINI haec ita brevius digessit: "Bello, ait, inter incolas Piratiningae populosque finitimos excitato, Piratiningani etc.„ *Hist. Soc. Jes.*, loc. cit.

profecta erat (ut eorum est consuetudo), omnes bono ac virili animo esse hortatur, et ut timore deposito signum crucis frontibus suis imponerent: itaque duo solum, qui id facere neglexerunt, vulnerati, unus desideratus est; a reliquis hostes fusi fugatique sunt: a nostris autem catechumenis nonnulli capti, et quos antea maxima cum laetitia et cantus solemnitate comedere solebant, occiderunt et sepulturae dederunt: sed hostes ipsi extraxerunt ex sepulturis, et putantes esse ex adversariis, suos comedendos tulerunt.

1335. Cum quidam ex bello rediisset, uxorem domi non inveniens, et se ab ipsa repudiari audiens, magno furore concitus, ad ecclesiam, ubi illa doctrinae christianae cum aliis dabat operam, venit, et capillis coram omnibus extractam, pugnis et colaphis caesam, indignis accepit modis; quod cum resciisset Princeps ejus loci, hominem comprehendit, et nostros rogavit ut compedes fieri curarent, se enim omnes facinorosos, et illum praecipue, qui templum Dei tali injuria violasset, in vincula conjecturum; sed nostri pro reo intercesserunt; ille autem dimissus, ad veniam petendam venit, et improborum quorumdam consilio inductum se illud facinus in uxorem perpetrasse dicebat; et cum nullo jure aut legibus hi homines teneantur, admiratione dignum erat quod hoc modo se subjiceret.

1336. Ex veneficis, de quibus superius egi, nullus audebat Piratiningae habitare, quod eorum fallacias et mendacia nostri detegerent. Cum autem quidam ex catechumenis horum uni se curandum praebuisset (nam hi profitentur se sanitatem, vitam ac morbum in potestate habere), ejus filius, qui apud nostros in scholis versabatur, patrem dure redarguit, et inter caetera [dixit] eum non debere ecclesiam ingredi, quod venefico fidem habuisset et a nostrorum sententia recessisset.

1337. Puella quatuor vel quinque annos nata gravissimo morbo correpta, a matre sua flagitabat ut in templum se deduceret; quod cum mater fecisset, brasilico idiomate puella coram altari ingemiscens, orabat: "o Pater, sana me.„ Ejus autem pater, qui aderat, postulavit ab ea an vellet veneficum aliquem adhiberi ut salutem ei afferret: at illa cum magno ejulatu in terram se abjiciens, non venefici, sed Dei auxilio se sanitati velle restitui significavit et obtinuit; nam, levi a nostris remedio adhibito, sanitatem recuperavit.

1338. Versabatur etiam Piratiningae aliquando Provincialis ipse, a lusitanorum habitatione segregatus. Habebant autem secum nonnullos ex filiis gentilium, quos ex variis locis ad se allexerant: hi a parentum amore tam alieni erant ut, cum cujusdam pater filium inviseret, vix compelli potuerit ut cum patre loqueretur; sic et alii naturalem hunc amorem exuisse, et in alium multo meliorem commutasse, videbantur.

1339. Primos autem menses paupercula domo usi fuerunt, luto et lignis confecta et paleis operta, longitudinis quatuordecim passuum, decem vero latitudinis; ibi erat schola, infirmorum locus, dormitorium, refectorium, culina et penus, omnia simul, nec tamen ampliorum habitationum, quibus alibi nostri utebantur, desiderium eos tenebat, nam in arctiori loco Christum natum, et in arctiori cruce fixum memores erant [1]. Hanc domum ipsimet brasilienses in usum nostrorum construxerant, sed aliam majorem manibus suis nostri conficere volebant; nam necesse erat aliquando ipso in campo lectionem grammatices nostris praelegere, et frigore foris quam fumo intus urgeri malebant: pueri autem, qui in schola versabantur, ad ventum etiam et frigus expositi erant.

1340. Fiebant conciones assidue populo et frequentiores quam in parochiis Portugalliae: ad ecclesiam illam qualemcumque piratiningenses accedebant, et bis quotidie mane ac vesperi ad catechismi lectionem accurrebant: si quis autem ex pueris ad scholam non veniebat, alii, quibus ea cura commissa erat, ad eum quaerendum euntes, captum ad scholas deducebant; et aliqui ex eis, vivo ingenio et animo non exiguo praediti, dolia, quibus parentes vinum suum servabant, interdum comminuebant. Cum autem nostri quae fidei sunt declararent, et non solum coelestia, sed terrena etiam bona, quatenus opus esset, Deum esse ipsis subministraturum dicerent, et sub pedibus suis thesauros Dei absconditos et ignotos, dum ipsi suum Creatorem ignorarent, esse inventuros, reipsa Dominus doctrinam comproba-

---

[1] Tota haec descriptio domus Piratininganae, nonnullis immutatis, ex quadam Josephi Anchietae epistola desumpta est, ut videre potes in ORLANDINI *Hist. Soc. Jes.*, P. 1, lib. XIV, n. 122. Quantam vero paupertatem experirentur illi Patres melius perspicies, si legas quae de ipsorum vestibus addit ipse ORLANDINI, hisce verbis: "Porro domus angustiis caetera erat vita consentiens, frusta nauticorum velorum, quae nautarum donabat benignitas, atro tincta, ipsimet sibi concinnabant in tunicas.„

vit; nam postquam credere coeperunt, apud eos fodinae ferri detectae sunt [1], et ipsimet a Deo factum hoc praedicabant.

1341. Lues autem illa, quae multos extinxit, novem processionibus in honorem novem ordinum angelorum celebratis, in qua pueri indorum flagellis se caedebant, indi autem utriusque sexus cereos accensos deferebant, et decantatis litaniis respondebant, extincta est.

1342. Ulterius ad mediterranea ultro progressi sunt, fere quinquaginta leucas, aliqui ex nostris, et ibi instituendis indigenis vacabant, et apud S. Vincentium negotiorum causa tantum aliqui versabantur, et inde recedebant; nec parum consolabatur nostros puerorum in litteris et bonis moribus progressus, nam gens illa, ut in moribus, ita et in ingeniis rudis admodum esse solet, et ab his pueris longe majora quam ab eorum majoribus, qui in depravatis moribus callum obduxerant, sperabantur, et filii ipsi parentes alioqui docebant domi suae, et hortabantur ut nostris crederent, qui veraces erant [2].

1343. Decreverat P. Nobrega longam quamdam peregrinationem, quae vix uno anno confecta fuisset, aggredi, ad provinciam quamdam se conferendo, quae Arari [3] dicebatur, ubi numerosissimi populi sunt (ut quidam lusitani referebant) ,et valde rationi obediebant, nec humanis carnibus vescebantur; sed hanc non fuisse Dei voluntatem ex eo cerni potuit, quod is, qui futurus erat praecipuus minister, in gravem incidit morbum, et, dum ille convalescit, litteras Provincialis accepit, quibus haec peregrinatio prohibebatur: ipse etiam Provincialis ex doloribus colicis ad mortem usque laboravit, sed sanitatem ei Dominus restituit. Nec omittam quod, cum Piratiningae multi in aegritudinem inciderent, injunxit P. Nobrega cuidam fratri nostro, nomine Gregorio Serrano [4], ut, venam aperiens, sanguinem educeret; quod cum fuisset exequutus, omnes aegrotantes convalue-

---

[1] Vide supra, pag. 615, n. 1305.

[2] Quae tribus hisce numeris, sc. 1340, 1341 et 1342, continentur, deprompta sunt ex epistola Petri Correa, die 8 Junii 1554 data, quam habes in *Diversi avisi... recevuti dall' anno 1551, fino al 1558*, fol. 241.

[3] Arari, nomen est fluvii, qui Peruviam alluit, exitque in Pacificum mare. Rio de San Juan vulgo appellatur.

[4] Gregorius Serrano, juxta ORLANDINI, litterarum elementa pueros Maniçobae docebat. *Hist. Soc.* P. I, lib. XIV, n. 118.

runt; itaque et spiritualis et corporalis medici officio Provincialis fungebatur [1].

1344. Quamvis autem magno cum labore ab humanae carnis esu omnes illos continebat, a potationibus et cantibus gentilicis difficile admodum avelli poterant; et, postquam in bellum ierunt, difficilius ab hujusmodi seipsos cohibebant; et quemdam christianum, olim a christianis baptizatum, qui, cum duabus foeminis Piratiningam veniens, ad hujusmodi abusum alios sollicitabat, quidam ex nostris, qui eos docebat, cum flagello surgens contra eum, ab eo loco expulit. Multum itaque negotii nostris natu grandiores exhibebant.

1345. Ipso die S.ti Laurentii quibusdam ex pueris vestes donatae fuerunt (nam illi nudi, ut alibi diximus, incedunt), ex panno, quem Rex Portugalliae mitti nostris jusserat; quae res mirum in modum eorum animos devinciebant, ut et aliqui ex majoribus natu amore paupertatis [2] alio recedebant, ita ex aliis locis Piratiningam alii commigrabant cum suis domibus, inter quos unus eminebat optima voluntate renunciandi moribus antiquis, et obediendi nostrorum documentis; et hic cum uxore sua, cum essent catechumeni, sollicite filias suas virgines custodiebant, nec aliis nuptui dare quam christianis volebant, quae res inusitata apud eos gentiles erat, qui cuivis filias suas exponebant.

1346. Quamvis complures ex nostris per diversa loca inter indos spargerentur, quod eorum opera ipsis esset necessaria, etiam ad id movebat difficultas eos uno in loco alendi, nam aliquando, immo saepe, foliis quibusdam sinapis decoctis cum cu-

---

[1] Pulchre haec a P. VASCONCELLOS illustrantur, remque lectori gratam facturos arbitramur illius verba hic transcribentes. " Outro meio humano entreveio, e foi, que vendo os Padres que o mal era força de sangue, e não havendo na terra Medico, ou Sangrador, nem ainda lancetas, começárão alguns, e o Irmão Joseph o primeiro, a aguçar seus canivetes de aparar pennas; e com elles, e com o zelo da charidade sangrando-os, fizerão tal effeito que raro foi o que d'alli em diante morreo: e os perigosos em breves dias melhorárão. A vista de hum e outro exemplo ficárão os Indios de todo satisfeitos, e dizião, que a doença dava o diabo, e a saude davão os Padres. Este meio de charidade, que com esta gente usamos, onde quer que com elles vivemos, em suas doenças, he huma das razoẽs mais forçosas, que abranda sua natural fereza. Algum escrupulo houve entre os Religiosos do exercicio das sangrias, pelo perigo de irregularidade: mandou-se preguntar a questão a Roma a nosso Santo Patriarcha Ignacio pera successos semelhantes: a resposta foi por estas palavras: "Quanto ás sangrias digo, que a tudo se estende o bojo da charidade:„ pelo que com mais resolução o fazião dalli em diante, até o mesmo Padre Nobrega por sua mão em casos de necessidade„. l. c., lib. I, n. 162.

[2] Sic; *libertatis?*

curbitis et farina quadam lignea [1], victitabant; sed sub autumnum lautius vivebatur, cum quoddam genus formicarum filiorum suorum examina educerent, quae ejus erant magnitudinis ac bonitatis, ut pro delicato cibo haberentur, cum haberi poterant: offerebant autem aliquam farinam indi tempore offertorii in Missa, et praecipue ipso die, quo fit commemoratio defunctorum; et quamvis pro his offerebant defunctis, qui in inferno magna ex parte erant, nihilominus bonam consuetudinem hac ratione induebant [2].

1347. Sub anni finem non obstiterunt conciones nec exhortationes continuae quominus incolae Piratiningae apud alios sua existimatione caderent: ad quemdam locum egressi sunt, ubi alii cum magna solemnitate potus et cantus pro more suo quosdam adversarios occisuri erant, duo tantum viri, cum alii id recusarent: ipso autem die Natalis, instigante daemone, haec illi perpetrarunt; et quamvis piratiningenses ab esu carnis humanae abstinuerant, quia tali nefariae solemnitati interfuerant, eos nostri ad ecclesiam non admiserunt; sed illi hoc non magnopere curabant; itaque nostri non propter adultiores Piratiningae manebant, sed propter eorum filios, qui valde proficiebant, et quia per illos patebat aditus ad alias generationes gentilium, de quibus multo majora bona sperabant.

1348. Praecipuus brasiliensium victus farina quaedam est, quae fit ex quibusdam radicibus plantatis (quas *mandioca* vocant), quae, si crudae aut assatae comeduntur, necant: necesse est itaque ut in aquam mittantur donec putrescant; putrefactae autem in farinam dissolvuntur, et, sic in testis fictilibus tosta, frumenti loco comeditur [3]. Aliam victus partem praebent carnes sylvestres, ut sunt simiae, damae et alia animalia; pisces etiam fluviatiles; sed haec omnia rariora sunt, et victus pars praecipua in leguminibus et oleribus, fabis scilicet, cucurbitis, foliis sinapis, aliis herbis coctis, posita est; aqua cum milio co-

---

[1] Vide supra, pag. 612, n. 1298, annot. 4.

[2] Quo sensu haec dicantur, facile intelliget prudens lector, non enim pro defunctis damnatis unquam illi Patres suffragia et oblationes fieri tolerarent; neque hoc sensu haec a Polanco scripta sunt. Sensus ergo est: "quamvis magna pars defunctorum, pro quibus oblationes fiebant, probabiliter damnati erant, nihilominus bonam hanc consuetudinem (orandi sc. et oblationes ferendi pro iis, quibus haec suffragia prodesse poterant) inter fideles fovendam conservandamque Patres existimabant.„

[3] Vide supra, pag. 612, n. 1298, annot. 4.

cta loco vini utebantur, cui mel, cum suppetebat, admiscebatur.

1349. Quaecumque autem ad vitam tuendam erant necessaria, ex labore manuum suarum nostri tunc acquirebant, ne cui oneri essent; erat autem quidam ex nostris fratribus faber ferrarius, cui in pretium eorum, quae indis conficiebat ad culturam agrorum, farinam illi et legumina, nonnumquam etiam carnes et pisces porrigebant; aliquas etiam eleemosynas alii offerebant; saepe autem, his omnibus deficientibus, divina Providentia, cui se totos commiserant, unde minus sperabant, ipsis prospiciebat: nec satis divinam bonitatem admirari poterant, quod omnibus deliciis carerent, et ipsa necessaria, quae ad victum accipiebant, insipidissima essent ac debilis nutrimenti; integram tamen corporis sanitatem in eis conservabat; immo ipsa terra delicatam vivendi rationem ferre non videtur, ut experientia in quodam ex fratribus nostris docuit, qui, cum adversa valetudine laborans ex Portugallia recessisset, [et] in oppido quodam gallinam in singulos dies non exiguo labore, licet vili pretio, ei quaererent, stomachus hunc cibum non retinebat, sed evomere quotidie cogebatur; is cum Piratiningam venisset, et pauperrima victus ratione sicut alii nostri uteretur, statim robustior est effectus.

1350. In ipsum oppidum S.ti Vincentii mense Angusto missus est P. Emmanuel de Paiva, ut inter christianos ibi resideret, et egregie praedicatoris officio fungebatur, nec mediocris fructus ex ejus labore expectabatur.

1351. Pars haec Brasiliae, quae ad ducatum S.ti Vincentii pertinet, in viginti quatuor gradibus versus Austrum posita est; tota autem ora maritima, a Pernambuco incipiendo, qui primus populus christianorum est, usque ad Sanctum Vincentium, ab his indis incolitur, qui carnibus humanis vescuntur; est autem id spatium trecentarum leucarum et amplius: tanto autem affectu ad esum hujusmodi carnium feruntur ut aliquando plus quam centum leucas ad sua bella pergentes conficiant; et si quatuor aut quinque ex hostibus ceperint, laeti egrediuntur, et eos, post potationem ex quibusdam radicibus confectam, ita comedunt, ut ne unguem quidem sibi perire sinant, diuque de talis victoriae gloria laetantur; hi autem, qui capti fuerint, praeclare secum agi putant, quod tam gloriosam mortem oppetant; nam

timidi et imbellis animi esse dicunt ita mori, ut sepulti onus terrae sustineant, quod molestissimum esse credunt.

1352. Hi autem brasilienses, inter quos nostri in ducatu S.ti Vincentii versabantur, per centum leucas versus mediterranea propagati credebantur: omnes humana carne vescebantur et nudi incedebant, domos ligneas luteasque, paleis aut arborum corticibus opertas, habitabant: nulli Regi aut Principi subjecti, licet in singulis oppidis aliquis primarius vir esset prae caeteris, qui apud eos aliquam auctoritatem habebat; eos in aliqua existimatione habebant, qui aliquod facinus viro forti dignum perpetrassent; et ideo, quae apud ipsos spiritualia lucra acquirebantur, facile peribant, cum nullus esset, cui parere cogerentur; filii parentibus ad libitum suum obediunt; unusquisque demum domi suae rex est, vivitque ut lubet, quapropter nullus aut certe tenuissimus fructus ex eis percipi potest, nisi brachii saecularis vis accedat, quae ipsos edomet et obedientiae jugo subjiciat, et aliquo jure ac legibus vivere cogat; et sic plures domus uno in pago esse possent, nam hoc tempore sex vel septem domus uno in pago continebantur, et nisi sanguinis conjunctio colligatioque intercederent, simul non permanerent, sequc invicem comederent, immo multis in locis ne a consanguineis edendis quidem abstinent: cum consanguineis uxoribus conjunguntur suis matrimoniis, et perdifficile est, dum convertuntur, uxorem invenire, quae consanguinea non sit.

1353. Hanc gentem brasilicam aliae consequuntur innumerae gentes versus occidentem per mediterranea pergendo usque ad provinciam Peru, et aliquae sunt mansuetissimae, uni Principi et rationi obedientes, qui carne humana minime utuntur: quaedam ex his gentibus proprio nomine dicuntur [1] per quos ad amazones itur: sunt quidam bragiarae dicti, qui caeteris antecellere dicuntur, tum rationis usu, tum mansuetudine; una uxore contenti vivunt, filias virgines custodiunt, nec cuiquam nisi proprio marito eas tradunt; si adulterium commiserit vir, interficitur; si vero uxor id committet, et manus viri evadet et ad Principis domum confugiet, ab ipso humaniter recipitur, servaturque donec ira mariti leniatur: qui furatur aliena, ad Princi-

[1] Sic; sed oblitus est Polancus nomen hoc proprium, quo gentes hae dicuntur, scribere.

pem adductus, verberari ab eo jubetur; nulli idololatriae aut superstitioni credunt, et demum eorum mores ad legem naturae quam proxime accedere dicuntur. Ad hos vel alios, apud quos melius labor et industria nostrorum collocaretur, nostri accedere peroptabant, quamvis hactenus aliter divinae Providentiae visum est.

Et hactenus de ducatu Sti. Vincentii sit dictum.

DE LOCIS BAIAE SALVATORIS, PORTUS SECURI ET SPIRITUS SANCTI

1354. Secundus ducatus provinciae Brasiliae est sinus Omnium Sanctorum, ubi civitas Salvatoris est; ibi Gubernator provinciae cum optimatibus residebat, ibidem et Episcopus, quamvis tunc nondum eo pervenerat. Ibidem P. Ludovicus de Grana residebat cum fratre nostro Joanne Gonzalez et P. Antonio Perez, qui nuper ex oppido Pernambuco centum leucis distante venerat, et uterque sacerdos praedicationibus dabat operam; at Joannes Gonzalez in eruditione puerorum se exercebat. Quartus erat Dominicus Pecorella [1], interpres indorum, ibidem ad Societatem admissus, qui paulo ante [2] ad Dominum migraverat. Ducentis et quadraginta leucis a ducatu Sti. Vincentii haec civitas distabat; et cum P. Leonardus Nugnez missus esset a P. Provinciali Nobrega ad invisendas alias domos Provinciae, alios, qui in variis locis erant minus neces-

---

[1] Frater Dominicus, cui additum cognomen Pecorella ob eximiam ipsius mansuetudinem et simplicitatem, fuit unus e primis in Societatem cooptatis Bahiae a P. Nobrega. Ad superos evolavit die 24 Decembris anno 1554. Ipsius elogium et beatam mortem vide apud Vasconcellos, *Op. cit.*, l. I, nn. 188-191.

[2] Licet in litteris, e quibus, haec deprompta sunt, scribatur hunc paulo *ante* (quam exararentur litterae) ad Dominum migrasse, melius tamen hic diceretur *post ad Dominum migravit*. Prius enim admissus est et residebat quam ad Dominum migraret.

sarii, [evocavit;] solum reliquerat in hac urbe P. Ludovicum cum Joanne Gonzalez qui, praeter spiritualia, temporalia etiam ad sustentationem collegii puerorum curare debebant; inter eos erat hic Joannes Gonzalez, qui in Portugallia nullis adhibitis remediis sanitatem recuperare potuerat, et tamen aër brasiliensis id Dei auxilio effectum dedit; et omnino experientia docebat senioribus ac debilioribus eam Provinciam salubrem admodum esse.

1355. Aquae sunt optimae, alimenta propria ejus regionis humida quidem sed abundantia erant, pisces salubres et gustui saluberrimi [1]; carnibus non utebantur brasilienses, nisi animalium, quae venatu cepissent in sylvis; vel sagittis vel laqueis ea capiebant; sed deinde canibus uti etiam coeperunt a christianis edocti; idem etiam christiani greges animalium mansuetorum nutrire coeperunt, tam porcos quam boves et capras, gallinas et anates et hujusmodi: triticum non ibi proveniebat, quamvis in ducatu Sancti Vincentii seminatum, pulchrum admodum proveniebat; sed parum vel in eo vel in aliis ducatibus solliciti etiam erant alii lusitani de tritico seminando, eo quod mandioca, quem superius diximus, eis placeret; erat et radix quaedam *aipin* [2] nomine, quae cruda etiam comedebatur, ut et aliae nonnullae radices, ex quibus panis conficiebatur; milio tamen et oryza abundabant, et fructibus propriis, qui varii admodum erant et valde differentes a nostris, quamvis et nostri, ut experientia docuit, ibi seminati egregie provenirent, nisi formica plantas corroderet. Vinum etiam ibi in eo tractu Sti. Salvatoris confectum vidit ipse P. Ludovicus; et, si ibidem multi habitatores essent, copiose ibidem proventurum censet.

1356. Sed numquam conversionem infidelium perfectam sperari posse idem existimabat, nisi tam multi lusitani eo mitterentur, ut infideles, se inferiores agnoscentes, subjicerent; ad quod praestandum Regem Portugalliae invitare poterat quod simul fere in omnibus ducatibus Brasiliae prius non quaesita metalla detecta sunt, non solum ferri, sed etiam argenti et auri; et tam exigua cum expensa inveniebantur in ipsismet populis, ut videretur divina Providentia haec detexisse ut multi, metallorum spe, eo convenirent ut subjicerent infinitos quodammodo

[1] Ita in ms.; melius autem, *jucundissimi*.

[2] *Aipii* scribitur a P. Vasconcellos, *Op. cit.*, liv. II, n. 71, ubi fuse de variis hujus radicis speciebus disseritur.

populos fidei Christi, qui usque adeo brutis insipientibus similes facti sunt, ut videantur absorptum habere lumen rationis. Inter hos ergo P. Ludovicus hoc anno laboravit cum socio; et quamvis praecedente die 13.ª Junii in Brasiliam pervenissent, numquam Provincialem vidit, tum propter distantiam locorum, tum propter exiguam navigandi ultro citroque commoditatem.

1357. In tertio ducatu, scilicet Portus Securi, sexaginta leucis a civitate Salvatoris distante, versabatur P. Ambrosius Perez cum fratre nostro Antonio Blasquez [1]. Ducatus hic in quatuor lusitanorum habitationes divisus erat, una et duabus leucis inter se distantes: hos quatuor populos non pauco cum labore P. Ambrosius spirituali pascebat alimonia, nunc Missas celebrando, nunc conciones [2] habendo; et quidem saepe necessarium erat diebus dominicis et Missam celebrare et concionem habere duobus in locis: ad alium etiam populum sex leucis distantem aliquando accedebat, et non poenitendus fructus ex his populis capiebatur, quod P. Ambrosium magna benevolentia prosequerentur, et magnam existimationem de ejus doctrina concepissent. Ejus socio Antonio Blasquez doctrina puerorum et fidei rudimenta et quoad scribendi et legendi cognitionem tradita erat [3]. Cum indis parum aut nihil negotii habebant; erant enim valde indomiti et feri, nec ratione duci poterant.

1358. Obierat mortem P. Salvator Rodriguez in hoc ducatu, relicto magnae humilitatis et patientiae in laboribus exemplo, et expectare videbatur nostrorum adventum ut ad Dominum migraret, et ipso die Assumptionis B. Virginis, cui festo magna cum devotione afficiebatur, decessit [4].

1359. Eodem die P. Leonardus Nugnez eo pervenit [5], missus,

---

[1] Vide t. III, pag. 474, n. 1017, et pag. 476, n. 1020.

[2] Ubi *conciones* scribimus, *missas* perperam scripserat Polanci librarius.

[3] Haec ipsa emendatius scripta habes supra, t. III, pag. 476, n. 1019, ubi ait Polancus: "Frater noster Antonius Blasquez pueros legere et scribere, et quosdam grammaticam et omnes simul christianam doctrinam docebat.„ Caeterum, non abs re erit in mentem benevoli lectoris ea revocare, quae de mendis hujus Historiae haud correctis ipse Polancus fassus est in Praefatione hujus operis, t. I, pag. 8, n. 6.°.

[4] Obiit quidem P. Salvator Rodriguez die Assumptioni Deiparae sacro; non autem hoc anno 1554, sed anno 1553, ut videre est apud VASCONCELLOS, *Op. cit.*, lib. I, nn. 138 et 139, ubi hujus praeclari viri praecipuae virtutes commemorantur, et videre poteris supra in t. III, pag. 479, annot. 2 ad n. 1022.

[5] Non autem, ut supra notatum est, hoc anno 1554. Pater quidem Leonardus mense Junio hujus anni in Europam missus fuerat ut rerum brasilicarum accuratam rationem

ut superius diximus, a P. Provinciali non solum ad visitandos nostros, sed ad bonam partem, qui ultimo ex Portugallia venerant, ad ducatum Sti. Vincentii deducendos, quamvis et concionibus, et aliis charitatis functionibus populos consolabatur, et pauperes adjuvabat, ad quod peculiari talento praeditus erat.

1360. Usus est etiam Dominus P. Leonardi ministerio ad duorum hominum salutem, qui sine gubernatoris facultate ausi erant ad mediterranea penetrare cum eos longi exilii terreret [1]: hos ergo P. Leonardus quaesitos invenit et ad urbem reduxit, et fatebantur ipsi sese jam jam escam futuros brasiliensium, nisi Dominus per P. Leonardum eos de manibus eorum eripuisset; dedit idem Dominus, dum pagos brasiliensium lustrarent, tres pueros indorum, quos difficile admodum parentes relinquere solent.

1361. Cum autem P. Leonardus ex ducatu Portus Securi auferre vellet P. Ambrosium et ad S.tum Vincentium deducere, accidit ut P. Navarrus [2] ad mediterranea, ut superius diximus, iturus esset, qui in eo praesidio Portus Securi versabatur; et ita pupulus summopere institit ut P. Ambrosius Perez et Antonius Blasquez ibi relicti fuerint, et post unum mensem cum duodecim hominibus, ut diximus, P. Navarrus profecturus, eo ipso die Missam cum magna devotione et commotione sua et circumstantium celebrans, ac vota renovans, accepto baculo et crucifixo, simul cum sociis litanias decantando, ad navigium cum multorum lacrymis deductus est, et magnos in ea peregrinatione labores cum sociis pertulit, siti et fame vexatus.

1362. Hi etiam, quos P. Leonardus ad Stum. Vincentium deducebat, tam gravi tempestate jactati fuerunt, ut qui navigia

---

P. Ignatio redderet, sed naufragio periit antequam ad Lusitaniam perveniret. Ita ex P. Vasconcellos, cujus haec verba sunt: "Preparou a disposição dos negocios, recebeo as ordens, e benção de seu Superior; e com o apparato de viatico, que bem se deixa considerar da estremada pobreza d' aquelles tempos, partio alegre no mez de Junho de mil e quinhentos e cincoenta e quatro.—São porém differentes as traças de Deos, e dos homens: porque o navio em que hia, fez lastimoso naufragio, e acabarão nelle as vidas quasi todos os que se embarcarão, e com elles o Padre Leonardo. Escapárão mui poucos, mas bastantes pera testificar o grande zelo com que aquelle servo de Deos neste ultimo conflicto, e despedida da vida mortal, empenhou seu travalho em ajudar os companheiros a levar com animo christão trago tão violento, e confessando, animando, e pregando em voz alta com hum Crucifixo em a mão até a ultima boqueada.„ *Op. cit.*, lib. I, nn. 167, 168, ubi plura in laudem hujus egregii viri enarrantur.—Vide supra pag. 607, n. 1291, annot. 3.

[1] Sic; *taederet?*

[2] P. Joannes de Azpilcueta.

illa gubernabant, aliam inire salutis rationem non potuerint quam mala navis confringere et anchoram figere; sed, illa ipsa vi maris amissa, miraculo divinae Providentiae in quoddam flumen delati sunt, quod triginta leucas a Portu Securo distabat, quod lusitano idiomate "Rio de las Caravellas„ dicebatur, et ita periculum evaserunt [1].

1363. In praesidio itaque Portus Securi soli jam dicti Ambrosius et Antonius substiterunt; Antonius autem non tantum pueros, sed servos etiam et ancillas catechismum docebat, et diebus veneris a prandio ad aedem B. Virginis media leuca distantem se conferebat, ubi P. Ambrosius habitabat: pueri, quos docebat Antonius, ex lusitanis viris et brasiliensibus foeminis fere nati erant, quos *mamelucos* vocari diximus, et praeter doctrinam christianam, quam fere totam sciebant, consueverant coronam B.ae Virginis et pueri Jesu dicere, et quieti in ecclesia manere, et parentibus obedire didicerant. P. Ambrosius ex labore praedicationis et itinerum in debilitatem magnam vene-

---

[1] Haec tempestas et altera, quae infra, n. 1368 a Polanco describitur, non duae, ut videri posset, sed una eademque fuit; neque ad praesentem, sed ad superiorem annum pertinere dicenda est, si vera sunt que VASCONCELLOS scribit, *Op. cit.*, l. I, nn. 143 et 144, quae ita se habent: "Tornemos agora ao Padre Leonardo Nunes: o qual depois de estar na Bahia até Otubro do presente anno [1553] tornou a voltar pera S. Vicente, segundo a ordem que trouxera de Nobrega; levando comsigo hum bom soccorro de obreiros, a saber: Vicente Rodrigues, que já então era Sacerdote, e outros quatro Religiosos, dos que vierão de Portugal, e entre estes o Irmão Joseph de Anchieta.—Não sentia bem Satanás d'este soccorro, segundo procurou destruil-o: porque chegando aos baixos dos Abrolhos, o assaltou com tao desapoderada tormenta, que se virão perdidas as duas embarcaçoes em que hião repartidos, rotas as velas, cortados os mastros, perdidas ancoras, e batel: a em que hia o Irmão Joseph, foi dar através entre os arrecifes, onde padecendo por toda huma noite o bater das ondas alteradas, poderão estas viral-a, e quebral-a; mas nao poderão contrastar a confiança de Joseph, e seus companheiros, que com as reliquias dos Santos, e com huma imagem da Virgen Senhora Nossa em as mãos, em cuja vespora de sua Presentação se achavão, clamavão ao Ceo, e pedião misericordia; até que rompendo a alva do alegre dia da Virgem, por maravilha de seu grande favor, sahirão todos vivos á praia, e poderão depois levar o navio, ainda que quebrado, e destroçado, ao porto que chamão das Caravelas. A embarcação em que hia o Padre Leonardo enxorou em a praia, e fezse em pedaços, salvando-se a gente, e algumas cousas d'ella; e d'esta foi força restaurar a quebrada. Porém em quanto a obra se fazia, forão combatidos de outro aperto de fome, que pera tanta gente, e em praia esteril chegou a ser extrema; e só com fruta buscada com trabalho pelos mattos conservárão as vidas. Não se póde negar que entreveio em tão grandes perigos favor milagroso da Senhora, e vai Joseph experimentando a particular protecção, que toda vida gosará. Concertado o navio, proseguirão viagem ao porto do Espirito santo aonde depois de alguma refeição, embarcárão comsigo o Padre Alfonso Braz, que n'aquella casa estava, e deixando em seu lugar o Padre Braz Lourenço, largando a vela chegarão a salvamento a lançar ferro no porto de S. Vicente desejado, em 24 de Dezembro do mesmo anno de 1553.„—His consonant quae scribit ORLANDINI, *Op. cit.*, p. I, l. XIII, n. 73.

rat. Multas inimicitias et lites, quae eo in ducatu plus quam par erat abundabant, componebant. Et ne isti quidem P. Provincialem viderant propter rationes, quas superius dixi [1].

1364. Vita, quam nostri ducebant in Brasilia hoc tempore, plena erat laboribus et incommodis, et prorsus magis erat necessarium talentum patientiae quam praedicationis [2] : color in vultibus perierat, ut mortuorum potius quam mortificatorum speciem prae se ferrent; et cum in terra persaepe nihil invenirent solatii, ad coelum oculos levabant, unde auxilium ipsis proventurum sperabant; et ita reipsa experiebantur: seminudi, famelici, siti fere confecti, sine hospitio, in desertis locis aut ab his hominibus habitatis, qui sicut leones erant parati ad escam, saepe versari cogebantur; quamvis dicebat P. Navarrus illa in provincia exiguum esse paupertatis meritum, quia laceris vestibus incedere inter eos, qui honeste vestiti essent, majoris fuisset meriti; sed ibi inter seminudos aut omnino nudos, qui lacer aut seminudus incedebat, non pejoris quam alii conditionis esse videbatur. Sed secundum multitudinem laborum consolationem Domini spiritualem inveniebant. Ut posset P. Ambrosius quatuor aut quinque populis lusitanorum subvenire, elegerat habitationem domus B. Virginis, ad quam magna devotione hi populi afficiebantur, quae, licet in loco deserto esset, habebat tamen populos jam dictos una vel duabus leucis et minus etiam distantes.

1365. Quartus ducatus erat Spiritus Sancti, qui a civitate Salvatoris centum et viginti leucis distabat, ubi P. Blasius Laurentius cum quodam fratre nostro, scilicet Simone Gonzalez, in Brasilia ad Societatem admisso, in praedicatione verbi Dei magno cum fructu laborabat; nam alii concubinas in matrimonium sibi jungebant, licet ancillae ipsorum essent, alii, eis rejectis, salutarem vivendi rationem inibant; inter alios enituit magni cujusdam viri et nobilis virtus, qui, repudiata concubina, ex qua filios susceperat, ad salubrem rectumque vitae statum se contulit; juramentorum abusus et alia etiam vitia emendata sunt: confraternitas quaedam sub titulo *charitatis* fuit instituta, cui qui nomen dabant, si quando jurassent, seipsos accusa-

[1] Supra, pag. 633, n. 1356.
[2] In ms., patientiae *et* praedicationis.

re debebant, et certam quamdam pecuniam solvere; si ab alio accusabantur, duplo majorem, et ea omnis pecunia in dotem alicujus puellae pauperis erat expendenda; et ita effectum est ut rarissime in eo populo Dei nomen irreverenter proferretur; immo externi, si quando jurassent, ab his reprehensi cavebant.

1366. Indorum habitationes ab eis longe remotae erant· servi etiam, quorum maxima ibi erat multitudo, in christia na doctrina erudiebantur: quatuor aut quinque pueros ex patre lusitano et matre brasilica natos domi habebant, ut sub disciplina ipsorum instituti, collegio puerorum, si quando ibi fieret, initium darent; omnibus victum mensa Christi suppeditabat; vestitu eodem utebantur, quo nostri fratres lusitani: lectorum loco pannis quibusdam gossimpinis in modum retis contextis, qui duobus funibus ex trabibus pendebant, maxima ex parte utebantur [1]; qui autem infirma corporis valetudine utebantur, lectis in Portugallia consuetis utebantur.

1367. Commune hoc habebat hic ducatus cum aliis, ut nonnisi octavo quoque mense ab aliis Societatis locis litteras acciperent, propter ventorum motiones [2], quorum cursus sexto quoque mense ultro citroque ferebatur, et quidem id fiebat cum aliqua navigia accidebat eo navigare; et nihil magis quam haec mutuae communicationis raritas nostrorum ibi patientiam exercebat.

1368. Antequam P. Blasius Laurentius in hoc ducatu Spiritus Sancti relinqueretur a P. Leonardo, a naufragii summo periculo erepti fuerunt, nam navis in arenam impegit [3]: sunt enim in eo mari quaedam loca periculosa hujusmodi, et cum nauclerus se jam evasisse ea putasset, gubernaculum in arenam impingens, prosiluit, et deinde tota navis arenae infixa est, et tamen septem leucis a continenti aberant. Omnibus ergo vocem in coelum levantibus, litanias nostri cum eis dicere coeperunt, et reliquias Sanctorum, quas adferebant, in medium protulerunt. Placuit itaque divinae bonitati ut inde navis egrederetur [in locum] ubi profundiorem jam aquam habebat, quod miraculo prorsus datum est; anchoram ergo jacientes,

---

[1] *Hamacas* hos lectulos vulgo appellant americani.

[2] Rectius fortassis scriberetur *montiones*. Vide supra, t. 1, pag. 459.

[3] Vide supra, pag. 636, n. 1362, annot. 1.

bolidem [1] submiserunt, et invenerunt tantum per os quoddam angustum navem egredi posse ex eo loco ubi erat; et quia gubernaculum reficiendum erat, nocte superveniente, in eodem loco anchoris innixi manserunt; sed prima hora noctis tempestas quaedam exorta cum vento contrario, qui in syrtes navim conjecturus videbatur, omnes valde perterruit. Statim autem nauclerus gladio suo mala navis coepit abscindere; montes autem aquarum navis altitudinem aequabant, et in eam irrumpebant; alii funes anchorae tenebant, quae si rumpebantur, actum esse de omnibus dicebatur. Coepit ergo P. Blasius Laurentius confessiones audire eorum, qui se ad mortem disponebant, et in alia parte navis P. Vincentius Rodriguez tantumdem fecit; interim vi tempestatis anchorarum funes rupti sunt, et ad mortem serio se homines parabant. Consolabatur nostros magnopere quod in Societatem nostram missi et per obedientiam moriebantur; sed veniebat in mentem P. Laurentio quod potius ut essent cibi brasiliensium inter eos praedicando, quam piscium, missi erant ex Portugallia.

1369. Divina itaque Providentia supra naturam prorsus, immo contra ejus vim, navim, quae confringenda prorsus erat in illis syrtibus, contra ventum eduxit per os illud angustum, quod paulo ante diximus; et cum velam quamdam, egressi, dare vento vellent, eadem Providentia velam comminuit, quod si non fecisset, in easdem syrtes recidebant; tota itaque nocte cum praesentissimo periculo mortis hinc inde jactati, tandem, aurora veniente, ad terram continentem cum velo quodam, quod instituerunt, delati sunt; et quidam brasilienses pacifice in lignis quibusdam *(almadias* [2] vocant) nostros exceperunt, et ad suum pagum deducentes, igne accenso, madidos refecerunt.

1370. Ibidem octo vel novem dies cum eisdem versati sunt; et eorum cucurbitis, sine sale et oleo coctis, vescebantur, cum farina quadam putrida; et quamvis nauseam provocabat, quod quae comedebant, in illorum brasiliensium ollis coquebantur

---

[1] Bolis seu catapirates, funiculus est cum appenso plumbo, quo nautae profunditatem maris explorant.

[2] "Almadia. Termo da India. Embarcação pequena, de que usão os canarins nos rios. No commento da oitava 92 do Canto 1 de Camoens diz Manoel de Faria que as Almadias são cavadas de hum só pao... Tambem se da o nome de Almadias a hums barcos pequenos, que de ordinario se fazen da casca das arvores e de que usão os Mouros na costa de Africa.„ BLUTEAU, l. c.

in quibus illi humanas carnes coquere soliti erant, fames tamen nauseam hanc superabat; interdiu in sylvas se conferebant ut fructibus sylvestribus vescerentur, sorbis praecipue ac moris nutriebantur: cum autem cantarent pueri [1], quos secum nostri ducebant, in brasiliensium lingua, omnes illius pagi homines confluebant, et admirabantur; quos cum simul esse videret P. Blasius, per interpretem de Deo loqui cum eis coepit; sed cum ventum est ad mortis mentionem, amplius audire recusantes, interpreti dixerunt ut taceret, et hic farinam, ille fructus ferebat, ut nostri comederent, et dicebant, "ne, quaeso, veniat super me malum„: putabant enim quod nostri mortem in illos immittere possent. Veniente autem die dominico, Missam siccam (ut vocant), cum ornamentis tamen ecclesiasticis, dixerunt de Praesentatione Virginis, quo die erepti a tempestate fuerant [2]; admirabantur autem brasilienses vehementer, sed his, qui in navi venerant, concionatus P. Blasius et ad gratias Deo agendas hortatus, plurimi, absoluta praedicatione, ad confessionem peccatorum accesserunt.

1371. Interim refecta navi spoliis alterius, quae confracta fuerat, quamvis homines evaserant, ad oppidum Spiritus Sancti venerunt, ubi, recedente P. Leonardo, praedicatorem reliquit P. Blasium cum socio, aliis inde abductis ad Stum. Vincentium, prout ex allis praesidiis fecerat; multos autem dissidentes inter se reconciliandos curavit, et peccata publica de medio tulit; in praedicationibus autem, quamvis nec libris instructus esset, nec magnum in litteris scholasticis progressum fecisset, valde doctus existimabatur, et ad lacrymas uberes populum commovebat; cum autem passionem Domini explicaret per tres horas, numquam auditores a planctu et lacrymis cessarunt, ut jam aliqui, nimium pio affectui dediti, in deliquium inciderent. Diebus etiam veneris tota Quadragesima aliquid ejusmodi in ejus auditoribus cernebatur; dominicis diebus de casibus conscientiae disserebat; eisdem autem diebus dominicis servi, ad sacrum audiendum accedentes, totam ecclesiam replebant, quo absoluto, per interpretem domesticum, qui res temporales puerorum curabat, doctrinam christianam eos docebat.

---

[1] In ms., *cantantibus pueris*.
[2] Vide supra, pag. 635, n. 1362, annot. 1.

1372. Inter ipsos autem brasilienses duos judices, alterum virorum, alterum autem foeminarum instituit, quibus etiam cura data est hujusmodi homines ad christianam doctrinam adducendi, et ferventer satis se gerebant; et cum vir quidam brasiliensem foeminam aggressus esset, illa, se defendens (quod non solitae erant hujusmodi foeminae facere), nomen B. Virginis invocabat, et viro dicebat: "Non audisti tu concionatorem dicentem quod licet nullus homo sit praesens, qui nos videat, Deus tamen, qui in coelis est, videt nos?„ Aliae etiam foeminae cum vir aliquis parum honeste eas alloquebatur, minabantur se Patri concionatori dicturas [1].

1373. Hic ducatus prae caeteris Brasiliae provinciis rebus ad victum necessariis abundat; ex milio valde bonus panis conficitur, qui Portugalliae panis similis est. Apri etiam multi et cervi et alia animalia venatu capiuntur, inter quae illae bestiae sunt, quas *antas* vocant, quarum pelles aegre gladius perforare potest. Aves variae et pisces optimi capiuntur ponderis maximi, nam aliquando trecentas et quadringentas, immo sexcentas [libras] excedunt; res, quae ex Portugallia venire solebant, rarae in hoc tractu inveniebantur, quod desertum ab habitatoribus [lusitanis] fuerat, eo quod instrumenta ad saccharum conficiendum confecta conflagraverant; sed brevi populum frequentem fore sperabat[ur]; vini penuria molesta erat, quia propter eam Missae aliquando dici non poterant; nec formicae permittebant ex plantatis vitibus uvarum fructum colligi.

Et haec de Provincia Brasiliae.

---

[1] Plura de P. Laurentio Blasio vide in opere P. Vasconcellos toties citato, liv. 1 *da Chronica da C. de J.*, nn 185,186 et 187. Quoniam vero in hoc ultimo numero, nonnulla ex scriptis Patris Josephi Anchieta in laudem P. Laurentii continentur, opportunum duximus totam paragraphum hic inserere. "Este só Sacerdote era o Parocho d' aquelle povo todo: nem na nossa, nem em alguma outra Igreja, havia quem prégasse, ou confessasse, ou doutrinasse, ou administrasse sacramento algum: a tudo acudia hum só Braz Lourenço incansavelmente, e con tal fruto que disse d' elle o veneravel Padre Joseph, que d ' aquelle bom tempo durava ainda em o seu, sendo elle já velho, na villa do Espirito santo o effeito da doutrina do Padre, por estas palavras: "Doutrinava, e prégava (diz) com tanto fruto, que além do aproveitamento dos pais, ficárão os filhos com tanta luz, e tão affeiçoados á virtude, como ainda agora se enxerga, especialmente nas mulheres, as quaes n' aquella pequena idade ganhárão pera o tempo futuro pera si, e pera suas filhas, continuando quasi todo o femineo sexo a confissão, e communhão cada oito, e quinze dias, com notavel fama de honestidade entre todas as do Brasil.„ São palavras do veneravel Padre, que he bem lhe agradeça esta nobre villa.„

DE PROVINCIA INDIAE

AC PRIMUM DE EO QUI PRAEERAT ILLI, SCILICET,

P. MELCHIORE NUÑEZ

1374. Cum P. Franciscus Xavier anno 1552 in India versaretur, et recessum ad Sinas pararet, suo loco praefecerat Indiae P. Gasparem [1]; et si ille [2] moreretur, tunc scriptam chartam intus et foris obsignatam reliquerat, quae aperta successorem declararet; is autem erat P. Emmanuel de Morales, vir aetate ac virtute maturus; eo autem defuncto, tertio loco P. Melchior Nugnez toti Societati, quae in India erat, praeficiebatur [3]; nam in primis P. Gasparem et diligebat et admirabatur P. Franciscus, tum ob alias ejus virtutes praeclaras, tum quod Ormuzio veniens, suis praedicationibus fervorem maximum et aeternae salutis desiderium in civitate goënsi excitaverat [4].

1375. Cum autem sequenti anno 1553, mense Octobri, ipso die Sti. Lucae, P. Gaspar vitam hanc cum aeterna, ut credendum est, commutasset, jam Goae P. Morales, ut retulimus [5], in ejus manibus ad Dominum migraverat; postquam ergo, ut diximus [6], a suggestu, ubi synthoma quoddam grave passus fuerat, domum suis pedibus se recepisset, et eo die laetus et cum

---

1 P. Gaspar Barzaeus.
2 Idem P. Gaspar.
3 Vide supra, t. III, pag. 486, n. 1032.
4 Ibidem, pag. 485, nn. 1030 et 1031.
5 Ibidem, pag. 488, n. 1038.
6 Ibibem, pag. 486, n. 1031.

bona, ut videbatur, habitudine fuisset, die sequenti gravissima febri laborare coepit, quae duodecim diebus eum confecit; qui, cum a medicis intellexisset sibi mortem imminere, inter alia, quae ad hanc migrationem praeparabat, illud fuit quod P. Melchiorem Nugnez per unum ex fratribus nostris, Alexium Diaz nomine, Bazaino ad se evocavit, quod Collegium septuaginta duabus leucis Goa distat, et ita sub finem Octobris venit Goam, ubi Collegio, eo absente, praeerat P. Paulus [1], et suo conspectu tam nostros quam populum consolatus est. Nondum professionem emiserat, quamvis jam a P. Ignatio ad eam emittendam facultatem accepisset, quam gratiam pluris se fecisse fatetur, quam si mundi dominus fuisset constitutus, nam ait crevisse in se spem divinae electionis ac praedestinationis ex hac P. Ignatii electione ad professionem; quia tamen P. Franciscus Provincialis, ut ipse existimabat, apud Sinas ageret, quamvis jam ad Dominum migrasset, cumque Episcopus Goënsis obiisset [2], nullusque esset in tota India de Societate, qui professionem emisisset, coactus fuit suam professionem differre, quod tempus sibi datum existimabat ut lavaretur sacrificium professionis in balneis poenitentiae, antequam altari Dei in holocaustum praesentaretur.

1376. Aggressus ergo praedicationis officium, simul cum P. Balthasare Diaz, tum in fine anni praeteriti, tum in initio hujus 1554, diebus dominicis ac festis mane et vesperi, diebus martis et jovis in duabus confraternitatibus, quarum altera nominis Jesu, altera undecim [3] millium virginum erat, diebus mercurii in templo Societatis *Misericordiae*, diebus veneris in aede, quam vocabant *Poenitentiae*, partim in Cathedrali templo, partim in nostro, verbum Dei seminare coepit, et frequentia auditorum, et fructus copiosus admodum erat; sed oportuit totum hoc onus P. Balthasari Diaz relinquere ut nostros, qui erant Cochini et Caulani, inviseret; nam P. Henricum [4], qui in ora maritima Comurini Domino serviebat, Caulanum evocari jusserat; et rebus inter eos constitutis, quae ad nostrorum ministerium et commune bonum spectabant, cum esset Caulani, ex navi qua-

[1] P. Paulus Camers.
[2] Joannes de Alburquerque, O. S. Fr., diem supremum obierat 28 Februarii 1553.
[3] Ms., *duodecim*.
[4] P. Henricus Enriquez.

dam, quae a regno Pegu [1] venerat, de morte P. Francisci intellexit. Id etiam homines ex regno Bengalae venientes affirmabant.

1377. Re autem collata cum nostris, existimarunt id, quod praescripserat P. Franciscus Xavier dum viveret, observandum esse, nec novum Provincialem creandum (prout poterant), si ex diversis locis, ubi erant dispersi, convenissent; quia non sine magno detrimento communis boni et multorum offensione teneri tunc ea ratio Provincialis eligendi poterat, quam litterae Apostolicae concedebant [2]. Aliquem ergo mitti a P. Ignatio Provincialem postulabant, quandoquidem P. Urbanus [3], praecedenti anno in Indiam missus, antequam in Indiam perveniret, in navi obiisset; et ita Goam rediit P. Melchior ut gubernationis officium ac simul praedicationis exerceret.

1378. Et cum P. Ignatius jubilaei gratiam a Summo Pontifice impetratam eo misisset, mirum in modum ea utilis Indiae fuit, et quotiescumque mitteretur cessuram esse ad magnam Dei gloriam et communem animarum utilitatem affirmat, nam ejus occasione, qui multos annos a confessione abstinuerant, resipiscebant; restitutiones de satisfactione [4] plurimae fiebant, peccata publica et secreta relinquebantur, et in religionem multi ingrediebantur; et quia nostris ea gratia a Summo Pontifice dirigebatur, multum ei[s] gratiae et auctoritatis apud populum conciliabat; et aedificationem augebat, cum nullum emolumentum temporale quaeri animadverterent.

1379. Constitutiones magno cum desiderio expectabantur [5], et lectores ut in Collegio Goae operariorum Seminarium fieri posset.

---

[1] "PEGOU ou BAGO, royaume de l'Indo-Chine, dans le sud de l'empire birman, borné au N-O. par la province anglaise d'Aracan, au N. par le Mranma, à l'E. par la province anglaise de Martaban, au S. par le gulf de Bengale... Ce pays se compose de trois provinces: le Talong ou Palaïn-pyi, ou Pegou, proprement dit, le Persaïn et le Dulla. Son chef-lieu est Pegou.„ M. BESCHERELLE, *Grand Dictionnaire de Geographie universelle*, t. IV.—A lusitanis scriptoribus saeculi XV et XVI dicebatur saepe *Peeguum*. Vide *Alguns Documentos do Archivo nacional da Torre do Tombo acerca das navegações e conquistas portuguezas*. Lisboa, 1892, pag. 300.

[2] "Praeposito Provinciali, in illis longinquis partibus (infidelium) residente, decedente, interim dum alius per Generalem Praepositum mittitur loco Praepositi sic decedentis, alium eligere libere et licite valeant.„ Paulus III, Const. LICET DEBITUM, XV kal. Nov. 1549, Litt. Apost. pag. 19, col. 2.—Ant. Comp.„—Vide *Compendium privilegiorum*, nn. 476 et 477, in vol. I *Inst. Soc. Jes.* (Florentiae, 1892) pag. 651, col. 1.

[3] P. Urbanus Fernandez. Vide supra, t. III, pag. 415, n. 914, annot. 1.

[4] Sic; rectius tamen, ut videtur, *et satisfactiones*.

[5] Vide supra, pag. 550, n. 1178.

1380. Hoc anno distinctius intellexerunt, quae circa mortem P. Francisci Xavier acciderant, quem quidam Dnus. Alvarus [1], Gubernator arcis Malacae atque ejus urbis, ad Sinas euntem cum Didaco Pereira [2], quem Indiae Pro-rex [3] Legatum mittebat ad Regem Sinarum, graviter persecutus fuerat, ejusque sanctos conatus impedierat, et demum Legatum praedictum, qui et navis dominus erat, in carcerem conjecerat, et ita P. Franciscus, humana omni spe destitutus, socios itineris Japonem versus iter instituere jussit; ipse vero in eadem navi Didaci Pereira, qui, ut diximus [4], in carcere Malacae retinebatur, ad Sinas progressus, sine aliquo de Societate, magnam piperis summam, quae trecentis aureis [5] aestimabatur, cuidam Sinae obtulerat ut se in civitatem, quam Cantaon vocant, deduceret, et in quadam platea ejus urbis ipsum relinqueret; et hoc pretium solvebatur propter periculum, quod ille subibat juxta leges sinarum, quibus capitale est alienigenam hominem in regnum illud inducere; et quamvis humanitus ipse P. Franciscus evadere non potuisset vel mortem vel servitutem aut carcerem perpetuum, ad haec omnia posthabenda eum impellebat fames ac sitis divini honoris et salutis animarum; et dum ipse expectaret mercatorem illum, cum quo convenerat, placuit divinae Bonitati in quadam insula Sinarum, quae portum habet (Sanchoam vocant), servum suum ad se vocare, ut superius dictum est [6].

1381. Obiit autem extra navim in aeditis quibusdam montibus portui imminentibus, in tuguriolo quodam [7], die veneris

---

[1] Alvarus d'Ataide, Malacensis arcis Praefectus.

[2] *Perera* in ms.; rectius tamen *Pereira* et ita scribemus, quoties hoc nomen occurrerit.

[3] D Alphonsus de Noronha.

[4] In margine haec verba, manu P. Sacchini scripta, reperiuntur: "Non plane habebatur in carcere.„ Et vere quidem neque in litteris, quae ad nos usque pervenerunt, neque apud historicos tum sacros tum prophanos, qui de his rebus Indicis scripserc, ullam hujus carceris mentionem factam reperimus.

[5] "Pure alla fine un ve n'ebbe, mercatante Cinese, in cui potè più l'amor di trecento *pardais* di pepe che ne avrebbe in premio, che il timor della morte che, convinto d'aver introdotto un forestiero in quel Regno, ne avrebbe in pena. E sono i *pardais* una moneta, che in quel tempo correva a dodici reali: ora è ridotta a un terzo meno.„ Bartoli, *Memorie istoriche,* lib. 2, cap. 24.

[6] Tom. II, pag. 783, n. 763.

[7] "Erat id tugurium ex iis mapalibus, quae ad extremam littoris oram Lusitani, a Sinis aedificatione prohibiti, subito excitabant, et in discessu disturbabant, ventis et frigoribus pervium.„ Orlandini, *Op. cit.*, p. I, lib. XII, n. 108. Quale porro fuerit hoc tuguriolum, pulchre descriptum habes apud Bartoli, *Op. cit.*, lib. II, cap. 24, hisce verbis: "... si avvenne di vederlo un' amorevole Portoghese, Giorgio Alvarez, e non gli

circa mediam noctem. Cum autem, ut alibi dictum est, ejus corpus integrum et boni odoris post quatuor menses, quibus in calce fuerat, simul cum integris vestibus inventum esset, Malacam deductus, et ibidem secundo in terra nuda aliquot menses sepultus, ab Emmanuele de Tavora [1], quem miserat P. Gaspar ad nostros japonenses invisendos, aperta sepultura, integer inventus est; is autem, suadente P. Joanne de Veira et aliis amicis, corpus inde eduxit; et in arcam a Didaco de Pereira intus et extra ornatam repositum est.

1382. Cum autem Petrus de Alcazeba a japonensibus cum Legato Regis Bungi Malacam pervenisset [2], simul cum Emmanuele de Tavora, corpus P. Francisci hoc anno 1554 in Indiam adduxerunt: navis autem, qua vehebatur, in syrtes arenae semel impegit, et cum omnes animum desponderent, Deo tamen juvante, ab arena se expedierunt, et cum Ceylanum pervenissent, secundo in arenam impingentes, et vento cessante, omnino se periisse existimabant, nam simulatque navis in alterum latus inclinasset, actum de omnibus erat; sed placuit divinae Bonitati ut subitus quidam ventus proram percuteret, et ab arena avulsam, eodem itinere, per quod ingressa erat, repelleret; et ut agnosceretur hoc divinae Providentiae opus supernaturale fuisse, simulatque educti sunt ex arenosis locis, ventus, qui eos ex-

---

pati il cuore di vederlo quivi abandonato al sereno e al freddo d' una rigida tramontana che allora traeva: e'l fece adagiare nella sua capanna, posta in su una collinetta vicina al mare, con mura di paglia, tetto di frasche, aperta in più luoghi, e buona solo in quanto riparava a peggio.„

Quo autem die in illud tugurium e navi eductus fuerit Xaverius haud convenit inter nostrum POLANCUM et BARTOLI. Ille namque *prima die Decembris* id actum fuisse affirmat, t. II, pag. 783, n. 763; hic autem *vigesima prima Novembris*, loco nuper citato asseverat. Vide etiam epistolam P. Melchioris Nugnez in *Diversi avisi particolari dall' Indie di Portogallo, ricevuti dall' anno 1551, fino al 1558*, fol. 162.

[1] Emmanuel de Tavora unus erat e duobus sociis, quos secum ferebat P. Joannes de Beira, de quo haec ORLANDINI, *Op. cit.*, p. I, lib. XIII, n. 86: "idibus Augusti [anno 1553] venit Malacam cum Molucum repeteret Joannes Beira, qui suis ut oculis quae constanti fama de Xaverii corporis integritate cognoverat, exploraret, intempesta nocte cum Sociis rapide, et quam occultissime templum petit, et aperto sarcophago, corpus totum prorsus integrum et illaesum et ea, quae ferebatur, odoris suavitate, nono jam post obitum mense reperit.„ Et paulo inferius: "In eam [sc. novam arcam] translato corpore, et ad tempus usque navigationis Indicae socio Emmanuele Tavora relicto, Beira ipse suum prosecutus est iter.„ Nonnihil ab hac narratione differt, quam de hoc ipso eventu habet BARTOLI, ut videre est in *Op. cit.*, lib. II, cap. 25.

[2] Hic est scilicet de quo haec scribit P. Melchior in *epist. cit.*: "et così lo portorno a Goa lui, et un altro nostro [sc. Petrus de Alcaçeva], il quale quindici di avanti la partita era venuto da Giapan, mandato dal Padre Cosmo di Torres, per informarci della gran conuersione et porta della chrlstianità, che s' apre in Giapan.„ loc. cit., fol. 263.

traxerat, cessavit; quae res omnibus magnae admirationis fuit, et ejus meritis, cujus corpus ferebant, id homines adscribebant.

1383. Cum etiam essent prope Goam, malus navis inclinari coepit, cum omnes quiescerent; cum autem vellet nauclerus, qui solus vigilabat, homines evocare ut subsidium adferrent, antequam quisquam eo accederet, malus, sua sponte confractus, in mare cecidit, nullo damno prorsus navi vel cuiquam illato.

1384. Cum autem Goae P. Melchior intellexit navim hanc vicinam esse, sed lente admodum progredi, navigium quoddam conscendit (*fustam* vocant) quod jussu Pro-regis nactus erat; et cum ad navem pervenisset, quae propter ventos contrarios paulatim admodum procedebat, voluit ipse Thomam imitari, et curiose corpus palpare ac videre, de quo tam multa circumferebantur: et cum quindecim menses cadaver vel in calce vel in terra defossum fuisset, carnem invenit mollem et optimae substantiae, nec a vermibus, nec a terra ullo modo consumptam, ac suavem odorem spirantem cum a calce mundabatur. Et illud notatu dignum fuit quod, cum Malacae corpus hoc sepelierunt, magnis quibusdam gravium lignorum ictibus terram superpositam comprimerent, cum locus sepulchri esset angustus, collum fregerunt, et sanguis ex laesione, post tot menses mortis ejus, fluxit; et cum Emmanuel de Tavora illud e sepulchro duxit, vestem albam, et pulvillum, cui caput innitebatur, sanguine tinctum invenit, qui recens et humidus adhuc videbatur; et cum P. Melchior prope terram videre corpus voluisset, tunc recens sanguis, et optimi odoris erat caro; et cum ante fuisset incredulus, visu et tactu certior factus, dixit: "Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus [1]."

1385. Et die veneris 16 Martii Goam pervenit, ubi Pro-rex cum omni nobilitate Indiae ac toto populo et clero in littore illud expectabat, et in eadem arca, qua inclusum erat corpus, nostri sacerdotes illud in ecclesiam Collegii tulerunt, et cum multa millia hominum nostros sequerentur, in monumento reponere corpus nostri voluerunt; et cum nollent homines recedere, nisi

---

[1] Psalm. cx, 4.

Totum hoc, a vocibus *cum a calce mundabatur*, manu ipsius Polanci exaratum in margine legitur. Porro quae in hac paragrapho 1384, et quae sequuntur usque ad n. 1393 inclusive, continentur, ex epistola P. Melchioris Nugnez, quam habes in *Diversi Avisi... ricevuti dall' anno 1551, fino al 1558*, a fol. 161 ad 171, fere deprompta sunt.

ostenderetur eis corpus, quod summa cum devotione et admiratione fecerunt, et nisi nostri diligenter corpus custodiissent, facile, quod pro reliquiis haberent, fuisset discerptum, nam irruperant in sacellum, et quaedam confregerant ut ad corpus osculandum, manus scilicet ejus vel pedes, accedere possent; et triduo vel quatriduo, antequam inferretur in monumentum, sic debuit retineri: et quia de miraculis ejus multa dicebantur, Prorex dixit velle se de hujusmodi rebus examinatis publica instrumenta conficere et ad Regem mittere, et Vicarius generalis, nam (ut diximus) mortuus erat Episcopus [1], curam hujus rei suscepit. *Sed ob quorumdam monachorum Sti. Dominici murmurationes vel alias ob causas, tunc id factum non est* [2]: et ita postea, *Rege id jubente, factum est, et instrumenta* [3] in Europam missa fuerunt, et quaedam eorum Romae servantur.

1386. Petrus de Alcazeba, a japonensibus Patribus missus, ut de rebus, quae ibi gererentur, tamquam testis oculatus rationem redderet, multa referebat. Scripserant etiam Rex Amangucii et Rex Bungi et Dux Firandi Pro-regi Indiae D. Alphonso, et mense Aprili hujus anni litterae Goam pervenerant, quibus significabant se intelligere legem Creatoris mundi veram esse, quam Patres nostri a finibus terrae venientes ibi declarabant. Rex etiam Bungi, prae caeteris japonensibus potens, simul cum Legato et litteris dona etiam Pro-regi misit; significabant autem ejus litterae quod christianus esse cuperet, et in vera amicitia cum Rege Portugalliae conjungi, nam nationis tam nobilis Regem non dubitabat excellentissimum et potentissimum esse, et quod se felicem arbitraretur si eum inter sibi subditos acciperet; et ita nostri existimabant a Rege Portugalliae amantes litteras rescribendas esse, quibus eum animaret ad Christi fidem suscipiendam, nam nihil aliud eum retinere dicebatur quam humanus quidam timor ne nobilitas aegre ferret quod fidem susciperet novam antequam ipsi eam suscepissent; sed cum aliqui ex primoribus essent ad fidem conversi, ipse etiam fidem suscepturus credebatur.

1387. Usque ad quatuor millia christianorum in Japone

---

[1] Vide supra, pag. 643, n. 1375.
[2] Quae litteris italicis transcribimus, in margine addita sunt a P. Polanco.
[3] Haec etiam inter lineas addidit Polancus.

tunc facta esse referebant, non alicujus utilitatis aut favoris humani gratia, sed quia evangelium, eis praedicatum, rationi consonum eis videbatur; et cum rationi valde sint obedientes, se ad fidei gratiam disponebant, prius confutatis japonensium erroribus; et ita, baptismo accepto, et constantes et ferventes in spiritu se exhibebant: et suis consanguineis et amicis eamdem, quam ipsi sequuti erant, veritatem persuadere nitebantur. Aliqui etiam cum rationibus non possent, armis eam defendere parati erant, nisi a nostris fuissent cohibiti, et ut P. Franciscus Xavier testabatur, mortem potius oppetere, quam susceptam fidem deserere, qui jam christiani erant, voluissent, et qui nobilitate et intellectus claritate aliis praestabant.

1388. Cum ergo haec et similia intellexisset P. Melchior, et jam a Rege Bungi situm Societati datum esse, ubi domum, ecclesiam et hortum et omnia necessaria aedificare possent, quod Rex Amangucii prius fecerat in sua civitate (hoc enim constabat ex instrumentis utriusque Regis, japonensi lingua scriptis, et in Portugalliam missis cum declaratione in lusitana lingua), privilegia etiam esse concessa ut nullus in illis locis capi aut occidi posset, et ut cuivis liberum esset legem Creatoris suscipere, et qui impediret aut molestia afficeret nostros ut puniretur; his, inquam, intellectis, non parum commotus fuit ejus animus ut in Japonem ire vellet: accedebat quod intellecta mors P. Francisci Xavier fervorem conversionis impedire posse aliquo modo videbatur; sed retinebat eum alia ex parte quod tam multi ex primoribus Patribus mortui essent; obierant etiam fratres aliqui, ut Raymundus Pereira, Alexius Madeira et Melchior de Melo, et donec alii submitterentur in Indiam, dubitabat fortassis non convenire ut illam desereret; sed tandem apud ipsum ea praevaluit sententia, quae ad profectionem japonicam inclinabat, partim propter majus commune bonum, quod ad honorem Dei et aedificationem animarum sperabat, partim ut P. Francisci Xavier exemplum sequeretur, qui, cum Praepositus esset Provincialis, potius exemplo sanctorum operum quam verbis regere suos consuevit, partim quod ab eo dum viveret designatus fuerat nominatim ut in Japonem iret [1]:

---

[1] Ita constat ex epistola ipsius Xaverii ad P. Gasparem Barzaeum, in qua haec de nostro P. Nugnez: "Tum vero Melchior Nunnezius, Bazainensi procuratione liber, ete-

videbatur etiam P. Balthasar Diaz eis donis Dei praeditus, ut praeesse nostris in India posset; alii etiam venturi ex Portugallia expectabantur.

1389. Re autem nostris Goae proposita, et etiam aliis religionum Sti. Dominici et Sti. Francisci Praelatis, et ei, qui Cathedralis ecclesiae canonicis praeerat, omnes censuerunt hanc profectionem in Japonem instituendam esse; reliquum erat ut Pro-rex assensum praestaret, ad quem obtinendum cum P. Melchior ivisset, forte tunc legebat quasdam Principum japonensium litteras, et cum primum P. Melchiorem vidit, "cur, inquit, Pater, non in Japonem pergis?„ "At, inquit Melchior„: "ad hoc ipsum veneram, ut bona cum venia tua id agere possem.„ Non solum autem Pro-rex hoc iter probavit, sed auxilium etiam praestitit.

1390. Auxit autem ejus animum quod quidam Ferdinandus Mendez [1], qui olim in Japone, apud Sinas et Pegu mercaturam factitaverat, et P. Franciscum Xavier magna devotione et amicitia prosequutus fuerat, ad hoc iter comitem se offerebat. Acquisierat ipse magnis laboribus octo vel decem millia scutorum, et cum Goae crebro ad Collegium accederet, et ibidem generalem totius vitae confessionem fecisset, post aliquot dierum in rebus spiritualibus exercitationem, parabat jam se ad iter in Portugalliam, ut suis laboribus ibi frueretur.

1391. Sed cum intelligeret agi de profectione P. Melchioris, dixit se, si P. Melchior eo se conferret, non solum profectionem in Portugalliam relicturum, sed et omnia, quae habebat, et se totum operi tam pio impensurum; quae res et nostris et externis magnam admirationem praebuit.

1392. Ubi autem certe intellexit P. Melchiorem omnino

---

siis Aprilis Malacam naviget, inde Japonem petiturus. Gauderem equidem, pro ea, quam teneo, notitia dotium Melchioris praestantium, et illa Bazainensi occupatione superiorum, talem hominem expeditum illinc, substituto idoneo successore, posse transferri. Doctrina enim, qua est insigniter excultus, illic multo esset utilior quam Bazaini modo est.„ S. FRANCISCI XAVERII *e S. J. epistolarum omnium libri IV, ex* PETRO MAFFEJO, HORATIO TURSELLINO, PETRO POSSINO *et* FRANCISCO CUTILLAS; lib. IV, epist. XXII, n. 23.

[1] ..."Ferdinando Mendez di Monte maggiore. Questo hauea del suo dieci mila scudi, et la Domenica di *Pastor bonus*, otto giorni auanti la nostra partenza pel Giapan, andand' io ad uno Eremitorio della Madonna di gratia, che fabricammo nell' isola Choram, tre miglia lontano da Goa, andò anco esso meco per offerire alla Madonna cinquanta scudi per aiuto della casa.„ Ex epist. sup. cit. P. Nugnez, fol. 167.

profecturum esse, coepit et ipse pauperibus et pietatis operibus bona sua distribuere, et dona plurima et res pretiosas emit, quae Regibus ac Principibus japonensibus dono daret, ut benevoli magis ad opus conversionis redderentur; et cum multos haberet servos, omnes libertate donavit, inter quos tres fuerunt, qui ad pedes domini sui se provolventes, cum lacrymis eum rogarunt ut secum in Japonem ipsos deducere vellet, ut ibidem cum ipso morerentur; aliquos in Collegio Goënsi reliquit ut, postquam instituti a nostris fuissent, libere quod vellent vitae genus susciperent. Duo millia tantum ducatorum in consanguineorum indigentium usum in Portugalliam misit.

1393. Cum autem in insulam (quam Cioram [1] vocant) mille passibus Goa distantem, P. Melchior ivisset, et Ferdinandus Mendez eumdem esset comitatus, ut quinquaginta ducatos [donaret] ad juvandum aedificium, quod ibi fiebat in honorem B.ae Virginis Mariae [quae] *gratiarum* dicebatur, et interfuisset colloquiis spiritualibus, quae de Deo a nostris habebantur; tanto fervore accensus fuit, B. Virgine, ut creditur, ei gratia impetrante, ut ibidem votum emiserit animam, corpus et bona perpetuo Dei servitio consecrandi. Et quamvis eum reprimere P. Melchior voluit, spiritus ejus fervorem cohibere minime potuit. Quatuor aut quinque millia ducatorum statim dedit ad expeditionem japonensem, partim ut dona, sicut dixit, quibusdam ex primoribus offerrentur, partim ut domus et ecclesia Salvatoris Bungi aedificaretur, partim ut aliquandiu nostri sustentarentur, *et in eo vel aliis ad conversionem spectantibus japonenses non gravarent* [2].

1394. Simulatque Pro rex intellexit quod Ferdinandus Mendez cum nostris in Japonem proficiscebatur, suum Legatum eum fecit ad Bungi Regem, nam erat alioqui valde notus Principibus japonensibus, quod quatuordecim annos illis in regionibus mercaturam exercuisset, et dedit illi dona cum litteris ad eumdem Bungi Regem, nostris etiam ornamenta quaedam pretiosa ad Missas et divina officia celebranda obtulit ut splendor externi cultus, praeter doctrinam et exemplum nostrorum, ad majus Dei servitium et aedificationem japonensium cederet.

---

[1] *Choram* scribit P. Nugnez. Vide annot. ad n. praecedentem. *Choram* etiam ipse Xavier. *Epist. ad P. Gasparem Barzaeum*, Aprili 1552.

[2] Haec etiam addidit in margine Polancus propria manu.

1395. Et quamvis Ferdinandus Mendez Societati nostrae se in corde suo addixerat, saeculares tamen vestes non reliquit, partim ut posset, quae ipsi debebantur a multis, recuperare, partim ut legatione Pro-regis Indiae commodius fungeretur, partim quod ad majorem japonensium aedificationem futurum videbatur si, postquam ab eis cognitus esset cum pretiosis vestibus ac divitiis, omnia viderent propter Christum relinquere ac contemnere, ut exemplo, quae fidei nostrae sunt, eis commendaret. Itaque sibi ipsi vestes pretiosas paravit, quas postea dono dare Regi Bungi decreverat. Cum vir hic olim versaretur illa in regione, japonenses dicebant eum beatum esse et cognatione cum Deo conjunctum, qui divitias ei multas largitus fuerat, et eo magis suscepta sponte paupertas, causa religionis, aedificationi futura videbatur.

1396. Elegit [1] comites itineris sui P. Gasparem Villelam et fratres Melchiorem et Antonium Diaz, Ludovicum Frois (vel si latine interpretamur, Flores) et Stephanum de Goëz, quibus et novus frater Ferdinandus Mendez accessit; et habuit eorum delectum, qui et virtute et ingenio ad japonensium linguam addiscendam prae caeteris praestare videbantur. Quinque etiam pueros ex orphanis elegit, ut divina officia solemnius eorum opera celebrarentur, et ut, addiscendo linguam illam, interpretum officio fungerentur, ex quibus duo, scilicet Gullielmus et Regiera ex Portugallia venerant, a P. Petro Domenech instituti [2].

1397. Ut autem cum magna alacritate animi et laetitia P. Melchiorem sequebantur, ita reliqui tam ex nostris quam ex orphanis, qui relinquebantur, graviter id ferebant, quod orphani tam multis lacrymis testabantur, ut ad eos pacandos promiserit P. Melchior, et manu sua subscriptum reliquerit, quod cum alii nostri in Japonem essent mittendi, etiam ex ipsis orphanis comites illis essent adjungendi: tres etiam illi servi Ferdinandi Mendez, de quibus superius memini, reliquos comitati sunt; dedit etiam pueris orphanis Pro-rex dalmaticas cum aliis vestibus ex aurea tela confectis, ut in solemnioribus festis suo ornatu venerationem divini cultus augerent.

---

[1] Pater Melchior Nugnez.

[2] Vide quae saepius in hoc *Chronico* de P. Petro Domenech ejusque orphanotrophiis dicta sunt, praesertim supra in hoc vol., pag. 560, n. 1207.

1398. Haec expeditio japonica, octo diebus parata et confecta, tantopere animos goënsium commovit et excitavit, ut multi ex primoribus urbis valedicere vanis hujus saeculi rebus et P. Melchiorem sequi vellent; immo et nobiles quaedam, et virtute ac aetate maturae, matronae urgebant P. Melchiorem ut ipsarum opera ad mulierum japonensium conversionem uti vellet; sed cum se ab omnibus ille expedisset, multa ei dona missa sunt, quae illis Principibus et nobilibus japonensium donaret.

1399. Cum ergo P. Balthasarem Diaz nostris in India praefecisset, ab eo et P. Paulo [1] et aliis fratribus comitatus, ac praecedentibus pueris orphanis in processionis modum, et magna multitudine aliorum hominum comitante, et quidem cum lacrymis multis, usque ad littus P. Melchiorem cum sociis deduxerunt, quibus valedicentes, in insulam Cioram ad gratias agendas B.ae Virgini navi transierunt, ubi, Missa celebrata, ipse P. Melchior et socii itineris cum magna spirituali consolatione et lacrymis vota sua renovarunt; quod cum videret Ferdinandus Mendez, et ipse ad eorum imitationem perpetuam Deo castitatem, paupertatem et obedientiam vovit, quamvis formulam votorum non teneret.

1400. Cum autem sacro absoluto id intellexisset P. Melchior, coepit ei declarare, quae ad Institutum nostrum pertinent; quae omnia cum sibi placere affirmaret, vestem talarem nostrorum more ei induendam dedit; et cum paulo post ad cibum capiendum eum vocarent, invenerunt eum apud altare annulos pretiosos ex suis digitis educentem, et in brachium imaginis pueri Jesu eos inserentem: sed propter rationes superius dictas [2] denuo saecularibus vestibus eum indui P. Melchior jussit.

1401. Et ita cum magna consolatione versus Cochinum et inde Malacam iter instituerunt, et in hoc itinere ventos contrarios et tempestates, et aquae et ciborum penuriam experti sunt; sed nulla crux eis gravior accidit quam longa mora navigationis, propter quam timebant accesurum esse finem montionis, ita ut hoc anno in Japonem pervenire non possent, et experiebantur illud Sapientis quod "spes, quae differtur, affligit animam [3].„

---

[1] P. Paulus Camers.
[2] Vide supra, n. 1395.
[3] Proverb., xiii, 12.

1402. In navi tamen tempus sine fructu non elabebatur, nam et praedicationi et confessionibus audiendis dabant operam, et litanias et Missas, quas vocant *siccas* (et merito, cum non irrigent animam corpore et sanguine Agni immaculati), dicebant, paces etiam aliquas composuerunt, et inimicitias impedierunt, doctrinae etiam christianae et actuum Apostolorum lectionem praelegebant. Tandem Malacam, Deo propitio, pervenientes, magno sane cum labore, et Praefecto adjuvante, navim aliam invenerunt, quae statim in Japonem pergeret.

1403. Sed vel adnitente daemone ut bonum opus impediret, vel quia forte Dei Providentia Malacae civitatem frui aliquandiu nostrorum opera volebat, navis illa capto ejus domino [1] exarmata fuit, et motio ventorum jam jam cessatura erat, et ita hyemare Malacae coacti sunt, quod non parum molestiae nostris in Japonem properantibus attulisset, nisi omnia eidem divinae Providentiae commisissent.

1404 Ibi ergo quod reliquum erat hujus anni exigentes, familiam suam P. Melchior in Collegii formam redegit, et orationis et studii, et aliorum exercitiorum stata tempora constituens, sub meridiem ipse per horam lectionem ex Testamento veteri praelegebat; sub vesperam ex Testamento novo aliam interpretabatur, quam etiam externi libenter audiebant; aliquando etiam mortificationes ad nostrorum exercitium et profectum sic fiebant, ut ex eis offendiculum nemo externorum capere posset [2], cujusmodi erat petere eleemosynam, quam deinde pauperibus distribuebant; duobus etiam hospitalibus inservire, quorum alterum lusitanis, alterum indis usui erat, ubi non tantum humilitatis, sed et patientiae occasio dabatur propter aegritudinum foetorem et alia, quae nauseam movere solent; ad suam etiam sustentationem ostiatim necessaria mendicabant.

---

[1] Haec verba, *capto ejus domino*, in margine manu P. Polanci addita sunt.

[2] Quo pacto cavenda externorum offensio in his humilibus ministeriis apposite docebat Xaverius in epistola ad P. Gasparem Barzaeum hisce verbis: "Admissos, in vera sui abnegatione, mortificatione intima pravorum affectuum, indesinenter exerce: admove quin etiam ministeriis humilibus externis mendicandi ostiatim pro pauperibus, inserviendi decumbentibus in nosocomio publico, et quae sunt ejus generis vulgo probata: gestu aut veste insaniae speciem habentibus, spectaculum eos multitudini praebere, me auctore, ne jusseris. Talia enim, et multis, qui vident, admirationem offensioni affinem, et ipsis, qui se sic ludibrio propinaverint, gloriolae titillationem, quasi heroicum quippiam fecerint, non raro commovent." *S. Francisci Xaverii e S. J. Epistolarum omnium libri* IV ex PETRO MAFFEJO, HORATIO TURSELLINO, PETRO POSSINO et FRANCISCO CUTILLAS. Lib. IV, Ep. XXV, n. 2.

Sed prae caeteris admirabantur Ferdinandum Mendez, quem prius valde notum habebant, et divitem ac splendidum existimabant, dum vilibus et laceris vestibus indutum a se eleemosynam petentem viderent, et occasionem habebant credendi post hanc vitam aliam [nos] expectare, propter quam paupertas divitiis, et contemptus honoribus, et asperitas poenitentiae divitiis praeferretur; et nullae rationes tantopere quam ipsa facta cordibus hominum imprimebantur.

1405. De hac urbe dicebatur quod P. Franciscus pulverem calceorum inde egrediens excusserit, quod ne pulverem quidem illius secum ferre vellet; quia tamen verbum Dei vivum et efficax est, non inutiliter P. Melchior ibidem concionatus est: dominicis ergo diebus et festis mane evangelium praedicabat, post meridiem praecepta Domini in Cathedrali ecclesia explicabat, et quid in singulis peccatum mortale et veniale censendum esset in variis conscientiae casibus: diebus mercurii in templo *Misericordiae* opera ipsius misericordiae concionando declarabat, et quomodo ad praxim essent exercenda docebat; sed postea animadvertens quod ea provincia exiguam rerum spectantium ad fidem cognitionem haberet, cum tamen crebram cum infidelibus communicationem in suis commerciis haberent, in symbolo Apostolorum articulos fidei, rationibus naturalibus et comparationibus adhibitis, declarabat, et diebus veneris post meridiem septem psalmos poenitentiales, et de his, quae ad peccata et poenitentiam pertinebant, omnia in statera mortis et passionis Christi ponderando, disserebat, et semper multae lacrymae, multi, qui seipsos flagellis caedebant, et alia signa contritionis prae se ferebant, cernebantur; et qui prius urbem illam noverant, valde mutatam esse asserebant; nec messis confessionum, nec paces inter multos conciliandae, nec aliae occupationes spirituales deerant; inter quas spiritualia exercitia primae hebdomadae quibusdam tradita magnae metamorphosis causa fuerunt.

1406. Sed de pueris etiam quidam ex fratribus benemeritus est, qui cum tintinnabulo incedens per urbem, et eos congregans, doctrinam et mores christianos docebat, et ipsimet pueri suos parentes ac domesticos reprehendebant cum nomen Dei irreverenter assumerent, et servos et ancillas eamdem christianam doctrinam docebant. Pueri etiam orphani, quos se-

cum nostri ducebant, et in lingua indorum addiscenda et in officiis divinis et aliis virtutum et studiorum occupationibus exercebant, festis diebus cantu figurato (qui ea in urbe novus omnino erat) Dei cultum promovebant, pro cujus amore multa pati in Japone optabant.

1407. Initio autem mensis Aprilis sequentis anni Malaca Japonem versus profecturi erant, quia Dnus. Antonius de Norogna, ejus arcis ac praesidii Dux, navigium Regis (*caravelam* vocant), quod ibi erat, eis dederat, quo Bungum usque deferrentur, et se jam omnes parabant ad frigora, famem, sitim, pericula et persecutiones et falsa bonzium testimonia ferenda, quae sibi imminere intelligebant; tanti autem momenti hujusmodi messem P. Melchior censebat, ut augmentum, quod in regnis Portugalliae dabat Deus Societati, ad hoc erat [1], ut se exercerent tam in litteris quam in virtutibus, et in Indiam ad earum colligendum fructum venirent, nam magna prorsus humilitate, obedientia et patientia, fide ac spe et charitate opus erat, et valde per habitus diuturnos roborata.

1408. Admoneri cupiebat a P. Ignatio P. Melchior an Indiae Provincia Portugalliae subjecta esse deberet; sic enim fieret ut omnes eodem spiritu magis unirentur si unum ex utraque Provincia corpus fieret: Provincialis etiam Portugalliae, si indicam vineam ad se pertinere censeret, sollicitior futurus videbatur in selectis operariis ad eam mittendis; sed e contrario, tanta est diversitas rerum Indiae a rebus Portugalliae, et tam varia negotia et munia, ut longe aliter de illis in Portugallia sentiatur, et aliter ibi res constituerentur quam, si experientia edocti essent, constituissent: et hanc secundam partem P. Ignatius probavit, qui Provinciam sejunctam esse, et distinctum Provincialem habere voluit.

1409. Idem P. Melchior significat [2] quod in regno bintanen-

[1] Sic; rectius tamen et sensus et syntaxis constabunt, si dicatur: *ad hoc sibi videretur a Deo concessum.*

[2] In epistola, cujus mentionem fecimus supra, pag. 645 num. 1381, unde haec pauca excerpere juvat ad majorem historiae hujus perspicuitatem. "Un fratello del nostro fratello Fernando Mendez lo pigliorno i Mori del Regno di Bintano, che è più in la di Malaca; vedendo con proferte, et carezze non poterlo mouere acciò si tornasse Moro; con tormenti, et paura lo volsero acciò sforzare, et lo legorno a un albero, et gli tirorno con un pezzo di artigliaria, per tre o quattro volte senza poter toccarlo, inuocando egli sempre la Madre di Dio fin che lo spezzorno con una bombarda, essendo glorioso martire, poi che morì solamente per la fede." *Diversi avisi... ricevuti dall' anno 1551 fino al 1558* etc., fol. 169 v.

si ultra Malacam, cum saraceni virum quemdam christianum promissis frustra sollicitassent ut Mahometi sectam sequeretur, terroribus ac tormentis id agere coeperunt, et stipiti eum alligarunt, et telo quodam (*versum* vocant) [1] ter aut quater eum jaculati sunt; sed cum invocasset Beatissimae Virginis nomen, eum non attigerunt; sed cum Dominus ad martyrii coronam eum elegisset, ictu bombardae in frusta discerptus est, ne a fide excideret mortem eligens.

1410. Hoc etiam anno prope Malacam et ultra illam versus Sinas, in loco *Tantana* vocato, lusitanum quemdam saraceni, eodem modo donis et honoribus propositis, tentarunt; sed cum constans in fide Christi semper esset, ab arbore in solum, stipitibus et aculeis ferreis consitum, praecipitem dederunt, in quibus infixus, nomen Domini Jesu invocare non cessabat; sed inde eductum immani crudelitatis genere unguibus manuum et pedum eum privarunt, pellem a vultu detraxerunt, et gladiis ventrem ejus aperuerunt, et propriis manibus viscera ejus viva extraxerunt, et demum toto triduo hominem excarnificantes in fide constantem occiderunt.

Et haec de P. Melchiore.

DE COLLEGIO GOËNSI

1411. P. Balthasar Diaz, Goënsis Collegii Rector constitutus fuerat, et qui in aliis locis Indiae residebant eidem parere jussi sunt; prosequutus est ille nihilominus praedicationes, quae dominicis et festis diebus mane et vesperi facere solitus erat simul ipse cum P. Melchiore; sed et diebus mercurii in hospitali regio, quod insigne admodum et hominibus aegrotantibus frequens est; diebus autem veneris in templo *Poenitentiae* ma-

[1] Non quidem *telo* sed potius *tormento bellico* eum confodere tentarunt. Hoc enim significat *pezzo di artiglieria*, hispanice *verso*, quod in epistola supra memorata legitur.

gno cum concursu concionabatur, et haec ultima prae caeteris concionibus ad homines commovendos efficax erat; et eas multi seipsos flagellis caedentes subsequebantur.

1412. Cum autem in festo B. Bartholomaei, postquam mane de meritis ejus apostoli egisset, a prandio, quia de poenitentia agendum erat, de ejus martyrio disseruit, et sub finem concionis, ut doceret quomodo in exuenda pelle imitari B. Bartholomaeum deberent, jusserat ut pueri, qui in Collegio instituebantur, ad ecclesiam accederent, et, ut edocti fuerant, simulatque ad portas pervenerunt, vestes oblongas sinistro brachio convolventes, et in dextera flagellum accipientes, per ecclesiam in modum processionis seipsos caedentes incedebant, quos alii viri eodem ordine sequebantur; et planctus in hominibus admirandus excitatus est, adeo ut Pro-rex cum nobilitate multa, qui ex choro praedicationem audiebat, multum aedificationis ex hoc spectaculo acceperit, dum in Indiae populo tantum dolorem et peccatorum contritionem viderent. Sequenti etiam die veneris cum idem Pro-rex et nobiles ad praedicationem venissent, multi viri conjugati et liberi, et inter eos senes simili modo flagellis se caedentes, post concionem, poenitentiae spectaculum exhibuere, inter quos senex unus etiam crucem ligneam magnam et cordam collo alligatam fregit [1]; et prorsus, ex praedicationibus hujus Patris, et commotio magna et fructus consequebatur.

1413. Cum ad templum S.[ti] Lazari, quo die ejus festum celebrabatur, rogatus esset P. Balthasar in eo, quod extra urbem est, concionari, id fecit, et frequens populus concionem de morte ejus [2] habitam audivit: aderat inter alios meretrix quaedam, quae intime compuncta, in fletus et clamores erumpens, peracto sermone, ad ecclesiam Collegii nostri se contulit; se velle mundum fugere et ad Deum accedere dicebat, et a P. Balthasare vitae suae rationem ordinari, ut salutem aeternam posset consequi: erat haec inter praecipuas ejus notae mulieres, et dives, et noluit amplius in civitate vivere, ut occasiones peccati fugeret, sed domum quamdam non remotam a Collegio conduxit. Aliae mulieres, hujus conversione intellecta, eam sequi

---

[1] Sic; sed mendose positum putamus pro *gessit, gestavit, portavit* aut quid simile.
[2] Sancti Lazari.

coeperunt, et brevi temporis spatio fere omnes conversae fuerunt, et extra urbem domicilia sibi conduxerunt, ut separatae a tumultu urbano novam vitae rationem inirent, ex quibus tres viris honestis nupserunt: itaque in hoc vitii genere magna emendatio Goae visa est.

1414. Cum autem P. Balthasar die quodam festo post meridiem concionaretur, gentilis quidam portam ecclesiae ingressus, e regione suggestus alta voce dicere coepit se velle christianum fieri: jussit eum P. Balthasar sedere donec concio absolveretur; postea in Collegium puerorum eum deduxit, ubi pro more instructus in catechismo, ubi illum didicit, et ejus animus exploratus est, baptismum a P. Paulo [1] accepit, qui manu sua multos christianos baptizaverat, ut vix eorum numerus et hominum qualitas explicari possit.

1415. Sed is, qui ultimo loco baptismum acceperat, ad insulam quamdam prope Goam se conferens (erat enim illi patria), alios ipse ad fidem convertit et ad Collegium deduxit; uxorem tamen suam valde duram invenerat et in errore suo obstinatam; sed tantum vir bonus in ea urgenda elaboravit, ut tandem et ipsa ad Dominum sit conversa, et ad institutionem christianae religionis suscipiendam fuit adducta.

1416. Pervenerat Goam 23 Septembris novus Pro-rex D. Petrus Mascaregnas, qui duos ex nostris secum adduxit, Patres videlicet Franciscum Vieram et Didacum de Soveral [2], et ita quinque sacerdotes Goae esse coeperunt, nam tres tantum ibi prius erant, et inter eos P. Franciscus Lopez valetudinarius admodum, et tamen dominicis diebus ultra fluvium ad Missam neophytis dicendam transibat. Pater Paulus assiduus erat in sacramentorum non solum confessionis et communionis, sed baptismi etiam [administratione]. Qui autem jam venerat, P. Viera, sublevavit P. Balthasarem onere concionandi in hospitali: confessionibus etiam audiendis magno cum zelo animarum dabat operam.

1417. In Collegio autem quotidie christiana doctrina explicabatur externis pueris, quos ultra trecentos frater quidam, scilicet Petrus de Almeida, evocatos ad tintinnabuli pulsum

[1] P. Paulus Camers.

[2] Hic ille Didacus est, qui nondum sacerdos, jam operam regno Congi navarat. Vide t. I, pag. 253, et 331, n. 291, et t. III, pag. 459, annot. 1 ad n. 983.

docebat; et tam late patere coepit haec exercitatio, ut complures jam homines in vicis variis urbis ante suas portas multitudinem puerorum congregarent, dispositis per ordinem scamnis ut eam commode audirent, et certatim eidem addiscendae operam dabant; sed et ipsi pueri parentes et domesticos noctu instruebant.

1418. Alius ex fratribus, Amator Correa nomine, legere et scribere fere ducentos et quinquaginta pueros docebat: quadraginta ex his domestici, caeteri externi erant. Idem diebus dominicis et festis, cum tintinnabulo per urbem pergens, ultra trecentos ac septuaginta pueros ac puellas in ecclesiam Sti. Antonii deducebat, et eos in christiana doctrina instituebat eadem hora, qua Petrus de Almeida hoc munere in Collegio nostro fungebatur.

1419. Idem Amator Correa, ad cujusdam primarii viri domum se conferens, ducentos et eo amplius servos illius eodem modo instituebat. Idem, in magna quadam aula prope littus, aliis, qui Regis servi erant, eumdem catechismum explicabat. Omnes autem fratres numero 25 erant, praeter quinque sacerdotes dictos, ex quibus aliqui litteris operam dabant.

1420. Quidam autem Petrus Lopez grammaticam docebat tam nostris quam externis, scholam habens extra Collegii portam, quamvis ipse in ipso Collegio habitaret. Septem autem ex his scholasticis P. Melchior ad logicam audiendam idoneos judicavit, et eam a quodam religioso Sti. Augustini audire coeperunt, quem extra suum ordinem vagantem idem P. Melchior adjuvit ut ad saniorem mentem rediret; sed cum post ejus in Japonem recessum variis ille tentationibus pulsatus recessisset, studium hoc fuit impeditum, et ita pernecessarium existimabat P. Balthasar ut ex Portugallia praeceptores mitterentur; nostri enim ad hoc usque tempus tantum legere atque scribere et arithmeticam simul cum doctrina christiana docebant, et id sane cum fructu magno; sed etiam in humanioribus litteris et in facultatibus superioribus praeceptores constituendos existimabat, et multo magis Goae [1] quam aliis in locis eos esse necessarios.

1421. Goa quindecim gradus cum dimidio ab aequinoctiali

[1] Ms. habet *Eborae;* sed error evidens est.

distat: ratio victus nostrorum, vestitus et habitationis, lectorum ac rerum necessariarum commoda satis erat, ut nostri vires simul cum valetudine conservarent, ut divino cultui et animarum saluti impenderent. Inserviebant aliqui ex eis hospitali, et in humilitatis atque charitatis exercitationibus pro more Societatis occupabantur; erant autem in separata Collegii parte nonaginta et quatuor pueri, inter quos erant aliqui lusitanorum filii, alii ex lusitanis patribus, matribus autem indis: sed supra sexaginta ex his pueris ex variis infidelium nationibus erant, ad quorum exemplum et auxilium alii necessario admiscendi videbantur.

1422. Refert P. Balthasar tam multos ex nostris in India obiisse et reliquos infirma habitudine corporis esse propter labores gravissimos et humanae imbecillitati quodammodo intolerabiles, quos subibant, dum in tam vasta et immensa vinea Domini pauci ministeria in multos dividenda obeunt; necessitas tamen praesens efficiebat ut abstinere quodammodo charitas a nimiis laboribus non posset; inter multos autem operarios ex Europa mittendos, tres potissimum esse necessarios censebat: unum, qui gubernationi nostrorum tum Goae, tum aliis in locis praeesset, ita ut gubernatio praecipua ejus occupatio esset; alterum, qui Collegii Goënsis minister esset, ad domesticam disciplinam et res necessarias ad sustentationem curandas; tertium, qui in explicandis conscientiae casibus peculiare talentum haberet, et ad id nominatim P. Franciscum Rodriguez, licet pedibus valde debilem, optabat [1]; nam ex omnibus arcibus Indiae, qui res dubias habebant, ad nostros confugiebant, et in rebus aliquando difficillimis, et quas doctores minime tractarunt, necessario tamen respondendum eis erat.

1423. Idem censet a Deo motum fuisse P. Ignatium ut evocaret in Europam P. Franciscum Xavier; neque enim ullis litteris informari perfecte poterat de rebus Indiae tam temporalibus quam spiritualibus, nisi viva voce alicujus, qui rerum illarum experientiam haberet; et misisset P. Nicolaum Lancillotum, si ejus afflicta valetudo id permisisset; et ex Europa probatos homines mittendos censet; nec sperandum quod in India seminarium nostrorum fieri possit, cum fere quinquaginta illo in

[1] *Pedibus captum* eum dixit Polancus supra, pag. 546, n. 1170.

Collegio admissi fuerint, viginti tantum in Societate perseveraverint, qui partim Goae, partim in aliis arcibus, bene se gerebant; alii ad militiam saecularem se contulerunt, inter quos aliqui votis emissis se Deo consecraverant.

1424. Inter pueros illos, quos superius diximus, aliqua valde subtilia ingenia instituebantur, et aliqui fortassis ex eis temporis successu admittendi videbantur. Quamvis autem ex his, qui hoc anno in Indiam pervenerunt, confirmata fuit quorumdam ex nostris suspicio quod ex Portugallia non mitterentur in Indiam nisi qui parum utiles eo in regno censebantur; hoc tamen affirmat idem Balthasar, quod hujusmodi debilium operariorum ministerio praeclara eatenus fuisset Dominus operatus.

1425. Constitutiones summopere expetebant, quarum odor tantum [1] non poenitendum inter nostros fructum protulit et ipsis esse valde necessarias ait, ne quadam specie charitatis commoti, a proprio Instituto recederent, et onera quaedam illi parum consona subirent. Hujusmodi esse ait quatuor confraternitates a P. Gaspare institutas, quibus nostri aliquas Missas etiam cantatas dicere tenebantur, quibus ille charitate fervens Pater non semel intra hebdomadam concionabatur; et ex aliis plurimis concionibus [tum festis] tum profestis diebus, et quia votum emisisse dicebatur se numquam negaturum proximis operam suam, nec in spiritualibus necessitatibus nec in temporalibus, id mortis ipsius accelerandae causam fuisse ait. Quinque etiam processiones singulis annis domi fiebant; singulae etiam confraternitates singulas arcas ad pecuniam mittendam in ecclesia nostra habebant. Haec et similia, cum nostrae constitutiones in Indiam non pervenissent, et res alioqui essent piae, in consuetudinem inducta fuerant, et paulatim ea in desuetudinem abire aut statim removeri magna ex parte oportuit.

1426. Rex Portugalliae, ut superius diximus [2], multa in usum Societatis nostrae, quae in India versatur, et aliorum piorum operum concesserat; sed quia litterae patentes per Cancellariam et quatuor registra non transierant, ne ipse quidem Prorex novus D. Petrus Mascaregnas rata esse voluit; et quamvis aere alieno premerentur nostri goënses, quibus multa debeban-

[1] quarum odor tantum, i. e. quarum vel solus odor seu notitia confusa hausta ex iis, quae ex Europa perferebantur, non poenitendum, etc.

[2] Vide pag. 563, nn. 1212-1217.

tur ex his, quae Rex dari jusserat annis praeteritis, non sunt tamen sublevati a novo Pro-rege; et cum intelligeret prospiciendum esse nostris, qui erant Caulani et in Comurini regione et aliis in locis, tamen ille ad patientiam hortatus est; et hanc esse Pro-regum consuetudinem ait [1], ut agant quod placet; et cum multa ab hoc sperarentur, sua tamen spe frustrati fuerunt; et admonet P. Balthasar non esse confidendum hujusmodi amicitiae aut [devotioni] gubernatorum Indiae, quam nostri in Portugallia experirentur, nam simulatque promontorium, quod vocant Bonae Spei, transibant, et amicitiae et devotionis obliviscebantur; immo qui nostris confiteri solitus erat octavo quoque die aut admodum crebro, in India aliis religiosis confitebatur: hoc tamen pro dono Dei non vulgari nostri ducebant. Cum autem illi diceret P. Balthasar quod si non ei solvi juberet, quae Rex assignaverat, se ad mendicandum cogi, subdidit ille quod talis erat nostra professio [2].

1427. Deserente tamen nostros Pro-rege, Deus non deseruit; nam quidam Cosmeanes [3], qui Collegii nostri Goënsis jam ab ejus initio promotor praecipuus fuerat, vir alioqui copiosus, et qui fisci regii curam habebat, hic, inquam, P. Balthasarem bono animo esse jussit, et se necessitatibus prospecturum Collegii promisit; hic octavo quoque die vel decimo quinto nostris confitebatur: significabat autem Pro-rex se non videre qua in re tam amplos reditus expenderent, cum essent numero pauci; et quia nec P. Franciscum a se dilectum convenit, et P. Urbanum [4] obiisse intellexit, nullum esse in Collegio nostro existimabat, licet fere triginta essent cum fere centum pueris, in quorum usum praecipue reditus, qui olim idolorum fuerant, huic Collegio applicati erant; et quia eos [5] ex Collegio P. Antonius Gomez expulerat, ut diximus [6], ipsemet a P. Francisco Xavier a Societate expulsus est. Hi a decem annis usque ad sexdecim in Collegium admitti debebant, et cum ad vigesimum an-

---

[1] Pater Balthasar Diaz.

[2] Vide supra pag 565, n. 1216, annot. 2.

[3] Hujus Cosmae Annes qui Regius Thesaurarius *(Vedor da Fazenda)* Goae erat, frequens mentio fit in Sancti Francisci Xaverii litteris factaque est jam in hoc *Chronico*, t. II, pag. 146, annot. 1 ad n. 345.

[4] P. Urbanus Fernandez.

[5] sc. pueros.

[6] Supra, pag. 550, n. 1179.

num accedebant, ad artificium aliquod addiscendum vel ad alia munia destinabantur: his praeerat P. Paulus cum quodam alio fratre nostro.

1428. Admonet autem ne plures orphanos ex Portugallia venire sinat, cum major pars eorum, qui missi fuerant, non bene se gessissent, nec alioqui essent in India necessarii: erant autem inter hos pueros aliqui nobilium saracenorum filii, quorum parentes in suis urbibus vel provinciis rectores et primarii viri erant; inter alios etiam Princeps cujusdam regni provinciae malabaris erat; et praeter expensas his necessarias, ex hoc Collegio P. Franciscus necessaria submitti jubebat his, qui in Japone, Malucis, Malacae et aliis in locis, ubi hoc subsidio indigebant, versabantur: eodem modo P. Gaspar et P. Melchior fecerunt.

1429. Idem admonet litteras rerum Ormuzii gestarum a P. Gaspare, quas in Portugallia impresserant, supprimendas esse, quia nonnulli, quorum defectus in eis perstringuntur, graviter admodum id ferebant [1].

1430. Ex duobus illis, qui hoc anno in Indiam cum novo Pro-rege venerunt, multa scribi possent; sed quia similia aliis nostrorum navigationibus, relinquuntur, cum ventos contrarios saepissime haberent, et aliquando etiam propter tempestatem saevissimam de vita periclitati essent, incolumes tamen 23.ª Septembris Goam pervenerunt; et quia Pro-rex voluit omnes nobiles die sequenti in templo B.ae Virginis portui vicino communicare, tota illa nocte eorum confessiones audierunt, et P. Franciscus Viera, sacro celebrato, SS.mam Eucharistiam Pro-regi et reliquis ministravit. Perexiguam messem in Portugallia esse scribit, si cum indica conferatur.

1431. Alter ex his duobus sacerdotibus, scilicet, P. Soveral, scribit cum quotidie confessiones, plurimis annis intermissae, et multi, qui Christi religionem doceri et eam suscipere volebant, Goae sese offerrent; et quidem ex eis aliqui gentiles cum suis catenis et gladiis deauratis ac manibus plenis annulis, qui ex variis locis ad Christi fidem suscipiendam eo veniebant; et praeter hujusmodi nobiles alii multi plebeji accedebant; itaque

---

[1] Vide SOMMERVOGEL, *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus*, t. I, col. 23, artic. ABREU, JEAN DE, n. 1, et col. 996, art. BARZÉE, BERSE, GASPAR, n. 2.

semper aliqui erant in Collegio catechumeni: nihilominus illis in locis sicciorem [1] esse crucem Domini multis quam in Portugallia quidam eam ferrent, affirmat [2].

Et haec de Goënsi Collegio.

DE RELIQUIS INDIAE COLLEGIIS

1432. In civitate Ormuzii hoc anno versatus est P. Antonius de Heredia cum quodam fratre; et quae anno praeterito coeperat, hoc etiam prosequutus est, non mediocri cum fructu. Quia arx lusitanorum exigua est, extra illam in civitate multi lusitani habitant, et octingenti viri et aliquando mille lusitani, praeter mulieres et mamelucos (quos diximus ex patre lusitano et matre indigena nasci), versantur: sunt et alia multa genera nationum et sectarum. Est autem in 27.° gradu versus polum articum. Nostri autem, more collegialium goënsium, vestibus oblongis utebantur, ex panno quodam nigro *(teadan* vocant), qui quasi ex stupa tincta conficitur.

1433. Proximum Ormuzio est Collegium nostrum Bazaini, quamvis plurimis leucis ab eo distet: ibi P. Gonsalvus Rodriguez cum duobus fratribus et puerorum collegio versabatur. Insula est Bazaini, sed continenti valde vicina, in decem et novem gradibus cum dimidio versus polum sita, ubi magna etiam saracenorum et gentilium permixtio est, et inde principium Indiae solet computari, quae ducentas et quinquaginta leucas usque ad Caput Comurini protendit, et est vicina insigni regno Cambayae. Nihil autem hoc anno sigillatim de eo Collegio di-

[1] Prius scripsit librarius *sichissiorem*, sed cancellata *h*, ejus loco substituit *c*.

[2] Clarius et emendatius tota haec paragraphus in hunc fere modum concinnari poterit. "P. Soveral scribit quotidie confessiones a plurimis annis intermissas, multosque, qui Christi religionem edoceri cupiebant ut in eam adsciscerentur, Goae sese offerre. Horum gentilium pars ex plebejis, pars ex nobilibus conflabatur, qui cum suis catenis et gladiis deauratis ac manibus plenis annulis ad nostros ex variis locis accedebant. Itaque semper aliqui erant in Collegio catechumeni. Quae quidem licet magna nostros consolatione afficerent, nihilominus sicciorem durioremque multis videri crucem Domini in India quam in Lusitania ipse Pater Didacus fatebatur."

cendum occurrit, nisi quod nostri fructum uberem, non ex pueris tantum sed etiam ex lusitanis et aliis gentilibus, colligebant, consuetis suis ministeriis, cum praedicationis et doctrinae christianae, tum administratione sacramentorum aliisque pietatis functionibus.

1434. Insula Tanaa [1] exigua quatuor leucis Bazaino distat, non tamen exiguus inde fructus [capiebatur] opera P. Francisci Enriquez, qui cum socio ibidem residebat; nam plurimi ad Christi religionem ibi accesserunt; nec ullus in tota insula idolorum cultus; paupertatem autem magnam ibidem tam in victu quam in vestitu nostri retinebant.

1435. Per tractum maritimum descendendo, Goa sita est septuaginta duabus leucis Bazaino distans, de qua superius egimus.

1436. Centum alias leucas descendendo civitas Cochini est, ubi P. Franciscus Perez cum quodam fratre nostro perutilem operam navabat numeroso huic populo, in quo magna est lusitanorum conjugatorum et etiam militum multitudo. In insula etiam continenti vicina haec civitas est, et tam gentilium quam saracenorum magna [ibi] multitudo et varia admodum est, et vicinas habet plurimas insulas, et reges earum; et Malabarium dicitur tota ea regio. In decem gradibus cum dimidio civitas Cochini sita est: ministeria autem Societatis consueta ibi exercebantur, et quidem magno cum fructu.

1437. Ulterius progrediendo 24 leucas, oppidum Caulani est in novem gradibus cum dimidio situm, ubi magnus etiam christianorum numerus erat, saracenis permixtus. Praeerat P. Nicolaus Lancillotus Collegio quinquaginta puerorum, ut alias dictum est [2]; et quamvis crebro sanguinis vomitu debilis

---

[1] In margine haec scripsit Sacchinus: "Tanaa non est insula, sed in insula Salsettarum.„ Et quoniam nonnulli scriptores rerum Societatis confundere videntur hanc insulam cum peninsula ipsius nominis, non abs re erit transcribere hic pauca e ORLANDINI probe duas has regiones distinguente. "Duae sunt enim, ait, Salsettae in India, prope Bazainum alterae, alterae prope Goam. Hae certa sunt regio continentis, sex et sexaginta pagos complexa, uti vocabulum ipsum salsettarum lingua gentis sonat, quas multis post annis Rodulphi Aquauiuae, sociorumque martyrum gloriosa nex notas ac celebres fecit. Illae vero sunt insula non tam magnitudine, quam feracitate nobilis. Hic est Tanaa, urbs olim, quod vel hac tempestate vestigia monstrant, ingens atque magnifica, nunc mediocre oppidum....„ etc. *Hist. Soc.*, part. 1ª, lib. XI, n. 87. Ex his facile emendabis P. Nieremberg, qui in vita B. P. Rodulphi Aquaviva ait ipsum sociosque in insula Salsettarum peremptos fuisse. Vide t. II, pag. 223, edit. Bilbaënsis.

[2] Tomo II, pag. 404, n. 483; et tom. III, pag. 488, n. 1035.

admodum factus esset, nec ex lecto fere surgeret, duobus tamen fratribus Societatis adjutus, non solum in institutione puerorum, sed populi etiam et eorum, qui undecumque eo veniebant, cum nostrorum auxilio juvarentur, utiliter admodum laborabat. Paupertatem interim in vestitu, et lectis et reliquis omnibus valde familiarem experiebantur, et ita non doctrina solum, sed etiam exemplo de multis bene merebantur.

1438. Inde 26 leucas progrediendo, ad illum tractum maritimae terrae, quae Comurinum dicitur, pervenitur, et in octo gradibus ipsum caput hujus regionis situm est, et inde regio versus occidentem flectitur longo tractu. Ibi P. Henricus Enriquez cum unico socio, propter operariorum paucitatem, relictus est, quamvis et magnitudo provinciae et christianorum multitudo multos exigerent; nam centum et viginti quinque millia [1] sacerdos quidam, qui a P. Henrico paulo ante recedens Goam venerat [numerari] testabatur. Elaborabat autem diligenter P. Henricus ut ea in regione superstitionem gentilicam nullam relinqueret; et ob id ipsum multas injurias et persecutiones a saracenis et a quibusdam etiam lusitanis patiebatur; et quod per se non poterat praestare, per quosdam, quos canacepolas superius nominavimus [2], in singulis oppidis praestabat; ea scilicet, quae ad christianam doctrinam et baptismi ministerium necessitas urgebat, et ad ecclesiarum munditiam pertinebant.

1439. Ulterius eadem ora maritima progrediendo, ad provinciam Chiromandel, ubi est civitas S.ti Thomae, pervenitur. Ibi P. Cyprianus cum socio [3] tam populo lusitanorum ibidem agenti, quam indigenis, suam operam navabat; gentes illae minus facile domari poterant quam aliae, et satis negotii nostris exhibebant; sed P. Cyprianus nec suis laboribus nec eorum malis moribus parcebat; et quamvis aetate senex esset, vigor ejus et zelus aetatis debilitatem supplebat. Hic Indiae proprie dictae finis est.

1440. Remota admodum est Malaca, in duobus gradibus et paulo amplius versus polum nostrum sita: ibi residebat P. Antonius Vaz cum alio fratre, quos P. Melchior eo miserat; ali-

---

[1] In margine haec scripsit Sacchinus: "Amplificatus est numerus super verum."

[2] Tom. II, pag. 760, n. 728, ubi tamen *Chanacopolae* scriptum est. PAGÉS scribit *Canacapales;* POSSINUS ET MENCHACA *Canacapulae*.

[3] P. Alphonsus Cyprianus cum Fratre Joanne Lopez. Vide t. II, pag. 765, n. 737.

quandiu enim nullus de Societate nostra ibidem fuerat post P. Francisci Perez recessum. Eo deinde pervenit idem ipse P. Melchior cum sociis, ut in praecedenti capite diximus, et partem hujus anni ibidem exegerunt.

1441. In Malucis insulis, quae in uno gradu versus polum sitae sunt, aliqui ex nostris versabantur: praecipui erant Joannes de Veira et Alphonsus de Castro, et magnus christianorum numerus ibidem hoc anno ad Christi gregem accessit. Missus est quidam ex fratribus, nomine Antonius Fernandez, in insulas Amboini, quo 22.ª Februarii pervenit; et quamvis in numerosis populis major pars christianorum esset, multi tamen saraceni inter eos erant, qui christianos acerbissime persequebantur, quosdam etiam occidebant, aliorum bona diripiebant, et interdum captos christianos vel vendebant, vel, si emptorem non invenissent, vivos, saxo ad collum alligato, in mare demergebant; eorum etiam pagos aliquando incendebant. Haec autem ruina a saracenis partim regni Ternatae, partim ducebatis [1] proveniebat, et tamen haec damna a paucis militibus lusitanis, qui loca quaedam, per quae illi transibant, suo praesidio tenuissent, evitari poterant: non enim cum exercitu, sed ut praedones haec illi factitabant.

1442. Haec molestia saracenorum impediebat etiam Antonium Fernandez ne libere christianam doctrinam doceret, et quotidie periclitabatur ne occideretur, nam de percussione fustium, quam interdum passus est, minus sollicitus erat. Antequam Amboinum venisset, ad insulam quamdam eum deducere volebant, ubi plurimi erant, qui fidem Christi ac religionem suscipere cupiebant, et rogabant illi lusitanos ut sacerdotem aliquem christianum ad se mitterent, et illis conversis, securius amboinenses ab incursibus saracenorum vixissent; noluit eo Antonius ire quod solus esset, et illi variis in locis sparsi, et numero plurimi essent, ut multi eis satisfacere vix possent.

1443. Amboino [non longe] distabat provincia quaedam nomine Burro [2], quae ducentis leucis protenditur [3], qui plangunt

[1] Haud facile est discernere an in ms. scriptum sit *ducebatis*, an *lucebatis*, an etiam *bucebatis*. In litteris tamen Antonii Fernandez Amboini 27 Februarii hujus anni 1554 datis, e quibus haec et sequentia deprompta sunt, ita dicitur: "Questa rovina fànno si gli Mori del Regno di Ternate, come quelli di Lucebate, che sono d' altro regno.„

[2] Alias Bouro, quae est una ex insulis Molucis, sita ad occidentalem plagam Amboini et Ceram.

[3] Scilicet in circuitu.

et misericordiam implorant ut eos christiana religione dignos faciant; inter ipsos tria vel quatuor millia hominum aliqui lusitani baptizaverant, qui forte eo accesserant; et tanta siti religionis tenebantur, ut cum illi lusitani navigium in terram subduxissent, non permiserint ut in mare illud ejicerent donec eos christianos efficerent.

1444. In eisdem locis alias fere duo millia hominum baptizati fuerant; et quamvis P. Joannes de Veira Antonio commendasset ut si posset hos homines inviseret, nequaquam id facere potuit, cum in insula Amboini multis etiam sociis indigeret, ut christianos jam factos instrueret. Qui autem illis in locis a lusitanis baptizati erant, edocti ab illis fuerunt, ut crucem (quam illis erexerant) genibus flexis adorarent, et hoc facerent ob dilectionem Jesu Christi et ut ipsorum misereretur.

1445. Alia ex provincia, quam Burrum exiguum vocant, quae tamen major Burro est, et [ex] alia, quam *Albuam* vocant, et a saracenis habitabatur, eodem modo urgebant baptismum postulantes [1]. Miserat idem P. Joannes de Veira simul cum Antonio Fernandez Vincentium Pereiram, qui Societati sese addicere cupiebat, ut ipsum adjuvaret; et certe novum probationis genus hoc erat, cum praeter pericula gravia, magna etiam ad victum necessaria[rum] rerum penuria esset subeunda, et vix toto anno sacerdotem habere poterat cui confiteretur [2]: omnium loco erat charitatis exercitatio. Erant autem prope Amboinum multi, qui fidem Christi optabant, et ad hanc messem, velut maturam et quae moram non pateretur, [ire meditabatur]. Decreverat autem in singulis locis aliquos ex melioribus eligere, qui christianam doctrinam reliquos docerent ut in maritima ora Comurini fiebat.

1446. Profectus est deinde Antonius cum Vincentio ad homines illos, qui ad Christi religionem aspirabant, et placuit divinae Providentiae (cujus sunt admiranda judicia) ut navigium procul a terra submergeretur, ubi bonus Antonius cum reliquis

---

[1] "V' è un' altra provincia, che si chiama il Burro piccolo, che è maggior del grande, gente per molto lodare il Signore Iddio; gridano che li vadino a battezzare e non vi è chi vada. Un' altra terra, chiamata Albua domandò il battesimo." Antonius Fernandez litteris supra memoratis, in *Avisi*, etc., fol 191.

[2] "Un Vicenzo Pirera, che non è ancora ricevuto nella Compagnia nostra e che andava trovar il Padre Maestro Francesco alla China... è molto virtuoso e perseverante." IDEM, *ibidem*.

fere omnibus demersus est: Vincentius autem cum magno vitae suae periculo nitebatur eum adjuvare, sed minime potuit: ipse tamen evasit, Deo adjuvante, quamvis optasset ille ut potius Antonius, cujus opera erat utilior, naufragium evasisset; sed, ut fructum maturiorem, a Deo collectum fuisse et in regnum suum evocatum cogitabat: ipse autem Vincentius, dum natat, in rupem quamdam ab ipsis undis maris projectus est; sed antequam firmus super eam haereret, vulnera non pauca in corpore accepit, et ita nonnisi manibus simul ac pedibus per terram incedere poterat, et toto triduo tres dies [1] sic incedebat nullum prorsus hominem videndo, nec iter per quod ad populum aliquem iret; sed placuit divinae clementiae ut tandem in illum incideret vir quidam ejus regionis, ex his qui in montibus degebant, et impositum suis humeris ad vicinum quemdam locum christianorum eum deportavit.

1447. Erant hi ex amboinensibus, qui, cum intellexerunt fratris nostri Antonii Fernandez mortem, multis lacrymis et acerbo dolore eam prosequuti sunt multis in locis: multi autem Vincentium invisebant, hic ad victum, ille ad vestitum necessaria magna cum charitate afferebant; et ita eum refecerunt ac viribus suis restituerunt.

1448. Prope erant homines quidam albi, et inter eos alii fusci coloris, alii etiam nigriores, qui nullos habent capillos in capite sed prorsus calvi sunt, et hi etiam christiani esse volebant: Vincentius autem christianae doctrinae docendae operam dabat [2]; et hoc in genere dici potest tam de insulis Mauri quam Amboini, quae sub Malucis continentur, quod magnum augmentum Christi fides ac religio ibi accipiebat, et Societatis labores valde utiles tum in ipsa arce Maluci, tum in aliis locis erant.

1449. Nostri, qui in Japone versabantur duobus in locis erant, scilicet Amangucii et Bungi. Regio ea in triginta sex

[1] Sic; sed aut *toto triduo* aut *tres dies* redundat.

[2] Quae a n. 1446 hucusque dicta sunt, deprompsit Polancus ex litteris Vincentii Pereira Amboini datis 29 Martii 1554.

gradibus versus polum nostrum jacet. Cum profectus est ex ea frater noster Petrus de Alcazeba, mense Septembri 1553 P. Cosmas de Torres Amangucii residebat, et cum ipso Eduardus de Sylva et quatuor alii fratres.

1450. Missa et praedicatio verbi Dei ibidem toto etiam hoc anno 1554 continuata est; modus autem praedicandi erat librum quemdam legendo in japonica lingua scriptum, quod, cum P. Franciscus Xavier esset Cangoximae, Paulo japonensi dictaverat, et ille ex hispanica in japonensem linguam vertebat [1], et fere semper ad hujusmodi conciones domus christianis plena erat, qui cum singulis mensibus pauperes convivio exciperent, domi nostrae cibum spiritualem concioni praemittebant: quotidie aliqui, et quidem ex nobilioribus, etiam ex palatio Regis, ad Christi fidem accedebant, ex quibus domi suae hic quindecim, ille viginti personas ad veritatem nostrae religionis adducebat.

1451. Ex primaria civitate Meaco duo bonzi christiani effecti sunt, quorum alter in primis eruditus inter ipsos habebatur, qui, post multas interrogationes circa Creatorem universi et animam (de quibus non bene sentiebat), per P. Cosmum a Domino illustratus est, et in alium hominem mutatus: nihil tamen hos bonzos magis movit quam exemplum christianae vitae christianorum. Relictis autem negotiis ut se totum rebus divinis daret, is, quem eruditiorem dixi, domum prope nostram accepit, ubi manibus suis victum quaerens, scribere etiam nostro more didicit, et sperabat P. Cosmus horum duorum operam ad Dei gloriam in Japone promovendam utilem fore.

1452. Christianus etiam effectus est vir quidam, qui cum quinquaginta annos natus esset, sectas japonensium vanas esse intelligens, nihil adorare voluerat. Vir hic ingeniosus et prudens erat, nomine Paulus, quem uxoris propriae doctrina sana (nam Christi fidem acceperat) ut christianus et ipse fieret commovit, et simulatque suscepit fidem, non solum orationes didicit et coronam vel rosarium cum cruce sua manu propria confecit, sed ex libro illo, quem in japonensem linguam diximus versum fuisse, sua manu magnam descripsit partem, et ad eam

[1] Vide supra, t. I, pag. 464, n. 511, ubi observa librum hunc, a Xaverio compositum et a Paulo Santae Fidei in linguam japonicam versum, *impressum* dici jam anno 1549. Ejus meminit ORLANDINI, l. c., lib. XIV, n 154.

bene intelligendam vacabat, nec solum christianos animabat, sed et gentiles ad Christi religionem sectandam, et praeter alios consanguineos et notos: fratrem etiam, [qui] non minus quam [ipse] ingeniosus erat, convertit; rem autem Deo valde gratam et utilem multis fecit dum melius et concinnius scribit, quam prius scripta erant, quae in illo jam dicto libro continebantur.

1453. Vir etiam nobilis octoginta fere annos natus ad fidem conversus est, qui manus habebat callis obductas ex usu adorationis suorum idolorum, nam sic solent illi manus ter[rae] admovere in suo falso cultu; sed, cognita vanitate idolorum, Conditorem rerum omnium et reparatorem serio colere coepit, et in quodam suo pago sacellum aedificare volebat, ut in illud christiani convenirent ad Dei obsequium, quos et ipsemet docere volebat, et ad id manu sua descripsit librum illum, quem in japonensi lingua scriptum diximus, et totis viribus Christi fidem aliis persuadere volebat. Ejus quidam filius prius quam ipse christianus effectus fuerat.

1454. In loco quodam, cui Aliano nomen erat, una leuca Amangucio distante, hieme una anni praecedentis fere sexaginta rustici christiani facti sunt, qui licet nec scribere nec legere scirent, tam ferventer de rebus divinis loquebantur, ut ne eruditi quidem infideles, cum eos audiebant, quidquam eis opponere possent, et bonzus quidam, qui eo in loco versabatur, ab eis victus inde fugere debuit, et in locum quemdam ipsi convenientes alius alium instruebat et hortabatur.

1455. Missus eo a P. Cosmo unus ex domesticis nomine Laurentius, qui linguam japonensem didicerat, non solum christianorum auxit fervorem, sed secum duodecim alios Amangucium deduxit ut ibi Christi fidem susciperent. Nec obstabat frigus, quod eo tempore maxime vigebat: orationem dominicam viri et etiam vetulae, quae dentes amiserant, tam bene pronuntiabant quam nostri, et paulatim usque ad trecentos in eo pago excreverunt.

1456. In vigilia Natalis Domini, cum plurimi christiani utriusque sexus et quidem nobiles ad ecclesiam domi nostrae convenissent, usque ad mediam noctem cum magna consolatione historias veteris Testamenti legi audierunt, et cum majori etiam Missae [interfuissent], quam P. Cosmus media nocte

decantavit, post illam Eduardus [1], ab initio sextae aetatis de adventu Salvatoris nostri, quae nostra fides dictat [eis explanavit, quae] audientes, mirum in modum in fide confirmati et exhilarati fuerunt. Ibidem etiam ad aliam Missam et praedicationem et ad prandium manentes, pauperibus prandium ipsi pararunt.

1457. In Quadragesima vero hujus anni ad sacramentum confessionis cum magna devotione accesserunt; cum praecessisset jejunium, et cum, hebdomada sancta, officio Crucis et passioni Domini vernacula lingua explicatae interfuissent: ipso die Paschae multi christiani effecti sunt; pauperes non primo loco, sed post nobiles ac ditiores ad Christi fidem confluebant, et quotidie decem aut duodecim ex eis ad ea, quae christianae religionis sunt, postulanda veniebant; quos non statim sed satis probatos ad baptismum admittebant; intererant autem ferventer praedicationi et discendis orationibus dabant operam quotidie, et eleemosynam aliquam accipientes, contenti et gratias Deo agentes domum redibant: multi ergo ex his, fide suscepta, dominicis diebus ordine sedebant, et christiani, qui ad Missam audiendam veniebant, eleemosynam eis dabant.

1458. Crescebant autem in virtutibus christiani et eminebant inter caeteros duo illi olim bonzi Meaci, qui nunc Paulus et Barnabas dicebantur; de alia re non cogitabant quam de profectu spirituali, quamvis manibus suis victum sibi quaererent.

1459. Ipsa vigilia S.torum Cosmae et Damiani mortuus est quidam Ambrosius, qui de familia Regis Amangucii erat, et plus quam ducenti christiani ad eum sepeliendum P. Cosmum comitabantur, qui cota, quam *superpellicem* vocamus, et stola, more nostro indutus, et Melchiore nostro domestico cum simili habitu [2] imaginem Crucifixi superferente, cum feretro ad ejus corpus accipiendum noctu progressi sunt, et cum mortui domus esset in extrema urbis parte, cum multis luminibus per magnam ejus partem incedere eos oportuit, et deductum solemniter quoad ejus fieri potuit sepelierunt, qua re non solum ejus consanguinei, sed plurimi ex ea urbe ad Christi fidem suscipiendam excitati sunt; uxor Ambrosii dies quatuor pauperibus cibum in

[1] Eduardus Sylva. Ita in ms., ad oram paginae, Sacchinus
[2] Ms. habet *crucifixo:* sed error videtur manifestus.

eleemosynam dedit, et in usum domus cujusdam, quae ad excipiendos hujusmodi pauperes conficienda erat, eleemosynam eadem non exiguam dedit; nam christianus quidam situm ad eam aedificandam dederat; et liberialiores reddebantur in dies ad eleemosynas, et cum prius semel singulis mensibus pascerent pauperes, jam ter et quater id faciebant.

1460. Sub hujus anni finem Paulus et Barnabas jam dicti ad domum nostram sunt admissi, et quia domus, quam nostri habitabant, parum commoda erat, et timebatur ne vi pluviarum rueret, alia confecta est cum ecclesia nova, et 28 Junii anni sequentis prima ibidem Missa dicta est.

1461. Bungi P. Balthasar Gago cum Joanne Fernandez residebat, quibus et duo alii, Amator scilicet et Bartholomaeus, adjuncti sunt. Qui prius nobis molesti erant bonzi, licet saepius in disputationibus victi recederent, contenti fuissent ut populo praedicaretur tam ipsorum quam nostrorum religionem eamdem esse; sed nostri declarandam populo veritatem, quae unica erat nostrae fidei, et falsitatem aliarum sectarum susceperunt.

1462. Confecit autem P. Balthasar Gagus librum quemdam [1], et obtulit Regi Bungi, quem ille cum legi jussisset coram se ac suis consiliariis, et valde illum laudavit, ac deinde manu sua subscripsit, ac Patri Balthasari remisit ac significavit se, exemplo retento, librum illum subscriptum remittere ut Gubernatoribus regni ostenderetur, ut veritas eis constaret eorum, quae christiani praedicabant, et benevoli nostris essent; et ab eo tempore pacifice admodum nostri Bungi agebant.

1463. Conversus est inter alios ad fidem vir quidam quadragenarius ingeniosus et eloquens in japonensi lingua, eruditus in quadam secta, quae inter alias primas ibi tenebat, quae omnia cum vita praesenti terminari asserebat; hic christianus effectus est cum clara admodum cognitione sui erroris et veritatis nostrae fidei, nec cessabat ejus excellentiam praedicare: Paulus etiam hic vocabatur: fuerat hic, antequam Christi fidem susciperet, magnis daemonis tentationibus ad aegritudinem usque vexatus; sed post baptismum fervens in propugnanda veritate chri-

---

[1] Vide SOMMERVOGEL, *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus*, t. III, col. 1101, artic. GAGO, BALTHASAR, n. 1.

stiana utilem operam praestitit in multis vertendis in japonensem linguam et in animandis christianis et aliis ad fidem convertendis: egressus aliquoties cum P. Balthasare extra urbem unam vel alteram leucam, et ubique cum fructu versabatur. Firandum etiam, octo dierum itinere Bungo distantem civitatem, se contulit, et de illis etiam christianis optime meritus est.

1464. Inter sectas japonensium una est, quae meditationibus quibusdam dat operam, et hi prae caeteris nostris repugnabant; ex his bonzus quidam valde peritus, ad Christum conversus, tantopere doctrina christiana delectabatur, ut numquam satiaretur his interrogandis et discendis, quae ad perfectionem vitae christianae juvare poterant. Collegit et hic in scriptis multa, quae in praedicationibus audierat, et in animo habebat sua in patria, Meaco vicina (ad quam proficisci statuerat) ea praedicare: vir erat simplicis et rectae intentionis, et beneficiorum a Deo et hominibus acceptorum (et praesertim quod ad religionem attinet) valde memor.

1465. Quidam nobilis ad Christum conversus rogavit P. Balthasarem ut ad populum quemdam, cujus ipse dominus erat, iret, ut ipsius uxorem ad Christum adduceret. Paruit P. Balthasar, et non solum uxorem, sed totam ipsius familiam et alios multos post instructionem baptizavit, ac deinde totus fere populus hos consequutus est, cum ipsius dominus, Anselmus nomine, et quatuor ejus filii catechistae officio fungerentur.

1466. Quidam christianus, nomine Antonius, hoc eodem anno [cum] in oppidum Cutami decem leucis Bungo distans convenisset, virum quemdam invenit, cui a septuaginta diebus sic gulam daemon stringere coeperat, ut jam nec edere nec bibere posset; compatiens aegroto, Antonius, et aegrotantem ad detestanda peccata et fidem ac spem in Deum exhortando, dedit ei vas aquae, quam crucis signo benedixerat, dicta oratione dominica; et aegrotus aquam recte bibit et oryza vesci coepit, paratus cum primum posset, baptismi gratia venire; quod cum fecisset, paucis diebus post baptismum ad Dominum migravit.

1467. Quemdam alium virum primarium Antonius convertit, qui Bungum veniens, et in baptismo Lucae nomen accipiens, multos alios et ipse convertit, et rogavit P. Balthasarem ut ad patriam ipsius, uxoris convertendae gratia, veniret, quod et anno sequenti fecit, ut dicetur suo loco

1468. Quidam, qui fere caecus erat, christianus effectus; post baptismum clare videre coepit, cujus fama multi aegrotantes ex variis morbis commoti ad nostros concurrebant.

1469. Eodem in loco, ubi visum ille receperat, a daemonio vexabatur quidam cum aliis de sua familia, et cum expenderet quidquid haberet in placandis idolis, pejus loquebatur, et in filio ejus etiam daemon loquebatur; quindecim dies sine cibo fuit; quem cum inviseret P. Balthasar et injungeret ut nominaret Stum. Michaëlem, tremere fortiter coepit; at a P. Balthasare, invocando super eum nomen SS.mae Trinitatis, Patris et Filii, et Spiritus Sancti, liber a daemone relictus est, et statim loqui coepit ut judicio sanus et comedere; et deinde aquam baptismi suscepit cum sex vel septem aliis; et vocatus est Michaël, et ejus pater Paulus.

1470. Demum aegrotantes in illis locis magna ex parte ad Christi fidem convertebantur, animarum saluti consulere volentes et caetera Deo committentes, et spatium unius anni plusquam trecenti ex hujusmodi aegrotantibus christiani effecti sunt, qui post baptismum, gratiam a Deo acceptam vel in patientia, qua usi sunt in infirmitate, restituta [sanitate,] praedicabant, et quivis eorum duos et tres alios, aliquando etiam decem et quindecim ad Deum trahebant: medicina, quae illis a nostris offerebatur, aqua benedicta erat, quam adeo usque salutarem experiebantur, ut etiam a decem et duodecim leucis ad eam quaerendam venirent, et perutilem eam inveniebant praesertim morbo oculorum, qui illis in locis valde familiaris est.

1471. Magna pars mendicorum [1] fidem etiam accepit, et inter alios, qui caput eorum erat; cineris caeremonia primo die Quadragesimae, adhibita declaratione, pergrata christianis bungensibus fuit: multi febricitantes, multae etiam foeminae, quae parere non poterant, aqua benedicta potata, liberatae sunt: quidam etiam paralyticus, cum nulla alia remedia juvissent, aut ulla superstitio, eadem aqua potata, statim convaluit: idem accidit alii, qui diu propter paralysim moveri non poterat, statim enim, hac aqua bibita, melius habere coepit.

1472. Sed illud notatu dignum fuit, quod cum quidam febri-

---

[1] "Gran parte delli poveri di quella terra.„ P. Cosmus de Torres, litteris infra memorandis.

bus laborans remedium a P. Balthasare postulasset, dixit ut se signaret cruce aliquoties in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, quod cum ille fecisset, statim a febri liberatus est; sed cum egressus domo nostra cuidam se idolo commendasset, ut scilicet amplius febris non rediret, simulatque domum suam venit, febris gravissima eum invasit; die autem sequenti ad P. Balthasarem rediit, veniam petiturus sui peccati, et ei narravit quod ipsi acciderat, et jussus ut denuo se cruce signaret, simulatque id fecit, omnino liberatus est.

1473. Alia multa signa in ea ecclesia, tamquam primitiva, Dominus faciebat, et satis cernebatur quod ejus manus non erat abbreviata [1].

Sed haec de rebus japonensibus atque Indiae dicta sufficiant.

FINIS ANNI 1554 [2]

Explicit hic alterum e tribus voluminibus, quibus hoc *Chronicon* ms. constat (Vide supra, t. I, pag. 6 et 8 ad calcem, et t. II, pag. 419).

Tertium dabimus in nostris quinto et sexto.

---

[1] Quae de Japonicis rebus, a n. 1549 hucusque, leguntur, desumpsit Polancus ex litteris Eduardi de Sylva et Cosmae de Torres, quas habes in *Avisi*, etc., a fol. 250 ad fol. 260.

[2] Hoc scripsit manu propria, in Ms., Sacchinus.

APPENDICES

I [1]

PROCESSO

INTORNO ALLA SANTITÁ DEL P. SILVESTRO LANDINI, CHE FÚ NELLA MISSIONE DI CORSICA L' ANNO 1553, DOVE MORÍ, FATTO FARE DAL P. ANTONIO MARCHESE, PROVINCIALE DI MILANO, L' ANNO 1612 [2].

†

Hauendo il P. Antonio Durante della Compagnia di Giesu nalla Bastia in Corsica humilmente supplicato al Molto Ill.tre e Rmo. Monsignore Girolamo del Pozzo, Vescouo di Mariana, et Accia, che fusse contento di far pigliare informatione d' alcune cose di edificatione, che da alcune persone più antiche nella terra si raccontano di un P. Siluestro di detta Religione, che fù nella Bastia circha l' anno 1553. ne' tempi, che uenne la guerra in Corsica: esso Monsignore Rmo. uolentieri condescendendo alli prieghi di detto Padre ordinò a me infrascritto che douesse accettare le depositioni, che sopra di questo particolare mi fossero fatte, intorno a quelle essaminare, et usare quelle diligenze, che si giudicassero necessarie con far il tutto confermar con giuramento per uenire in quella maggior certezza di uerità, che sia possibile; e ciò da tutte quelle persone che si essebissero da loro stesse o si giudicassero necessarie; et in uirtù di questo ordine ho fatto quanto segue.

---

[1] Sequentis *processus* originale et authenticum exemplum, ab Episcopo Marianensi propria manu subscriptum ejusque sigillo munitum, extat in Archivo S. J. Rom. assutum initio voluminis pergameno cooperti, cui haec inscripta sunt, et vix jam apparent: *I Vocationes illustres*. Foliis constat duodecim; secunda undecimi et duodecimi prima nitida sunt; in suprema primi folii primaeque paginae ora est numerus 9.

[2] Hunc titulum in duodecimi folii altera pagina scripsit Sacchini.

A DI 1 LUGLIO 1612.

NELLA CHIESA DI S. CHIARA IN TERRANOUA NELLA BASTIA

ESSAME DI MADONNA GENTILETIA [1] DEL SIGNORE ALFIER, PIER GIO. DA BELGODERE

INTERROGATO.—Se ha mai conosciuto un P. Siluestro della Compagnia di Giesù; il quale dicono che era nella Bastia enanti la guerra del 1553.

RESPOSTA.—Io non l' ho conosciuto di uista, ma ho bene più uolte sentito ragionar di lui.

INT.—Che cosa ne habbi udito dire.

RESP.—Mi ricordo hauer sentito dire, che detto P. predicando disse che Belgodere, quale era al' hora in fiore, sarebbe rouinato, e che le pietre sottane sarebbero uenute di sopra, e che li uasselli passando per mare hauerebbero detto: "la era Belgodere.„

INT.—Da chi l' hauesse udito dire.

RESP.—L' ho inteso da Santino e Benedetta et Argenta et altri di Belgodere.

INT.—Che concetto hauesse di tali persone, se stimaua che dicessero bugia o che se la fingessero.

RESP.—Erano tutte persone di buona conditione.

E parimente ho inteso che predicando una uolta nella Bastia, si leuò le escarpe di piedi, et battendole insieme disse: "Bastia, Bastia, io dubito che tra poco non ti uenghi qualche gran ruina, o di peste o di guerre„; et tanto segui. E dimandato da maestro Benedetto da Pino perche hauesse fatto e detto quello, rispose: "io non so che cosa m' habbi fatto„: onde fù stimato che fosse inspiratione d' Iddio; et questo inteso l' ho da Madonna

[1] Haud facile est discernere an scriptum sit *Gentiletia* an *Gentilena* vel *Gentiletta*.

Geneurina da Pino, figlia dil detto maestro Benedetto et da Argenta et da suor Bernardina, tutte a mia stima persone da bene et parimente ho inteso da Madonna Geneurina da Pino, che mentre il detto P. predicaua fù uista una candela bianca accesa sopra la testa di quello. E di più ho inteso, che uenendo da Santa Lucia di Pietrabugna con molte persone et essendo colti da una grand' aqua e tempesta per strada, ello solo non si bagnò, bagnandosi tutti l' altri, e l' ho inteso diuerse uolte da più persone.

Et ho inteso di più, che uenendo un altra uolta dalla Madonna dell' orto con un garzone et seguendo una gran pioggia il garzone gionse tutto bagniato et il P. solo bagnato le suole delle scarpe; e l' ho inteso dire in Furiani da Madonna Isabetta di detto luogo di Furiani.

Et ho inteso di più che in Furiani pregato da una madre che haueua una figliola ammaliata molto grauemente, che non mangiaua, che fosse contento di uisitarla, u' andò; e ritornato a casa e dimandato se haueua uisto quell' amalata rispose: "la fede della madre l' ha liberata„; et l' ho inteso dall' istessa Isabetta.

Et ho inteso di più che disse ad una Donna, chiamata Therama, moglie di maestro Gio. Natale dalla Corbaia nella Bastia, che farebbe una figliola; il che seguì, et che prima di morire uerrebbe in tanta infirmità che sarebbe cosa miserabile, et che a pena hauerebbe il uitto, essendo ella all' hora assai commoda di facoltà; il che parimente seguì, e l' ho inteso dall' estessa Therama.

E di più ho inteso, che era uno in Campoloro, o in Caccia, quale haueua un brutto et cattiuo male sul uolto di tanti anni et non poteua guarire: uisto dal P. gli demandò se haueua fede in Giesu Xpto.: quello rispose di sì, et esso lo segnò con la mano sul male, et se n' andò libero alla sua casa. E diceuano che esso era Domenedio; et l' hò inteso da P.te Oliuerio di Caccia o del Tetto, e da una nepote dil P.te, chiamata Astinentia, e da Lucamaria di Campoloro.

E di più ho inteso che essendo nella Bastia una Donna con una fistola nella mano, il P. l'andò a uisitare, el la guari, non so se con imprastro o come; et l' ho inteso da molte persone.

E di più ho inteso che, essendo Belgodere in fiore, questo

P. u' andaua e ui staua dalla Domenica insino al mercordì, ne mai mangiaua; et gli acconciauano il letto, ne mai ui dormiua, e la notte lo sentiuano battersi, et l' ho inteso dalle nre. di Belgodere.

Et ho inteso che quando diceua messa, piangeua, et finita la messa dimandaua al compagno se ui erano genti alla messa, il compagno rispondeua: "o P., era la Chiesa piena, e non li hauete uisti„; et che rispondeua: "sia laudato il nome di Giesù.„ Inteselo nella Bastia da molte persone.

Et ho inteso, che haueua sempre l' occhi rossi, e diceuano che era per le lagrime; et questo è come San Pietro, publica uoce e fama nella Bastia.

Et ho inteso da Therama detta di sopra che mentre il P. staua per spirare gli disse: "Madonna Therama, non ui è vostro consorte?„ ella rispose di no; si fecce mettere la sua faccia uicina alla sua et uene a termino: che diceua che molte uolte andandosi a confessare non sapeua che dire; questo è quanto mi ricordo.

INT.—Se uuole con giuramento affirmare quanto ha detto di sopra.

RESP.—Signore, sì; et così giurò in mia mano.

A DI SOPRAD°. NELL' ISTESSO LUOGO

ESAME DI SUOR BARTOLOMEA SUPERIORA DELLA CONGREGATIONE DELLE UERGINI DELLA BASTIA IN S.TA CHIARA

INTERROGATO.—Se hà mai conosciuto un P. Siluestro della Comp.ª di Giesu, quale si dice che era nella Bastia l' anno 1553 innanti la guerra.

RESPOSTA.—Io nō l' ho conosciuto altrim.te di uista, ma hò ben inteso dire da zia Therama, moglie di mro. Gio: Natale della Corbaia, habitante nella Bastia, in casa del quale alloggiava questo P., che una sera dopo cena, essendosi l' altri riti-

rati alle loro camere, esso P. restò a dormire sopra un banco di quelli, che stanno intorno al focolare all' usanza cortescha, sentì eso P. cō un affanno grande come d' una persona che muore, et essa andò a uedere che cosa havesse, e lo trouò disteso sopra uno di d.ti banchi e lo suegliò cō molta faticha chiamandolo piu uolte: "P. D. Siluestro„, et scotendolo, et esso suegliato gli disse: "Dio ui perdoni, che io era nel collegio delli Apli.„

INT.—Che concetto hauesse di d.ta Therama.

RESP.—Che era stimata da tutta la terra per Donna da bene, e che nō poteua fingersi questa cosa.

INT.—Doue l' ha inteso e quanto tempo puol essere.

RESP.—Io l' ho inteso uenendo, et andando a Capucini et puol essere in altri luoghi, e sono a uinti quatro o uint' otto anni incircha.

Et hò inteso parim.te che era un Chierico, quale seruiua S.ta Maria dalla Bastia, quale era pieno di catiuo humore tutto carco, che pareua leproso; questo fu essortato dalla d.a Therama e dalla mre. del P. fra Gio., Capucino della Bastia, che facesse oratione a d.o P. e che dormisse sopra la sua sepultura; che haueuan fede che sarebbe guarito, e ui dormì et restò sano; e parmi di hauer memoria che ui dormisse tre notti.

INT.—Che concetto hauesse della mre. del Capucino.

RESP.—Buono, e quando si diceua zia Brandina, nō si poteua dire di più; perche era delle Donne da bene di questa terra; e tutte due queste l' haueuano in concetto di Santo e ne parlauano come di tale.

Et hò inteso che predicando alla Bastia diceua che ueniua la morte et "io moriro cō esso uoi„; l' ho inteso dalle di sopra e dalla Therama in particolare.

Et hò inteso da Therama che riprendeua aspram.te il suo compagno in latino perche stando per le uille si scusaua che nō poteua predicare perche la gente andaua a buon' huora fuora alle sue facende, e li diceua che andasse a predicarli di notte; dimandaua Therama al compagno che cosa hauesse detto il P. et esso li diceua questo.

E hò inteso dall istesse che quando mangiaua, se nō ui era chi legesse mangiaua poco; e se si leggeua, mangiaua più.

Et hò inteso dire, se ben nō so certo se d' esso o del P. fra Li-

berio Capucino, se ben penso che tutti due lo dicessero, che le boteghe di piazza sarebbe ritornate stalle da caualli, e che le casse che haueuano piene di robba sarebbero prese da questo, e da quello, e che nō si potrebbero agiutare, perche lasciauano patire l' ospitale, e cossì seguì; inteso da quelle di sopra e da altri.

Et hò inteso dall' istessa Therama, che tutto quello che li haueua detto il P. Siluestro, tutto gli era intrauenuto, et tornato uero, eccetto questo, che li suoi figlioli gli hauerebbero chiesto pane e nō n' hauerebbe hauuto da dargline; il che nō fù uero perche li morì la figlia inanti che diuentasse pouera; et io hò più uolte pensato che fù uero, poi che inanti che morisse, uenne in tal bisogno che nò hauerebbe potuto dargline.

INT.—Quanto tempo è che ha inteso queste cose.

RESP.—L' hò inteso più è più uolte in diuersi tempi, nè altro per ora mi ricordo.

INT.—Se uuol cō giuram.to affermare quanto ha d.o di sopra.

RESP.—Che sì, et così giurò, ut supra.

A DI 6 DEL DETTO MESE NELL' ISTESO LUOGO

ESAME DI SUOR MATTEA UNA DELLA CONGREGATIONE SOPRADETTA

INTERROGATO.—Se hà mai conosciuto un P. Siluestro della Compagnia di Giesù, qual si dice che era alla Bastia l' anno 1553 innanti la guerra, etc.

RESPOSTA.—Di uista non l' hò conosciuto; ma hò sentito dire di lui alcune cose.

INT.—Che cosa ha udito dire.

RESP.—Io hò inteso dire che questo P. staua in casa di maestro Gio: Natale, e zia Therama sua moglie soleua raccontare, che esso usciua molte uolte di se in oratione et che era un Santo e che una uolta lo trouorno in ginochi, a man gionte che pareua passato di se e che lo suegliarono quanto poterono, e tornato

in se disse che Nostro Signor li perdonasse, che era nell Collegio delli Apostoli.

Et hò sentito dire, che era un molinaro tutto contrafatto nel uolto e torta la bocca, pensauano che fosse guasto, il quale staua nel molino di madonna Duessa, e non sapeuano cosa fare di questo; li fu detto dil Padre et andò a casa de zia Therama pregandolo che l' andasse a vedere. Andoui e lo trouò tutto coperto che non uoleua che alcuno lo uedesse; et il P. li disse che si scoprisse e lo guardasse, et infatto fù libero, che pareua non hauesse hauuto male alcuno; tornato a casa, Therama li dimandò se il molinaro era guarito; rispose di sì, ma che la fede di quella Donna...

Andaua predicando per le uille et per queste montagne, et un giorno caminando per l' aqua insieme con un garzone, non si bagnaua, ma si bene il garzone qual era tutto bagnato; gionto a casa uoleua zia Therama accendere il fuoco per scardarlo *(sic)* e mutarlo; rispose che mutasse il garzone; che egli non era bagniato, come pur non era.

Andando una uolta per l' Isola s' incontrò in un Corso pastoraccio già huomo fatto; incominciò a trattar con lui, e ragionando intese che mai s' era confessato; incominciò a essortarlo alla confessione, che uoleua confessarlo; lui disse che non sapeua di confessione, e che bene poi facesse; li diceua il P. che fa l' huomo scarico e legiero, e l' esortò tanto che disse di sì; e si pose a posare sopra una tozza e lo confessò; e colui confessato disse si sentiua più legiero; e il P. li disse che lo facesse spesso che così se manterria, e si salueria. Il Corso confessandose disse che facesse presto che ueniua una gran nuuola d' aqua; il P. ripose che non dubitasse, che non si bagnerebbe, e non si bagnò mentre stette a confessarsi.

Quando uenne a morte, chiamò zia Therama e li disse che uoleua dargli il bacio della pace: questa diceua che non uoleua, perche non morirebbe e poi si temeria; e poi chiamò Gio. Natale e li diede il bacio della pace: e da l' ora impoi mai più disse male d' alcuno ne biastemò; non mi racordo d' altro.

INT.—Da chi l' habbi sentito dire.

RESP.—Da una mia sorella maggiore di me la quale l' haueua sentito dire da zia Therama istessa, nè credo che mia sorella mentisse in questo e lo diceua per dar deuotione a noi.

INT.—Come sa che fossero di questo P. Siluestro che si cerca.

RESP.—Lo diceua zia Therama che questo P. era in quel tempo in casa sua e lo chamaua il P. D. Siluestro.

INT.—Se uol uuol *(sic)* affermar con giuramento quanto ha detto.

RESP.—Che sì; e così giurò &c. ut supra &c.

A DI SOPRADETTO NELL' ISTESSO LUOGO

ESAME DI SUOR MICHELETTA DELL' ISTESSA CONGREGATIONE

INTERROGATO.—Se ha mai conosciuto un P. Siluestro della Compagnia di Giesù, qual si dice che era alla Bastia l' anno 1553 inanti la guerra &c.

RISPOSTA.—Di uista, Signore, no; ma ho ben sentito parlar di lui &c.

INT.—Che cosa habbia sentito dire &c.

RESP.—Hò sentito dire da mia madre che, essendo caduto un huomo morto nella strada, concorse molta gente gridando come suole. Il P. andaua a dir messa in Santa Maria, nè si fermò. Disse la messa piangendo molto forte; dopo finita la messa tornò per l' istessa strada; haueuano portato il corpo sopra una porta; se gli accostò e lo toccò e li fece il segno della croce dicendo non so che, del qual s' intese solo il nome del buon Giesù; e quello tornò uiuo e diceua che che molti porci e molti cani neri lo uoleuano stratiare e che uno dalla berreta quadra l' haueua difeso; lo mandò a chiamare poi il P. e lo confessò e campò poco dopo.

Hò inteso che una chiamata Angelica, madre di mio padre, haueua un figliolo, il quale era molto strano e che daua alla madre e questa diceua che non li faceua tanto male dil suo quanto dil peccato e dil male che faceua alli altri. Il P. soleua

andare in quella casa e li disse una uolta che quando il figlio la maltrataua li dimandasse perdono, li bacciasse le mani e benedicesse le fatiche fatte per lui; gli lo haueua dimandato altre uolte da se stessa; all' hora lo fece di consiglio dil Padre; e si mutò in modo che mai più fece male a niuno, nè anco a una gallina, si bene si metteua in colera.

Diceua mia madre a mio fratello Chierico: siate buono, siate caritateuole come erano li Sacerdoti uecchi, che uno ue n' era, il quale, quando passaua il Sant.mo Sacramento per le strade, s' ingenochiaua anco nel fango, e nell' aque, e la gente diceua: "o Padre, che ci imbrattate.„ Egli non daua capo a niuno e si leuaua sù senza bagnarsi et imbrattarsi; et questo diceua era un Padre Theatino, il quale raccoglieua le Donne di mala uita, et andaua cerchando l' ellemosina e le prouedeua in una stanza, nella quale le raccolse acciò non facessero male. Li huomini della Terra li oponeuano, et alcuni si missero a uedere ciò che facesse quando andaua in quella casa e uidero da una finestretta di sopra che staua in ginochione, e quelle Donne sotto la cura d' una Vechia, et il luogo doue staua splendoraua tutto et esso era leuato da terra, &c.

INT.—Da chi l' habbia sentito dire &c.

RISP. — Da mia Aua, quale mori di circha cento anni e da mia madre, e le diceua in casa alla presenza di noi altri figlii &c.

INT.—Se pensaua che dicessero da douero &c.

RISP.—Non credo, che se fusse stato bugia, l' hauessero detto &c.

INT. — Come sa che fossero del detto P. Siluestro &c.

RISP.—Haueuamo un parente chiamato Siluestro; li diceuamo se era il nostro zio, Siluestro; et ella rispondeua: "hor pensate; era questo un Theatino che si chamaua Don Siluestro, quale era Santo.„ E diceua assai assai di queste cose; onde li diceua il nostro fratello Chierico e Canonico: se ui fusse alcuno della sua Religione, uoi dite tante cose, che se ne farebbe un libro &c.

INT.—Se uuol con giuramento affirmar quanto sopra.

RESP.—Che sì; e così giurò &c. ut supra &c.

A DI 10 DETTO NEL SOPRADETTO LUOGO

ESAME DI SUOR GIROMINA DA SAN FIRENZO DELLA SOPRADETTA CONGREGATIONE

INTERROGATO.—Se hà mai conosciuto un P. Siluestro della Compagnia di Giesù, il quale dicono che era nella Bastia inanti la guerra l' anno 1553.

RISPOSTA.—Di uista non l' hò mai conosciuto, ma l' hò bene sentito nominare &c.

INT.—Che cosa hà inteso &c.

RISP.—Hò inteso che uenendo in Corsica si leuò una gran tempesta, e li marinari biastemauano et esso li riprese più uolte che non biastemassero, ma che chiamassero il nome di Nostro Signore; ma non faceua niente, e replicandolo più uolte, li disse che lo mettessero in Terra; essi diceuano: e doue ui metteremo: quelli diceua: ui scongiuro da parte D'Iddio che mi mettiate in Terra; e così lo possero in un luogo: alontanati non molto la barcha si anegò &c.

INT.—Da chi l' ha inteso &c.

RISP.—Da zia Therama che diceua che il Padre lo disse in pulpito alla Bastia.

INT.—Che concetto hauesse di zia Therama &c.

RISP.—Che l' haueua buono, e che era Donna da bene e che era tutta nostra.

INT.—Come sa che questo sia quello D. Siluestro che si dimanda &c.

RISP.—Io non sò se non che ella diceua un P. D. Siluestro.

INT.—Quanto tempo et in presenza di chi l' ha inteso &c.

RESP.—Che ne sò io &c.

INT.—Se uuole con giuramento affirmar quanto ha detto.

RISP.—Signore, sì; e così giurò &c.

A DI SOPRADETTO NELL' ISTESSO LUOGO

ESAME DI MADONNA LUISETTA DA BRANDO

INTERROGATO.—Se hà mai conosciuto un P. Siluestro della Compagnia di Giesù, quale se dice che era alla Bastia l' anno 1553 innanti la guerra.

RISPOSTA.—Signore nò, solo l' hò inteso nominare da zia Therama, di zio Gio. Natale.

INT.—Che cosa habbi inteso dire &c.

RISP.—Io hò inteso ch' andò una uolta a cogliere la elemosina per le uille col suo zitello e che lo colse una ramata d' aqua e che il zitello si bagniò tutto, et esso niente altro se non le scarpe.

Et parimente ho inteso dire che una uolta ui andò Madonna Duessa che haueua un molinaro che colse paura nel molino a Santo Nichenoro, di sopra a quello di maestro Anton Padouano, e gli restò torto il naso e la bocca, et questa Madonna Duessa lo uenne a dire al Padre, che staua in casa di zia Therama, che l' andasse a uedere, et egli disse che li lagasse dir messa; lo P. disse la messa et andò giongendo all' amalato in una casa al porto, la qual ella nominaua, ma io non mi n' aricordo; ne trouò genti assai concorse, e l' amalato haueua coperto il uolto; li diede la benedittione e poi disse: "mostra un poco il uolto„; e l' haueua sano come ogni huomo e come soleua. Quando il Padre gionse in casa di zia Therama, li disse. era torto torto il volto di quel molinaro; egli rispose la fede di quella Donna.

Un' altra uolta s' andaua a communicare un infermo: zia Therama si affacò e disse: "o P., P.te (prete ?) Gioninello ua a communicare il tale sò che more„; et egli disse: "e noi moriremo ancora:„ rispose zia Therama: "et io anco moriraggio?„ il P. non li diede altra risposta; al capo delli otto giorni morì il

P.te e guarì quello che s' era communicato; ella torna e disse: "o P., P.te Gioninello è morto e quello guarito:„ il P. non li disse alcuna parola.

Un' altra uolta ueggiauano al fuoco, e ui gionse una Donna uicina e disse: "ò P. D. Siluestro, andai la tal giornata ad udir messa a Santo Francisco„, diedi il nome alla capella ma non me ne racordo, "e uidi il N. S. schiauato di croce; un' altra uolta andai a Santa Maria nella capella di Madonna Noueletta, cosi intendendo messa mi parue di ueder N. S. nel presepio.„ La sera uegnente zia Therama disse: "o P., è bugiarda quella Donna, che disse quelle cose hier sera?„ e lo P. rispose: "non, secondo che la contemplò si uide.„

Poi amalò et hebbe la febre pestilentiale, che andaua per apiglio e lo seruì amalato undeci settimane, al capo delle quali parue che megliorasse; et il P. disse: "o Therama, uieni qui, ch' io ti dia il bacio della pace.„ Rispose: "padre, no; uoi sette bello megliorato; quando sarete sano, me ne recorderaggio, e me ne uergonraggio„; et egli disse: "tando or chiamate Gio. Natale mio„; ella lo chiamò, donde questo Gio. non ui era mai uoluto andare in undeci settimane perche haueua paura del male; ma Therama lo miraua come si face un malato; quando fù uicino li disse: "o Gio: Natale mio, baciatemi;„ et il P. li diede il bacio della pace. Zia Therama, infati che uscì di camera Gio. Natale, s' auide che il P. l' haueua dato il bacio della pace. Fece poi lo pane, e troua poi il compagno del P. a mezza scala e li dice: "P., che uolete fare? che è bello megliorato il P. Siluestro„; perche uoleua andargli a dar l' olio Santo e li disse: "uoglio andar a ueder il P., che mi ha mandato a chiamare;„ et ella disse: "P., haggio il pane al forno; possoci andare? morirà il P.?„ Si strinse quello nelle spalle; andò con il pane; et il P. quel mentre passò. E tutti quelli, che ui erano in casa, contauano li miracoli del suo splendore quando l' anima uscì dal corpo, e quella pouera Donna si disperaua. Me n' ero dimenticata un' altra; una uolta quando era sano, una sera ueggiauano tutti; e quello disse: "andiamo a posarci„; andarono tutti al suo luogo; il P. poi fece un gran rumore come una persona quando spira, e così ella disse: "oh Gio. Natale, il P. muore„: corrono e lo trouono a braccie aperte con l' occhi aperti et a forza di pezze calde lo uoglion far tornar in se, e tornò dipoi

quando fù uolontà d' Iddio, quando hebbe compio l' oratione, che non lo sò bene; e li disse Therama: "oh P., io mi credeuo che non ui uedesse mai più„; et esso disse: "io mi communicauo con li Apostoli.„

INT.—Se ui erano altre persone quando disse queste cose.

RISP.—Che non, che le diceua andando alli Capuccini lei et io.

INT.—Che concetto hauesse di Zia Therama, se la teneua Donna da bene, o cianciatrice.

RISP.—Era Donna da bene, et sauia, e Donna di consiglio, e tengo le dicesse perche le haueua uedute.

INT.—Come sa che questo sia quello P. Siluestro del quale si dimanda.

RISP.—Io non sò nulla, ma diceua che ui era al tempo della guerra.

INT.—Se giurerebbe di hauer sentito da essa tali cose.

RISP.—Da essa, Signore, sì; e così giurò &c. ut supra &c.

A DI 26 SBRE. NELL' ISTESSO LUOGO

ESAME DI MADONNA TOBIA SOZZARINI

INTERROGATO.—Se ha conosciuto un P. Siluestro della Compagnia di Giesù, quale si dice che era nella Bastia l' anno 1553 inanti la guerra.

RISPOSTA.—Signore, sì; et era huomo, per quella poca memoria che ne ho, di mezza statura, macilente, col naso mi pare aquilino.

INT. —Se sa ha inteso alcuna cosa di lui.

RISP.—Intendeuo dire che era un Santo e che nelle sue prediche diceua che la morte uiene, et io morirò in quel tempo; e questo si diceua communemente dalla gente che egli lo predicaua.

Hò di più inteso dire che un compare prese una sua comare; esso doueua hauere qualche autorità e non uolse che se sepelisse in sacrato, e fù sepolto nel boscho, che hora è de Capucini, appreso alcuni cipressi, li quali dicono che secarono dopo che lì fù sepolto quel corpo.

INT.—Da chi l' ha inteso dire.

RISP.—Non mi ricordo in particolare.

INT.—Come sa che siano di questo P. Siluestro chi si dimanda.

RISP.—Sollo che erano di questo P. Siluestro e lo chiamauano Inquisitore.

INT.—Se uuole giurare d' hauere udito dire le dette cose.

RISP.—Signore, sì; e così giurò &c. ut supra &c.

A DI SOPRADETTO NELL' ISTESSO LUOGO

ESAME DI MADONNA ANGELICA DA BELGODERE

INTERROGATO.—Se hà conosciuto un P. Siluestro della Compagnia di Giesù quale si disse che era alla Bastia l'anno 1553 inanti la guerra.

RISPOSTA.—Io non l' hò conosciuto ma hò inteso di lui alla mia mama cara, che haueua nouant' anni et alla mia mama.

INT.—Che cosa ha inteso dire.

RISP.—Ho inteso dire che n' era un P. D. Siluestro tando li chiamauano Theatini, che sopra nome lo chiamauano P. Santo, che tutto il giorno staua al conffessionario, e se gli era dato la limosina, la portaua alle Donne catiue che stauano in una casa e pagaua una Donna che n' hauesse cura che non facessero male quel giorno, e tanto faceua che le tornaua alla buona strada, andando per li paesi cercando la limosina e uestendole ed acconciandole e mettendole appresso Donne da bene.

Molti morendo li lassiauano lascite; esso le dispensaua alli poueri parenti del morto; se non ue n'erano, alli altri poueri.

Era uno che batteua la madre, nè per nessun modo poteua esser ridotto alla buona strada: il P. seppe così ben dire con le sue parole che quando esso batteua la madre, quella li dimandò perdono et esso si conuertì e piangeua il peccato che haueua fatto e diuentò buono.

Erano molti che haueuano male alla gola per li stromboli; ricorreuano dal P.; esso li faceua mettere in oratione, li confessaua e communicaua, e poi col sputo li tocaua e diceua: "io ti toco, Giesù Xpto. te guarisca„; e guariuano; e la mia mama cara li ha uisti ella e portatigli al P. per farli toccare, e tante e tante uolte lo disse la mia mama.

Quando morì li concorse le uille uicine; li pigliorono quanto haueua indosso sino li peli della barba e li teniuano nelle cascie e ne faceuano breui et quando haueuano li freddi, se li metteuano adosso e guariuano; e mia mamma cara me li fece cerchare nella cascia; non li trouai e mi gridò dicendo che io la haueuo fatto scemare la sua robba, la qual cresceua mentre lì staua quella cosa. Quando faceua far oratione a quelle Donne catiue, staua con loro, e fù visto in aria alto dal terreno.

Era un' amalato che haueua una febre graue e non faceua che gridare: "uenghino le melle, che mi conffesseraggio.„ Il P. li recò le melle fresche con le foglie, che pareuano colse tando da l' albero, e non ue n' eran gionte da Terra ferma, nè ue n' erano; e si diceua per la Terra che le haueua hauute per oratione fatta; e si conffessò.

INT.—Come sa che questo fusse il Patre Siluestro che si dimanda.

RISP.—La mia mamma cara lo diceua che era un P. D. Siluestro Theatino, come anco la mia madre, la qual diceua quando il *(sic)* qualche tribulatione: "o se fusse uiuo quello, mi cauerebbe da queste tribulatione.„

Di più diceua predicando: "Bastia, ti uedo in un gran fuoco; ajutati, Bastia, con l' oratione; uiene un gran fuoco e ui sono ancor io con uoi„; e dopo uenne la guerra, poi la peste; e non mi ricordo qual primo; e non sò altro.

INT.—Se uuol giurar d' hauer udito quanto sopra.

RISP.—Signore, sì; e così giurò &c. ut supra &c.

A DI SOPRADETTO NELLA CHIESA DI SAN GIO.

IN TERRA UECHIA

ESAME DI MADONNA LUCRETA DEL SIGNORE

ANTON FRANCESCO PIETRO

INTERROGATO.—Se ha conosciuto un P. Siluestro della Compagnia di Giesù, qual si dice che era alla Bastia l' anno 1553 enanti la guerra.

RISPOSTA.—Signore, sì; fù auanti la guerra che lui uenne.

INT.—Se sa nisuna cosa en particolare della sua uita e de costumi.

RISP.—Ho inteso dire da una mia Zia e da Zia Therama all'hora e dipoi, che predicaua tre e quattro uolte il giorno, e in duomo, e in S. Francesco, e in casa, e diceua tutto quello che occorse nel tempo della guerra: "uoi fuggirete e non saprete chi ui caccia; perderete la robba e ui sarà leuata per forza; e non ue ne potrete ualere; che facessero limosina della robba che haueuano nelle case, che la perderete e non sarà vostra.„ E così fù la uerità; e diceuano che era un gran profeta e un huomo Santo.

Che mangiaua una uolta solo, et anco poco.

Et io lo uidi che uenne di montagnia, doue dissero che era andato a predicare, uestito di panno corroso, che erano li calzoni e calzette attacati insieme, che così li faceuano per la Corsica e si burlauano di chi portaua calzoni.

Io mi ricordo che era un huomo grande, magro; quando andaua per le strade, non guardaua in luogo; lo sentiuo dire; io me n' apposi e lo uidi; mi par che hauesse un compagno, ma di quello non si diceuano tali cose.

Quì non si conffessauano solo tre o quattro uolte l' anno communmente; indusse maestro Gio: Natale e Zia Therama, sua moglie, in casa de' quali staua, hauendo la sua camera spartata, a farlo più spesso, e lo uidi io a conffessarsi e communicarsi ogni otto giorni.

Dico che conffessaua assai e che non si erano tando i confessionarii come accade; non uoleua che le Donne se li mettessero inanti ma da canto, essendo l' uso che si metteuano di nanti; e staua con la mano al uolto, coprendo li occhi; e diceuano che daua buone penitenze, facendo stare un' anno senza camisia, digiunar li ueneri d' un anno in pane et aqua, e simile; e la prima la uidi io.

INT.—Da chi l' ha inteso dire.

RISP.—Dalle dette di sopra, da mia matrigna et altre del uicinato, Donne timorate d' Iddio et era publica uoce e fama; e l' ho inteso dire al' hora e dipoi, e quelle di quel tempo non si satiauano di parlarne.

INT.—Come sa che siano di questo P. che si dimanda.

RISP.—Io lo so perche l' intendiuo dire che era stimato Santo e che non era prete di quelli di quest' altra sorte.

INT.—Se uuol con giuramento affermare d' hauer udito queste cose e uiste.

RISP.—Signore, sì; e così giurò &c. ut supra &c.

A DI SOPRADETTO NEL COLLEGGIO DE PP.

DELLA COMPAGNIA DI GIESÙ

ESAME DEL CAPITANNO MARC' ANGELO CARDINI

INTERROGATO.—Se ha conosciuto un P. Siluestro della Compagnia di Giesù, qual si dice che era nella Bastia l' anno 1553 inanti la guerra.

RISPOSTA.—Io mi ricordo che andauo in Chiesa in Santa

Maria e uedeua in pulpito che predicaua D. Siluestro e D. Emmanuelle forse Giesuiti; e per quanto mi ricordo, predicauano diuerse uolte il giorno in tempo della guerra di Francia e poco prima di essa guerra; e sentì a dire per le case e per le piazze che erano Santi huomini, e che haueuano anontiato le cose future e che poi erano auenute e successe, et haueuano introdotto una confraternità d' huomini, li quali si congregauano in una stanza a far oratione allo scuro, e si communicauano spesso; e mio Padre et il Signore Pietro Paulo Corbaia erano di quelli; e sentii dire che quelli PP. andauano per la Corsica.

INT.—Come sa che fusse quel P. Siluestro del quale si dimanda.

RISP.—Lo sò perche nel testamento del Signore Pietro Paulo si fa mentione di detto D. Siluestro e P. Emmanuelle che fossero della congregatione di Giesù, che sono adesso in Corsica, et era l' anno 1554 del mese di febraro.

INT.—Se uuol con giuramento affermare quanto ha detto di sopra.

RISP.—Signore, sì; e così giurò &c., ut supra.

A DI 27 DETTO IN CASA DEL INFRASCRITTO

IN TERRANOUA

ESAME DEL CAPITANNO GIO. FRANCESCO CORTA

INTERROGATO.—Se ha conosciuto un P. Siluestro della Compagnia di Giesù, qual si dice che era alla Bastia l' anno 1553 inanti la guerra.

RISPOSTA.—Io mi ricordo de un P., non so se Giesuita o Theatino, il quale era tenuto da bene e Santo, quale predicaua e diceua: "la morte uiene; emendati, Bastia, che la morte uiene„ in tutte le sue prediche delle diece parole ne diceua sei; così

s' amalò et stette tre giorni caldo senza parlare; solo si sentiua il polso, col calice al petto; in capo a quali parlò e disse: "Bastia, la sentenza è data, la morte uiene, e la mortalità talmente che li cani si sbrameranno di corpi humani„; uenne poi la guerra, la qual diceua che sarebbe anco uenuta, e la mortalità grandissima; e lo teneuano per Santo; e quando morse, così diceuano.

INT.—Come sa queste cose.

RISP.—Così si diceua in quei tempi per tutta la Terra.

INT.—Come sa che siano di questo P. che si dimanda.

RISP.—Lo sò perche così si diceua in quei tempi, essendo io natiuo di questo luogo e presente al detto in piazza da molti ualent' huomini, nè sò che ui sia stato altro P. se non dopo molti anni, nè di altri si sono dette simili cose.

INT.—Se uuol giurar d' hauer udito quanto sopra.

RISP.—Signore, sì; e così giurò &c. ut supra &c.

A DI SOPRADETTO IN S. GIO. IN TERRA VECHIA

ESAME DI MADONNA CATARINA DI LEANDRO

INTERROGATO.—Se ha conosciuto un P. Siluestro della Compagnia di Giesù, qual si dice che fù in Corsica l' anno 1553 inanti la guerra.

RISPOSTA.—Signore, non; ma ho inteso dir di lui molte cose.

INT.—Che cosa ha inteso dire.

RISP.—Che era un gran predicatore, e lo tenuano per un Santo; che tutte le cose che disse della guerra, tutte seguirono; che fuggirebbero, che li sarebbe tolta la robba.

INT.—Da chi ha inteso dir queste cose.

RISP.—Da mia mamma cara, da babo Prospero e da babo Valentino, e mi par che sempre si diceua in publico.

INT.—Se pensaua che dicessero la uerità e perchè lo dicessero.

RISP.—Pensate uoi che lo diceuano per bene.

INT.—Come sa che siano di questo P. del quale si dimanda.

RISP.—Io ho inteso dire che inanti la guerra ui fù un P. Siluestro, del quale diceuano queste cose; non so poi se ue ne siano stati tre o quatro altri.

INT.—Se uuol con giuramento affirmar quanto ha detto.

RISP.—Signore, sì; e così giurò &c. ut supra &c.

A DI SOPRADETTO IN CASA DI MAESTRO

GIACOMO EDOARDO IN TERRA VECHIA

ESAME DI MADONNA IMPERADICE, SIGN. STEFANO MARIA DA LEUANTO

INTERROGATO.—Se ha conosciuto un P. Siluestro della Compagnia di Giesù, qual si dice che fù alla Bastia l' anno 1553 inanti la guerra.

RISPOSTA.—Signore, sì, ho conosciuto, come conosco a uoi, un P. Siluestro, quale chiamauano Inquisitore et era un magretino.

INT.—Che cosa sa ha inteso dire.

RISP.—Hò inteso dire che era Santo e predicaua e diceua: "Bastia, Bastia, guardati, guardati; ti uien sopra un gran fuoco„, e non stete molto che uenne la guerra, si bruggiarono le case al Cole, e mile altri mali; e che quando morì, ogni uno concorse a uederlo come S.to; e Zio Gio. Natale lo teneua in casa come Santo; che egli e la moglie Therama erano da bene: prohibiua che le Donne non se sgrafiassero ne andassero dietro a morti, gridando, secondo l' usanza; et le genti lo temeuano.

INT.—Come sa che questo sia il P. Siluestro che si dimanda.

RISP.—Perche in quel tempo non ue n' era altri e da quel tempo in qua non ho sentito altra persona di tal qualità.

INT.—Se uuol con giuramento affermar quanto ha detto di sopra.

RISP.—Signore sì; e così giurò &c., dicendo che tutto ciò, che quello haueua detto, era riussito uero; e che diceuano li maggiori, e che egli ben lo sapeua, che glielo diceua l' Angelo: quando morì, pensate ui concorse tutta la Bastia.

A DI DETTO IN DETTO LUOGO

ESAME DI MAESTRO GIACOMO EDOARDO

INTERROGATO.—Se ha conosciuto un Padre Siluestro della Compagnia di Giesù, il quale si dice che fù in Corsica l' anno 1553 inanti la guerra.

RISPOSTA.—Di uista, Signore, no; ma ho ben udito di lui molte cose.

INT.—Che cosa ha inteso dire.

RISP.—Ho inteso dire che diceua: "guardati, Bastia; che sarai brugiata„, e che le boteghe tornerebbero stalle da Caualli; come le ho uiste; e che ho sentito dire tante uolte che diceua: "guardati, Belgodere, che la pietra sottana tornerà di sopra„, come si uede alla giornata.

INT.—Da chi l' ha udito dire &c.

RISP.—Era publica uoce e fama, e particolarmente da maestro Gio. Natale, in casa del quale dicono che staua, il quale era tenuto per huomo da bene, &c.

INT.—Come sa che sia questo P. Siluestro, del quale dimandiamo, &c.

RISP.—Da quel tempo in qua non è mai stato huomo in quest' Isola di quella qualità ch' io habbia uisto, e detto quelle cose, e che se siano uiste come quelle; di più ho inteso dire che tutti li capelli morti, che portauano le Donne, li faceua abbruciare in publica piazza.

INT.—Se uole affermare con giuramento quanto ha detto &c.

RISP.—Signore, sì; e così giurò &c. ut supra &c.

A DI DETTO IN CASA DI MAESTRO PIETRO MARIA

EDOARDO

ESAME DI MADONNA GRATIOSA DALLA BASTIA

INTERROGATO.—Se ha conosciuto un P. Siluestro della Compagnia di Giesù, il quale dicono che fù alla Bastia l' anno 1553 inanti la guerra.

RISPOSTA.—Io ho conosciuto un P. Siluestro, grande di statura, dritto, asciutto, di color rosso, uerso li cinquanta anni, per quanto mi pare; il quale dicono che profetizò tutto quello che seguì nel tempo della guerra; e la gente diceua che era giusto e Santo e che tutto quello che disse fù uero; non so poi se fusse gesuita ma andaua uestito come li Padri Giesuita con la sua berretta quadra; e quello della sua bontà tando si diceua publicamente, e le cose le diceua nelle prediche, e in casa di maestro Gio. Natale e Zia Therama, doue esso staua.

INT.—Se con giuramento uuole affermare quanto ha detto.

RISP.--Signore, sì; e così giurò &c. ut supra &c.

A DI 26 OCTUBRE 1612 IN CAMERA DEL SIGNORE

VICARIO DE MONSIGNOR DI MARIANA

ESAME DI MAESTRO ANTON MARCO POLINI

INTERROGATO.—Se ha conosciuto il P. Siluestro della Compagnia di Giesù, qual si dice che fù alla Bastia l' anno 1553 inanti la guerra.

RISPOSTA.—Signore, sì; l' ho conosciuto che predicaua due e tre uolte il giorno; uenne in Corsicha, e dicono che era inquisitore; andaua per l' Isola e per le montagne e diceua di Belgodere nel predicare che la pietra di sotto torneria di sopra, perche ogni giorno faceuano questioni; e diceua: "ne uiene la morte, conuertiteui, uerrà la guerra, fuggirete e non sarete cacciati„; e fù destrutto Belgodere e uenne la guerra. Era stimato Santo e faceua gran bene nella Terra, e non si può dire apieno ciò che faceua, della sua buona uita essemplar, digiunare, e cose simili; pareua aponto come si dice adesso di Santo Carlo. Era amico di maestro Gio. Natale, in casa del quale staua, se bene nel principio stette nel monastero di Santo Francesco; indusse assai donne alla uita buona, e si confessauano ogni otto giorni.

INT.—Se si ricorda della fisonomia e statura.

RISP.—Era alquanto grande, magro, macilente, et andaua con l' occhi bassi, con un certo aspetto graue, e non guardaua in qua in la; e penso che murisse in casa di Gio: Natale, che l' haueua ridotto a segno, e le sue prediche si recordauano anco dopo e diceuano: "uedete che quello, che ha detto il P. Siluestro, è auenuto.„

INT.—Come sa che sian queste cose di quel P. Siluestro che dimandiamo.

RISP.—Lo sò perche non ui è uenuto altro padre di questo nome che habbi fatto e detto tali cose nè d' altri si sono mai dette.

INT.—Se uuole con giuramento affermare ciò che ha detto.

RISP.—Signore, sì; e così giuro che l' ho ueduto e che non ne posso dire la quinta parte per essere una cosa di molti anni; e così giurò &c. ut supra &c.

Supradicta omnia recepta et scripta fuerunt a me Francisco Strata, Canonico Marianensi, ad id specialiter deputato ab admodum Illmo. et Rmo. D. Domino Hieronymo de Puteo, Episcopo Marianensi et Acciensi, in Insula Corsicae, in quorum fidem propria manu subscripsi die XXVIII octobris huius anni 1612.

FRANCISCUS STRATA, Canonicus Marianensis.

Hieronymus de Puteo, Episcopus Marianensis, et Acciensis,

fidem facimus, et attestamur praefatum dominum Franciscum esse talem qualem se facit, et eiusdem manu supradicta fuisse conscripta. In quorum fidem praesentes propria manu subscripsimus, et solito nostro sigillo communiri mandauimus.

Datum Bastiae in aedibus nostrae solitae residentiae, die XXVIII mensis Octobris anno domini MDCXII.

HIER.S Epis. MARIANEN. ET ACCIEN.

Est hic Episcopi sigillum.

Sequuntur paginae duodecima et decimatertia, in quibus nihil est scriptum, et decimaquarta, in qua superscriptus est titulus, supra hic, pag. 681, appositus.

II [1]

MONITORIO PER TUTTA LA INSULA DE CORSICHA DE ESSERE MANDATO SENZA SPESE DE POUERI PRETI DALLI VICARIJ PER TUTTE LE PARROCCHIE DELLA LORO DIOCESI FRA GIORNI QUINDECI.

Accio che il S.e non ricercca dalli mani nre. quantunq. men douessi, Comissarij di s. s.tà, il sangue delle anime di peccati iuxta [2] per non hauerli admoniti fatto ogni diligentia ancora che bisognasse mettere la propria vita per salute del prossimo, metterla volentieri per amore del signore Nostro Jesu X'po., quale sparse tutto il suo pretiosissimo sangue per nro. amore, non cercando nè honore, nè denari, nè pnti., nè robba, nè fauore de Nessuno Ma refutando ogni guadagnio et rispetto de homini, si puneranno grauemente quelli che tenteranno venire d' noi con pnti. accio sianno loro esempio et Terrore del' Altri. Però se admonisce sotto pena de scomunicatione et de 50. A.di de essere applicati a poueri et opere pie, et altre pene arbitrarie, che Nessuno di qualsiuoglia degnità, sia o prete, o, Frate, Episcopale, o altre persone Laice, non ardiscano di predicar, nè insegnar, nè interpretar la scrittura, nec publice, nec priuate, che prima non siano approbati per nre. lre. patenti, acciò non siano Ingannati li poueri Populi dalli falsi predicatori come ogi ne è pieno Il mondo, che che predicano chi per vana gloria, chi per aguadagnare, aggabano le pouere anime.

---

[1] Arch. Rom. S. J.—Apographum saeculi XVI, in duplici folio nn. 257 et 258, insertum volumini, cui in dorso hic titulus: *Epistolae Mixtae, 1553.*

[2] Simile spatium vacuum est in apographo.

2. Item sotto la medesima pena se admonisce che siano denuntiati tutti li heretici da ciascheduna persona che ne hauerà notitia max.e Luterani.

3. Item sotto la sop.a scritta pena che non siano accettati li questuarij et falsarij Ferretani che vendano le bolle false, et ancora li Altri che p.a non siano approbati per Noi.

4. Item che tutti li Concubinarij, preti et Frati laici habbino a lassare le concubine in termine de 3 dì, sotto la prefata pena.

5. Item in termine de 3 dì, tutti quelli che hanno due moglie et quelle donne che hanno dui mariti habbino a lassare il secondo et la seconda et sotto la medesima pena star col primo et l' homo con la prima.

6. Item sotto la medesima pena a tutti quelli che hanno contracto in grado prohibito, in termine de 3 dì habbino fatto la diuisione de commune letto, et tutti quelli ingniorantemente contracti in quarto, da noi puotranno essere dispensati, dando qualche elemosina alli Poueri, et legitimarli.

7. Item che tutti li Rectori delle Chiesie Parrocchie uadino alla sua Residentia nella sua Chiesia et non essendo loro suffitienti, tengano vno Cappellano coaiutore et li vicarij stiano alle sue Diocesi fra quindici dì et faccino bene Il suo offitio; et guai a quelli che pascono se stessi et non pascono il suo populo con la predicatione e buono essempio et con li sanctissimi sacramenti, maximamente ogni Domenica exortando alla confessione et communione, come li primi xpiani. che ogni dì si confessauano et ogni dì sentiuano la predica et ogni dì faceuano oratione; sotto la medesima pena.

8. Item sotto la medesima pena ripararanno le sue Chiesie dentro et fora, coprendole, facendo il pauimento, porte, finestre, paramenti, Croci, calici, et Altre cose, chiudere il Cimiterio, tenere ogni cosa munda, come veri patroni non mercennanarij, cercando le decime [e] quatrini, Et poi abandonnare le cure delle anime; guai a voi che mangiate il Pane del dolce, cioè la intrata della Chiesia, che è patrimonio dell' Poueri, et non vi curate di tanti mali esempli li date.

9. Item sotto la medesima pena a Tutti li usurari publici, in termine de tre dì habbino ritagliati li contratti usurarii et principiato la restitutione.

10. Item sotto la sopra scritta pena che Tutti li Frati che hanno lassato la sua Religione et appostate ritornino in termine de 3 dì alla sua religione.

11. Item sotto la medesima pena che da Tutti quanti sia seruato silentio in chiesa.

12. Item sotto la sopra scritta pena tutti quelli non si confessano nè communicano la Pasqua di resurrectione, se non seranno in termine de octo dì confessati et communicati et fatta la pace con il suo proximo.

13. Item li Frati che sonno crinuti o acephali, che portano l' habito della Religione et sonno senza obedientia, che mendicano il pane de poueri, et vogliano fare il mendico contra li sacri canoni, ritornino in termine de 3 dì alla sancta obedientia et religione sotto la medesima pena; et quelli non preseno mai religione, depongano li habiti.

14. Item sotto la pena detta Nissuno sacerdote nè religioso tenga conuersatione de laici di secli. et maxime donne, eccetto si non fussero madre, sorelle, o sensa suspecto. S.to Augustino non voleua che sua sorella habitasse con lui quantumque Tutti dui fussero sancti.

15. Item che Nissuno figliolo de prete o frate si accosti al Altare, quando se celebrano li diuini offitij, tanto quanto occupa il coro. Acciò non sia biastemato il nome de Iddio vedendo [1] peccati de suo pastore il populo dauanti a gli occhi; *vae homini illi, per quem scandalum venit.*

16. Item che non possano rispondere a Messe nè a diuini offitij in chiesa sotto la medesima pena col capo de sopra.

17. Item sotto la sopra scritta pena che Tutti li sacerdoti curati et non curati che dicano messa come insegna lo ordinario nihil addito, omesso, mutatione, imminutione; il simile il diuino offitio et la administratione del san.mo sacra.to.

18. Item sotto la sopra ditta pena che ciascheduno Chierigo si faccia radere la barba et chiericha de .15. giorni in .15. giorni come commandano li sacri canoni.

19. Item sotto la medesima pena che non si vendano le messe nè cose sacre come Giezi et per il peccato suo fù cuperto di lepra in eterno; non manco le compre come Simone mago et fù

[1] Hoc etiam spatium vacuum est in apographo.

maledetto da .s.to Pietro come al pnte. sonno maledetti Tutti quelli ancora che comprano o vendano li Benefitij, cure, chiese, et cose Eclesiastice con simonia, non fugano il flagello del .s.re in questo mondo, maledetti nel' Altro.

20. Item sotto ditta pena che non si leuino li corpi morti da quelli che fanno quelle operationi come infideli, stracciandosi le guancie et capelli et carne, ma si lassano li corpi morti in casa loro, acciò riceuino la puza in parte della parte che meneno dalla sua infedeltà; questo tal pianto disperato da segno che non credino la resurrectione nostra.

21. Item sotto tal pena che se metta il sant.mo sacramento in vno honorato Tabernaculo in ciascheduna Parrocchiale in mezo all' Altare maggiore in termine de doi mesi.

22. Item sotto la medesima pena Tutti li biastematori et incantatori.

23. Item sotto la prefata pena lo pnte. Monitorio non sia messo da Alcuno. In la bastia. in Casa della nra. solita residentia, alli .28. de Xmbre. 1553.

INDICES

INDEX ONOMASTICUS PERSONARUM

A

Abad, P. Augustinus, Seminarii Bilbilitani (Calatayud) Rector, 432.
Abbas brevnoviensis monasterii S. Margarethae, prope Pragam, Vide Matthias. —*Id.* Chotow.
Abbas Commendatarius Abbatiae Farfensis, Vide Farnese, Rainuccius.
Abbas de Berlanga, Vide Bivero, Hieronymus de.
Abbas de Salas, Vide Jimenez de Miranda.
Abbas Laetiensis, Vide Blosius.
Abbas Metymnae Campi, Vide Rivera et Morejon.—*Id.* Ruiz de la Cámara.
Abbas monasterii sionaei praemonstratensis, Pragae, Vide Theophilus, Vitus.
Abbas Villae Beltrami, Vide Domenech, P. Petrus.
Abbatiae Farfensis Prior, 143.
Abreu, Joannes de, 664.
Abulensis Episcopus, Vide Alaba et Esquivel.
Acebedo, Mag., 467.
Acebedo, P. Gaspar de, 398, 400, 401.
Acebedo, P. Ignatius, Vide Azebedo.
Acebedo et Zúñiga, Alphonsus de, Comes de Monterey, 478, 479.
Acebedo Zúñiga et Ulloa, Hieronymus de, IV Comes de Monterey, 588.
Achilles, bononiensis sacerdos, 110.
Achillis, P. Paulus de, Panormitani Collegii S. J. Rector, 205, 206, 209-211, 213, 214, 216, 221, 224, 227, 228.
Acosta, Antonius de, 577, 582.
Acosta, Bernardinus de, 388.
Acosta, Christophorus de, 388.
Acosta, Didacus seu Jacobus de, 388.
Acosta, Josephus de, 388.
Acquasparta, Duces de, 157.
Adornus, Franciscus, 41.
Adriaënssens (Adriani), P. Adrianus, Lovaniensis Collegii S. J. Rector, 11, 13, 14, 280, 282-289, 292, 293, 295-297, 301, 305, 307, 310, 311.
Adriani, Joannes Baptista, 165, 169.
Adriano, Petrus, 269.
Adrianus, Dr. Lovaniensis, 289.
Adrianus VI, Papa, Lovaniensis Collegii *du Pape* institutor, 291.
Aethiopiae Patriarcha, Vide Nunes Barreto, P. Joannes.—*Id.* Marcus.
Aethiopiae Patriarchae Coadjutores Episcopi, Vide Oviedo, P. Andreas de.—*Id.* Carneiro, P. Melchior.
Aethiopiae Rex, Vide David.—*Id.* Claudius. —*Id.* Aznaf Saguad.
Afan de Ribera et Portocarrero, II Marchio de Tarifa, Dux de Alcalá, IV Comes de los Molares, Catalauniae primum, postea Neapolitani regni Pro-rex, 356, 357.
Agrigentinus Vicarius, Vide Valentinis.
Aguilar, Franciscus de Asis, 440.
Aguilera, P. Emmanuel, 192, 196-199, 212, 225, 230, 338.
Alaba et Esquivel, Didacus de, Abulensis Episcopus, Granatensis Cancellariae Praeses, 383, 464, 587.
Alba, Dux de, Vide Alvarez de Toledo, Ferdinandus.
Albensis Archiepiscopus, Vide Marini.
Albertus, Borussiae dux lutheranus, 257.
Albertus Brandenburgi, 244.
Albertus Flander, frater S. J., 164.
Albertus III, Austriae Dux, 239.
Albertus V (juxta alios Albertus III), Bavariae Dux, 20, 244, 267.
Alburquerque, III Dux de, Vide Cueva, Beltramus de la.

Alburquerque, Joannes de, O. S. Fr., Goënsis Episcopus, 643, 648.
Alcaçeva, Petrus de, 646, 648, 671.
Alcalá, Dux de, Vide Afan de Rivera.
Alcazar, P. Bartholomaeus, 357, 411, 413, 424, 430, 449.
Aldigieri, Joannes Maria, 66.
Alencastre (Lancaster), Alphonsus de, Regis Portugalliae in Romana Curia Legatus, 8, 9, 14, 28, 537, 576, 578, 579.
Alexandriae Patriarcha, Vide Philotheus.
Alfaro, Gregorius de, O. S. B., 448.
Algarbiensis Episcopus, Vide Mello.
Algeriae Rex, 567, 568, 570.
Alleaume, Joannes, Parisiensis ecclesiae Poenitentiarius, 320.
Almeida, Petrus de, 659, 660.
Almeyda, Stephanus de, Carthaginensis Episcopus, 345.
Aloysius, Pater, 117.
Alphonsus X, Castellae Rex, *El Sabio* dictus, 377.
Alphonsus XI, Castellae Rex, 377.
Alphonsus Henriquez, Portugalliae Rex, 509.
Altamira, Fr. Ambrosius, O. P., 333, 445.
Altamira, Vicecomes de, Vide Fernandez de Rivero.
Altamira, Vicecomitis de, uxor, Vide Mercado.
Alva, Julianus de, Portallegrensis Episcopus, 554, 562.
Alvarez, Antonius, 500.
Alvarez, P. Ferdinandus, 436.
Alvarez, Franciscus, 573, 574, 580.
Alvarez, P. Gabriel, 336-339, 355, 361, 368, 482.
Alvarez, Georgius, 645.
Alvarez, Jacobus, 497.
Alvarez, Joannes, postea Joannes Paulus dictus, 388, 457, 464.
Alvarez, Nunnius, 511.
Alvarez de Toledo, Ferdinandus, IV Comes de Oropesa, 587, 593, 594.
Alvarez de Toledo, Ferdinandus, III Dux de Alba, 180, 437.
Alvarez de Toledo, Franciscus de, Comitis de Oropesa frater, postea Peruviae Prorex, 593, 594.
Alvarez de Toledo, Fr. Joannes, O. P., Compostellanus seu Sancti Jacobi Cardinalis et Archiepiscopus, 14, 18, 162, 222, 463, 475, 478, 479.
Alvarez del Aguila, P. Ferdinandus, Burgensis Collegii S. J. Rector, 398, 400-402, 404, 462, 489.
Amangucii Rex, 648, 649.
Amator, 674.
Ambrosius, de familia Regis Amangucii, 673.
Ambrosius, Sanctus, Mediolanensis Episcopus, 170.
Ampurias, Comes de, Vide Aragon, Alphonsus de.
Anchieta, P. Josephus de, 613, 621, 626, 628, 636, 641.
Anconitanus Episcopus, Vide Lucchi.
Anda, Michaël, 391.
Andalur, Dominicus, 338, 340.
Andrada, Franciscus le, 545.
Androtius, Curtius, 50.
Androtius, Fulvius, Ferrariensis Collegii S. J. Rector, 49, 50.
Androtius, Hortensius, 50.
Angelica, 694.
Angelica, Sororis Michelettae ava, 688.
Angliae Regina, Vide Maria.—*Id.* Elisabeth.
Angliae Rex, Vide Henricus VIII.—*Id.* Philippus II Hispaniae.—*Id.* Eduardus VI.
Annes, Cosmas, regius thesaurarius Goae, 663.
Ansanensis Episcopus, Vide Lancianensis.
Anselmus, japonensis christianus, 675.
Antiochiae Patriarcha, Vide Dositheus.
Antonio, Nicolaus, 283, 333, 380, 413.
Antonius, frater, 407.
Antonius, japonensis christianus, 675.
Antonius, Ludovici, Portugalliae Infantis, filius, 509, 519, 554.
Antonius, Mag., 256, 257.
Antonius Franciscus Petrus, 696.
Antonius Maria, frater, 158.
Antunez, frater, 500.
Añibarro et Rives, Emmanuel Martinez, 401.
Aquaviva, P. Rodulphus, 666.
Aquinas, S. Thomas, 10.
Aragon, Alphonsus de, Caesaraugustanus Archiepiscopus, 362.
Aragon, Alphonsus de, Segobricensis Dux II, Comes de Ampurias, Aragoniae magnus Comes stabilis, Valentiae Pro-rex, III Cardonae Ducissae conjux, 359, 486, 487.
Aragon, Didacus de, filius III Ducis de Segorbe, 486, 487.
Aragon, Elisabeth de, IV Ducis *del Infantado* uxor, 588.
Aragon, Ferdinandus de, Caesaraugustanus Archiepiscopus, 362, 366, 369.
Aragon, Franciscus de, Cefalensis Episcopus, 216.
Aragon et Gurrea, Anna de, Ducis VI de Medinasidonia uxor, 465, 594.

Aragon et Sicilia, Alphonsus de, III Dux de Segorbe, 486, 487.
Aragoniae magnus Comes stabilis, Vide Aragon, Alphonsus de.
Aragoniae Pro-rex, Vide Hurtado de Mendoza.
Araldi (Araldus, Haraldus, Heraldus), P. Joannes Franciscus, 175-177, 184, 189, 190.
Araoz, P. Antonius, primum Hispaniae, postea Castellae Provincialis, 180, 282, 331, 336, 338, 353, 365, 374, 384, 385, 387-389, 391, 392, 394, 395, 398, 400, 404, 407, 419, 429, 431, 433-438, 440, 441, 474, 476, 479, 480, 483, 490, 493, 552, 560, 577, 583.
Araujo, Antonius, 497.
Arboleda, Petrus, 407.
Archinto, Philippus, Apostolicae Sedis Nuncius, Venetiis, 13, 134.
Arcos, II Ducis de, uxor, Vide Toledo et Figueroa.
Arcos, II Dux de, Vide Ponce de Leon, Ludovicus Christophorus.
Aretino, Guido, Ferrariensis Episcopus, 59.
Arezzo, Scipio de, postea Cardinalis et Placentinus Episcopus, 179.
Argenta, 682, 683.
Argentinensis Collegioli S. J. Rector, Vide Boninsegna, P. Andreas.
Arigita et Lasa, Marianus, 380, 381, 440, 441, 603.
Ariosto, Ludovicus, 352.
Aristophanes, 43.
Aristoteles, 236, 337.
Armellinus Cardinalis, Vide Pantalassi.
Arnoldus, noviomagensis, 273.
Aschbach, Josephus, 239, 245.
Assisii, S. Franciscus, 155.
Astinentia, Oliverii neptis, 683.
Astudillo, Melchior, 170.
Asturicensis Episcopus, Vide Sarmiento et Sotomayor.
Ataide, Alvarus d', Malaccensis Praefectus, 645.
Atrebatensis Episcopus (1509), Vide Ruistre.
Atrio, Petrus de, 125.
Auer, Mag. Lambertus, 241, 242.
Auger (Augerius), Mag. Edmundus, 148, 149, 151.
Augustanus Episcopus et Cardinalis, Vide Trutchsess.
Augustinus, Sanctus, 70, 707.
Austria, Barbara ab, Ferrariae Ducissa, 64.
Austria, Georgius ab, Leodiensis Episcopus (1542-1557), 295, 296.
Austria, Leopoldus ab, Cordubensis Episcopus, 454, 456, 460.
Austria, Margaretha ab, Parmae Ducissa, 143, 144.
Austriae Archidux, Vide Carolus.
Austriae Dux, Vide Albertus III.
Avantianus, P. Erardus, Vide Dawant.
Aveiri Ducis soror, 537.
Avel, Doctor, 465.
Aversanus, P. Caesar, 92.
Avila, B. Joannes de, Magister Avila dictus, 41, 336, 399, 443, 444, 447, 449, 453, 454, 460, 466, 468-471, 493, 597, 598.
Avila (alias Dávila), P. Alphonsus, postea P. Basilius appellatus, 374, 379, 463, 465-468.
Azebedo, P. Ignatius, Ulyssiponensis Collegii S. J. Rector, 531, 532.
Aznaf Saguad (alias Segued), Aetiopiae Rex, 580.
Azpilcueta, P. Joannes de, communiter P. Navarro dictus, 635, 637.
Azpilcueta, Dr. Martinus de, Dr. Navarro dictus, 380, 381, 602, 608.

B

Backer, P. Augustinus de, 401.
Baësten, P. Vincentius, 601, 608.
Baëza, Fr. Ludovicus de, 555.
Bairros (alias Bayrros), P. Michaël de, Eborensis Collegii S. J. Rector, 509, 513, 518, 519.
Balaguer, Victor, 343, 356.
Balbi, Franciscus, 75.
Bañeza, Domini de la, uxor, Vide Ulloa, Joanna de.
Bañeza, Dominus de la, Vide Bazan, Petrus de.
Baptista, S. Joannes, 333.
Baraffa, Fiordiligius, 64.
Barba, Joannes Jacobus, O. S. A., Terni Episcopus, 145.
Barbarigo, Daniel, Venetorum Consul, 128.
Barbosa, 548, 549.
Barcaeus, Barzaeus, P. Gaspar Franciscus, Vide Berse.
Barcinonensis Collegii S. J. Rector, Vide Queralt.
Barcinonensis Episcopus, Vide Cazador.
Bardi, *Contesina de*, Vide Medicis, Cosmus de, senior...
Barensis Archiepiscopus et Cardinalis, Vide Puteo, Jacobus de.

Barma, P. Joannes Baptista de, Gandiensis Collegii S. J. et etiam Valentini Rector, 331, 335, 337-342, 344-351, 371, 373, 384-386, 482, 483, 494, 596, 599.
Barnabas, ante baptismum bonzus, Meaci, 673, 674.
Baroëllus, P. Stephanus, 102, 106, 196, 198.
Barreto, P. Alphonsus, Eborensis Collegii S. J. Rector, 509.
Barthemi, turca quidam, 213.
Bartholomaea, Superiorissa monasterii S. Clarae, Bastiae, 684.
Bartholomaeus, 674.
Bartholomaeus, Collegii Germanici alumnus, 256, 258.
Bartholomaeus, frater, 151.
Bartholomaeus, Sanctus, 658.
Bartholomaeus *de Antiochia*, Panormitanus Archiepiscopus (1305-1311), 209.
Bartoli, P. Daniel, 32, 39, 68, 69, 73, 74, 79, 81, 645, 646.
Bartoli, Mag. Simon, 55.
Barul (alias Catalaud), P. Michaël, 8, 146, 149, 158, 576, 577, 582.
Bas (Bassus), P. Hieronymus le, 317, 318, 328.
Basavola, Antonius, 69.
Basilico, Fabius, 116, 123, 126.
Basilius, Pater, Vide Avila (alias Dávila).
Basilius, Sanctus, 345.
Batthyany, Ignatius de, Transsylvanus Episcopus, Comes de Batthyany, 253.
Baudoin Rithove, Martinus (1562-1583), Yprensis Episcopus, 290.
Bavariae Ducis, Alberti V, Cancellarius, Vide Schweicker.
Bavariae Dux, Vide Albertus V.
Bayrros, P. Michaël, Vide Bairros.
Bazan, Petrus de, Dominus *de la Bañeza*, Vicecomes *de los Palacios de Valduerna*, 588.
Bazan et Ulloa, Maria, Comitissa de Miranda, 588.
Beatrix, Dionysii, Portugalliae Infantis, filia, 585.
Beira, Vide Veira.
Bellay, Eustaquius du, Parisiensis Episcopus, 318-321, 323, 328.
Bellay, Joannes du, Cardinalis, 321.
Bellota (in textu Pellota), Spinola, 175, 190.
Belmonte, Dominus de, Vide Pacheco et Bobadilla.
Benedicta, 682.
Benedictus, P., catalaunus, 445, 447, 449.
Bentivoglio, Comes de, 114.
Berardi (Everardus?, Berardus?), Mag., 46.
Bergh, Theresia van den, Mag. Theodorici Kanis (Canisii) matertera, 255, 256, 275.
Berghes, Henricus de, Cameracensis Episcopus, 290.
Berghes, Robertus de, Leodiensis Episcopus (1549-1565), 295.
Beringuccius, Marcellus, 186.
Beringuccius, Marius, 186.
Berlanga, Marchio I de, Vide Sanchez de Velasco et Tovar.—Ejus uxor, Vide Enriquez de Rivera.
Bernal Diaz de Lugo, Joannes, Calagurritanus Episcopus, 399, 432.
Bernardina, 683.
Bernardus, Ferrariensis Episcopus (1376), 65.
Bernardus, frater, e Bizcaya, 447.
Bernardus, Japonensis, S. J., 188, 378, 481, 530, 551.
Berse (Barcaeus, Barzaeus), P. Gaspar Franciscus, 531, 550-552, 559, 564, 565, 576, 579, 642, 646, 649, 654, 662, 664.
Bertran, S. Ludovicus, O. P., 333.
Bescherelle, Ludovicus Nicolaus, 644.
Bessarion, Joannes, Cardin., Patriarcha Constantinopolitanus, Legatus Summi Pontif. (Pii II) ad Philippum *le Bon*, Ducem Brabantiae, 290, 291.
Beza, Theodorus, 215.
Bezerra, Joannes, 224.
Bianchetus, Carolus, 115.
Bibero, Vide Bivero.
Bibonae Comes, postea Dux, Vide Luna, Petrus de.
Bibonae Comitissa, postea Ducissa, Vide Vega, Elisabeth de.
Bibonensis Collegii S. J. Rector, Vide Velver.
Bilbilitani Seminarii Rector S. J., Vide Abad, P. Augustinus.
Biota (alias Viota), Fr. Dominicus, O. S. Fr., 369.
Birgitta, Sancta, 279.
Bisciola (in textu Bisolius), Gabriel, 90.
Bivero, Antonius de, 485.
Bivero, Hieronymus de, Abbas de Berlanga, 422, 484, 485.
Bivero, Ludovicus de, 485.
Blado, Antonius, 13.
Blavio, Joannes, 14.
Blazquez, Antonius, 634, 636.
Blosius, Ludovicus, monasterii Laetiensis O. S. B. Abbas, 281, 282, 286, 293, 307.
Bluchetus, P. Antonius, Vide Bouclet.
Bluteau, Raphaël, 511, 554, 639.
Blyssemius, P. Henricus, Austriae Praepositus Provincialis S. J., 254.

Bobadilla, P. Nicolaus, 6, 8, 16, 28, 49, 89, 141-143, 182, 216, 217, 253, 577.
Bocchin (alias Boukiica) de Trazeignies, P. Joannes, 576, 577, 582.
Boëro, P. Josephus, 28, 30, 33, 89, 143, 240.
Bogado (alias Vogado), Ignatius, 567, 570.
Bogart, Joannes, 14.
Bohemiae Rex, Vide Carolus IV.—*Id.* Ferdinandus I.
Bohmer, Joannes Fridericus, 265.
Bolet, Joannes, 355.
Bongaërts, Paulus, 248.
Boninsegna (alias Bonainsegna), P. Andreas, Argentinensis Collegioli S. J. Rector, 85-91, 95, 98, 100, 108, 112.
Bonjoanes, Berardus, Camerini Episcopus, 49.
Bononia, Hieronymus de, Syracusanus Episcopus, 214, 229, 231.
Bononiae Vicelegatus, Vide Cesi.
Bononiensis Collegii S. J. Rector, Vide Palmius, P. Franciscus.
Bononiensis Episcopus, Vide Campeggi.
Bordon, Mag. Franciscus, 112, 113.
Borel (Borellus), Joannes Paulus, 41, 590.
Borges, Marcus, 14.
Borja, Carolus de, V Gandiae Dux, 346, 475, 486.
Borja, Didacus de, 487.
Borja, Philippus de, 487.
Borja (Borgia), P. Franciscus de, Commissarius Hispaniae et Portugalliae, 9, 125, 134, 180, 200, 212, 224, 225, 331, 338, 357, 362, 364, 368, 369, 378, 381, 382, 384, 385, 388, 389, 394-396, 404, 409, 411, 414, 419-421, 423, 425, 428-431, 433, 434, 436, 438, 439, 443, 446, 448, 449, 452, 459, 462, 465-468, 470, 471, 473-475, 478, 481, 483, 484, 486-490, 492-495, 544, 556, 560, 562, 583-596, 598-600.
Borja et Enriquez, Elisabeth de, postea Francisca a Jesu dicta, 433, 438, 439.
Bornemisza, Paulus II, Transsylvaniae Episcopus, 242, 252.
Borrassá, P. Matthias, 336.
Borromei, Carolus, Sanctus, 703.
Bossche (Sylvius), Petrus van den, 6.
Botelho, P. Michaël, 199, 205, 206, 211, 213, 226, 228.
Bouclet (alias Bouclier, latine Boucletus, Blucnetus), P. Antonius, 20, 127, 286, 287, 292, 296, 301, 303, 305, 306, 308, 312, 314.
Bouclet (alias Bouclier, latine Boucletus, Bluchetus), Patris Antonii pater, 314.
Boukiica, P. Joannes, Vide Bocchin.
Boulay, Eustachius du, 320.
Bourbon, Antonius de, Vendomii Dux, 236.
Bourbon de Vendome, Carolus, Cardinalis de Vendome, 321.
Bracarensis Episcopus, Vide Martires.
Braga, Antonius, 500.
Bragança, Constantinus de, Ducis de Bragança frater, 528.
Bragança, Ducissa de, Vide Catharina.
Bragança, Elisabeth de, Ducis de Bragança filia, 540.
Bragança, Theodosius de, Dux de Bragança, 547, 553, 554.
Bragança, Theutonius de, 129, 540, 547, 551.
Bragiarae, populi in Brasilia, 631.
Brandina, 685.
Brando, Ludovica de, 691.
Brantôme, Petrus de Bourdeilles, 71.
Brasiliae Gubernator, Vide Sosa, Thomas de.—*Id.* Costa, Eduardus da.
Braunsberger, P. Otto, 11, 16, 232, 233, 235-240, 243-248, 253-261, 264-268, 272, 273.
Braz (Blasius), P. Alphonsus de, 636.
Briceño, Isabella de (alias Isabella Manrique), 139, 141.
Brini, Nasimbene, 65.
Brito, Mag. Petrus, 120.
Britoniensis (Mondoñedo) Episcopus, Vide Muros, Didacus de.
Broët, P. Paschasius, Parisiensis Collegii S. J. Rector, Galliae Praepositus Provincialis, 6, 10, 64, 109, 316-328, 330.
Broghelmans, P. Cornelius, 46, 48, 49.
Brunelleschi, Philippus, 170.
Brunner, Sebastianus, 264.
Brus, Antonius, 266.
Bruschius, Gaspar, 246.
Brusly, Petrus, 309.
Bucholtz, Franciscus Bernardus, 232, 245, 257.
Buis, Mag. Thomas, canonicus, 274-277.
Buis, Magistri Thomae, soror, 275.
Bulue, Joannes de, 68.
Bungi Rex, 648, 649, 651, 652, 674.
Burdigalensis Episcopus, Vide Mauny.
Burgensis Collegii S. J. Rector, Vide Alvarez del Aguila.—*Id.* Loarte, P. Gaspar.
Burgensis Episcopus et Cardinalis, Vide Mendoza et Bobadilla. — *Id.* Pacheco, Franciscus.
Burgos, Alphonsus de, O. P., 392.
Burgos, Augustus de, 356, 359, 403, 422, 438, 470, 486, 487, 587, 588, 593.
Burgos, P. Joannes de, 50.
Busana, Marchio de, Vide Gualenghi.
Buslyde, Hieronymus, Lovaniensis Collegii *des Trois Langues*, et etiam *de Buslyde*, dicti, institutor, 291.
Bustamante, P. Bartholomaeus de, 381, 384, 404, 405, 446, 448, 483-485, 583, 585, 586, 591, 595, 596.

Bustamante, Joannes de, 577.
Butkens, Franciscus Cristophorus, 282, 291.
Buzelin, P. Joannes, 295.

C

Caballar, Didacus de, 447.
Caborlensis Episcopus, Vide Chaborlensis Episcopus.
Cabrera, Hieronymus (juxta Rocchum Pirrum, Joannes de Caprera), 220.
Cabrera, Petrus de, 339.
Cabrera de Córdoba, Ludovicus, 141, 170, 186, 387.
Caesaraugustani Collegii S. J. Superior; Vide Rojas, P. Franciscus.
Caesaraugustanus Archiepiscopus, Vide Aragon, Alphonsus de. — *Id.* Aragon, Ferdinandus de.
Calagurritanus Episcopus, Vide Bernal Diaz de Lugo. — *Id.* Fernandez de Córdoba, Didacus.
Calamaza, Jacobus, 186.
Calbergen, Thomas, 309.
Calvin (Calvinus), Joannes, 33, 73.
Calze, Jacobus a, 70.
Cameracensis Episcopus, Vide Croy, Robertus de — *Id.* Berghes, Henricus de.
Camerini Episcopus, Vide Bonjoanes.
Camers, P. Paulus, 643, 653, 659, 664.
Camoëns, Ludovicus de, 639.
Campanensis Episcopus, Vide Laurens, Marcus.
Campeggi, Joannes, Bononiensis Episcopus, 110-115.
Campego (Campeggio?), Antonius, 114.
Camps, Dimas, barcinonensis Archidiaconus, 357, 595.
Cams (Camez), Petrus, 357.
Canal, Mag. Petrus, 43, 205.
Canariensis Episcopus, Vide Torres, Dr. Bartholomaeus.
Canatella, Stephanus, novitius S. J., 198.
Candidus, P. Adrianus, Vide Witte.
Canisius, Vide Kanis.
Cano, Fr. Melchior, O. P., 493.
Canobio, Joannes Franciscus, 521.
Cantù, Caesar, 56, 71, 72, 78, 84, 138.
Cañizares, Jacobus, 336.
Capilla, P. Andreas, Valentini Collegii S. J. Rector, mox Urgellensis Episcopus, 335-337.
Caprera, Joannes de, Vide Cabrera, Hieronymus.
Caraffa, Beatrix, soror Pauli IV, 190.
Caraffa, Joannes Petrus, Cardinalis Theatinus, Neapolitanus Archiepiscopus, postea Paulus IV Pontif., 17, 18, 171, 175.
Caraffa, Thomas, 179.
Cárdenas et Pacheco, Bernardinus de, II Dux de Maqueda, Valentiae Pro-rex, 344, 487.
Cardini, Marcus Angelus, 697.
Cardona, III Ducissa de, Vide Folch et Cardona, Joanna.
Cardonae, III Ducissae, conjux, Vide Aragon, Alphonsus de.
Cardoso, Georgius, 355.
Cardoso, Gundisalvus, 577.
Carleval, Dr. Bernardinus, 469.
Carmelitarum Generalis, 234, 250.
Carmelitarum Prior, Viennae, 233, 234.
Carmelitarum Provincialis, in Austria, 233, 234, 250.
Carmelitarum Vicarius, Viennae, 233.
Carneiro, P. Melchior, Aethiopiae Patriarchae Coadjutor Episcopus, 6-8, 15, 28, 166, 575-577, 580.
Carolus, Austriae Archidux, 242.
Carolus, Hispaniae Princeps, Philippi II filius, 387, 433, 493.
Carolus, Stephanus, 237.
Carolus III, Hispaniae Rex, 434.
Carolus IV, Germaniae Imperator, Romanorum primum, postea etiam Bohemiae Rex, 265.
Carolus V, Imperator, et Hispaniae Rex, 15, 131, 139, 144, 180, 187, 188, 195, 212, 217, 219-221, 224, 225, 228, 287, 280, 282-285, 287, 288, 291, 295, 302, 316, 310, 370, 452, 462, 463, 465, 469, 470, 474, 476, 495, 551, 552, 589, 592.
Carolus IX, Galliae Rex, 157.
Carondelet, Joannes, Panormitanus Archiepiscopus, 291.
Carpi, Rudolphus Pius de, Cardinalis, Societatis Jesu Protector, 8, 18, 19, 45, 46, 260, 315, 316.
Carrera, frater, 407.
Carrillo, Bartholomaeus, 577.
Carrillo, P. Didacus, Castellae Praepositus Provincialis, 338, 407.
Carrillo, P. Joannes, 439.
Carrillo, P. (alius a Didaco et Joanne), 338.
Carthaginensis Episcopus, Vide Almeyda.
Carvajal, P., 331, 339, 425, 427.
Casares, Comes de, Vide Ponce de Leon, Ludovicus Christophorus.
Cassani, P. Josephus, 355.
Cassellas, P. Bernardus, 355.
Cassinus, P. Joannes Philippus, 196, 200, 229, 230, 232.

Castañeda, Joannes de, 407.
Castellae Comes stabilis, Vide Fernandez de Velasco, Petrus.
Castellae Rex, Vide Alphonsus X.— *Id.* Alphonsus XI.—*Id.* Henricus II.—*Id.* Henricus III.
Castellamaris Episcopus, Vide Fonseca, Joannes de.
Castellanus, Joannes, 147.
Castelli, Polydorus, 114.
Castellin, Henricus (Quenon), 309.
Castello, Laurentius de, 23-26, 29, 30.
Castelnau, Michaël, 72.
Castilla, Alduncia de, 402, 403.
Castilla, Petrus de, 457.
Castilla, Sanctius de, S. J., 374.
Castilla et Aguayo, Joannes de, 451.
Castillo, P. Dr. Didacus, 388.
Castillo, Jacobus Augustinus del, 361.
Castro, frater, 407, 414.
Castro, Alphonsus de, 668.
Castro, Fr. Alphonsus de, O. S. Fr., 492.
Castro, P. Christophorus de, 338, 350, 357, 407, 408, 422-426, 430, 490.
Catalauniae Prorex, Vide Afan de Ribera.
Cataneus Bava, Franciscus, 30.
Catena, Joannes a, 269, 275, 277.
Catharina, Cypri Regina, 131.
Catharina, Ducissa de Bragança, 528.
Catharina, Poloniae Regina, filia Ferdinandi I Romanorum Regis, 19, 247, 248.
Catharina, Portugalliae Regina, 528, 529, 534-536, 544, 545, 555, 557-559, 585.
Catherinus, Fr. Ambrosius, O. P., 473.
Cavalerius, P. Laurentius, 172, 177.
Cavallier (Cavaglierus), P. Joannes Laurentius, Tyburtini Collegii S. J. Rector, 29, 30.
Cazador, Jacobus (Jaime), Barcinonensis Episcopus, 357, 359.
Cazalla, Dominus de, Vide Tellez Giron, Joannes.
Cazaza, Marchio de, Vide Guzman el Bueno, Joannes Alphonsus de.
Cefalensis Episcopus, Vide Aragon, Franciscus de.
Centelles et Folch, Petrus, IV Comes de Oliva, 336.
Cerda, Joannes de la, IV Dux de Medinaceli, Marchio de Cogolludo, Comes Portus Sanctae Mariae, Siciliae et Navarrae Prorex, Flandriae Gubernator, 587.
Cervantes de Saavedra, Michaël, 444.
Cervantes de Salazar (juxta Gams, *de Gaëta*), Dr. Gaspar, Hispalensis Archiepiscopi Vicarius, postea Tarraconensis Archiep. et Cardin., 465, 466, 595.
Cervini, Marcellus, Cardinalis Sanctae Crucis, postea Marcellus II Pontif., 14, 34, 52, 54, 55.
Cesari, Octaviani, mater, 18.
Cesari, Octavianus vel Octavius, 17, 18, 212, 215.
Cesari, Petrus Nicolaus, Octaviani pater, 17, 18.
Cesi, Petrus Donatus, Cardinalis, Narnensis Episcopus, Ravennae Praeses et Bononiae Vicelegatus, 157.
Cetina, Didacus de, 374.
Chaborlensis Episcopus, 33.—Vide annotationem in opere *Cartas de San Ignacio*, vol. IV, pag. 171.
Chacon (Ciacconius), Alphonsus, O. P., 157.
Chapelle (Capella), P. Maximilianus, 388.
Chapuis, Eustachius, Lovaniensis Collegii *de Saboye* institutor, 291.
Charigii, populi Brasiliae, 615, 618-620, 622.
Charlart (Ciarlart, Sarlart), P. Quintinus, 20, 21, 127, 244, 269, 286, 287, 292, 296, 299, 301, 303, 305-312, 314, 316.
Chaves, Emmanuel, 621.
Chiasira, Petrus de, S. J., 268.
Chiusole, Antonius, 44, 56, 68, 170.
Chotow, Joannes a, Abbas monasterii S. Margarethae brevnoviensis, prope Pragam, 266, 267.
Ciaccia, Joannes Dominicus, 25, 26, 29.
Ciarlart, P. Quintinus, Vide Charlart.
Cibo, Albericus de, Marchio de Massa, 44.
Cienfuegos, Alvarus, Cardin., S. J., 81, 356, 384, 429, 430, 438, 483, 487, 495, 585, 586, 589, 590, 595, 598.
Cisneros, Cardinalis, Vide Jimenez de Cisneros.
Cisteron (alias Cisteró), P. Ludovicus, 353, 355.
Claramontani Episcopi Vicarius, 317.
Claramontanus Episcopus, Vide Prat, Gulielmus du.
Claros de Guzman, Joannes, Comes de Niebla, 466, 594.
Claudius (vel Glaudios), Aethiopiae Rex, 573, 574.
Clayssone (Clayssonius), P. Robertus, 196, 318-322, 325-328.
Clemens V Pontif., 209.
Clemens VII Pontif., 66, 157.
Clenard (Clenardus), Nicolaus, 515.
Clerc, Nicolaus le, Theologiae Facultatis Parisiensis Decanus, 324.
Clichtove, Josephus, 303.
Coelestinorum Congregatio, 265.
Coelestinorum Congregationis institutor, Vide Morone, S. Petrus de.

Coelestinus V Pontif., Vide Morone, S. Petrus de.
Cogolludo, Marchio de, Vide Cerda, Joannes de la.
Cogordan (Cogordanus), P. Pontius, 7, 87.
Colonges, Dominus de, Vide Morel, Franciscus de.
Coloniensis Archiepiscopus, Vide Schauenburg.—*Id.* Enghelbertus.
Coloniensis Carthusiae Prior, Vide Kalckbrenner.
Coloniensis Collegii S. J. Rector, Vide Kessel.
Coloniensis Senatus, 270.
Colonna, Ascanius, 171, 188.
Comachensis Episcopus, Vide Rossetti.
Comitis Stabilis Castellae uxor, Vide Velasco et Aragon.
Commissarius Hispaniae et Portugalliae, Vide Nadal.— *Id.* Borja, P. Franciscus de.
Commissarius Italiae, Vide Viola.
Complutensis Academiae Rector, 420.
Complutensis Collegii S. J. Rector, Vide Villanueva.—*Id.* Lopez, P. Emmanuel.
Compostellanus Archiepiscopus et Cardinalis, Vide Alvarez de Toledo, Fr. Joannes —*Id.* Fonseca, Alphonsus de.
Conchensis Collegii S. J. Rector, Vide Lopez, P. Alphonsus.
Condulmiore, Gabriel, 60.
Confraternitas Domus Dei (Ca di Dio), Ferrariae, 65.
Confraternitas Redemptionis, Neapoli, 172.
Confraternitas Sancti Christophori, Ferrariae, 65.
Confraternitas Spiritus Sancti di Marara, Ferrariae, 65, 66.
Confraternitas Spiritus Sancti, Romae, 65.
Congregatio communicantium, postea Congregatio venerationis SSmi. Sacramenti dicta, Neapoli, 174, 175, 182, 184, 186.
Congregatio devotarum Jesu, vel devotarum Nominis Jesu, Neapoli, 174, 175, 181, 182.
Conimbricensis Collegii S. J. Rector, Vide Enriquez, P. Leo.
Conimbricensis Episcopus, Vide Soares, Joannes.
Consensis Archiepiscopus, Vide Muzzarelli.
Constantiense Concilium, 266.
Constantinopolitanus Patriarcha, Vide Bessarion, Joannes.— *Id.* Josephus.
Contarini, Petrus, 485.
Corario, Antonius, 60.
Corbaia, Petrus Paulus de, 698.
Cordeses, P. Antonius, Gandiensis Collegii S. J. Rector, 335, 336, 346, 347.
Córdoba, P. Antonius de, Cordubensis Collegii S. J. Rector, 162, 374, 379, 381, 382, 442, 443, 447-449, 452, 453, 456, 457, 460, 470, 476, 483, 485, 488, 489, 491, 584, 596-598.
Córdoba, Didacus de, 435, 475, 494.
Córdoba, Joannes de, Cordubensis ecclesiae Decanus, 443, 444, 446, 448, 452-456, 471, 584.
Córdoba, Petrus de, Joannis de Córdoba, Cordubensis ecclesiae Decani, frater, 453.
Cordubensis Collegii S. J. Rector, Vide, Córdoba, P. Antonius de.— *Id.* Zárate, P. Alphonsus de.
Cordubensis ecclesiae Decanus, Vide Córdoba, Joannes de.
Cordubensis Episcopus, Vide Austria.
Corna (Corneus), Fulvius de la, Perusinus Episcopus et Cardinalis, 131, 147, 148, 150, 153, 156-158.
Cornaro, Aloysius (Cornelius juxta Ciacconium), Cardinalis, Archiepiscopus de Zara, 131.
Correa, Amator, 660.
Correa, P. Antonius, 497, 502, 505, 507.
Correa, Franciscus, 523, 527, 530, 553.
Correa, Petrus, 612, 615, 616, 618-623, 627.
Corta, Joannes Franciscus, 698.
Cortonensis Episcopus, Vide Ricasoli, Joannes Baptista.
Corvinus, Stephanus, 254.
Costa, Eduardus da, Brasiliae Gubernator, 549.
Cotta, P. Melchior, 499, 502.
Coturnossius, Gulielmus, Vide Quackelbein.
Coudrey (Coudreto, Codreto), P. Annibal du, Messanensis Collegii S. J. Rector, 53, 192, 197-199, 204, 211, 224, 231, 232.
Coudrey (Coudreto, Codreto), P. Ludovicus du, Florentini Collegii S. J. Rector, 140, 159-161, 164-170, 197.
Cousin, Joannes, 309.
Coutinho, Franciscus, III Comes de Redondo, 537.
Covillon (Cevillonius, Cuvillonius, Cuvilhonius), P. Joannes, 6, 10.
Crato, Prior de, Vide Ludovicus.
Croce, Joannes Andreas, Tyburtinus Episcopus, 25, 26, 29.
Croce, Lucius, 18, 25, 337, 339.
Croce, Marcus Antonius, Tyburtinus Episcopus, 18, 25.
Cromer (Cromerus), Martinus, Legatus Regis Poloniae ad Regem Romanorum, 246-248, 267.

Croy, Carolus de, Tornacensis Episcopus (1524-1564), 295, 296, 302, 303, 314.
Croy, Robertus de, Cameracensis Episcopus, 286, 287, 296, 301-305, 312-314, 316.
Cruz, Fr. Bernardus da, 545.
Cubelles, Dominicus, Melitensis Episcopus, 15, 142, 143, 216
Cuenca, P. Hieronymus, 388, 577, 582.
Cuesta, Andreas, Episcopus Legionensis, 474, 478, 480.
Cueva, Alphonsus de la, Guletae praefectus, 15, 186.
Cueva, Bartholomaeus de la, Cardinalis, 9, 186, 485.
Cueva, Beltramus de la, III Dux de Alburquerque, 186.
Cueva, Henricus de la, 441.
Cutillas, Franciscus, 650, 654.
Cuvillon, Joannes, Vide Covillon.
Cypri Regina, Vide Catharina.
Cyprianus, P. Antonius, 667.

D

Dadius, Andreas, Vide Kienboom.
Dávalos, Hernandus, Peschariae Marchio, 169.
David, Aethiopiae Rex, 574.
David, Rex et Propheta, 199.
Davidicus, Laurentius, 48, 154.
Dávila, P. Alphonsus, Vide Avila (alias Dávila).
Dawant (Avantianus), P. Erardus, 256, 260, 261.
Delanoy, P. Nicolaus, Vide Lanoy.
Deleitosa, Comitissa de, Vide Monroy et de Ayala.
Delfino, Zacharias, Apostolicus Nuncius in Austria, Episcopus electus Pharensis (insulae *Lesina*), 16, 238, 254, 260.
Delplace, P. Ludovicus, 39, 47, 171, 280, 282, 283, 286, 295, 296, 298-303, 305-307, 309-312, 321, 366, 443, 507, 580.
Democharès, Dr. Parisiensis, Vide Monchi vel Mouchi.
Denis, Michaël, 257.
Deodatus, Guericus, 92, 116.
Despauterius, Vide Pauteren.
Deza, Mag. Alphonsus de, 336.
Deza, Fr. Didacus, O. P., 476.
Dianii (Denia) Marchio, Vide Sandoval et Rojas, Ludovicus de.
Diaz, Alexius, 643.
Diaz, Antonius, 652.
Diaz, P. Balthasar, Goënsis Collegii S. J. Rector, 339, 643, 650, 653, 657-663.
Diaz, P. Petrus, Collegioli Sancti Felicis (San Fins) S. J. Superior, 508, 547.
Diaz Vara et Calderon, Gabriel, 60.
Dionysii, P. Henrici, mater, 275, 276.
Dionysius, P. Henricus, antea canonicus noviomagensis, 260, 273, 274, 277.
Dirsius, Mag. Joannes, 241.
Discalceatus, Bernardinus, Vide Reis.
Doctis, Gaspar de, Lauretanae domus Gubernator, 45-49, 141.
Doimo, 188.
Dolera, Clemens, Generalis Minister Ordinis S. Francisci, postea Fulginii Episcopus et Cardinalis, 154, 155.
Domenech, P. Hieronymus, Siciliae Praepositus Provincialis S. J., 18, 46, 126, 194, 196, 199-201, 204-207, 209, 210, 212-225, 227-231, 236-238.
Domenech, P. Petrus, Villae Beltrami Abbas, 332, 357-360, 440, 560, 561, 652
Domenech, P. Petrus, alius a Villabeltramensi Abbate, 391.
Dominguez, Franciscus, S. J., 376.
Dominicanorum Prior, Caesaraugustae. Vide Esquivel.
Donati de Aspro, Haminius, 521.
Doria, Andreas, 182.
Doria, Hieronymus, Cardinalis, 44.
Dositheus, Antiochiae Patriarcha, 574.
Dragut, 132, 133.
Druffel, Augustus von, 76, 81, 82.
Dudik, Beda, O. S. B., 267.
Dueñas, Gaspar de, 374.
Duessa, 291, 687.
Dumont, Dominus de, Galliae Reginae a libellis et consiliarius, 320, 323, 330.
Duran, P. Jacobus, 388, 389, 401.
Durante, P. Antonius, 681.

E

Ebner, Adalbertus, 265.
Eborensis Collegii S. J. Rector, Vide Barreto.—*Id.* Bairros (alias Bayrros).
Eborensis Episcopus, Vide Perdigão.
Echard, Fr. Jacobus, O. P., 283, 333.
Eck (Eckius, Echius) Joannes Maier von, 76.
Eckl, Martinus, 237.
Edoardo, Jacobus, 701.
Edoardo, Petrus Maria, 702.

Eduardus (Duarte), Dux de Guimaraes, X Comes stabilis Portugalliae, 528.
Eduardus (Duarte), Portugalliae Infans, 528.
Eduardus VI, Angliae Rex, 138.
Eichhorn, Antonius, 246.
Elias Prophetа, 333.
Elisabeth, 683.
Elisabeth, Angliae Regina, 245.
Elisabeth I, Hispaniae Regina, *la Católica* dicta, 383.
Emerius, Mag. 120.
Emmanuel, Portugalliae Rex, 540, 573.
Enao, Alphonsus de, 407.
Enghelbertus, Sanctus, Coloniensis Archiepiscopus (1216-1225), 279.
Enriquez, P. Franciscus, in Conimbr. Collegio, 499.
Enriquez, Franciscus, in India, 666.
Enriquez, P. Henricus, 643, 667.
Enriquez, P. Leo, Conimbricensis Collegii S. J. Rector, 496-500, 504, 505, 507, 581.
Enriquez de Rivera, Joanna, I Marchionis de Berlanga uxor, 422, 588.
Ercavicensis (Segorbe) Episcopus, Vide Jofre de Borja.
Escalço (Excalceatus), Bernardinus, Vide Reis.
Escalona, canonicus, 405.
Escalona, IV Ducis de, uxor, Vide Toledo, Joanna Lucas de.
Escalona, IV Dux de, Vide Pacheco et Bobadilla.
Escolano, Gaspar, 343.
Esquivel, Fr. Thomas, Dominicanorum Prior, Caesaraugustae, 361.
Este, Alphonsus I de, Ferrariae Dux, 56, 60, 63.
Este, Alphonso II de, Ferrariae Dux, 63, 64, 70.
Este, Anna de, 56, 68.
Este, Eleonora de, Alphonsi I, Ferrariae Ducis, filia, 70.
Este, Eleonora de, Hercules II, Ferrariae Ducis, filia, 56, 68, 72.
Este, Hercules II de, Ferrariae Dux, 56, 57, 60, 61, 63-77, 80-87, 89, 90, 92, 100, 101.
Este, Hippolytus de, Ferrariensis Cardinalis, 24, 44, 70, 78, 79, 103.
Este, Lucretia de, Herculis II, Ferrariensis Ducis, filia, 56, 68, 70, 72.
Este, Ludovicus de, Ferrariensis Archiepiscopus electus, 56, 57, 60, 64, 71, 72, 81.
Este, Marchio de, Vide Nicolaus III.
Este, Marchionis de, uxor, Vide Malatesta.
Este, Nicolaus II de, Ferrariensis Dux, 58, 66.
Este, Nicolaus III de, Ferrariensis Dux, 74.
Esteban, Joachim, 432.
Estenza, domina baronatus de, Vide Folch et Cardona, Joanna.
Estrada (Strada), P. Franciscus de, Aragoniae Praepositus Provincialis, 354, 364-369, 371-373, 384, 385, 389, 394, 398-401, 405, 482, 489, 595, 596, 599.
Eugenius IV, Pontif., 60, 574.
Eugubini Collegii S. J. Rector, Vide Ferrariensis, P. Albertus.
Eugubinus, Mag. Antonius, 124, 128.
Eugubinus Vicarius, 55.
Everaërts, Gulielmus, 290.
Everardus, Mag., Vide Berardi.

F

Faber, Georgius, 237.
Faber, P. Joannes Philippus, Vide Leernus.
Faber, P. Petrus, Vide Fèvre.
Fabianus, 618, 619.
Falces, frater, 407.
Faria, Emmanuel de, 639.
Farnese, Rainuccius, Ravennatensis Archiepiscopus, Cardinalis Sti. Angeli, et Abbatiae Farfensis Commendatarius Abbas, 84, 87-90, 92, 143, 225, 227, 228.
Fasthang, Stephanus, 238.
Fattora (la), Vide Frassoni del Gesso.
Feirabent, Dionysius, 237.
Feliciana, neapolitana matrona, 189, 190.
Felicis, Sancti (San Fins), Collegioli Superior, Vide Diaz, P. Petrus.
Ferdinandus, Aragoniae et Castellae Rex, *El Católico* dictus, 382, 383.
Ferdinandi I, Romanorum Regis, procurator romanus, 260.
Ferdinandus I, Bohemiae et Hungariae primum, postea Romanorum Rex, tandem Germaniae Imperator, 16, 21, 131, 135, 178, 182, 232-234, 238-245, 247, 251-255, 258-260, 265-268.
Feria, III Comes de, Vide Suarez de Figueroa.
Feria, V Comes et I Dux de, Vide Suarez de Figueroa
Feria, Comitissa de, Vide Fernandez de Córdoba, Catharina.—*Id.* Ponce de Leon, Anna.
Fernandez, Alphonsus, 42.
Fernandez, Andreas, 547, 551.
Fernandez, Mag. Andreas, alius a praecedenti, 595.
Fernandez, Antonius, 577, 668-670.

Fernandez, P. Emmanuel, 509, 510, 513-519, 577, 581, 582.
Fernandez, P. Gaspar, postea Neapolitani Collegii S. J. Rector, 596.
Fernandez, Joannes, 674.
Fernandez, P. Urbanus, 559, 641, 663.
Fernandez Alvarez, P. Bartholomaeus (Bartholomaeus Hernandez, Salmant. Collegii Rector?), 436, 437.
Fernandez de Córdoba, Catharina, Comitissa de Feria et Marchionissa de Priego, 374, 382, 442, 443, 451, 452, 457, 460, 470, 488, 584, 587.
Fernandez de Córdoba, Didacus, Calagurritanus Episcopus, 432.
Fernandez de Córdoba, Gundisalvus, III Dux de Sessa, 455, 587.
Fernandez de Córdoba, Ludovicus, II Ducisae de Sessa conjux, 455.
Fernandez de Pineda, Franciscus, Patris Alphonsi de Avila pater, 465.
Fernandez de Rivero, Alphonsus, Vicecomes de Altamira, 396, 438, 593.
Fernandez de Santaëlla et Córdoba, Rodericus, 476.
Fernandez de Velasco, Petrus, Dux de Frias, Castellae Comes stabilis, 402, 433, 489.
Fernandez Montaña, Joannes, 438.
Fernandez Perez, Gregorius, 440.
Fernandez Sardinha, Petrus, Sancti Salvatoris (seu Bahiae) Episcopus, 549.
Ferrari, Philippus, 268.
Ferrariae Dominus, Vide Nicolaus III.—Ejus uxor, Vide Malatesta.
Ferrariae Ducissa, Vide Renata.—*Id.* Austria, Barbara ab.
Ferrariae Dux, Vide Este, Hercules de.—*Id.* Este, Nicolaus II de.—*Id.* Este, Nicolaus III de.—*Id.* Este, Alphonsus I de.—*Id.* Este, Alphonsus II de.
Ferrariensis, P. Albertus, Eugubini Collegii S. J. Rector, 52-55, 123.
Ferrariensis Archiepiscopus, Vide Rossetti.
Ferrariensis Archiepiscopus electus, Vide Este, Ludovicus de.
Ferrariensis Cardinalis, Vide Este, Hippolytus de.
Ferrariensis Collegii S. J. Rector, Vide Androtius, Fulvius.—*Id.* Pelletarius.
Ferrariensis Episcopus, Vide Aretino.—*Id.* Bernardus.—*Id.* Samuel.
Ferrariensis Episcopus, haeret., Vide Samuel.
Ferrer, S. Vincentius, O. P., 333.
Fèvre (Faber), P. Petrus le, 278, 282.
Fiaschi (alias saepe Fieschi), Alexander, 63, 70, 73, 80, 85, 86.
Fibiger, Michaël Josephus, 253.
Fieschi, Alexander, Vide Fiaschi.
Figuerola, Petrus, 487.
Firandi Dux, 648.
Fiander, P. Philippus, Vide Leernus, P. Joannes Philippus.
Flandriae Gubernator, Vide Cerda, Joannes de la.
Flandriae Gubernatrix, Vide Maria..., Caroli V soror.
Florencia, Franciscus de, 337.
Florentiae Dux, Vide Medicis, Cosmus I de.—Ejus uxor, Vide Toledo, Eleonora de.
Florentini Collegii S. J. Rector, Vide Coudrey..., P. Ludovicus du.
Florentinum Concilium, 574.
Florentinus Vicarius, 168.
Florez, Fr. Henricus, O. S. A., 343, 397.
Florimonte, Galeazzo, Suessae Episcopus, 185.
Floris (Gaudanus, Goudanus), Nicolaus, 234, 235, 241, 242, 252, 262-264.
Focher, 323.
Folch et Cardona, Joanna, III Ducissa de Cardona, II Ducis Segobricensis uxor, Marchionissa de Pallars, Comitissa de Prades, Vicecomitissa de Villamur, et domina baronatus de Estenza, 486, 487.
Folieta, Ubertus, 24, 32, 177.
Fonseca, Alphonsus de, Compostellanus primum, postea Toletanus Archiepiscopus, 478.
Fonseca, Georgius, 377.
Fonseca, Joannes de, Castellamaris Episcopus, 186.
Fonseca, Petrus de, 500, 501.
Fontana, Alexius, 82, 282, 283.
Fontana, Bartholomaeus, 75, 79.
Foronda et Aguilera, Emmanuel, 139.
Forster, Joannes, 237.
Foscarari, Fr. Aegidius, O. P., Mutinensis Episcopus, 94, 96-100, 102, 106, 107.
Fosso, vel Fossa, Gaspar a, Regiensis Archiepiscopus, 324.
Francavila, Dux de, Vide Hurtado de Mendoza.
Francia, Sanctius de, 362, 368.
Francisca a Jesu, Vide Borja et Enriquez, Elisabeth de.
Franciscanorum Guardianus, Hierosolymis, 131, 132.
Franciscanorum Provincialis, in Belgio, 315.
Franciscus, juvenis ex oppido Atini, 176.
Franciscus II, Galliae Rex, 236.
Franco, P. Antonius, 355, 497, 499.
Frassoni del Gesso, Maria, *la Fattora* dicta, 56, 57, 63, 64, 66, 67, 78.

Fresneda, Fr. Joannes de, O. S. Fr., 492.
Freux (Frusius, de Frusis), P. Andreas, Romani Collegii, Germanici dicti, Rector, 7, 10, 129, 196, 235, 254, 255.
Freyberg, Maximilianus Freiherr von, 244.
Frias, Ducissa de, Vide Tovar et Vivero, Maria.
Frias, Dux de, Vide Fernandez de Velasco, Petrus.
Fiedlaënder, Gottlieb, 255.
Frizzi, Antonius, 61.
Frois (Flores), Ludovicus, 652.
Frusius, de Frusis, P. Andreas, Vide Freux.
Fuente, Vincentius de la, 337, 343, 377, 411-413, 423, 425, 444, 462, 469, 470, 476-478, 480, 486, 493.
Fuentes, 401.
Fulginii Episcopus et Cardinalis, Vide Dolera, Clemens.

G

Gabre, Dominicus de, Galliae Legatus apud Ferrariensem Ducem, Leutevien-sis Episcopus, 72, 79.
Gabriel, frater coadj., 391.
Gachard, Leopoldus, 387.
Gaddi, Jacobus de, 413.
Gago, P. Balthasar, 674-677.
Galar, Michaël, 407.
Galceran de Borja, Petrus Ludovicus, Magister Montesiae, 486, 487.
Gallego, frater, 407.
Galliae Rex, Vide Franciscus II.—*Id.* Henricus II.—*Id.* Ludovicus IX.—*Id.* Carolus IX.
Galvanelli, P. Andreas, 6, 135-139, 148, 151, 152.
Galvanelli, P. Hieronymus, 59.
Galvão, Eduardus (Duarte), 573.
Gams, Pius Bonifacius, O. S. B., 343, 432.
Gandiae V Dux, Vide Borja, Carolus de.
Gandiensis, Mag. Philippus, 46, 50.
Gandiensis Collegii S. J. Rector, Vide Barma.—*Id.* Cordeses.
Garcia, P. Franciscus, 57.
Garcia de Matamoros, Alphonsus, 413.
Garibay, Stephanus de, 592.
Gasca, Petrus de la, Palentinus Episcopus, 596.
Gazet, Gulielmus, 14.
Geeraërts (Gerardi), Theodoricus, 281.
Gelves, II Comes de, Vide Portugal et Colon.
Generalis Praepositus Societatis Jesu, Vide Roothaan.
Gentiletia, Gentilena vel Gentiletta, 682.
Genuensis Archiepiscopus, Vide Sauli, Hieronymus.
Genuensis Collegii S. J. Rector, Vide Soldevilla.
Genuensis Episcopi Suffraganeus seu Vicarius, 33.
Georgii, Sancti, clerici regulares, Romae, 60.
Georgius, Labacensis Episcopi nepos, 256.
Gerardi, Theodoricus, vide Geeraërts.
Germaniae Imperator, Vide Maximilianus I.—*Id.* Maximilianus II.—*Id.* Ferdinandus I.—*Id.* Carolus IV.—*Id.* Carolus V.
Gerson, Joannes Charlier de, 77, 451.
Gertner, Melchior, 238.
Gesso (Gipsio), Lanfrancus del, 64, 84.
Gesti, P. Joannes, 353, 373, 492.
Ghiraldo, Franciscus, 39.
Ghisleri, Fr. Michaël, O. P., postea Pius V Pontif., Vide Pius V Pontif.
Giannone, Petrus, 177, 180.
Gibraltar, Dominus de, Vide Guzman et Bueno, Joannes Alphonsus de.
Giezi, 707.
Gilles (Gyllius), Petrus, 172.
Gimeno, Petrus, Vide Jimenez.
Gioninello, 691, 692.
Giraldi, Cyntius Joannes Baptista, 58.
Girardin (Gerardinus), P. Desiderius (in textu semel Ludovicus), Tyburtini Collegii S. J. Rector, 21-24, 26-30, 198, 224.
Gnieto, Joannes Ignatius, Vide Nieto.
Godinho, P. Emmanuel, 547.
Goënsis Collegii S. J. Rector, Vide Diaz, P. Balthasar.
Goënsis dioecesis Vicarius, 648.
Goënsis Episcopus, Vide Alburquerque, Joannes de.
Goëz, Damianus de, 574.
Goëz, Stephanus de, 652.
Goimpel, Godephridus de, Cantor et canonicus in *St. Jean de Bois-le-duc*. Lovaniensis Collegii *du Chateau* institutor, 290.
Goisson (alias Goysson), P. Ursmarus, primum Romani Collegii S. J., Germanici dicti, postea Pragensis Collegii S. J. Rector, 21, 308.
Gomez, frater, 388.
Gomez, Alvarus (Alvar), 411, 474.
Gomez, P. Antonius, 550, 551, 663.
Gomez, P. Cornelius, 575, 601-610.
Gomez, P. Ferdinandus, 376.
Gomez, Joannes, 407.

Gomez Bravo, Joannes, 448, 449, 454, 456, 463.
Gomez de Montemayor, P. Emmanuel, 36, 38, 39, 41, 43, 698.
Gomez de Silva, Rodericus (Rui), 134, 187, 288, 370, 434-437.
Gomez Rodeles, P. Caecilius, 355.
Gonçalves, Joannes, 577.
Gonzaga, Elisabeth, Vasti Marchionissa, 178.
Gonzaga, Franciscus, Mantuae Dux, 19, 247.
Gonzalez, P. Andreas, 388, 489, 577, 582.
Gonzalez, P. Gundisalvus, 374, 379, 460, 465, 466, 468.
Gonzalez, Joannes, 632, 633.
Gonzalez, Joannes, archipresbyter, 586.
Gonzalez, P. Joannes, Vallisoletani Collegii S. J. Rector, 391, 395, 463.
Gonzalez, P. Ludovicus, 7.
Gonzalez, P. Melchior, 551.
Gonzalez, Simon, 637.
Gonzalez Dávila, Aegidius, 443, 474, 492.
Gonzalez Dávila, P. Aegidius, 336, 407, 410, 412, 419.
Gonzalez de Mendoza, Petrus, Cardinalis, 392.
Gonzalez Martinez, Franciscus, 407.
Gordon Byron, Georgius a Nativitate, communiter *Lord Byron* dictus, 74.
Gothar, Alcibiades, 238.
Gou, Antonius, 355, 492.
Goublet, Nicolaus, Lovaniensis Collegii *Sanctae Annae* institutor, 291.
Goutte (Guttanus), P. Joannes de la, 147, 197, 212, 213.
Govierno, Michaël, 339.
Goysson, P. Ursmarus, Vide Goisson.
Gozzadini, Camillus, 114.
Gozzadini, Violante, 114.
Gracida, Nicolaus, 499, 501.
Gram (de Grana), P. Ludovicus de, 632-634.
Granatensis Archiepiscopus, Vide Guerrero, Petrus.
Granatensis Cancellariae Praeses, Vide Alaba et Esquivel.
Grassi, Joannes Antonius, 114.
Grassis, Achilles de, Montisfiasconis Episcopus et Rotae Romanae Auditor, 10.
Gratianus, frater condj. italus, 268.
Gratiosa, 702.
Gravina, Dux de, 171.
Gregorius XI Pontif., 66.
Gregorius XII Pontif., 60.
Grisar, P. Hartmannus, 36.
Grisones, 138.
Grisonius, Annibal, 126, 128.
Gropillus, P. Gaspar, 122.
Gropperus, Dr. Joannes, 270, 271, 280.
Gualenghi, Galeazzo, Marchio de Busana, 70.
Guarini, Marcus Antonius, 59, 63, 64, 66, 70, 90.
Guarini vel Guarino (Varinus), grammaticus, 58, 59.
Guarino, Lucas, 71.
Guazalotri, Philippus, S. J., antea Archipresbyter oppidi Pratensis, 170.
Guerrero, Jacobus, Melitensis Comitis neapolitanus procurator, 476.
Guerrero, Petrus, Granatensis Archiepiscopus, 463, 464, 476.
Guevara, licentiatus, Compostellanae Academiae visitator, 479.
Guiche, Claudius de la, Myrapicensis Episcopus, Legatus Galliae in Urbe, 213, 319.
Guilhermy, P. Elesban de, 401.
Guillamas et Galiano, Ferdinandus, 466, 467.
Guillard, 303.
Guimaraës, Dux de, Vide Eduardus (Duarte).
Guise, Carolus de, Guisanus Cardinalis, mox Lotharingius dictus, 317, 330.
Guise, Franciscus, Dux de Guise, 68, 79.
Gulielmus, unus ex pueris orphanis e Lusitania in Indiam missis, 652.
Gurrea, Gaspar de, 373.
Gurrea, Joannes (alias Joannes Rodriguez), 181, 373.
Gurrionero (alias Gorrionero), Dr., canonicus Zamorensis, 492.
Gutierrez, Joannes, 374, 465.
Gutierrez, P. Martinus, 374, 378.
Guttanus, P. Joannes, Vide Goutte.
Guzman, P. Didacus de, 41, 170, 355, 398, 399, 460, 476, 481.
Guzman, P. Ludovicus de, 336, 355, 407.
Guzman el Bueno, Joannes Alphonsus de, VI Dux de Medinasidonia, Comes de Niebla, Marchio de Cazaza, Dominus de Gibraltar, Sanlucar de Barrameda, etc., 465, 467.
Gyllius, Petrus, Vide Gilles.

H

Hamel, Godefridus, 309.
Hammer, Josephus von, 265.
Hamont (Hamontanus), Gerardus, Vide Kalckbrenner.
Hamy, P. Alfredus, 315.

Haraldus, P. Joannes Franciscus, Vide Araldi.
Hase, Carolus Augustus, 257.
Hasse, Hermannus Gustavus, 265.
Haventius, 303.
Haveron, Antonius, Lovaniensis Collegii Sancti Donatiani institutor, 291.
Hayas, Ferdinandus de, 447.
Hees (Hezeus, Hezius), P. Arnoldus van, 13, 289, 292-294, 297, 301.
Helmi, P. Caesar, Veneti Collegii S. J. Rector, 116, 121-130, 134, 238.
Henricis, fr. Antonius de, 21, 24.
Henricus, Cardinalis Infans, Joannis III, Lusitaniae Regis, frater, Legatus Apostolicus a latere in Portugallia, 14, 142, 509, 512, 513, 518, 519, 521-523, 527, 530, 535, 543, 544, 549, 550, 552, 555, 559, 561-563, 582.
Henricus, frater, alius a leodiensi, 151.
Henricus, leodiensis, 274.
Henricus II, Castellae Rex, 377.
Henricus II, Galliae Rex, 63, 67-69, 72, 75, 77, 219, 285, 317, 319, 324, 370.
Henricus II (in textu, sed male, Franciscus I), Galliae Rex, 236.
Henricus III, Castellae Rex, 377.
Henricus VIII, Angliae Rex, 245.
Heraldus, P. Joannes Franciscus, Vide Araldi.
Herculanus, Comes Vincentius, 115.
Hercules, juvenis ex oppido Finale, 91.
Heredia, P. Antonius de, 665.
Hergenröther, Josephus de, Cardinalis, 245.
Hermann, Christophorus, 238.
Hernandez, Andreas, 407.
Hernandez, P. Bartholomaeus, Salmanticensis Collegii S. J. Rector, 374-376, 486, 594, 596.
Hernandez, Martinus, 407.
Hernandez, P. Paulus, 374, 465.
Hernandez, Petrus, 398.
Hernandez de Avila, Agnes, Patris Alphonsi de Avila mater, 465.
Hernani, licentiatus, 430, 431.
Hesius, Theodoricus, Leodiensis ecclesiae prodecanus, 306.
Hevia, Franciscus Didacus de, O. S. B., Episcopus Oaxacae (Antequera), in Nova Hispania (1654-1656), 480.
Hezeus, vel Hezius, P. Arnoldus, Vide Hees.
Hieronyma de S. Florentio, Soror, in monasterio S. Clarae, Bastiae, 690.
Hieronymus, Sanctus, 412.
Hinojosa, Eduardus de, 440.
Hipler, Franciscus, 246.
Hispalensis Archiepiscopi Vicarius, Vide Cervantes de Salazar, Gaspar.
Hispalensis Archiepiscopus, Vide Rojas et Sandoval, Christophorus de.
Hispaniae Gubernatrix, Vide Joanna, Philippi II soror.
Hispaniae Infans, Vide Joanna, Philippi II soror.
Hispaniae Princeps, Vide Philippus II. — *Id.* Carolus.—*Id.* Maria Elisabeth.
Hispaniae Regina, Vide Elisabeth I. — *Id.* Joanna, Caroli V mater.—*Id.* Maria Anna ab Austria.
Hispaniae Rex, Vide Carolus V.—*Id.* Ferdinandus..., *el Católico* dictus —*Id.* Philippus II.—*Id.* Carolus III.
Horatius, interamnensis civis, 145.
Horawitz, Adalbertus, 246.
Hosius (alias Osius), Stanislaus, Cardinalis et Varmiensis Episcopus, 19, 246, 247, 254, 267.
Houterlé, Henricus de, Lovaniensis Collegii *de Houterlé* institutor, 291.
Huber, Alphonsus, 266.
Hubillos (in textu Uvilla), Joannes de, 431.
Hundt, Dr. Wiguleus, 244, 245.
Hungaria, Ludovicus de, 198.
Hungariae Regina, Vide Maria, Caroli V soror.
Hungariae Rex, Vide Ferdinandus I.
Hurtado de Mendoza, Didacus, Dux de Francavila, II Comes de Melito, Aragoniae Prorex, 245, 364-370, 476, 484, 494.
Hus, Joannes, 266.

I

Ibañez de la Renteria, Josephus Antonius, 431.
Ignatius, frater, 398.
Imperadice, 700.
Indiae Prorex, Vide Norogna, Alphonsus de.—*Id.* Mascaregnas, Petrus.
Infantado, IV Ducis *del*, uxor, Vide Aragon, Elisabeth de.
Infantado, IV Dux *del*, Vide Lopez de Mendoza, Ignigus.
Infantas, cognomen duorum sacerdotum, Hispali, 466.
Isabella, Portugalliae Infans, 524, 528, 534, 540.
Isidorus, frater, 388.
Iturriza et Zabala, Joannes Raymundus de, 431.
Ivañez, P. Antonius, Valentini Collegii S. J. Rector, 336.

J

Jacobus, Castellanus dictus, 127.
Jacobus, juvenis ex oppido Thiel (Tilla), unde Tillanus vel Tylanus dictus, 272, 278.
Jacobus, IX Congi Rex, 601-610.
Jacobus, viennensis, S. J., 238.
Jaën, P. Joannes de, 413, 444, 445, 447.
Jaën, P. Petrus de, 469, 493.
Jajus, P. Claudius, Vide Jay.
Jamet, Leo, 79.
Janssen, Joannes, 240, 245, 257.
Javier (Xavier), P. Franciscus, 125, 188, 550-552, 559, 565, 642-646, 649-651, 654, 655, 661, 663, 664, 669, 671.
Jay (Jajus), P. Claudius le, 79, 109, 282.
Jerbiensium vel Gelvensium Princeps vel Xeche, 15, 217.
Jerez, Antonius de, 457.
Jesu, Mag. Joannes Baptista a, Vide Velati.
Jimenez (Ximenez), Urraca, 510.
Jimenez (Ximenez) de Cisneros, Franciscus, Cardinalis, Archiepiscopus Toletanus, 412, 425, 474, 486.
Jimenez (Ximenez, Gimeno), Petrus, 376.
Jimenez de Miranda, Christophorus, Abbatis de Salas frater, 404, 405.
Jimenez de Miranda, Franciscus, Abbas de Salas, 403-406.
Jiquena, Comes de, Vide Pacheco et Bobadilla.
Joanna, Hispaniae Regina, Caroli V mater, 437, 487, 585, 591.
Joanna, Philippi II soror, et Hispaniae Gubernatrix, 394, 396, 433, 434, 436-440, 463, 487, 488, 490, 494, 495, 544, 585-587, 589-593, 596.
Joannes, Archidiaconus, 242.
Joannes Baptista (?), Sancti Thomae Episcopus, 601.
Joannes Evang., Sanctus, 333, 416, 461.
Joannes, frater, 398.
Joannes, frater coadj., 365.
Joannes, frater, Ordinis Capuccinorum, Bastiae, 685.
Joannes, Pater, catalanus, 151, 158.
Joannes, Portugalliae Princeps, Joannis III Regis filius, 394, 529, 543-545, 556, 610.
Joannes III, Portugalliae Rex, 8, 14, 15, 28, 133, 134, 142, 155, 360, 380, 520, 521, 523, 527, 529-531, 537, 538, 541, 544-546, 548-553, 556-561, 564-568, 572-576, 578, 599, 602, 605-607, 610, 615, 628, 633, 648, 662, 663.
Joannes IV, Portugalliae Rex, 528.
Joannes Franciscus, Mag., 98.
Joannes Nicolaus, calaber, frater S. J., alius a fratre Joanne Nicolao Petrella, 172.
Joannes Paulus, Vide Alvarez, Joannes.
Joannes Thomas, nomen impositum saraceno Panormi converso, 213.
Job, 192, 193.
Jofre de Borja, Gaspar, Segobricensis seu Ercavicensis Episcopus, 343, 354, 368, 371, 372, 494.
Jonas, Jacobus, Viennensis Academiae Vicecancellarius, 235, 250, 251, 259, 264, 268.
Jordanus, Mag., 292.
Jorge, P. Marcus, 511, 555.
Josephus, Constantinopoleos Patriarcha, 571.
Juan, Honoratus, 387.
Juarez, P. Joannes, Vide Suarez.
Juava, Mag., 486.
Julius III Pontif., 12, 13, 16-19, 28, 36, 45, 67, 72, 77-79, 115, 124, 131, 134, 137, 140, 146, 151, 158, 161, 166, 172, 194, 215, 222, 224, 234, 237, 240, 250, 254, 257-260, 285, 288, 296, 304, 305, 313, 319, 323, 329-333, 439-341, 452, 462, 464, 476, 495, 507, 521, 576-578, 580, 581, 591, 592, 644.
Justinianus, S. Laurentius, 60.
Justinopolitanus (Capodistria) Episcopus, Vide Vergerius.

K

Kalckbrenner (Hamont, Hamontanus), Gerardus, Coloniensis Carthusiae Prior, 270, 278, 279.
Kanis (Canisii), Mag. Theodorici, mater, 275.
Kanis (Canisii), Mag. Theodorici, materterа, Vide Bergh, Theresia van den.
Kanis (Canisius), Otho, P. Petri frater, 248.
Kanis (Canisius), P. Petrus, 11, 16, 17, 233, 235-250, 252, 253, 255-267.
Kanis (Canisius), Theodoricus, Beati Petri frater, 248, 255, 256, 260, 273-275.
Kastner, Augustus, 253.
Kempis, Thomas a, 451.
Kessel, P. Leonardus, Coloniensis Collegii S. J. Rector, 11, 239, 241, 248, 268-279, 299.
Ketteler, Wilhelmus von, Monasteriensis Episcopus, 257.
Kheysther, Colomannus, 237.

Kienboom (Dadius), Andreas, 239.
Kink, Rudolphus, 232.
Kobenzl, Joannes, Collegii Germanici alumnus, 256. 258.
Krablerus, P. Matthaeus, 254.
Krieger, Gaspar, 238.

L

Labacensis Episcopus, Vide Weber.
Laboureur, Joannes le, 72.
Lacchi, Matthaeus, O. P., Inquisitor, Perusii, 146.
Laderchi Comes, 61.
Laetavalle, P. Michaël a, 196.
Lagos, Fr. Vincentius de, O. S. F. Capuccin., 564.
Lancianensis Archiepiscopus, Vide Marini. —*Id.* Salazar, Joannes de.
Lancillotus, P. Nicolaus, 564, 661, 666.
Landehutae Dieta, 244.
Landini, P. Sylvester, 36-40, 106, 681-703.
Landini, P. Sylvestri, sorores et cognati, 40.
Lando, Augustinus de, Comes, 96, 97.
Lanoy (Delanoy, Launoyus, Launoy), P. Nicolaus de, Viennensis Collegii S. J. Rector, 11, 234, 235, 238, 239, 242, 246, 248, 251-253, 256, 259, 261, 262, 264, 268.
Laodicensis Episcopus, Vide Marini.
Lapidanus, Mag. Gerardus, 214.
Lassar, Antonius, 318, 321.
Lasso de Castilla, Didacus, Regis Romanorum in Curia romana Legatus, 16, 17, 20, 234, 258.
Latassa, Felix de, 368.
Launoy vel Launoyus, P. Nicolaus, Vide Lanoy.
Laurens, Marcus, O. P., Episcopus Campanensis, Secretarius Concilii Tridentini, 474.
Laurentius, clericus, 39.
Laurentius, famulus, 672.
Laurentius, Mag., frater coadj., 9.
Laurentius, P. Joannes, 60, 62.
Lauretanae domus Gubernator, Vide Doctis.
Lauretani Collegii S. J. Rector, Vide Manare (Manareus), P. Oliverius.
Laynez, P. Jacobus, Italiae, citra Romam et Neapolim Praepositus Provincialis, 6-8, 30-36, 39, 41-43, 45, 57, 69, 122, 129, 140, 145, 147, 158, 160-168, 170, 185, 186, 188, 235, 253-255.—Ejus soror, 36.
Lazarus, Mag., 86.
Lazarus, Sanctus, 658.
Leandro, Catharina de, 699.
Leernus, P. Joannes Philippus, alias Faber, Mutinensis Collegii S. J. Rector, 60, 85, 86, 92, 93, 96, 97, 99, 100-103, 105-107.
Legati Angolae in Lusitaniam missi, 606.
Legatus Apostolicus in agro Piceno seu Marchia, Vide Sabelli.
Legatus Apostolicus a latere, in Portugallia, Vide Henricus, Cardinalis Infans.
Legatus (Apostolicus Nuncius) ad Imperatorem, Vide Muzzarelli.
Legatus (Apostolicus Nuncius), in Austria, Vide Delfino.—*Id.* Martinengo.
Legatus (Apostolicus Nuncius), in Hispania, Vide Poggio.—*Id.* Marini.
Legatus (Apostolicus Nuncius), in Portugallia, 498, 507, 602.
Legatus (Apostolicus Nuncius), Venetiis, Vide Archinto.
Legatus Ferrariensis Ducis, in Belgio, 82.
Legatus Ferrariensis Ducis, in Urbe, Vide Ruggieri.
Legatus Florentiae, in Urbe, Vide Serristori.
Legatus Galliae, apud Ferrariensem Ducem, Vide Gabre.
Legatus Galliae, in Urbe, Vide Guiche.
Legatus Gelbensium Regis ad Proregem Siciliae, Joannem de Vega, 213.
Legatus Hispaniae, Venetiis, Vide Vargas.
Legatus Imperatoris, in Urbe, Vide Manrique de Lara, Joannes.
Legatus Magni Congi ad Regem Portugalliae, Vide Rodriguez, Didacus.
Legatus Philippi II, in Anglia, Vide Suarez de Figueroa, Gomus.
Legatus Poloniae Regis ad Regem Romanorum, Vide Cromer.
Legatus Portugalliae, in Urbe, Vide Alencastre.
Legatus Romanorum Regis, in Urbe, Vide Lasso de Castilla, Didacus.
Legatus Sedis Apostolicae ad Principes christianos, Vide Polo.
Legatus Summi Pontif. (Pii II) ad Philippum *le Bon*, Ducem Brabantiae, Vide Bessarion, Joannes.
Legatus Venetus apud Regem Romanorum, Vide Suriano, Michaël.
Legionensis Episcopus, Vide Cuesta, Andreas.
Leiriae Episcopus, Vide Pinheiro, Antonius.
Leiton, Christophorus, 557, 558.
Leo, bononiensis sacerdos, 110, 112.
Leo, Sanctus, 59.
Leo X Pontif., 157.
Leo XIII Pontif., 399.

Leodiensis ecclesiae Archidiaconus et Episcopi Cancellarius, Vide Pictavia.
Leodiensis Episcopus, Vide Austria, Georgius ab.—*Id.* Berghes, Robertus de.
Leon, Joannes de, 374.
Leonardus, juvenis leodiensis, 272, 274.
Leopoldus, Sanctus, 258.
Lerma, Comes de, Vide Sandoval et Zúñiga.
Leuteviensis Episcopus, Vide Gabre.
Leutheringerus, Nicolaus, 257.
Levanto, Stephanus Maria de, 700.
Leytão de Andrada, Michaël, 554.
Liberius, frater, Ordinis Capuccinorum, 685.
Lima, Ludovicus Cajetanus de, 510.
Lima, Rodericus de, 573.
Lina (in *Regesto* Linato, Lindato et Linacto), Joannes, 144.
Lindanus, 303.
Lipomani, Andreas, Prior SSmae. Trinitatis (Antistes saepe vocatus), Venetiis, 59, 116-118, 121, 122, 124-129, 131, 134, 485.
List, Stephanus, 237.
Lizargarate, Josephus Raymundus, 33.
Llorente, Joannes Antonius, 283.
Loarte, P. Gaspar, Burgensis Collegii S. J. Rector, 41, 170, 354, 398, 399, 406, 460, 476, 481.
Lodosa, Petrus de, 429, 430.
Loë, Henricus de, Lovaniensis Collegii *du Porc* institutor, 290.
Lombardus, Petrus, Sententiarum Magister dictus, 10, 234.
Lomellinus, Augustinus, 30.
Loperena, Ignatius Vincentius de, 431.
Lopez, Alphonsus, alius a duobus Patribus ejusdem nominis, 407.
Lopez, P. Alphonsus, alius a P. Francisci de Borja Commissarii socio, 422, 577, 582.
Lopez, P. Alphonsus, P. Francisci de Borja Commisarii socius, postea Conchensis Collegii S. J. Rector, 414, 425, 427, 447.
Lopez, Anna, 376.
Lopez, P. Christophorus, 407.
Lopez, Didacus, 374, 465, 467, 468.
Lopez, Emmanuel, Complutensis Collegii S. J. Rector, 386, 388, 407, 408, 423.
Lopez, Fr. Franciscus, 577.
Lopez, P. Franciscus, 659.
Lopez, P. Gaspar, 6.
Lopez, Henricus, 407.
Lopez, Joannes, 667.
Lopez, Petrus, 660.
Lopez, Rodericus, 468.
Lopez de Medina, Joannes, 411.
Lopez de Mendoza, Ignigus, IV Dux *del Infantado*, 588.
Lopez de Mendoza, Ignigus, Marchio de Mondejar, Comes de Tendilla, 588.
Lopez de Padilla, Gutierre, 387.
Lopez Pigafetta, Philippus, 608.
Lopez Stuñiga, Jacobus, 515.
Loredanus, Dominicus, 126, 128.
Lotharingius Cardinalis, Vide Guise.
Lotharingus, P. Dominicus, 165.
Lourenço, P. Blasius, 636-641.
Lovaniensis Academiae Cancellarius, Vide Tapper.
Lovaniensis Collegii S. J. Rector, Vide Adriaënsseus.
Lozano, P. Alphonsus, 339.
Lucamaria, 683.
Lucchi, Matthaeus (alias Joannes Matthaeus), Anconitanus Episcopus, 141, 142.
Lucia, Soror, monasterii S. Joannis Ruchonis Priorissa, 209.
Lucreta, Antonii Francisci Petri uxor, 696.
Ludovicus, Pater, coloniensis, 62, 98.
Ludovicus, Portugalliae Infans, 380, 527, 554, 555, 557-560.
Ludovicus, Prior de Crato, 509.
Ludovicus IX, Galliae Rex, 67.
Luegues, Thomas de, 69.
Luna, Asirubal de (postea Josephus dictus), 226, 227.
Luna, Jacobus de, 226, 227.
Luna, Petrus de, Bibonae Comes, postea Dux, 195, 211, 226, 227, 229.
Luther (Lutherus), Martinus, 76, 254, 265.
Lutuuitz, Gaspar, 237.

M

Madalena, Fr. Jacobus, O. P., 283.
Madeira (alias Madera), P. Alexius, 559, 649.
Madoz, Paschalis, 343, 349, 368, 404, 437, 450, 462, 585, 599.
Madrid, P. Christophorus, 7, 28, 182.
Maffei, P. Joannes Petrus, 650, 654.
Magni Congi Rex, Vide Petrus, VIII Congi Rex.—*Id.* Jacobus, IX Congi Rex.
Magni Congi Vicarius seu Pro-episcopus, 603-606, 609.
Mahometus, 247, 459, 537, 657.
Majoricae Inquisitor, vide Montañans et Berard.
Majoricae Pro-rex, 600.
Malaccensis Praefectus, Vide Norogna, Antonius de.—*Id.* Ataide, Alvarus d'.
Malatesta, Parisina, Nicolai III, Marchionis d'Este et Domini Ferrariae uxor, 74.

Malavolta, Prosper, 90.
Maldonado, Franciscus, 437.
Mameluci, 613, 614.
Manare (Manareus), P. Oliverius, primum Collegii Romani S. J., postea Lauretani Collegii S. J., Rector, 46-51, 53, 312.
Mancio, Fr. Paschalis, O. P., 420, 493.
Manrique, Fridericus (postea, licet per breve tempus, Franciscus Bonaventura dictus), 36, 163.
Manrique, Garzia, 139-141.
Manrique, Isabella, Vide Briceño.
Manrique de Lara, Joannes, filius II Ducis de Nájera, Imperatoris in Curia Romana Legatus, 12.
Manrique de Lara, Joannes, Stephanus, III Dux de Nájera, 430.
Manrique de Sandoval, Alphonsus, Ducis de Nájera filius, 429, 430.
Mantuae Dux, Vide Gonzaga, Franciscus.
Manucio, Paulus, 155.
Manuel, Joannes, 407.
Maqueda, II ux de, Vide Cárdenas et Pacheco, Bernardinus de.
Marcellus II Pontif., 180.
Marche (Marchiensis vel Marchicensis), Thomas, 269, 289.
Marchese, P. Antonius, Mediolanensis Praepositus Provincialis, 681.
Marcus, Aethiopiae Patriarcha, 574.
Marcus, Labacensis Episcopi nepos, 256.
Marcus, Melchior, 467, 468.
Mare, P. Martinus, 199.
Maria, Angliae Regina, 12, 19, 138, 169, 288, 387, 440.
Maria, Caroli V soror, Flandriae Gubernatrix, antea Hungariae Regina, 280, 281, 285, 287, 296, 312, 316.
Maria, Parmae Princeps, Eduardi (Duarte), Principis Lusitaniae, filia, 528.
Maria, Portugalliae Infans, 14, 534, 540.
Maria Anna ab Austria, quarta uxor Philippi II, 587.
Maria Elisabeth, Hispaniae Princeps, Philippi II uxor, 465.
Mariae de Misericordia, B. V., Fratres Eremitae, Bononiae, 109.
Mariana, Joannes de, 407, 408, 450.
Marianensis Episcopi Vicarius, 702.
Marianensis Episcopus, Vide Pozzi, Hieronymus.
Marianus, Pater, 40.
Marignano, Marchio de, Vide Medicis, Jacobus de.
Marini (vel de Marinis), Leonardus, Episcopus Laodicensis, postea Lancianensis Archiepiscopus, et tandem Albensis, Apostolicus Nuncius in Hispania, 440.
Marinis, Hieronymus de, 32, 34.
Marquina, Petrus de, 426.
Martin, Onophrius, Vicecomes Rochabertinus, 359.
Martinengo, Hieronymus, Apostolicus Nuncius in Austria, 16, 234, 254.
Martinez, Didacus, licentiatus Compluti, 421, 422.
Martinez, Fr. Didacus, 447.
Martinez, P. Petrus, 336, 407.
Martinez Guijarro (vulgo Siliceo), Joannes, Cardinalis et Toletanus Archiepiscopus, 462, 463, 476, 477, 587.
Martinus V Pontif., 51.
Martires, Fr. Bartholomaeus dos, O. P., postea Bracarensis Episcopus, 554, 555.
Mascaregnas, Eleonora, 493.
Mascaregnas, Petrus, Indiae Pro-rex, 538, 545, 551-553, 565, 566, 659, 662-664.
Masius, haereticus quidam, 236.
Massa, Marchio de, Vide Cibo.
Massarello, Angelus, Episcopus Thelesinus, 474.
Matthaea, Soror, in monasterio S. Clarae, Bastiae, 686.
Matthaeus, Sanctus, 142.
Matthias, Abbas monasterii S. Margarethae brevnoviensis, prope Pragam, 266.
Mauny, Franciscus III de, Burdigalensis Episcopus, 321.
Mauritius, canonicus noviomagensis, 274, 275.
Mauroceni, Andreas, 132.
Maximilianus I, Germaniae Imperator, 258.
Maximilianus II, Germaniae Imperator, 16, 63.
Medde, Fr. Franciscus de, Vide Miede.
Medek, Martinus, Pragensis Episcopus (1582), 254.
Medicis, Cosmus de, Florentiae Dux, 63, 75, 145, 162, 163, 165, 167-170.
Medicis, Cosmus de, senior, 170.—Ejus uxor, *la Contesina de Bardi* (juxta Chiusole), 170.
Medicis, Jacobus de, Marchio de Marignano, 165.
Medina, Ludovicus de, 388, 585.
Medinaceli, IV Dux de, Vide Cerda, Joannes de la.
Medinasidonia, III Ducis de, 2.ª uxor, Vide Zúñiga, Eleonora de.
Medinasidonia, VI Ducis de, uxor, Vide Aragon et Gurrea, Anna de.
Medinasidonia, VI Dux de, Vide Guzman el Bueno, Joannes Alphonsus de.
Mediolanenses Syndici, 44.
Mediolanensis Episcopus, Vide Ambrosius, Sanctus.

Melanchton, Philippus, 245.
Melchior, famulus, 673.
Melchior, frater, 152.
Melchior, frater, alius a praecedenti, 652.
Melitae Magister, Vide Sangle.
Melitensis Comitis neapolitanus procurator, Vide Guerrero, Jacobus.
Melitensis Episcopus, Vide Cubelles.
Melito, II Comes de, Vide Hurtado de Mendoza.
Mello, Joannes de, Algarbiensis Episcopus, 522, 554, 562.
Mello, P. Joannes de, 511.
Melo, Melchior de, 649.
Menchaca, P. Rochus, 57, 667.
Mendez, P. Ludovicus, 559.
Mendez de Montemayor, Ferdinandus, 650-653, 655, 656.
Mendoza, Aloysius de, 36, 164.
Mendoza, Alvarus de, 187.
Mendoza, Bernardinus de, Neapolitani regni gubernator, 41, 180.
Mendoza, P. Christophorus de, Neapolitani Collegii S. J. Rector, 6, 8, 16, 185, 468, 476, 485.
Mendoza, Ferdinandus de, Cardinalis Burgensis frater, 399, 400, 402, 403.
Mendoza, Joannes de, Novi Castelli neapolitani praefectus, Marchionis *della Valle* filius, 176, 178, 187, 188, 595.
Mendoza, Ludovicus de, 24, 481.
Mendoza, Maria de, Marchionissa de Mondejar, 588.
Mendoza, Petrus, 403.
Mendoza et Bobadilla, Franciscus de, Burgensis Episcopus et Cardinalis, 82, 139, 140, 302, 400, 403.
Menendez et Pelayo, Marcellinus, 139, 141, 415.
Mercado, Maria de, Vicecomitis de Altamira uxor, 396.
Mercurien (Mercurianus), P. Everardus, Perusini Collegii S. J. Rector, 10, 57, 87, 145, 146, 148, 150-152, 154-156, 158.
Mercurio, Joannes Andreas de, Cardinalis Messanensis, 194, 202, 220.
Messanensis Cardinalis frater, 220.
Messanensis Collegii S. J. Rector, Vide Coudrey..., P. Annibal du.
Messanensis *Stratigo*, Vide Urrea, Petrus de.
Methymnensis Collegii S. J. Rector, Vide Sevillano.
Michaël, japonensis christianus, 676.
Michaël, Sanctus, 676.
Michaël, semper Germanus vel Tedescus appellatus, 196.
Micheletta, Soror, in monasterio S. Claraе Bastiae, 688.
Micó, Fr. Joannes, O. P., 333, 334.
Miede seu Medde, Franciscus de, 18.
Miguelez de Araoz, Petrus, 429.
Miona, P. Emmanuel, 7.
Miraeus, Aubertus, 413.
Miranda, Fr. Bartholomaeus de, O. P., 492.
Miranda, IV Comes de, Vide Zúñiga et Avellaneda, Franciscus.
Miranda, Comitissa de, Vide Bazan et Ulloa, Maria.
Mirandae Episcopus, Vide Pinheiro, Antonius.
Miron, P. Jacobus, Portugalliae Provincialis, 384, 385, 483, 497, 501, 513, 518-520, 523, 525, 527, 528, 530, 532, 534-536, 538, 540, 542, 543, 545-548, 550, 552-557, 559-563, 566, 568, 570, 575, 577, 578, 580, 599, 602.
Molares, IV Comes de los, Vide Afan de Ribera.
Molina, Alphonsus de, 448.
Molini, Josephus, 68.
Molitor, Sebastianus, 238.
Monasteriensis Episcopus, Vide Ketteler.
Monchi vel Mouchi, Antonius de, Dr. Demochares dictus, 323.
Mondejar, Marchio de, Vide Lopez de Mendoza, Ignigus.
Mondejar, Marchionissa de, Vide Mendoza, Maria de.
Monroy et de Ayala, Beatrix, Comitissa de Deleitosa, IV Comitis de Oropesa uxor, 587.
Monserrat, P. Antonius, 353, 355.
Monserrat, P. Antonius (Societatem ingressus anno 1558), 355.
Montañans et Berard, Nicolaus, Majoricae Inquisitor, 600.
Monteleone, Dux de, Vide Pignatelli.
Monterey, III Comes de, Vide Acebedo et Zúñiga, Alphonsus de.
Monterey, IV Comes de, Vide Acebedo Zúñiga et Ulloa.—Ejus uxor, Vide Velasco et Tovar, Agnes.
Montesa, Ferdinandus de, romani Legati Imperatoris Secretarius, 12.
Montesiae Magister, Vide Galceran de Borja.
Montigny, Comes de, Vide Montmorency.
Montis Regalis Archidiaconus, 227.
Montis Regalis Archiepiscopi Suffraganeus, Vide Zambeccarius.
Montis Regalis Collegioli S. J. Rector, Vide Ochoa, P. Sanchius.
Montis Regalis Gubernator, 227.
Montisfiasconis Episcopus, Vide Grassis.
Montmorency, Florentius de, Tornacensis

urbis Gubernator, Comes de Montigny, 312.
Montoya, P. Joannes de, 205.
Monzon, P. Bernardus, 355.
Monzonis Comitia, 387.
Mora, Comites de (male in textu *Comes*), 585.
Morales, P. Emmanuel, 551, 559, 643.
Morbonii (Morbegno) Regentes, 137.
Morbonii (Morbegno) Vicarius, 135.
Morel, Franciscus de, Dominus de Colonges, 73.
Morellus, Jacobus, 318, 319.
Morinensis Episcopus electus, Vide Pictavia.
Moron, Dominus de, Vide Tellez Giron, Joannes.
Morone, Joannes Baptista, Cardinalis, 18.
Morone, S. Petrus de, postea Coelestinus V Papa, Coelestinorum Congregationis institutor, 265.
Morranos, Mattheus de, 361.
Mortagne, P. Joannes, 46, 48.
Moscoso, Alvarus de, Pampilonensis Episcopus, 440.
Mosquera, Joannes de, Commendatarius, 589, 590, 592, 598.
Mota, Simon de la, 602, 607-609.
Motulensis Episcopus, Vide Rebiba.
Moya, Marchio de, Vide Pacheco et Bobadilla.
Moyses, 439.
Mugnon (alias Miñon), Dr. Sanctius de, 490, 491.
Muley Hamida, Tuneti Rex, 218, 221
Muñoz, Andreas, 448, 468, 469.
Muñoz, Ludovicus, 492, 493, 587.
Murillo, Fr. Didacus de, O. S. Fr., 369.
Muro, Gaspar, 370.
Muros, Didacus de, Britoniensis (Mondoñedo) Episcopus, 480.
Muti (Mutus), Mutius, 10.
Mutinensis Collegii S. J. Rector, Vide Leernus.
Mutinensis Episcopus, Vide Foscarari.
Mutinensis Gubernator, Vide Rangone.
Muzzarelli, Hieronymus, Apostolicus Nuncius ad Imper. Carolum V, Archiepiscopus Consensis, 288, 296, 302, 313, 316.
Myrapicensis Episcopus, Vide Guiche.

N

Nabassa, Michaël, S. J., 268.
Nadal (Natalis), P. Hieronymus, Commissarius Hispaniae et Portugalliae, 6, 41, 170, 197, 212, 221, 227, 331, 337, 338, 344, 346, 347, 354, 357, 364, 368, 378, 379, 383-388, 395, 399-401, 407-409, 416, 419, 420, 425, 426, 429, 434-436, 438, 444, 445, 448, 455, 457, 461, 462, 469, 471, 473-486, 488-498, 500, 502, 507, 513, 520, 531, 532, 538-540, 545, 547, 548, 550-555, 557, 569, 584, 590, 598, 600.
Naine, Agnes, 69.
Nájera, III Dux de, Vide Manrique de Lara.
Narnensis Episcopus, Vide Cesi.
Natale, Joannes, 683, 684, 686, 687, 691, 692, 697, 700-703.
Natalis, P. Hieronymus, Vide Nadal.
Nausea, Fridericus, Viennensis Episcopus, 264.
Navarrae Prorex, Vide Cerda, Joannes de la.
Navarro, P. Joannes, Vide Azpilcueta.
Navarro, P. Petrus, 447, 449, 457.
Navarro, Petrus, frater coadj., 340.
Navarrus, Dr., Vide Azpilcueta.
Neapolitani Archiepiscopi Vicarius, Vide Rebiba.
Neapolitani Collegii S. J. Rector, Vide Oviedo, P. Andreas de. — *Id.* Mendoza, P. Christophorus de. — *Id.* Fernandez, P. Gaspar.
Neapolitani regni Gubernator, Vide Mendoza, Bernardinus de.
Neapolitanus Archiepiscopus, Vide Caraffa, Joannes Petrus.
Neapolitanus Prorex, Vide Pacheco, Petrus. — *Id.* Toledo, Petrus de. — *Id.* Afan de Ribera.
Nebrija, Antonius de, 424.
Negroni, Maria de, Francisci Adorni uxor, 41.
Nepos, Joannes Ignatius, Vide Nieto.
Nicolaus III, Marchio d'Este, Dominus Ferrariae, 74.
Niebla, Comes de, Vide Guzman el Bueno, Joannes Alphonsus de. — *Id.* Claros de Guzman.
Niebla, Comitissa de, Vide Zúñiga, Eleonora de.
Nierremberg, P. Eusebius, 273, 284, 345, 405, 411, 421, 422, 439, 578, 621, 666.
Nieto (alias Nepos, Gnieto), Joannes Ignatius, 97, 102, 106, 107.
Niger, P. Joannes, 55, 146, 147, 151, 152.
Nobili, Joannes Antonius, 66.
Nobrega, P. Emmanuel de, Brasiliae Praepositus Provincialis S. J., 548, 549, 611-612, 614-618, 626-628, 632, 634, 635, 637.
Nobrega, P. Michaël de, 128.
Noguera, P. Fructuosus, 601.
Nonell, P. Jacobus, 439.

Norogna, Antonius de, Malaccensis Praefectus, 654, 656.
Noronha, Alphonsus de, Indiae Prorex, 645, 647, 648, 650-652, 658.
Novaës, Josephus de, 131, 157.
Novi Castelli neapolitani Praefectus, Vide Mendoza, Joannes de.
Nucula, Horatius, 144.
Nunes, P. Leonardus, 612, 632, 634-636, 638, 640.
Nunes Barreto (Nunnius Barreto), P. Joannes, Aethiopiae Patriarcha, 8, 14, 15, 27, 28, 507, 519, 567 571, 575, 577, 579-581.
Nunes Barreto (Nunnius Barreto), P. Melchior, Indiae Praepositus Provincialis, S. J., 559, 642-644, 646, 647, 649-657, 660, 664, 667, 668.
Nurscia, Benedictus de, 66.

O

Oaxacae (Antequera) Episcopus, Vide Hevia, Franciscus Didacus de.
Obregon, canonicus Burgensis, 404, 405.
Ochinus, Bernardinus, 198. 211.
Ochoa, P. Michaël, Ognatensis Collegii S. J., Rector, 429-433.
Ochoa, P. Sanchius, Montis Regalis Collegioli Rector, 225, 226.
Ognatensis Collegii S. J. Rector, Vide Ochoa, P. Michaël.
Olāh (Olaus), Nicolaus, Strigoniensis Archiepiscopus, 253.
Olave, Hieronymus de, Victoriensis ecclesiae Thesaurarius, 400.
Olave, P. Martinus de, 6, 7, 10, 140, 141, 180, 284, 320, 340, 357, 476.
Olea, Bernardus de, 44.
Oliva, IV Comes de, Vide Centelles et Folch, Petrus.
Oliverius, 683.
Olivier (Oliverius), P. Bernardus, 6, 244, 269, 272, 286, 287, 292, 298-316.
Olivier (Oliverius), Bernardus, Patris Bernardi nepos, postea Societatem ingressus, Rector Valenciennes, et Belgii Praepositus Provincialis, 300.
Olivier (Oliverius), Henricus, Patris Bernardi frater, 300.
Olivier (Oliverius), Jacobus, 300.
Omar, 74.
Orgaz, I Comes de, Vide Perez de Guzman, Alvarus.—Ejus uxor, Vide Toledo, Joanna de.
Ori (Ory, Oriz), Matthaeus, O. P., 72, 74, 75, 79.
Orive, Alvarus de, 408.
Orlandini, P. Nicolaus, 6, 8, 12, 22, 23, 25, 28, 30, 33, 81, 106, 212, 268, 464, 500, 509, 533, 574, 577, 582, 611, 613, 616, 621, 624, 626, 627, 636, 645, 646, 666, 671.
Ormuciensis arcis praefectus, 128.
Oropesa, IV Comes de, Vide Alvarez de Toledo, Ferdinandus. — Ejus uxor, Vide Monroy et de Ayala.
Osius, Stanislaus, Varmiensis Episcopus, Vide Hosius.
Osorio, Joannes, 225.
Osuna, Dominus de, Vide Tellez Giron, Joannes.
Otello, P. Hieronymus, 191, 192, 196-200.
Ottilio, Joannes (alias Joannino vel Joanico tantum dictus), 117, 120.
Outreman (alias Oultreman), P. Petrus d', 355.
Ovetensis dioecesis Vicarius, 592.
Ovetensis Episcopus, Vide Rojas et Sandoval, Christophorus de.
Oviedo, P. Andreas de, Neapolitani Collegii S. J. Rector, postea Aethiopiae Patriarchae Coadjutor Episcopus, 15, 23-25, 27-29, 166, 175, 177, 178, 180-182, 184, 185, 188, 189, 210, 288, 289, 363, 403, 422, 441, 575-577, 580, 581.

P

Pacencis (Badajoz) Episcopus, Vide Rojas et Sandoval, Christophorus de.
Pacheco, Didacus, Neapolitani Proregis nepos, 177.
Pacheco, Franciscus, postea Cardinalis, et Episcopus Burgensis, 44, 165.
Pacheco, Petrus, Cardinalis et Neapolitanus Prorex, 32, 171, 174, 178, 180, 183, 184 187, 190.
Pacheco et Bobadilla, Franciscus, IV Dux de Escalona, Marchio de Villena et de Moya. Comes de Jiquena (vel Xiquena) et de San Esteban de Gormaz, et Dominus de Belmonte, 438, 587, 593.
Paeybroëk, P. Daniel, 206.
Paëz, expulsus quidam e S. J. in Portug., 558.
Paëz, Henricus, 374.
Pagés, Leo, 667.
Paiva, P. Emmanuel de, Vide Payva.

Paiva-Manso, Lévy-Maria Jordão de, Vicecomes de Paiva-Manso, 601.
Palacios de Valduerna, Vicecomes de los, Vide Bazan, Petrus de.—Ejus uxor, Vide Ulloa, Joanna de.
Palentinus Episcopus, Vide Gasca
Pallars, Marchionissa de, Vide Folch et Cardona, Joanna.
Pallavicina Cortesia, Constantia, 97, 98, 101.
Palmius, P. Benedictus, 10, 192.
Palmius, P. Franciscus, Bononiensis Collegii S. J. Rector, 28, 108-115, 182, 217.
Pampezzetto, Franciscus, 379.
Pampilonensis Episcopus, Vide Moscoso, Alvarus.—*Id.* Ramirez Sedeño de Fuenleal.
Panormitani Collegii S. J. Rector, Vide Achillis.
Panormitanus Archiepiscopus, Vide Bartholomaeus *de Antiochia*.—*Id.* Carondelet.—*Id.* Tagliavia et Aragon.
Pantalassi (postea Armellinus Medices), Franciscus, Cardinalis Armellinus dictus, 157.
Papino, Hieronymus, inquisitor, 79.
Parada, Petrus de, 497.
Paradensis, P. Nicolaus, 173, 177.
Pardo de la Casta, Hieronymus, 487.
Pardo de la Casta, Ludovicus, 487.
Parisiensis Collegii S. J. Rector, Vide Broët, P. Paschasius.
Parisiensis ecclesiae Cantor (Chantre), 320.
Parisiensis ecclesiae Poenitentiarius, Vide Alleaume.
Parisiensis Episcopus, Vide Bellay.
Parisiensis Facultatis theologiae Decanus, Vide Clerc.
Parisiensis Senatus, 323.
Parmae Ducissa, Vide Austria, Margaretha ab
Parmae Princeps, Vide Maria.
Parmesanus, Mag. Franciscus, 109.
Parra, P. Petrus, 339.
Parro, Sixtus Raymundus, 463.
Paschalis vel Pasqualis, Pater, catalaunus, 577, 581, 582.
Pascual, Matthaeus, Complutensis Collegii, *Trilingüe* dicti, institutor, 412.
Passini Ferrucio, F., 57.
Passitanus, P. Joannes Thomas, 576, 577.
Patarini, Joannes Laurentius, 46-48, 92-94, 96-99, 101, 106.
Patavini Collegii S. J. Rector, Vide Tavonus.
Patavinus, S. Antonius, 691.
Patz, Jacobus, 287.
Paulus Apost., Sanctus, 146, 155, 199, 327.
Paulus III Pontif., 50, 51, 56, 67, 79, 88, 157, 304, 321, 323, 332, 333, 397, 398, 441, 470.
Paulus IV Pontif., 63, 154, 155, 157, 189, 190, 212, 222, 441, 463, 506.
Paulus japonensis, ante baptismum bonzus, Meaci, 673, 674
Paulus, japonensis vir conversus, 671.
Paulus, japonensis vir conversus, alius a Paulo, qui bonzus fuerat, 674.
Paulus, japonensis vir conversus, Michaëlis pater, 676.
Paulus, Ormuciensis, S. J., 531.
Pauteren (Despauterius), Joannes van, 58, 59, 113, 148, 160, 235.
Paxinus, Hercules, Vide Purinus.
Payva, P. Emmanuel de, 611, 630.
Pecorella, Dominicus, 632.
Pedroche, Fr. Thomas de, O. P., 476.
Pelletier, Dr. Joannes, 323.
Pelletier (Pelletarius), P. Joannes le, Ferrariensis Collegii S. J. Rector, 9, 55-86, 97, 100, 101, 152.
Pellota Spinola, Vide Bellota.
Pelt (Peltanus), Mag. Theodorus van, 173, 175, 180.
Peña, P. Joannes, 224.
Peña, Petrus de la, S. J., 376.
Perdigão, Vascus Aegidius, Eborensis Episcopus (1440-1463), 510.
Pereira (alias Perera), Didacus, Proregis Indiae legatus ad Sinas, 645, 646.
Pereira, Eduardus, 407.
Pereira, P. Raymundus, 559, 649.
Pereira, Vincentius, 669, 670.
Perez, P. Ambrosius, 634-637.
Perez, P. Antonius, 632.
Perez, P. Franciscus, 614, 666, 668.
Perez, Gundisalvus, Philippi II Secretarius, 12, 288, 435.
Perez, Mag. Hurtado, 205.
Perez, Joannes, 497.
Perez de Guzman, Alvarus, I Comes de Orgaz, 593.
Perez de Valdivia, Dr. Didacus, 469.
Perpinham, P. Petrus de, 511.
Pertusa, P. Gundisalvus, 427, 428, 468.
Perusini Cardinalis Vicarius, 14, 146, 149, 153-156, 158.
Perusini Collegii S. J. Rector, Vide Mercurien.
Perusino, Carolus Maria, 155.
Perusinus Episcopus et Cardinalis, Vide Corna.
Perusinus Prolegatus, 150, 152-154, 156.
Peschariae Marchio, Vide Dávalos.
Pescheck, Christianus Adolphus, 265.

Pesquera, Franciscus de, 397.
Pesquera (in textu Peschera), Gregorius de, 397.
Petrella, Joannes Nicolaus, 172, 180, 181.
Petronius, juvenis in Societatem admissus Perusii, 145.
Petrus, neapolitanus, 125.
Petrus, VIII Congi Rex, 601.
Petrus Apostolus, Sanctus, 684, 708.
Petrus Joannes, 682, 683.
Pezzana, Barbara, 107.
Pezzana, Hieronyma, 106.
Pharensis (insulae Lesinae) Episcopus electus, Vide Delfino.
Philippus II, Hispaniae Princeps, postea Siciliae, Angliae et Hispaniae Rex, 12, 36, 63, 131, 134, 135, 138, 169, 172, 180, 186, 187, 219, 223, 225, 231, 282, 283, 288, 313, 356, 370, 387, 394, 396, 403, 434, 435, 437, 440, 452, 463, 465, 470, 474, 479, 485-488, 492-495, 529, 552, 585 589, 592.
Philotheus, Alexandriae Patriarcha, 574.
Picardi vel Picarditae, haeretici, 266.
Picart (Picardus), Dr. Franciscus, 323.
Pico de la Mirandola, Joannes, 256.
Pictavia, Gulielmus de, Leodiensis Ecclesiae archidiaconus et Episcopi Cancellarius, in Episcopum Morinensem electus, 280, 295, 306.
Pigafetta, Philippus, Vide Lopez Pigafetta.
Pighini, Sebastianus, Cardinalis, 18
Pignatelli, Hector, Dux de Monteleone, 18.
Pimentel, Alphonsus, 186.
Pimentel, Bernardinus de, Marchio de Távara, 387.
Pimentel, Eleonora, Placentiae Ducissa, 599.
Pincerni, Petrus, 65.
Pinellus Adornus, Franciscus, 31.
Pinheiro, Antonius, primum Mirandae, postea Leiriae Episcopus, 529, 558.
Pino, Benedictus a, 682, 683.
Pino, Genevrina a, 683.
Piñas, P. Balthasar, 343, 365, 371-373.
Piratiningae Gubernator, 622.
Pirrus, Rocchus, 209.
Pisa, Mag. Alphonsus, 10, 205.
Pisani, Franciscus, Cardinalis, 485.
Pissek, Henricus, Sacri Collegii Praepositus, 242.
Pius IV Pontif., 154, 366, 506, 507.
Pius V Pontif., 60, 64, 142, 157, 171, 377, 506, 507.
Placentiae Dux, Vide Zúñiga, Alvarus de. — Ejus uxor, Vide Pimentel, Eleonora.
Placentinus (in Hispania) Episcopus, Vide Vargas de Carvajal.
Placentinus (in Italia) Episcopus et Cardinalis, Vide Arezzo.
Plaza, Dr. Joannes de la, 414, 444, 445, 447.
Poële, Robertus van den, Lovaniensis Collegii *St. Ive* institutor, 291.
Poggio, Joannes, Apostolicus Nuncius in Hispania, Cardinalis, 114, 115, 220, 359, 363, 440.
Polanco, Gregorius de, 402.
Polanco, P. Joannes Alphonsus de, 7, 13, 14, 81, 84-87, 90 93, 96, 97, 99-102, 106, 107, 109, 111, 113, 114, 117, 119-121, 125-127, 129-131, 134, 138, 140-144, 148, 150-152, 154-156, 158, 159, 162, 164, 166, 169, 175, 176, 178, 180, 182, 185, 186, 188-190, 192, 194-199, 204, 205, 209-213, 216, 217, 219-222, 227, 230, 232, 233, 235-240, 243-246, 248, 250-264, 267-269, 271, 274, 280, 283, 284, 286, 288, 289, 295, 298, 299, 302, 306, 308, 310, 314, 317-322, 327, 328, 333, 346, 352, 353, 355-358, 360, 361, 365, 368, 369, 375, 378-380, 382, 385-388, 392, 399, 402, 405-408, 412, 414, 416, 422, 429, 430, 435, 436, 439, 440, 447, 452, 453, 457, 464, 468-470, 476-478, 481, 484, 487, 488, 491-494, 497, 499, 500, 507, 509, 513, 520, 522, 523, 538, 539, 542, 545, 548, 550, 552-554, 557, 560, 566, 570, 574, 577, 578, 584, 591, 595, 601, 603, 614, 616, 618, 629, 631, 634, 636, 646-648, 651, 654, 661, 670, 677.
Polini, Antonius Marcus, 702.
Polites (Polita), Nicolaus, 245, 246.
Polizinus, Gilbertus, 41, 150, 151, 168.
Polo, Reginaldus, Cardin., Sedis Apostolicae Legatus ad Principes christianos, 82, 285-287, 296, 302-305, 312, 313, 316, 319, 435.
Poloniae Regina, Vide Catharina.
Poloniae Rex, Vide Segismundus II.
Ponce de Leon, Anna, Comitissa de Feria, Ducis II de Arcos soror, 471.
Ponce de Leon, Eleonora, filia Marchionum de Lara, 356.
Ponce de Leon, Ferdinandus, 595.
Ponce de Leon, Ludovicus Christophorus, II Dux de Arcos, Marchio de Zahara, Comes de Casares, Dominus de Villagarcia, 470, 471.
Pontanus, Gulielmus, 156.
Porco, Franciscus del, jussu S. Ignatii *Porcio* (*Portius*) dictus, 211.
Portallegrensis Episcopus, Vide Alva, Julianus de.
Portillo, Hieronymus de, 374.
Porto, Franciscus, 69.
Portocarrero, Ludovicus, 387.
Portugal et Colon, Alvarus de, II Comes de Gelves, 387.

Portugalliae X Comes stabilis, Vide Eduardus (Duarte).
Portugalliae Infans, Vide Ludovicus.—*Id.* Henricus, Cardinalis.—*Id.* Maria.—*Id.* Eduardus (Duarte).—*Id.* Isabella.
Portugalliae Princeps, Vide Joannes..., Joannis III Regis filius.—*Id.* Sebastianus.
Portugalliae Regina, Vide Catharina.
Portugalliae Rex, Vide Emmanuel.—*Id.* Alphonsus Henriquez.—*Id.* Joannes III.—*Id.* Sebastianus.—*Id.* Joannes IV.
Portus Sanctae Mariae Comes, Vide Cerda, Joannes de la.
Posonii (Pressburg) Dieta, 241.
Possini, P. Petrus, 650, 654, 667.
Postel (Postellus), Gulielmus, olim e Societate Jesu, 235-237.
Pozo, P. Petrus del, 398, 400, 401, 424 426, 428.
Pozzi, Hieronymus, Marianensis Episcopus, 681, 703, 704.
Prádano, Joannes, 374.
Pradene, P. Petrus, 22.
Prades, Comitissa de, Vide Folch et Cardona, Joanna.
Prado, Alphonsus del, S. J., 376.
Prado, P. Ferdinandus, 535.
Prageneis, Hieronymus, haereticus, 266.
Pragensis Collegii S. J. Rector, Vide Goisson.
Pragensis Episcopus (1582), Vide Medek.
Prat, Gulielmus du, Claramontanus Episcopus, 316-318, 322, 324, 327, 328.
Prat, P. Joannes Maria, 236, 323.
Prato, Philippus Antonius de, 171.
Priego, Marchionissa de, Vide Fernandez de Córdoba, Catharina.
Promnitz, Balthasar a, Vratislaviensis Episcopus, 253.
Prosper, 699.
Provincialis Praepositus S. J., Aethiopiae, Vide Quadros.=Aragoniae, Vide Estrada.=Austriae, Vide Blyssemius.=Baeticae, Vide Torres, P. Michaël de.=Belgii, Vide Olivier (Oliverius), Bernardus.=Brasiliensis, Vide Nobrega, P. Emmanuel.=Castellae, Vide Araoz.=Galliae, Vide Broët.=Indiae, Vide Nuñez, P. Melchior.=Italiae, citra Romam et Neapolim, Vide Laynez.=Portugalliae, Vide Miron, P. Jacobus.=Siciliae, Vide Domenech.
Ptolomaeus, 224.
Purinus (alias Paxinus), Hercules, 106.
Puteo, Jacobus de, Barensis Archiepiscopus et Cardinalis, 14.
Putti, Hippolyta de', 69.

Q

Quackelbein (Coturnossius), Gulielmus, 239.
Quadros, Antonius de, alius a sequenti, 138.
Quadros, P. Antonius de (olim Tyburtius), Aethiopiae Provincialis, 6, 15, 483, 521, 522, 535, 537, 539, 548, 554, 562, 577, 578, 581, 582.
Queralt, Joannes, frater coadj., 353.
Queralt, P. Joannes, Barcinonensis Collegii S. J. Superior, 353, 355, 357.
Quetif, Fr. Jacobus, O. P., 333.
Quicherat, Julius Stephanus Joseph, 320.
Quirini, Hieronymus, postea Josephus Maria dictus, 286.

R

Raderus, Matthaeus, 273.
Ramirez, Antonius, 447.
Ramirez, P. Joannes, 345.
Ramirez, P. Michaël, 445, 447.
Ramirez de Vergara, Dr. Alphonsus, 408, 421, 424 426, 481, 484, 594.
Ramirez Sedeño de Fuenleal, Didacus, Pampilonensis Episcopus, 440.
Rangone, Hercules, Comes, Mutinensis-gubernator, 93, 103.
Ravennae Praeses, Vide Cesi.
Ravennatensis Archiepiscopus, Vide Farnese, Rainuccius.
Ravennatensis Vicarius, 87-90.
Raynaldi, frater, 55.
Raynaldi, Odericus, 19, 285, 580.
Rebello da Silva, Ludovicus Augustus, 545.
Rebiba, Scipio, Neapolitani Archiep. Vicarius, Motulensis Episcopus, 171, 172.
Redondo, III Comes de, Vide Continho.
Regiensis Archiepiscopus, Vide Fosso vel Fossa, Gaspar a.
Regiera, unus ex pueris orphanis e Lusitania in Indiam missis, 652.
Regius, Mag. Petrus, 149, 151.
Regius (Ragius?), Stephanus, 30.
Reiffenberg, P. Fridericus, 268, 278.
Reis (a Regibus), Bernardinus dos, antea Escalço (Discalceatus, Excalceatus) dictus, 553, 578.

Renata, Ferdinandi Ducissa, 61, 67-81, 83, 86, 141, 170.
Rengifo, Blasius, 407.
Reynaldis, Tarquinus de, 140, 340.
Reynoso, Isabella de, 166, 170.
Rho, P. Joannes, 355.
Ricasoli, Joannes, 18, 164, 167, 169.
Ricasoli, Joannes Baptista de, Cortonensis Episcopus, 164, 169.
Ricasoli, Pandulphus de, 165.
Riera, P. Raphaël, 46, 48, 51.
Risco, Fr. Emmanuel, O. S. A., 592.
Rittershusius, Nicolaus, 56.
Riva, P. Augustinus de la, 52, 53, 109.
Riva, Dominicus, 212, 338.
Rivadeneira, P. Petrus de, 10, 411, 468, 493
Rivera et Morejon, Methymnensis Abbas, 390.
Roa, P. Martinus de, 426.
Robertus, Pater S. J. gallus, alius a Roberto Clayssone, 196, 224.
Robore, Fr. Antonius de, 21, 23, 29.
Rocha, Mag. Antiquus (Joannes?), 445 447.
Rochabertinus Vicecomes, Vide Martin, Onophrius.
Rodericus, frater, 391.
Rodi, Philippus, 74
Rodocanachi, E., 56, 61. 68, 69, 73-76, 79.
Rodriguez, Antonius, 623.
Rodriguez, P. Christophorus, 340, 346, 347, 350, 414.
Rodriguez, Didacus, legatus Magni Congi ad Regem Portugalliae, 601, 607, 609.
Rodriguez, P. Emmanuel, 601.
Rodriguez, P. Franciscus, 521, 522, 525, 546, 577, 578, 661.
Rodriguez, P. Gundisalvus, 665.
Rodriguez, Joannes, Vide Gurrea, Joannes.
Rodriguez, Ludovicus, 573.
Rodriguez, P. Salvator, 634.
Rodriguez, P. Simon, 6-8, 33, 127, 129-134, 384, 433, 547, 548, 550, 551, 559, 560.
Rodriguez, P. Vincentius, 614, 615, 636, 639.
Rogerio, Mag., 10.
Roilet, Mag Guido, 10.
Rojas, Antonius, 387.
Rojas, P. Franciscus, Caesaraugustani Collegii S. J Superior, 363, 365, 368, 369, 596.
Rojas et Sandoval, Christophorus de, Ovetensis primum, postea Pacensis (Badajoz) Episcopus, tandem Hispalensis Archiepiscopus, 591, 592.
Rojel, P. Joannes, 337, 344.
Roman, P. Alphonsus, 365, 368.
Romani Collegii S. J., Germanici dicti, Rector, Vide Freux —*Id.* Goisson.
Romani Collegii S. J., Romani dicti, Rector, Vide Manare (Manareus), P. Oliverius.
Romano, Thomas, 151
Romanorum Rex, Vide Ferdinandus I.— *Id* Carolus IV.
Rondinelli, Joannes Antonius, 64.
Roothaan, P. Joannes, Praepositus Generalis Societatis Jesu, 416.
Rossetti, Alphonsus, prius Comachensis Episcopus, mox Ferrariensis Archiep., 64, 78, 79.
Rousseau, Gabriela, 69.
Ruggieri, Ferrariensis Ducis Legatus Romae, 74.
Ruiseco, bacchalaureus, 402
Ruistre, Nicolaus de, Atrebatensis Episcopus, Lovaniensis Collegii *d'Arras* institutor, 291.
Ruiz de Barrientos, Alduncia, 437.
Ruiz de Bernui vel de Bernuy, Petrus, S. J., 376, 401.
Ruiz de la Cámara, Didacus, Methymnensis Abbas, 390.
Rycke, Ludovicus de, Lovaniensis Collegii Theologiae institutor, 290.

S

Sá, Mag. Emmanuel de, 41, 43, 337, 407, 414, 481.
Sabelli, Jacobus, Cardinalis, Apostolicus legatus in agro Piceno, seu Marchia, 46.
Sacchini, P. Franciscus, 67, 120, 138, 181, 239, 244, 245, 264, 308, 645, 666, 667, 673, 677, 681.
Sacerdote, Gregorius, 59.
Sacrati, Alphonsus, 91.
Sacri Collegii Praepositus, Vide Pissek.
Sainz de Baranda, Petrus, 283, 284, 492.
Salazar, frater, 407.
Salazar, Joannes de, Ansanensis seu Lancianensis (de Lanciano) Archiepiscopus, 492.
Salazar, Mag. Marcellus de, 445-447.
Salazar et Castro, Ludovicus de, 359, 370, 422, 430, 455.
Salernitanus Archiepiscopus, Vide Seripando.
Salinas, P. Dr. Marcus, 407, 414, 423.
Salmanticensis Collegii S. J. Rector, Vide Torres, P. Michaël de.—*Id.* Hernandez, P. Bartholomaeus. — *Id.* Suarez (alias, Juarez, Xuarez).

Salmeron, P. Alphonsus, 18, 28, 32, 33, 35, 130, 171, 173-180, 182, 184-190, 210, 289.
Salmeron, P. Nicolaus, 6.
Salomon, 192.
Salvatierra, Joannes de, S. J., 376.
Salvatierra, Joannes de, Fratris Joannis de Salvatierra pater, 376.
Salvator, frater, 172.
Salvatoris Sancti in Lauro, Clerici Regulares, Romae, 60.
Salvo, Andreas, 116, 126.
Samuel, Ferrariensis Episcopus, haeret., 59.
San Esteban de Gormaz, Comes de, Vide Pacheco et Bobadilla.
Sanchez, P. Alphonsus, Patris Christophori Madrid frater, 7.
Sanchez, Antonius, alius a Dre. Siguntino ejusdem nominis, 411.
Sanchez, P. Antonius, Dr. Siguntinus, 408, 411.
Sanchez, Christophorus, Vide Santacruz, Christophorus.
Sanchez, Gaspar, 218.
Sanchez, Joannes, alius a P. Joanne Baptista Sanchez, 448.
Sanchez, P. Joannes Baptista, 386, 388-390, 393.
Sanchez, Mag. Petrus, 595.
Sanchez Biedma, Josephus, 380.
Sanchez de Toledo, Maria, 362.
Sanchez de Velasco et Tovar, Joannes, I Marchio de Berlanga, 422, 588.
Sanctae Crucis Cardinalis, Vide Cervini.
Sancti Angeli Cardinalis, Vide Farnese, Rainuccius.
Sancti Salvatoris (seu Bahiae) Episcopus, Vide Fernandez Sardinha.
Sancti Thomae Episcopus, Vide Joannes Baptista.
Sandoval, P. Alphonsus de, 408, 480.
Sandoval, Bernardinus de, 376, 377.
Sandoval, Fr. Ludovicus de, 569.
Sandoval, Maria de, Didaci Gomez Manrique, I Comitis de Treviño, uxor, 430.
Sandoval et Rojas, Ludovicus de, III Dianii (Denia) Marchio, 591.
Sandoval et Zúñiga, Franciscus de, Comes de Lerma, 387.
Sangle, Claudius de la, Melitae Magister, 213, 216.
Sangrador Vitores, Matthias, 383, 394.
Sanlucar de Barrameda, Dominus de, Vide Guzman el Bueno, Joannes Alphonsus de.
Sans, Rochus, 511.
Santa Fe, Paulus de, 671.
Santacruz, P..., Provincialis Aragoniae socius, 368, 371.
Santacruz, Christophorus, Patris Jacob Santa Cruz frater, etiam dictus Christophorus Sanchez, 464.
Santacruz, P. Jacobus, 457, 459, 464, 521, 522, 557.
Santacruz, P. Joannes, 398, 400, 401.
Santacruz, P. Petrus, 513, 516, 518.
Santander, P. Ludovicus, 343, 350, 371, 468.
Santangel, Ludovicus de, 373.
Santinus, 682.
Santivañez, Joannes de, 359, 405, 443-445, 447, 449, 451, 453, 455, 460, 464-466, 468, 470, 515, 595.
Santos Abranches, Joachim dos, 507, 521.
Sarabia, Didacus, 340.
Sardi, Alexander, 59.
Sarlart, P. Quintinus, Vide Charlart.
Sarmiento et Sotomayor, Didacus de, Asturicensis Episcopus, male ab aliquibus Segobricensis Episcopus dictus, 343.
Sastre, Hernandus, 165.
Saul, 196.
Sauli, Hieronymus, Genuensis Archiepiscopus, 33.
Sauli, Nicolaus, 34.
Savana, Nicolaus, 64.
Schauenburg, Adolfus III von, Coloniensis Archiepiscopus, 270, 271.
Schenaldo (in Regesto, Schenardo), Joannes Andreas, 139.
Schinosi, P. Franciscus, 179, 190.
Schiren, Andreas, 274, 278.
Schmidl, P. Joannes, 242, 254.
Schotti, Andreas, 377, 413, 414.
Schwarz, Gulielmus Everardus, 16, 254.
Schweicker, Henricus, Alberti V, Ducis Bavariae, Secretarius, 20, 244, 245, 267.
Scipio, Mag. Franciscus, 58, 62, 100, 109.
Scribonius, Henricus, 266.
Sebastianus, Mag., 55.
Sebastianus, Lusitaniae Princeps, postea Rex, 394, 507, 528, 529, 544, 545.
Sebastianus, Patris Simonis Rodriguez famulus, a Petro de Zárate datus, 8, 130, 132.
Sedazzari, Bernardina, 70.
Sedazzari, Gregorius, 70.
Sedazzari, Lucia di, 70.
Segismundus Augustus II, Poloniae Rex, Vide Sigismundus.
Segobricensis II Ducis uxor, Vide Folch et Cardona, Joanna.
Segobricensis II Dux, Vide Aragon, Alphonsus de.
Segobricensis Episcopus, Vide Jofre de Borja.
Segobricensis III Dux, Vide Aragon et Sicilia, Alphonsus de.

Seidi, Joannes, 237.
Sententiarum Magister, Vide Lombardus.
Sentini, Petrus, 140.
Sepúlveda, Dr. Joannes Ginea de, 449.
Seripando, Hieronymus, Salernitanus Archiepiscopus, 185.
Serpa (Serpius), P. Mauritius de, 547.
Serrano, P. Georgius, 500, 502.
Serrano, Gregorius, 614, 627.
Serristori, Averardus, Legatus Florentiae in Urbe, 162.
Servet (Servetus), Michaël, 245.
Sessa, II Ducissae de, conjux, Vide Fernandez de Córdoba, Ludovicus.
Sessa, III Dux de, Vide Fernandez de Córdoba, Gundisalvus.
Sevillano, Franciscus, 391.
Sevillano, Petrus, Methymnensis Collegii S. J. Rector, 382, 383, 388, 391, 491.
Sforzae Pallavicini uxor, 238.
Siciliae Prorex, Vide Cerda, Joannes de la.—*Id.* Vega, Joannes de.
Siciliae Rex, Vide Philippus II.
Siena, Hieronymus de, 68.
Sigismundus Augustus II, Poloniae Rex, 19, 131, 135, 246, 247.
Sigonius, Carolus, 109.
Siliceo, Joannes, Vide Martinez Guijarro.
Silva, Catharina de, prima Comitis de Melito uxor, 370.
Silva, Innocentius Franciscus da, 529, 573.
Silvae Ducis Episcopus, Vide Zoës.
Silveira, P. Gundisalvus de, Ulyssiponensis Professorum Domus Praepositus, 6, 533, 534, 537, 539, 541.
Simeon, 447.
Simon Magus, 707.
Skalich de Lika, Dr. Paulus, 256, 257.
Soares, Joannes, O. S. A., Conimbricensis Episcopus, 499.
Socher, P. Antonius, 232, 253.
Soffner, Joannes, 253.
Solano, Fr. Petrus, 380.
Soldevilla, P. Antonius, Genuensis Collegii S. J. Rector, 39, 42, 43, 164, 263.
Soler, Monserrat, 355.
Solis, P. Antonius de, 466.
Sommervogel, P. Carolus, 13, 14, 28, 90, 379, 664, 674.
Sosa, Joannes de, 618-620, 622.
Sosa, Thomas de, antea Brasiliae Gubernator, 548, 549.
Soto, Fr. Dominicus de, O. P., 284.
Soto, Fr. Petrus de, O. P., 283-285, 493.
Sotomayor, Fr. Petrus de, O. P., 379, 380.
Souza, Fr. Ludovicus de, 14.
Soveral, P. Didacus de, 500, 551, 659, 664, 665.
Sozzarini, domina Tobia, 693.
Spatt, Wolphangus, 237.
Spiga, P. Petrus, 292.
Spinola, Hieronymus, 175.
Spinola, Thomas, 30.
Standonck, Joannes, Lovaniensis Collegii *de Standonck* institutor, 291.
Staphylus, Fridericus, 254.
Stefano, Petrus de, 171.
Steinhuber, Andreas, S. J., Cardinalis, 20, 237, 238, 256.
Stephanus, fr., 68.
Stephanus, Robertus, 319, 321.
Stevez, P. Michaël, 555.
Stevordianus, Mag. Martinus, 241.
Strata, Franciscus, canonicus Marianensis, 703, 704.
Strigonensis Archiepiscopus, Vide Olah.
Strozzi, Petrus, 165.
Suarez, Antonius, S. J., 376.
Suarez, P. Cyprianus, 524, 526, 528.
Suarez, P. Didacus de, 376.
Suarez, P. Franciscus, 506.
Suarez de Figueroa, Gomus (Gomez), V Comes et I Dux de Feria, Legatus Philippi II in Anglia, 224, 587.
Suarez de Figueroa, Laurentius, III Comes de Feria, P. Antonii de Córdoba pater, 587.
Suarez (in textu Xuarez), Didacus, 407, 408.
Suarez (Xuarez, Juarez), P. Joannes, Salmanticensis Collegii S. J. Superior, 374, 376, 401, 465, 594, 595.
Suessae Episcopus, Vide Florimonte.
Summalius, Henricus, 125.
Suriano, Angelus, 268.
Suriano, Michaël, Legatus venetus apud Regem Romanorum, 238, 268.
Sylva, Eduardus de, 671, 673, 677.
Sylvester, 689.
Syracusanus Episcopus, Vide Bononia.

T

Tablares, P. Petrus de, 356, 357, 364, 368-370, 384, 391, 424, 476, 484.
Tackoën, Vide Zillelebeke.
Tagliavia de Aragon, Petrus, Panormitanus Archiepiscopus et Cardinalis, 206, 209, 214.
Tamayo, Gundisalvus de, 402.
Tamayo, Petrus de, 402.
Tapper (a Butkens *Tassis* dictus), Ruardus, Lovaniensis Academiae Cancellarius et Decanus, 284, 287, 289, 298.

Tarifa, II Marchio de, Vide Afan de Ribera.
Tarraconensis Archiepiscopus, Vide Teres, Joannes.—*Id.* Cervantes de Salazar, Gaspar.
Távara, Marchio de, Vide Pimentel, Bernardinus de.
Tavera, Joannes VII, Cardin. et Archiepiscopus Toletanus, 477.
Tavonus, P. Joannes Baptista, Patavini Collegii S. J. Rector, 116-122, 126-128, 204.
Tavora, Emmanuel de, 646, 647.
Taxis, Matthias de, Ferdinandi I Austriae postarum magister, 244.
Taxorae Rex vel Xeche, 217.
Tejeda, Maria de, 586.
Tejeda (Texeda), Raphaël, 407.
Telles, P. Balthasar, 555, 509, 511, 520, 528, 562, 563, 574, 577, 580, 621.
Tellez Giron, Joannes, IV Comes de Ureña, et Dominus oppidorum Osuna, Cazalla, Moron, etc., 469, 470.
Tello, Ferdinandus, 491, 591, 594.
Tendilla, Comes de, Vide Lopez de Mendoza, Ignigus.
Terentius, Publius, 56, 204.
Teres, Joannes, Tarraconensis Archiepiscopus, 336.
Terni Episcopus, Vide Barba, Joannes Jacobus.
Texeda, Raphaël, Vide Tejeda.
Textor, Urbanus, Vide Weber.
Thaddaeus, senensis, 125.
Theatinus Cardinalis, Vide Caraffa, Joannes Petrus.
Thelesinus Episcopus, Vide Massarello.
Theophilus, Vitus, Abbas monasterii sionaei praemonstratensis, Pragae, 266.
Therama, Joannis Natale uxor, 683-688, 690-693, 696, 697, 700, 702.
Theresia a Jesu, Sancta, 437.
Theronneau, Margaretha, 69.
Thomas Apost., Sanctus, 647.
Thunes, Renata de, 69.
Tillanus, Jacobus, Vide Jacobus, juvenis ex oppido Thiel.
Toledo, Eleonora de, Florentiae Ducissa, 18, 32, 34, 35, 39, 41, 45, 140, 161-163, 165-170.
Toledo, Franciscus de, Eleonorae, Florentiae Ducissae, patruus, 162.
Toledo, Joanna de, I Comitis de Orgaz uxor, 593.
Toledo, Joanna Lucas de, IV Ducis de Escalona uxor, 587.
Toledo, Ludovicus de, 160.
Toledo, Petrus de, Neapolitanus Prorex, 32, 170, 177.
Toledo et Figueroa, Maria de, Ducis II de Arcos uxor, 470.
Toletani Archiepiscopi Vicarius, Compluti, 587.
Toletanus Archiepiscopus et Cardinalis, Vide Jimenez (Ximenez) de Cisneros.—*Id.* Fonseca, Alphonsus de.—*Id.* Martinez Guijarro.—*Id.* Tavera, Joannes VII.
Tolosa, Ignatius de, 400.
Tornacensis Episcopi Vicarius, 310.
Tornacensis Episcopus, Vide Croy, Carolus de.
Tornacensis urbis Gubernator, Vide Montmorency.
Torre, Alvarus de, 14.
Torre, Magister de la, 492.
Torrellas, Joannes, 362.
Torres, miles hispanus in Societatem Jesu Neapoli admissus, 181.
Torres, P. Balthasar de, 10.
Torres, Dr. Bartholomaeus, postea Canariensis Episcopus, 384, 435.
Torres, P. Cosmas de, 646, 671-673, 676, 677.
Torres, P. Michaël de, Salmanticensis Collegii S. J. Rector, postea Baeticae Praepositus Provincialis, 374, 379, 382, 384, 385, 389, 442-444, 446, 447, 452, 453, 458, 460-466, 470, 471, 477-479, 482, 483, 488, 493, 520, 545, 554, 584, 597, 599.
Touron, Fr. Antonius, O. P., 283.
Tovar et Vivero, Maria, Ducissa de Frias, Marchionis I de Berlanga mater, 422.
Tramezzino, Michaël, typographus, 125.
Transsylvanus Episcopus, Vide Batthyany.—*Id.* Bornemisza.
Treviño, Comitissa de, Vide Sandoval, Maria de.
Tridentinum Concilium, 169, 288, 439, 441, 474, 492, 556.
Trinitatis SSmae. Prior, Venetiis, Vide Lipomani.
Trivisano, Marcus Antonius, Dux seu Princeps Venetorum, 132.
Trotti, Trottus d', 66.
Trutchsess von Waldburg, Otto, Augustanus Episcopus et Cardinalis, 283, 284.
Tullius Cicero, Marcus, 43, 101, 149, 232.
Tuneti Rex, Vide Muley Hamida.
Tupinachini, populi Brasiliae, 617, 618.
Tupis, populi Brasiliae, 619.
Tursellini, P. Horatius, 50, 650, 654.
Tyburtini Collegii S. J. Rector, Vide Girardin.—*Id.* Cavallier.
Tyburtinus Episcopus, Vide Croce, Joannes Andreas.—*Id.* Croce, Marcus Antonius.
Tylanus, Jacobus, Vide Jacobus, juvenis ex oppido Thiel.
Tyrnaviae Synodus, 253.

U

Ubert, Nicolaus, 137, 138.
Ughelli, Ferdinandus, 53, 141, 324, 440, 441, 492.
Ugoletti, P. Elpidius, 210, 221, 226.
Uguccioni, Benedictus, 402, 404-406.
Ulloa, Joanna de, uxor Domini *de la Bañeza* et Vicecomitis *de los Palacios de Valduerna*, 588.
Ulyssiponensis Archiepiscopus, Vide Vasconcellos et Meneses.
Ulyssiponensis Collegii S. J. Rector, Vide Azebedo.
Ulyssiponensis Professorum Domus S. J. Praepositus, Vide Silveira.
Urbanus Pataviensis, germanus, 268.
Urbino, Antonius de, 210.
Ureña, IV Comes de, Vide Tellez Giron, Joannes.
Urgellensis Episcopus, Vide Capilla.
Uriarte, P. Eugenius, 355.
Urrea, Petrus de, Messanensis *Stratigo*, 196, 197.
Ursino, Latinus, Cardinalis, 60.

V

Valderrábano, P. Joannes de, Vallisoletani Collegii S. J. Rector, 391.
Valdes, Joannes de, 139.
Valdivia, P. Ludovicus, 396, 402, 465, 489, 593.
Valentiae Prorex, Vide Aragon, Alphonsus de.—*Id.* Cárdenas et Pacheco, Bernardinus de.
Valentini Collegii S. J. Rector, Vide Barma. — *Id.* Capilla.—*Id.* Ivañez.
Valentinis, Hieronymus de, Agrigentinus Vicarius, 209, 210, 221.
Valentinus, 699.
Valentinus, Mag. Vincentius, 196, 198.
Valentinus Archiepiscopus, Vide Villanueva, S. Thomas de.
Valerius, Mag. Joannes, 85, 100, 102, 107.
Valle, Marchionis della, filius, Vide Mendoza, Joannes de.
Vallencenae (Valenciennes) Collegii S. J. Rector, Vide Olivier (Oliverius), P. Bernardus.
Vallisoletani Collegii S. J. Rector, Vide Gonzalez, P. Joannes. — *Id.* Valderrábano.
Vandenesse, Joannes de, 387.
Vanegas, Mag., 595.
Vargas, Franciscus, Legatus Hispaniae Venetiis, 132.
Vargas de Carvajal, Gutierre, Placentinus Episcopus, 490, 587, 589, 594, 598, 599.
Varillas, Antonius, 71.
Varinus (Varnius, sed mendose), Vide Guarini vel Guarino.
Varniensis Episcopus, Vide Hosius.
Vasconcellos, P. Simon, 611, 612, 614, 616, 619, 621, 622, 628, 632-636, 641.
Vasconcellos et Meneses, Ferdinandus Ulyssiponensis Archiepiscopus, 541, 542.
Vasti Marchionissa, Vide Gonzaga, Elisabeth.
Vaz, Alphonsus, 499.
Vaz, P. Antonius, 667.
Vaz, P. Gundisalvus, 6, 533-535, 537, 555-557.
Vazquez, frater, alius a P. Dionysio, 407,
Vazquez, Dionysius, 340, 346, 350, 414, 485.
Vega, Elisabeth de, Comitissa, postea Ducissa de Bibona, 195, 211-213, 222, 226-229.
Vega, Ferdinandus de, Proregis Siciliae frater, 200, 201, 212, 220, 223.
Vega, Joannes de, Siciliae Prorex, 35, 144, 145, 180, 194, 195, 198-201, 208, 209, 212-225, 227, 229, 231, 476.
Vega, Suerus de, 229 232.
Veira (alias Beira), P. Joannes de, 646, 668, 669.
Vela, Andreas, 452.
Velasco et Aragon, Juliana Angela, Comitis Stabilis Castellae uxor, 402.
Velasco et Tovar, Agnes, IV Comitissa de Monterey, 588.
Velati, Mag. Joannes Baptista, alias a Jesu, 53.
Velver (alias Belver), P. Petrus, mox Bibonensis Collegii S. J. Rector, 338.
Vendome, Cardinalis de, Vide Bourbon de Vendome, Carolus.
Vendomii Dux, Vide Bourbon, Antonius de.
Venduille, Joannes, Regi Catholico a secretis, 290.
Veneti Collegii Rector, Vide Helmi.
Venetorum Dux seu Princeps, Vide Trivisano.
Venetus Senatus, 134.
Verdolay, P. Joannes de, 345.
Vergara, Joannes, 414.
Vergerius, Petrus, Justinopolitanus (Capodistria) Episcopus, 138.
Verini, Antonius, 66.

Verino, grammaticus, Vide Guarini vel Guarino.
Vermiglio, Petrus Martyr, 138.
Vernado, frater, 407.
Victoria, P. Joannes, 10.
Vieira (alias Viera, Vieyra), P. Franciscus, 500, 551, 659, 664.
Viennensis Academiae Vicecancellarius, Vide Jonas, Jacobus.
Viennensis Collegii S. J. Rector, Vide Lanoy.
Viennensis Episcopus, Vide Nausea.
Viera, seu Vieyra, P. Franciscus, Vide Vieira.
Villagarcia, Dominus de, Vide Ponce de Leon, Ludovicus Christophorus.
Villagarcia, Joannes de, O. P., 493.
Villamur, Vicecomitissa de, Vide Folch et Cardona, Joanna.
Villanova, Franciscus de, 179.
Villanueva, P. Franciscus de, Complutensis Collegii S. J. Rector, 17, 384, 386, 406-409, 414, 421-424, 426, 429, 443, 447, 483, 484, 489, 588, 594.
Villanueva, S. Thomas de, O. S. A., Valentinus Archiepiscopus, 284, 333, 335.
Villareal, sacerdos, 462.
Villela, P. Gaspar, 652.
Villena, Marchio de, Vide Pacheco et Bobadilla.
Vinck, P. Antonius, 194-197, 201, 230-232.
Viñas, Dr. Joannes Josephus, 478.
Viñas, P. Mauritius, 407.
Viñes, Fabritius, 181.
Viñes, Hieronymus, 177-179, 181, 380.
Viñes, Mag. Michaël, 55, 181.
Vio, Thomas de, Cajetanus, Cardin., 445.
Viola, P. Joannes Baptista, Italiae Commissarius, 39-41, 43, 44, 92, 108, 123, 144, 217.
Viperanus, Mag. Joannes Antonius, 53, 150, 151.
Virgilius, Publius, 101.
Virilibus, Laurentius de, 23.
Viruli (alias Manneken), Carolus, Lovaniensis Collegii *du Lys* institutor, 290.
Vishaven (Vishavaeus), P. Cornelius, Vide Wishaven.
Vitalis, frater, 164.
Vitalis, Laelius, 115.
Vito, P. Joannes Philippus, 7, 98, 99, 165, 175, 320.
Vivero, Vide Bivero.
Vives, Ludovicus, 204, 387.
Vogado, Ignatius, Vide Bogado.
Volta, Astor de la, 114.
Vratislaviensis Episcopus, Vide Promnitz.

W

Waltz, Florianus, 238.
Wappler, Antonius, 246.
Weber (Textor), Urbanus, Labacensis Episcopus, 234, 241, 243, 256-258, 264, 265, 267, 268.
Weill, G., 236, 237.
Wesembeke, 309.
Weydman, Nicolaus, 238.
Widmanstadius (in textu Lucretius vel Lunetius), 236, 237.
Wiedemann, Theodorus, 232, 240.
Wildnperger, Bernardus, 238.
Wildperger, Wolphangus, 238.
Wiltzing, Gaspar, 238.
Winckele, Joannes de, Lovaniensis Collegii *de Winckele* institutor, 291.
Winghe, Joannes de, 13.
Wishaven (Vishaven, Vishavaeus), P. Cornelius, 297.
Witte (Candidus), P. Adrianus de, 20, 106, 127, 292, 295-297.
Würtenberg, Christophorus de, Dux, 138.

X

Ximenez, Petrus, Vide Jimenez.
Ximenez, Urraca, Vide Jimenez.
Ximenez de Cisneros, Franciscus, Vide Jimenez (Ximenez) de Cisneros.
Ximeno, Vincentius, 333, 336, 439.
Xiquena, Comes de, Vide Pacheco et Bobadilla.
Xuarez, Didacus, Vide Suarez.
Xuarez, P. Franciscus, Vide Suarez.

Y

Yprensis Episcopus, Vide Baudoin.

Z

Zachaeus, 393.
Zahara, Marchio de, Vide Ponce de Leon, Ludovicus Christophorus.
Zambeccarius, Pompejus, Montis Regalis Archiepiscopi Suffraganeus, 226, 227.
Zara, Archiepiscopus de, Vide Cornaro.

Zárate, P. Alfonsus de, Cordubensis Collegii S. J. Rector, 460.
Zárate, Petrus de, miles S.ti Sepulchri, 8, 21, 130, 131, 134, 135, 172.
Zeneto, Damianus, 14.
Ziegelbauer, Magnoaldus, 267.
Zillelebeke, Carolus de, cognominatus Tackoën, 290.
Zimmer, Joannes, 238.
Zoës, Nicolaus, Silvae Ducis (Bois-le-duc) Episcopus (1615-1625), 290.
Zschokke, Hermannus, 240.
Zúñiga, Alvarus de, Placentiae Dux, 599.
Zúñiga, Eleonora de, Comitissa de Niebla, 2.ª uxor III Ducis de Medinasidonia, 465.
Zúñiga et Avellaneda, Franciscus, IV Comes de Miranda, 588.
Zwichem, Viglius van, 281-283.

INDEX GEOGRAPHICUS

A

Abadia, 587.
Abassinia, Vide Aethiopia.
Abbatia Dumnensis, prope Brugas, 321.
Abbatia Farfae, 89, 143.
Abbatia Laetiensis (de Liessies), 307.
Abbatia Novae Lucis, prope Catanam, 195, 220, 223.
Abbatia Portus Regii (Port-Royal), 325.
Abbatia Sanctae Mariae della Grotta (de Crypta), alias Sancti Philippi, Panormi, 221.
Abbatia Sancti Andreae, prope Brugas, 321.
Abbatia S. Antonii de Benespera, 503, 546.
Abbatia S. Felicis, prope Conimbricam, Vide San Fins.
Abbatia S. Germani, Parisiis, 318.
Abbatia S. Salvatoris, prope Farfam, 143.
Abbatia Sanctorum Petri et Pauli, de Itala, prope Messanam, 200.
Abbatia Vallis de Ponte, prope Perusium, 157.
Abbatia Villae Beltrami, 557, 558.
Abbatia *Vivo* dicta, prope Eugubium, 51.
Abissinia, Vide Aethiopia.
Abula, Vide Avila.
Abulense Collegium S. J., 428, 581, 586.
Aethiopia (alias Abassinia, Abissinia), 14, 27, 29, 46, 149, 166, 354, 381, 385, 422, 530, 568-570, 572-582.
Africa, 8, 15, 186, 199, 200, 216-218, 221, 578, 567, 568, 577, 639.
Africa (Aphrodisium), urbs, 213, 217.
Agram (Zagabria), in Croatia, 257.
Agrigentum, Vide Girgenti.
Alba de Tormes, 436, 437.
Albarracin, 368, 371.
Albua, provincia, 669.
Alcalá de Henares (Complutum), 42, 77, 284, 336, 337, 346, 350, 386, 405, 407-415, 419-424, 426, 434, 436, 445, 471, 485, 486, 582, 595.
Aldea del Rio, 443.
Alega, 60.
Alemtejo, provincia de, in Lusitania, 563.
Alexandria, 571, 581.
Algarbiense Collegium, 551.
Algeria vel Algerium, 570.
Aliano, prope Amangucium, 672.
Alicata, olim Gela, 224.
Almagrense Collegium S. J., 462, 584.
Almagrensis Academia, 462.
Almagro, 462, 584.
Almeirim, 553-555.
Almendral, 587.
Almodovar del Campo, 336.
Alvernia vel Arverna, 316, 317, 327, 328.
Amangucium, 5, 670, 672.
Amboinum, insula, 668, 670.
Amboinum, urbs, 669.
Ampuriarum Comitatus, 359.
Ancona, 6, 134, 141, 142, 217.
Anconitana Marchia, Vide Picenus Ager.
Andreae, Sancti, templum, Bononiae, 115.
Andres (San), oppid. Brasiliae, 613.
Anglia, 13, 19, 124, 137, 138, 152, 169, 283, 285, 296, 310, 311, 313, 316, 387, 396, 403, 434, 440, 487, 492, 493, 495, 535, 551.
Antoing, oppidum, 300, 301.
Antonii, Sancti, templum, Goae, 660.
Antonii, Sancti, templum, Mutinae, 93, 96.
Antonii, Sancti, templum Collegii S. J., Ulyssipone, 521, 541.
Antonii, Sancti, templum Collegii S. J., Vallisoleti, 587, 589.
Anvers (Antuerpia), 258, 289, 297.

Aphrodisium, Vide Africa.
Aracam, Indiae provincia, 644.
Aracoeli templum, Romae, 155.
Aragonia, 5, 345, 346, 384, 385, 398.
Aragoniae Provincia S. J., 331, 338, 339, 364, 373, 385, 490, 492, 595, 596.
Arari provincia, in Brasilia, 627.
Argenta, 55, 66, 88-92.
Argentariae insulae, 551.
Argentinum Collegium S. J., 55, 56, 83, 84, 86.
Argentoratum, Vide Strassburg.
Armuzia vel Armuzium (Ormus), 5, 531, 642, 664, 665.
Arnhem, 248.
Arras (Atrebatum), 14.
Arverna, Vide Alvernia.
Ascensionis seu Sancti Michaëlis monasterium, Messanae, 184.
Asta Regia, Vide Jerez.
Astense Collegium S. J., 386.
Asuncion (La), alias Paragay, id est, caput Paraguariae, 615-617.
Atina vel Atino, 176.
Atrebatum, Vide Arras.
Auena, Vide Avesnes
Augubium, Vide Gubio.
Augustinarum monasterium, Pueri Jesu dictum, Eborae, 510.
Ausonensis (Vich) Episcopatus, 159.
Austria, 6, 11, 19, 243, 246.
Avesnes (in textu Hauenam, Auenam vel Nauenam), 306, 307.
Avila (Abula), 238, 389, 398, 421, 462, 489, 584, 586.
Azpeitia, 433.

B

Baetica, 338, 374, 379, 385, 401, 419, 446, 470, 475, 482, 489, 522.
Baetica Provincia S. J., 382, 384, 385, 389, 442, 447, 457, 462, 463, 467, 472, 483, 490, 492, 595.
Baëza, 462, 468, 584.
Baëzae Collegium, 468, 469.
Baëzanum Collegium S. J., 386, 469, 493, 581, 597.
Bahia, vel San Salvador, in Brasilia, 5, 549, 566, 611, 632-634, 636, 637.
Barcelona (Barcinona), 5, 48, 331, 339, 343, 347, 353-358, 360, 363-365, 372, 373, 399, 482, 595.
Barcinonense Collegium S. J., 343, 353-355, 357, 358, 360, 560, 595.
Barcinonensis Episcopatus, 359.
Bartholomaei, Sancti, templum, Cordubae, 456.
Bartholomaei, Sancti, templum, Mutinae, 105.
Bartholomaei, Sancti, templum, Parisiis, 320.
Bartholomaei de via cava, Sancti, templum, in Pistoriensi dioecesi, 171.
Bassano, 116, 142, 134.
Bastia, Corsicae oppidum, 38, 681-686, 688, 690, 691, 693-702, 704, 708.
Bastiense Collegium S. J., 697
Bavaria, 20, 268, 273.
Baza, in Baetica, 346.
Bazaini Collegium S. J., 665.
Bazainum, 5, 565, 643, 650, 665, 666.
Beghinarum monasterii templum, Tornaci, 311, 314.
Beghinarum monasterium, Tornaci, 310.
Belgium, 5, 21, 272, 281, 283, 292, 298, 301, 311-313, 316.
Belgodere, 682-684, 694, 701, 703.
Belmez, 443.
Belmonte, 593.
Belmontanum Collegium S. J., 593.
Benedicti, Sancti, templum, Ferrariae, 65.
Benedictinarum monasterium sub Regula S. Bernardi, Eborae, 510.
Benedictinorum monasterium, in Brevnou, prope Pragam, 266.
Benedictinorum monasterium Montis Serrati, vulgo *Monserrat* dictum, 359, 474.
Beneguacir, 487.
Bengala, 644.
Berberis, 217.
Berlanga, 422.
Berlin (Berolinum), 255.
Bermeo, 21.
Bernardini, Sancti, templum, Mutinae, 73, 102, 106.
Berolinum, Vide Berlin.
Berrueces, prope Medina de Rioseco, 376.
Besançon (Vesontio, seu Visuntio), 236.
Bibona, 206, 226, 228, 229.
Bibonense Collegium S. J., 215, 228, 229.
Bilbao, 273.
Bilbilis, Vide Calatayud.
Billom (Billomum), 322, 325.
Billomense Collegium S. J., 317, 318, 322, 324, 327.
Billomensis Academia, 317, 322.
Birmanum imperium, 644.
Biscaia, Vide Vizcaya.
Blasii, Sancti, templum, Bononiae, 109.
Bocayrente, 252.
Bohemia, 21, 253, 259, 265, 266.
Boissy, in dioecesi Senonensi, 326.

Bologna (Bononia), 5, 28, 33, 57, 85, 99, 108, 109, 111, 112, 114, 119, 140, 288, 319, 492.
Bonae Spei promontorium, 663.
Bononiense Collegium S. J., 92, 108, 109, 114.
Bononiensis Academia, 33.
Bononiensis Episcopatus, 182.
Bordeaux (Burdigala), 321.
Borgo San Sepolcro, 140.
Borussia, 257.
Bouro, antea Burrus exiguus, 669.
Bouro, antea Burrus magnus, 648, 659.
Brasilia, 5, 400, 511, 538, 548-550, 553, 562, 566, 611, 612, 615-618, 622, 630, 633, 634, 637, 641.
Brasiliae Provincia S. J., 611, 632, 641.
Braunsberg (Braunsberga), 246.
Braunsbergense Collegium S. J., 19.
Breno, Castellum de, 63.
Breslau (Vratislavia), 253, 254.
Brictii, Sancti, templum, Tornaci, 311.
Brie Comte Robert, 325.
Bruges (Brugae), 297, 321.
Bruxelles (Bruxellae), 13, 82, 139, 200, 282, 284, 286, 287, 296, 302, 403.
Bujalance, 443.
Bungum, 5, 651, 656, 670, 674, 675.
Burdigala, Vide Bordeaux.
Burgense Collegium S. J., 5, 384, 385, 389, 398, 400-403, 406, 489.
Burgensis episcopatus, 340.
Burgo, 492.
Burgos (Burgi), 376, 398, 399, 401, 403, 404, 406, 489

C

Caccia, 683.
Cáceres, 376.
Caesaraugusta, Vide Zaragoza.
Caesaraugustanum Collegium S. J., 343 361, 365-368, 370, 372, 373, 484, 494.
Calagurritana dioecesis, 340, 374, 398, 399, 407.
Calatabelota, 222, 228, 229.
Calatagirona, 224.
Calatayud (Bilbilis), 432.
Cambaya, regnum, 665.
Cambrai (Cameracum), 291.
Cameracense Collegium S. J., 315.
Cameracensis episcopatus, 300, 313.
Cameracum, Vide Cambrai.
Campoloro, 683.
Cananea, in Brasilia, 619.
Candia, insula, 132.
Cangoxima, 671.
Canton (in textu Cantaon), 645.
Capuccinorum monasterium, apud Sanlucar de Barrameda, 467.
Carfagnana, 40.
Carmelitarum monasterium, Caesaraugustae, 361.
Carmelitarum monasterium, Viennae, 232-234, 249, 261.
Carmelitarum Calceatorum monasterium, in urbe Sanlucar de Barrameda, 467.
Carmelitarum Discalceatarum monasterium, in urbe Sanlucar de Barrameda, 467.
Carmelitarum Discalceatorum monasterium, in urbe Sanlucar de Barrameda, 467.
Carraicedo, 535.
Casa de la Reina (Domus Reginae), 433.
Castella Vetus, 415, 483.
Castellae Provincia S. J., 361, 374, 384 386, 424, 428, 429, 441, 442, 490, 492, 560, 585, 595.
Castellae regnum, 5, 391, 394, 413, 465, 492, 516, 544, 569.
Castellon de Ampurias, 359.
Casula, 40.
Casulense monasterium novum, 40.
Catalaunia, 331, 345, 356, 358, 359, 384, 385, 487, 560, 591.
Cataldi, Sancti, templum, Panormi, 223.
Catana, 195, 221, 223, 224.
Catanense Collegium S. J., 223.
Catharinae, Sanctae, monasterium, Caesaraugustae, 361.
Cathedrale templum, Burgis, 403.
» » Caesaraugustae, 367.
» » Conchae, 426.
» » Cordubae, 449, 451, 456.
» » Eborae, 510.
» » Ercavicae, 371.
» » Goae, 643.
» » Hispali, 466.
» » Malacae, 655.
» » Messanae, 196, 197.
» » Neapoli, 171.
» » Pampilonae, 450.
» » Panormi, 213.
» » Perusii, 147.
» » Placentiae (in Hispania), 594.
» » Toleti, 377, 463.
» » Valentiae, 600.
» » Viennae, 240, 241.
Caulanum, 5, 643, 653.
Caulanum Collegium S. J., 564.
Cayrus, 128.
Cazalla de la Sierra, 443.
Cefalensis Episcopatus, 215, 216, 221.

Ceram, insula, 668.
Ceuta, 568, 569
Ceylanum, insula, 646.
Chiavenna (in textu Ciabena), 139.
Chiromandel, provincia, 637.
Choram (in textu Ciora), insula, 650, 651.
Ciudad Real, provincia, 462.
Claraе, Sanctae, templum, Bastiae, 682.
Claramontana domus S. J., Parisiis, Vide Parisiense Collegium S. J.
Claramontanus episcopatus, 217, 322, 328.
Clarissarum monasterium, Eborae, 510.
Clarissarum monasterium, in oppido Casa de la Reina, 439.
Clarissarum monasterium, de Regina coeli dictum, apud Sanlucar de Barrameda, 467.
Clèves (Clevia), 13.
Cochin (Cochinum), 5, 565, 643, 653.
Coelestinorum monasterium, «Sancti Spiritus», oybinense, in Lusatia Superiori (Oberlausitz), prope oppidum Zitau, 265.
Coimbra (Conimbria, Conimbrica), 5, 380, 500, 502-505, 507-509, 512, 519, 521, 530, 531, 535, 543, 556, 561, 569, 573, 603.
Coira, 138.
Collegiata ecclesia Sanctorum Justi et Pastoris, Compluti, 423, 474.
Colonia, Vide Köln.
Coloniense Collegium S. J., 6, 268, 270.
Colonienasis Academia, 271.
Coloniensis episcopatus, 271.
Columbani, Sancti, templum, Bononiae, 114, 115.
Complutense Collegium S. J., 5, 370, 384, 385, 406, 410, 417, 420-424, 426, 429, 484, 485.
Complutense Collegium, *Trilingue* dictum, 412.
Complutensis Academia, 284, 408-413, 416, 419-421, 474, 486, 595.
Complutum, Vide Alcalá de Henares.
Compostellana Academia, seu Collegium S. Hieronymi, 478, 479.
Compostellanum Collegium S. J., 478-480, 489.
Compostellanum Collegium Sancti Hieronymi, Vide Compostellana Academia.
Compostellanus episcopatus, 374.
Comurini Caput, 563, 665.
Comurinum, 5, 643, 663, 637, 669.
Concha, Vide Cuenca.
Conchense Collegium S. J., 345, 410, 424-426, 428, 584.
Conchensis dioecesis, 374, 407.
Condé, le Chateau de, non longe a Peruwelz, 303.
Conganum Collegium S. J., 601, 601, 608.
Congum, Vide Magnum Congum.
Conimbrica, Conimbria, Vide Coimbra.
Conimbricense Collegium S. J., 381, 496-498, 500, 503-505, 507, 508, 532, 533, 546, 547, 553, 554, 556, 558.
Conimbricense Collegium, Regium dictum, 380, 500, 501.
Conimbricensis Academia, 505, 511, 556.
Consandolo, Castellum de, non longe a Ferraria, 69, 84, 86.
Constantiensis episcopatus, 238.
Constantinopolis, Vide Stamboul.
Conversarum monasterii templum, Mutinae, 97.
Conversarum monasterium, Ferrariae, 61, 83.
Conversarum monasterium, Mutinae, 104.
Conversarum monasterium, Sanctae Marthae dictum, Romae, 168.
Conza, 288.
Corbaia, 683, 684.
Córdoba (Corduba), 283, 374, 390, 407, 414, 442-447, 449-453, 455-461, 463, 464, 466, 468, 469, 471, 485, 488, 489, 547, 597.
Cordubense Collegium S. J., 5, 162, 374, 382, 381-385, 401, 407, 412-447, 449, 452, 453, 456-459, 461, 471, 488, 584, 596, 597
Cordubensis episcopatus, 443.
Corporis Christi monasterium, Ferrariae, 70, 74
Corsica, insula, 6, 36, 39, 233, 681, 687, 690, 696, 698, 699, 701, 703, 705.
Coruña, 387.
Cosmae, Sancti, templum, Parisiis, 318.
Cracovia, 248.
Cracoviensis Academia, 248.
Crems, Cremsa, Cremisium, Vide Krems.
Creta, insula, 132.
Cuba, 60.
Cuenca (Concha), 345, 409, 414, 424-428, 584.
Cutani, oppid., 675.
Cyprus, insula, 131.

D

Dania, 13.
Dertusensis (Tortosa) episcopatus, 359.
Dilingensis Academia, 283, 284.
Discalceatorum B. M. Virginis de Mercede monasterium, in urbe Sanlucar de Barrameda, 467.
Dominicanarum monasterium, de Matre Dei dictum, in urbe Sanlucar de Barrameda, 467.
Dominicanarum monasterium, Dominae Nostrae de Paradiso dictum, Eborae, 510.

Dominicanarum monasterium, Sanctae Catharinae Senensis dictum, Eborae, 510.
Dominicanorum monasterium, Argentae, 91.
Dominicanorum monasterium, in oppido Talavera de la Reina, 283
Dominicanorum monasterium, in urbe Sanlucar de Barrameda, 467.
Dominicanorum monasterium, Placentiae (in Hispania), 598.
Dominicanorum monasterium, *del Rosario* dictum, Almagri, 462.
Dominicanorum monasterium, S. Pauli dictum, Burgis, 284.
Dominicanorum monasterium, S. Stephani dictum, Salmanticae, 281, 380.
Douai (Duacum), 14.
Dueñas, 398.
Dulla, provincia regni Pegou, 644.

E

Ebora, Vide Evora.
Eborense Collegium S. J., 509, 513, 519, 520, 527, 549, 561, 563.
Eborense Collegium, Matris Dei dictum, antea xenodochium S. Joannis, 509.
Eborensis Academia, 511.
Eliae, Sancti, monasterium, Messanae, 199.
Elvas, 513.
Enghin, 290
Ercavica, Vide Segorbe.
Eremitarum S. Augustini monasterium, apud Sanlucar de Barrameda, 467.
Ermland, 246.
Ermua, 432.
Escorial (el), Vide Monasterium Escurialense.
Eslida, 487
Espinosa de los Monteros, 391.
Espiritu-Santo, in Brasilia, 632, 636, 640, 641.
Estremadura, Vide Extremadura.
Estremoz, 509.
Eugubiense vel Eugubinum Collegium S. J., 52, 53.
Eugubio, Eugubium, Vide Gubio.
Europa, 263, 505, 551, 572, 601, 602, 610, 648, 661, 662.
Evora (Ebora), 5, 394, 497, 500, 505, 509-511, 514, 518-520, 530, 543, 555, 556, 558, 561-563, 660.
Extremadura, in Hispania, 385, 482.
Extremadura, vel Estremadura, in Lusitania, 529, 554.

F

Falciana, Vide Wels.
Ferrara (Ferraria), 5, 55, 56, 58, 59, 63, 69, 71-73, 75, 77, 79, 80, 83-86, 90, 92, 108, 112, 119, 126, 127, 142, 152
Ferrariae Status, 84.
Ferrariae Vallis, 59.
Ferrariense Collegium S. J., 40, 50, 55, 62, 63, 66, 67, 73, 83, 92, 519.
Ferrariensis Episcopatus, 56.
Fessa (Fez), regnum, 567.
Fessa (Fez), urbs, 570.
Figueras, 359.
Finale, 91.
Firenze (Florentia), 5, 32, 33, 35, 38, 39, 41, 42, 45, 63, 102, 140, 146, 147, 151, 159, 161-166, 168-170, 506, 644.
Flandria, 48, 180, 284, 299.
Florentia, Vide Firenze.
Florentinum Collegium S. J., 92, 159, 171.
Fontenay, 326.
Fontenentis templum, 349.
Fornoli, 40.
Fosca, Vallis (Valle Fosca), 59.
Franciscanorum monasterium, Sanctae Elisabeth dictum, in oppido Alba de Tormes, 437.
Franciscanorum de observantia, monasterium, in urbe Sanlucar de Barrameda, 467.
Franciscanorum Discalceatorum monasterium, apud Sanlucar de Barrameda, 467.
Francisci, Sancti, monasterium, Maceratae, 46
Francisci, Sancti, templum, Anconae, 142.
Francisci, Sancti, templum, Bastiae, 692, 696.
Frankfurt (Francofurtum), 257.
Friburg (Friburgum Helvetiorum), 232, 245.
Friburgi Academia, 255.
Frisia, 13.
Frisingensis episcopatus, 238.
Fülck, castellum montanum, 265.
Furiani, 683.

G

Galata, Vide Pera.
Gallia, 5, 20, 62, 74, 75, 77, 165, 286, 292, 318, 319, 324, 327, 330, 358, 370, 403, 581, 698.
Gallia Cisalpina, 36.

Galliae Provincia S. J., 327.
Galliera, templum de la, Bononiae, 115.
Gandia, 5, 336, 338-340, 346, 347, 350-352, 364, 408, 414, 471, 481, 482, 577, 595.
Gandiense Collegium S. J., 337, 339, 343, 346, 347, 350, 352, 353, 458, 471, 494.
Gandiensis Academia, 353.
Gela, Vide Alicata.
Gelbes, Vide Lothoplagiti insula.
Geldo, 487.
Genève (Geneva), 73, 74, 245, 265, 354, 386.
Genova (Genua), 7, 20, 30, 32-36, 38-41, 45, 55, 147, 150, 160-166, 168, 216, 494.
Genuae status, 155.
Genuense Collegium S. J., 30, 42, 55, 263.
Gerbae, Vide Lothoplagiti insula.
Germania, 7, 82, 123, 138, 163, 180, 196, 232, 242, 244, 248, 252, 256, 265, 266, 269, 274, 282, 284, 285, 299, 304, 305, 403, 551.
Germania Inferior, 6, 127, 139, 247, 254, 277, 280, 294, 310, 311.
Germania Superior, 13, 247.
Germaniae Superioris Provincia, Carmelitarum, 233.
Gerona (Gerunda), 439.
Gerundensis episcopatus, 359.
Giennium, Vide Jaën.
Girgenti (Agrigentum), 209.
Goa, 5, 549, 551, 564, 565, 576, 642-644, 646-648, 650, 651, 659 667.
Goani Collegii S. J., templum, 647.
Goanum Collegium S. J., 550, 552, 563-565, 643, 644, 650, 651, 657-665.
Goleta, in Africa, 15, 16, 185, 186, 218, 221.
Goriciae Comitatus, 243.
Gotha, 265, 266.
Gozis, 13.
Granada (Granata), 388, 457, 462, 464, 584, 597.
Granatense Collegium S. J., 386, 464, 584, 597.
Granatense regnum, 464.
Granatensis Academia, 465.
Gravenhage, 248.
Gubio, Gubbio, Eugubio (Augubium, Eugubium), 5, 52, 54, 55, 109, 123.
Gueldres (Gueldria), 13.
Guipúzcoa, 8, 431.

H

Habana, 60.
Hauena, Vide Avesnes.
Helvetia, 138, 441.
Hieronymianorum monasterium *de Yuste*, Vide Yuste.
Hierosolymae vel Jerusalem, 8, 130, 131, 133, 134, 430, 559.
Hispalense Collegium S. Thomae, in Academiam conversum, 476
Hispalense Collegium S. J., 386, 476, 489, 584, 595, 599.
Hispalensis Academia, 476.
Hispalensis Episcopatus, 465.
Hispalis, Vide Sevilla.
Hispania 6-8, 12, 20, 84, 114, 140, 162, 170, 185, 205, 212, 224, 225, 248, 285, 333, 357, 363, 378, 380, 381, 384-387, 389, 397, 399, 401, 403, 404, 412, 413, 415, 425, 433-436, 439, 440, 458, 463, 474, 475, 481, 490-494, 507, 531, 532, 545, 547, 556, 557, 567, 569, 571, 577, 581, 585, 590, 597.
Hispaniae Provinciae S. J., 364, 480, 482, 575, 583, 595.
Hispaniae regum villa, *El Pardo* dicta, non longe a Matrito, 434, 585.
Hochstratem, villa, 172.
Hollandia, 292.
Huete, 411.
Hungaria, 238, 247, 253, 265.

I

Ilerda, Vide Lérida.
Ilerdensis Episcopatus, 359.
Illescas, 339.
India, 5, 137, 155, 248, 304, 397, 492, 500, 531, 537-540, 545, 547, 549-553, 556, 558, 559, 562-564, 576, 578, 579, 599, 639, 642, 646, 647, 649, 653, 656, 658, 661, 662, 664-667, 677.
India Sinensis, 644.
Indiae Provincia S. J., 492, 552, 642, 656.
Ingolstadiense Collegium S. J., 20, 244, 267.
Ingolstadt (Ingolstadium), 20.
Innsbruck (Oenipons), 257, 258, 265.
Insulae, Vide Lille.
Interamna, Vide Terni.
Itala, oppid., 195-197, 204.
Italia, 5, 7, 38, 41, 45, 84, 87, 129, 148, 160, 180, 197, 198, 205, 216, 218, 233, 248, 269, 292, 295, 319, 354, 358, 386, 399, 403, 440, 494, 507, 551, 596, 597.
Italiae Collegia S. J., 204, 205.
Italiae quaedam Collegiola, 386.
Italiae Provinciae S. J., 575.
Itri, 180.

J

Jaces (?), in Lusitania, 376.
Jacobi, Sancti, orphanorum aedes, Panormi, 208.
Jacobus de Compostella, Sanctus, Vide Santiago de Compostela.
Jaën (Giennium), 458.
Japonensis Provincia S. J., 564.
Japonia, 646, 648-654, 656, 660, 664, 670, 671.
Jarandilla, 594.
Jerez (Asta Regia), 6, 462, 468.
Jerusalem, Vide Hierosolymae.
Joannini, Sancti, templum, Florentiae, 161.
Joannis, Sancti, templum, Bastiae, 696.
Joannis, Sancti, templum, Neapoli, 171, 178.
Joannis Baptistae de Ruchono (vulgo de Riglione), Sancti, monasterium, Panormi, 209.
Joannis de Deo, Sancti, monasterium, apud Sanlucar de Barrameda, 467.
Josephi, Sancti, templum, prope Syracusas, 231.
Juliani, Sancti, templum, Ferrariae, 65.

K

Köln (Colonia), 7, 13, 17, 48, 246, 248, 267-275, 277-280, 298, 299, 303, 305, 310.
Königsberg (Regius Mons), 257.
Krems (Cremsa, Cremisium), in textu Crems, 268.

L

Labacum, Vide Laibach.
Laetiae, Vide Liessies.
Laibach (Labacum), 257.
Lamberti, Sancti, templum, Leodii, 272.
Lanciano, in regno Neapol., 492.
Laurentii, Sancti, templum, Cordubae, 443, 450.
Laurentii, Sancti, templum, Florentiae, 45, 170.
Laurentii, Sancti, templum, Tybure, 24.
Laurentii, Sancti, templum monasterii, Viennae, 241.
Lauretanum Collegium S. J., 45, 46, 51, 55.
Lauretum, Vide Loreto.
Lazari, Sancti, templum, Goae, 658.
Lebrija, 468.
Leipzig (Lipsia), 257, 323.
Lentini (Leontium), 224, 244.
Leodium, Vide Liège.
Leontium, Vide Lentini.
Lequeitio, 431, 432
Lérida (Ilerda), 439.
Lesina, insula, Vide Pharos.
Liège (Leodium), 295, 297, 305, 306.
Liessies (Laetiae), 306, 307.
Ligni, 48.
Lille (Insulae), 6, 303.
Lima, vallis della, 40.
Lipsia, Vide Leipzig.
Lisboa (Olyssipo, Ulyssipo, Ulyssipona, Lisbona) 5, 6, 14, 15, 394, 500, 511, 521-525, 527-430, 535, 538, 542, 543, 545-547, 551-553, 556, 563, 567, 573, 577, 599, 644.
Locarno, 138.
Lodève (Luteva), 72.
Logroño (Lucronium), 401, 415.
London (Londinum), 285, 495.
Longobardia, 159, 220.
Loreto, B. M. Virginis de, templum, 46, 49, 50.
Loreto (Lauretum), 19, 20, 45, 47, 49-51, 125.
Lothoplagiti insula (alias Gerbae, Gelbes, Zerbes), 213, 217.
Louvain (Lovanium), 7, 13, 17, 269, 271-274, 280, 283, 284, 286-289, 291-294, 296, 297, 299, 302, 306, 307, 310, 326.
Lovaniense Collegium S. J., 280, 284, 288, 292, 298.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *d'Arras* dictum, 291.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *de Houterié* dictum, 291.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *de St. Donatien* dictum, 291.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *de St. Ive* dictum, 291.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *de S.te Anne* dictum, 291.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *de Savoye* dictum, 291.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *de Standonck* dictum, 291.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *de Winckele* dictum, 291.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *des Trois Langues* et etiam *de Busly de* dictum, 291.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *du Château* dictum, 290.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *du Faucon* dictum, 290, 291.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *du Lys* dictum, 290.

Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *du Pape* dictum, 291.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *du Porc* dictum, 290.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *le grand Collège en Théologie* dictum, 291.
Lovaniense Collegium seu Paedagogium, *le petit Collège en Théologie* dictum, 291.
Lovaniensis Academia, 289-291.
Lovanium, Vide Louvain.
Lucca, 40, 265.
Lucebate, 668.
Lucerne (Luceria, Lucerna), urbs Helvetiorum, 273.
Luciae, Sanctae, templum, Bononiae, 112, 114, 115.
Luciae, Sanctae, templum, in oppido Pietrabugna, 683.
Luciae, Sanctae, templum, prope Syracusas, 231.
Lucronium, Vide Logroño.
Lusatia, provincia Germaniae, 266.
Lusitania, Vide Portugallia.
Lutetia Parisiorum, Vide Paris.
Luteva, Vide Lodève.

M

Macerata, 46.
Madrid (Matritum, Madridium, Mantua Carpetanorum), 224, 387, 433, 439, 440, 587.
Magdalenae, Sanctae, eremitorium, Ognati, 429, 430.
Magnum Congum, Manicongum vel Congum, 6, 553, 562, 575, 600, 602, 606, 608, 610, 659.
Mailapora, Vide Thomas, Sanctus.
Majorica, insula, 599.
Malacca, in India, 5, 564, 645-647, 650, 653, 654, 656, 657, 664, 667.
Malines (Mechlinia), 291, 297.
Malucae insulae, Vide Molucae.
Malucus, Vide Molucus.
Manicoba, 611, 614, 627.
Manicongum, Vide Magnum Congum.
Manresa (Minorissa), 407.
Mantua Carpetanorum, Vide Madrid.
Marciano, 165.
Mariae, B. V., templum, apud Elvas, 516.
Mariae, B. V., templum, apud Lequeitio, 431.
Mariae, B. V., templum, Bastiae, 685, 686, 692, 698.
Mariae, B. V., templum, Perusii, 158.
Mariae, B. V., templum, Tornaci, 309.
Mariae, B. V., templum, *el Pilar* (a Columna) dictum, Caesaraugustae, 365, 367, 372.
Mariae, B. V., templum, Rotonda dictum, Neapoli, 184.
Mariae, B. V., templum, *Santa Maria la Mayor* dictum, Compluti, 423.
Mariae, B. V., vulgo *de Bon Sécours*, templum, Tornaci, 302.
Mariae a Rosa, Sanctae, templum, Ferrariae, 59, 63, 65.
Mariae ad Ripam, Sanctae, templum, Viennae, 241.
Mariae de las Huelgas, Sanctae, regium monasterium, Vallisoleti, 394.
Mariae del Passo, Sanctae, templum, Tybure, 22, 26.
Mariae Montis Arsicii, Sanctae, templum, Tybure, 25.
Mariae Novae, Sanctae, monasterium, Bononiae, 110-112.
Marinae, Sanctae, templum, in oppido Andujar, 443.
Marquina, 432.
Marsala, 220.
Marsalae Collegiolum, 221.
Martaban, Indiae provincia, 644.
Mastricht (Trajectum superius, seu Trajectum ad Mosam), 297.
Matritum, Vide Madrid.
Mauri insula, 670.
Meacum, 671, 673, 675.
Mechlinia, Vide Malines.
Medina del Campo (Methymna Campi), 383, 384, 386, 388, 389, 423, 461, 474, 586, 593.
Medinaceli, 398.
Mediolanum, Vide Milano.
Meliapora, Vide Thomas, Sanctus.
Melita, insula, 15, 16, 143, 216, 217.
Melun (Melodunum), 326.
Messana, Vide Messina.
Messanense Collegium S. J., 15, 191, 193, 195-197, 231, 282.
Messina (Messana), 5, 42, 53, 191, 192, 195-199, 202, 203, 206, 208, 209, 211, 219, 221, 223, 224, 230-232.
Methymna Campi, Vide Medina del Campo.
Methymnense Collegium S. J., 5, 382-385, 388-391, 491.
Mexicum, Vide Nova Hispania.
Michaëlis, Sancti, monasterii templum, Messanae, 196.
Milano (Mediolanum), 35, 45, 50, 87.
Milionensis urbs (sic in textu), 326.
Mingos, 443.
Minimorum S. Francisci de Paula monasterium, apud Sanlucar de Barrameda, 467.

Minorissa, Vide Manresa.
Misericordiae domus, Eborae, 510, 511.
Misericordiae templum, Malaccae, 655.
Misnia, 266.
Modena (Mutina), 5, 55, 60, 78, 85, 86, 90, 92-94, 97-100, 102, 103, 105, 108, 119, 121.
Molucae (in textu Malucae) insulae, 664-668, 670.
Molucus, seu insula Ternate, 5, 646.
Monachium, Vide München.
Monasterium Escurialense, *El Escorial*, vel *San Lorenzo*, dictum, ordinis S. Hieronymi, 588.
Mondragon, 433.
Moneglia, 155.
Monreale (Mons Regalis, in Sicilia), 5, 198, 221, 226, 227.
Mons Arginus, Vide Montargis.
Montaña (pars provinciae Santander), 405.
Montargis (in textu Mons Arginus), 318.
Montellanum Collegium S. J., 488, 584.
Montemurlo, 165.
Montilla, 443, 462, 488, 584.
Montis Oliveti templum, Neapoli, 171.
Montis Regalis (in Sicilia) Collegium S. J., 215, 225-227.
Montis Serrati monasterium, Vide Benedictinorum monasterium...
Moravia, 253.
Morbegno (Morbonium, in textu Morbegnum et Morbenium), 6, 135-138, 151.
Motrico, 431.
Moura, in Lusitania, 562, 563.
München (Monachium), 244, 273.
Murcia, 345, 584.
Murciense Collegium S. J., 584.
Mutina, Vide Modena.
Mutinense Collegium S. J., 59, 92, 97, 103, 106, 107.
Mutinense Collegium viduarum, 97.

N

Nájera, 376, 430.
Napoli (Neapolis), 18, 23, 28, 32, 33, 171-189, 205, 210, 288, 373.
Nauena, Vide Avesnes.
Navajos, 487.
Navarra, 380, 433.
Navarrense Collegium, Parisiis, 323.
Neapolis, Vide Napoli.
Neapolitanum Collegium S. J., 5, 42, 171, 175-177, 179, 181, 184-186, 189, 190.
Neapolitanum regnum, 176, 177, 180, 282, 358, 476.
Neostadiensis episcopatus, 238.
Neisse (Nissa), 253, 254, 268.
Nicanoris, Sancti, templum, Bastiae, 691.
Nicolai, Sancti, templum, Messanae, 191, 196, 200, 203.
Nieuport, 303.
Nijmegen (Noviomagus), 256, 269, 273-277.
Nissa, Vide Neisse.
Nova Hispania seu Mexicum, 397.
Noviomagus, Vide Nijmegen.

O

O Porto, Vide Porto.
Oenipons, Vide Innsbruck.
Oenipontanum Collegium S. J., 267.
Ognate, Ognatum, Vide Oñate.
Ognatense Collegium S. J., 5, 384, 385, 429, 433, 596.
Ognatensis Academia, 430.
Olite, 433.
Oliva, 326, 587.
Olyssipo, Vide Lisboa.
Onteniente, 335, 342, 347-349.
Oñate (Ognate, Ognatum), 429, 430, 432.
Oran, 186.
Ormuzium (Ormus), Vide Armuzia.
Oropesa, 584, 593.
Oropesanum Collegium S. J., 584.
Orphanorum puerorum Collegium, in oppido Moura, 563.
Osuna, 469.
Osunensis Academia, 469, 470.
Ovetense Collegium S. J., 584.
Oviedo (Ovetum), 584.

P

Paderborn, 16, 254.
Padova (Patavium), 5, 116, 119-122, 126, 134.
Palentinus episcopatus, 365, 374, 398.
Palermo (Panormum), 5, 195-197, 205, 207, 208, 210, 211, 219, 221, 223, 224, 226, 228, 230, 231.
Palomar, in prov. Valentiae, 333.
Pamplona (Pampilona, Pompejopolis), 337, 439.
Panormitana Academia, 214.
Panormitanum Collegium S. J., 205, 211, 215, 219, 220, 223, 224, 282.
Panormum, Vide Palermo.
Pantaleonis, Sancti, templum, Tybure, 25.
Paragai, urbs, Vide Asuncion (La).
Paraguay (in textu Paragaica natio), 615.

Pardo (el), Vide Hispaniae regum villa.
Pardowicz (Pardubitz, in Bohemia), 258.
Parelada vel Perelada, 359.
Paris (Parisii, Lutetia Parisiorum), 236, 255, 284, 286, 291, 317-321, 323, 325-328, 330, 357, 410, 416, 529.
Parisiense Collegium S. J., Claramontana domus (Hôtel de Clermont) dictum, 5, 316, 317, 322, 326, 330, 381.
Parisiensis Academia, 291, 519.
Parisiensis episcopatus, 325, 326.
Parma, 63, 144.
Parmensis domus S. J., 144.
Passariensis episcopatus, 237.
Patavinum Collegium S. J., 92, 116, 122, 126, 134.
Patavium, Vide Padova.
Paterna, 487.
Pauli, Sancti, paroecia, Caesaraugustae, 361.
Pegou, caput regni ejusdem nominis, 644.
Pegou vel Bago, Indiae sinensis regnum, 644, 650.
Pera, Peraea, seu Galata, 172.
Perelada, Vide Parelada.
Pernambuco, 630, 632.
Perpignan, 370.
Persam, provincia regni Pegou, 644.
Peruetum, Vide Peruwelz.
Peruggia (Perusium), 5, 8, 14, 102, 139, 140, 145, 147-156, 166.
Perusinum Collegium S. J., 145-148, 150, 156-158, 582.
Perusium, Vide Peruggia.
Peruvia, 627, 631.
Peruwelz (Peruetum), 286, 300, 303, 305.
Petri, Sancti, coenobium, in monte aureo, Romae, 155.
Pharos, vel Pharia, insula *Lesina*, 6, 254.
Philippi, Sancti, templum, Caesaraugustae, 362.
Piacenza (Placentia, in Italia), 96, 97, 139-141.
Picenus Ager, seu Anconitana Marchia, 46.
Pincia, Vide Valladolid
Piratininga, 611, 613, 614, 622-630.
Piratininganа domus S. J., 611, 626.
Pisa (Pisae), 160.
Pisana Academia, 145.
Placentia, Vide Plasencia.—*Id.* Piacenza.
Placentina dioecesis (in Hispania), 407.
Placentinum Collegium S. J., in Hispania, 396, 423, 428, 584, 589, 599.
Placentinum Collegium S. J., in Italia, 97.
Plasencia (Placentia, in Hispania), 396, 414, 490, 584, 590, 594, 595, 598.
Poenitentiae templum, Goae, 657.
Polonia, 19, 63, 246, 247, 253, 267.
Pompejopolis, Vide Pamplona.
Pontanum Collegium S. J., 138.
Port-Royal des Champs, 325
Porto, O Porto (Portus), 407, 562.
Porto de Moz, 529.
Porto Securo, urbs in Brasilia, 5, 632, 635, 636.
Portuense Collegium, 554.
Portugallia, sive Lusitania, 5, 6, 8, 15, 84, 129, 142, 180, 360, 374, 380, 384, 385, 400, 403, 434, 441, 443, 461, 464, 465, 492, 501, 506, 507, 515, 516, 520, 521, 524, 529, 531, 534, 535, 537, 539, 540, 544, 545, 547, 548, 551-554, 557, 558, 560-562, 564, 567, 568, 570, 573, 575, 576, 578, 581, 583, 585, 602, 607, 612, 626, 630, 633, 635, 636, 638, 639, 641, 649-652, 656, 661, 662-665.
Portugalliae Collegia S. J., 556.
Portugalliae Provincia S. J., 480, 483, 490, 492, 496, 540, 543, 548, 552, 558, 575, 577, 583, 656.
Portus Securi ducatus, in Brasilia, 611, 634, 635.
Posonium, Vide Pressburg.
Praemonstratensium monasterium, in Strahou, Pragae, 266.
Prag (Praga), 21, 232, 242, 246, 251, 266, 267.
Pragense Collegium S. J., 21, 242, 265, 267.
Pragensis Academia Carolina, 242.
Pragensis dioecesis, 237.
Praissolo, Ferrariae vicus, 70
Pressburg (Posonium), 246, 253.
Provincialium Collegium, Viennae, 11.
Prusia, 19, 253.

R

Ratisbona, Vide Regenspurg.
Ratisbonensis dioecesis, 237.
Ravenna, 88, 92.
Regenspurg (Ratisbona), 246, 265, 282.
Reggio (Regium, vel Rhegium Lepidi), 63.
Regius Mons, Vide Königsberg.
Ressons-sur-Matz, prope Compiegne (Oise), 323.
Rio-Grande-do-sul, provincia de, in Brasilia, 611.
Roma, 5-8, 10, 11, 13, 15, 17, 18, 20, 23, 24, 29-31, 33, 34, 36, 39, 41, 42, 45-48, 50-52, 55, 57, 58, 62, 65, 74, 77, 78, 82, 84, 85, 90, 91, 95, 98, 101, 102, 106, 109, 110, 115, 117, 118, 120, 123, 125, 126, 129, 130, 133-142, 144, 145, 147, 148, 151, 152, 155, 159, 161, 164, 166, 168, 170, 172, 175-182, 184-188, 198, 204, 205, 210, 212, 216, 217, 227, 230, 233-235, 237, 238, 244, 245, 247,

248, 253-260, 263, 264, 267, 269, 270, 273, 274, 278, 285-288, 292, 297, 310, 318, 319, 322, 324, 331, 332, 337, 338, 340, 345, 354, 373, 378, 379, 381, 399, 404-406, 416, 422, 426, 457, 468, 475, 476, 479, 481, 485, 488-492, 494, 495, 499, 513, 521, 530, 531, 538, 544, 547, 548, 551, 552, 555, 556, 559, 573, 574, 576, 577, 595, 628, 648.
Romana Probationis domus S. J., Sancti Andreae dicta, 337.
Romana Professorum domus S. J., 6, 7.
Romanae Professae domus templum, 9.
Romanum Collegium puerorum orphanorum, 397.
Romanum Collegium S. J., Germanicum vel Hungaricum dictum, 5, 7, 9-12, 20, 21, 237, 238, 240, 252, 256, 269, 270, 278, 279, 319, 324, 337, 381, 382, 403, 476.
Romanum Collegium S. J., Romanum dictum, 5-7, 9-12, 19, 46-48, 57, 62, 140, 464, 475, 476, 481, 484, 489, 552.
Ronchegallo, 59.

S

Sacer vel Sassari (Turritana urbs, in textu), 283.
Saguntia, Vide Sigüenza.
Saint-Omer, 321.
Salamanca (Salmantica), 283, 337, 378, 380, 381, 385, 396, 401, 436, 447, 460, 463-465, 471, 480, 483, 489-491, 493, 501, 590, 594.
Salerno, 185.
Salisburgensis archiepiscopatus, 238.
Salmantica, Vide Salamanca.
Salmanticense Collegium S. J., 5, 374, 380-382, 384, 385, 388, 457, 482, 483, 491, 594.
Salmanticensis Academia, 284, 375, 377, 381.
Salmanticensis episcopatus, 374.
Salsette, insula, 666.
Salsette, quae iam regio in India, 666.
Salvador (San), in Brasilia, Vide Bahia.
Salvaleon, 587.
Salvatierra, 376, 587.
Salvatoris, Sancti, templum, Messanae, 196.
Salvatoris, Sancti, templum, Tybure, 25-27, 29.
Salvatoris, Sancti, templum et domus Bungi, 651.
Salvatoris in Lauro, Sancti, templum, Romae, 60.
San Fins (Sancti Felicis Abbatia), prope Conimbricam, 5, 503.
San Lorenzo, Vide Monasterium Escurialense.
San Philipo, oppid., 195.
San Salvador, in Brasilia, Vide Bahia.
Sancianum, insula, 645.
Sanctae Crucis Collegium, Vallisoleti, 392.
Sanctae Maurae insula, 197.
Sancti Felicis (San Fins) Collegiolum S. J., 505, 508.
Sancti Thomae, insula, 5.
Sancti Vincentii (in Brasilia) Collegium S. J., 611, 612.
Sancti Vincentii (in Brasilia), Ducatus, 611, 630-633, 635.
Sanlucar de Barrameda, 457, 462, 465-467, 584, 597.
Sanlucarense Collegium S. J., 584.
Santander, 465.
Santarem, 376.
Santiago de Compostela (Sanctus Jacobus de Compostella), 370, 478.
Sardinia, 283, 338.
Sassari, Vide Sacer.
Saulorum Collegium, Genuae, 35.
Sebastiani, Sancti, templum, Monte Regali, 227.
Segontia, Seguntia, Vide Sigüenza.
Septimancae, Vide Simancas.
Segorbe (Segobriga, Ercavica, in textu. Suburbium), 343, 408.
Segovia, 284, 481.
Segoviense Collegium S. J., 481.
Seguntinum Collegium, jus Academiae publicae tenens, 411.
Seminarium Regale nobilium, Bilbili, 431.
Senatus Siracusanus, 231.
Senonensis episcopatus, 325, 326.
Septimancense Collegium S. J., 396, 428, 584, 590, 595.
Sertaa, 554.
Sessa (Suessa), 185.
Setubal, 595.
Sevilla (Hispalis), 398, 458, 462, 465-469, 584, 594, 595, 597, 599.
Sicilia, 5, 15, 17, 84, 126, 145, 176, 184, 196, 198-200, 205, 209, 210, 212, 218-221, 223, 224, 226, 229, 247, 319, 336, 338, 475, 481, 507.
Siciliae Collegia S. J., 367, 476.
Siciliae Provincia S. J., 181, 231.
Sigüenza (Saguntia, Segontia, Seguntia), 423, 435.
Siguntina dioecesis, 391, 407.
Siguntinum Collegium, Theologorum dictum, 423.
Silesia, 253, 254, 266, 267.
Simancas (Septimancae), 389, 584, 589, 595, 596, 598.
Sinarum imperium, 559, 642, 643, 645, 650, 669.
Siracusa (Syracusae), 229-231.

Solsonensis episcopatus, 359.
Sora, 176.
Sorbonicum Collegium, Parisiis, 323, 328.
Speyer (Spira), 282.
Spiritus Sancti ducatus, in Brasilia, 611, 637.
Spiritus Sancti portus, in Brasilia, 5
Spiritus Sancti templum, Ferrariae, 65, 66.
Spoleto, 153.
Stamboul (Constantinopolis), 131, 172, 213.
Strassburg (Argentoratum), 138.
Stephani, Sancti, templum, Ferrariae, 59.
Strigonia, 253.
Suera, 487.
Suessa, Vide Sessa.
Sulpicii, Sancti, aedes, Parisiis, 320.
Sulzbach, 244.
Sycena, 172.
Syracusae, Vide Siracusa.
Syracusanum Collegium S. J., 215, 230, 231.
Syri, Sancti, templum, Genuae, 30-32, 34, 41.

T

Talong, Palain-pyi, vel Pegou proprie dictum, provincia regni Pegou vel Bago, 641.
Tana (alias Tanaa), urbs in insula Salsettarum, 5, 565, 566, 666.
Tantana, 657.
Tarraco, Vide Tarragona.
Tarraconensis domus probationis S. J., 336.
Tarraconensis episcopatus, 359.
Tarragona (Tarraco), 339.
Tartaria, 248.
Taxora, 217.
Tellina Vallis, 138, 139, 151.
Ternate, Vide Molucus.
Ternate regnum, 668.
Terni (Interamna), 144.
Tetuan, Tutuam (Tituanum), 15, 567-571, 575.
Thiel (Tilla in textu), oppid. Geldriae, 272.
Thomae *del Mercato*, Sancti, templum, Bononiae, 114.
Thomar, 554.
Thomas, Sanctus, seu Mailaporam (Meliapora), urbs in India, 667.
Thuin (in textu Turinium), 308.
Tigurum, Vide Zurich.
Tilla, Vide Thiel.
Tirnavia, Vide Tyrnau.
Tituanum, Vide Tetuan.
Tivoli (Tybur), 22-25, 27-30, 50, 339.
Toledo (Toletum), 376, 407, 477, 569.
Toletana domus S. J., 336.
Toletanum regnum, 483.
Toletanus archiepiscopatus, 365, 374, 407, 430, 463
Toletum, Vide Toledo.
Tordesillas, 437, 487, 585, 586
Tornacense Collegium S. J., 21, 298, 315, 316.
Tornacensis episcopatus, 313.
Tornacum, Vide Tournai.
Toro, 387.
Torre Rossa (Turris Roscia), Romae, 9, 10.
Tournai (Tornacum), 48, 281, 285, 300, 301, 303, 306-311, 316.
Tours (Turones), 183.
Trajectum superius, seu Trajectum ad Mosam, Vide Mastricht.
Trient (Tridentum), 299.
Tripoli, 217.
Tunez (Tunetum), 15, 218, 221.
Tyrnavia, 253.
Tyrnaviense Collegium S. J., 265
Transsylvania, 242.
Transsylvanum Collegium S. J., 242.
Tras os montes, Lusitaniae provincia, 535.
Tübingen (Tubinga), 257.
Turcia, 577.
Turinium, Vide Thuin.
Turones, Vide Tours.
Turris Roscia, Vide Torre Rossa.
Turritana urbs, Vide Sacer.
Tutuam, Vide Tetuan.
Tybur, Vide Tivoli.
Tyburtinum Collegium S. J., 5, 21, 22, 30.
Tyrnau (Tirnavia, Tyrnavia), 253.

U

Ulyssipo, Ulyssipona, Vide Lisboa.
Ulyssiponense Collegium S. J., Sancti Antonii dictum, 5, 511, 520, 522-525, 527-530, 532, 533, 537, 546, 549, 553, 556.
Ulyssiponensis episcopatus, 374.
Ulyssiponensis Professorum Domus, Sancti Rochi dicta, 5, 520, 530, 532-634, 537, 540, 542, 545, 552, 553, 562.
Urgellensis episcopatus, 359.
Usó, vallis de, 487.

V

Valencia (Valentia), 5, 331-344, 347, 348, 364, 365, 368, 372, 373, 425, 471, 482, 487, 501, 600.
Valenciennes, 291.
Valentia, Vide Valencia.
Valentiae regnum, 345, 384-386.
Valentina Academia, 336, 337, 344.
Valentina Professorum domus S. J., 344.
Valentinum Collegium S. J., 331, 333, 334, 336, 337, 339, 340, 344-346, 350, 373, 494, 600.
Valladolid (Vallisoletum, Pincia), 377, 380, 383, 387, 391, 394, 395, 397, 398, 408, 414, 419, 436-439, 465, 479, 480, 491, 587, 589, 590, 596, 598.
Vallisoletanum Collegium S. J., Sancti Antonii dictum, 384, 385, 391, 395 397, 438, 491, 593, 598.
Vallisoletanum Collegium Sancti Gregorii, 392.
Vallisoletum, Vide Valladolid.
Valmarina, 59.
Veneta Respublica, 132.
Venetiae, Vide Venezia.
Venetum Collegium S. J., 92, 122, 123, 127, 134, 135.
Venezia (Venetiae), 5, 8, 14, 47, 49, 59, 60, 63, 87, 89, 116, 121, 123-129, 132-135, 137, 142, 236, 292, 379.
Veracruz, in Nova Hispania, 337.
Vergara, 340, 432.
Vesontio, Vide Besançon.
Vicente (San), urbs in Brasilia, 5, 612, 615, 617-621, 627, 630 635, 636, 640.
Vicenzo (San), oppid. Siciliae, 196.
Vienna, Vide Wien.
Viennense Collegium S, J., 6, 19, 163, 178, 232, 239, 249, 251, 252, 260-263, 265, 267, 269.
Viennense Collegium Archiducale Professorum, 238, 239, 246, 259.
Viennensia Collegia, Bursae dicta, 242.
Viennensis Academia, 234, 235, 240, 241, 245, 248, 255, 262, 263.
Viennensis episcopatus, 16, 237, 260, 264.
Viesti, antea Vieste et etiam Vieti, in Appulia, 182.
Villarejo de Fuentes, 408.
Villarejo de la Peñuela, 411.
Villaviçosa, in Lusitania, 553.
Vincentii, Sancti, Ducatus, Vide Sancti Vincentii.
Vinegia, 129.
Viso (el), 463.
Visuntio, Vide Besançon.
Vitoria, 431.
Vizcaya (Biscaia), 21, 430-432.
Vratislavia, Vide Breslau.
Vratislaviensis Episcopatus, 237, 253.

W

Wels (Falciana), Austriae Superioris oppid., 258.
Wien (Vienna), 11, 13, 16, 17, 21, 79, 232, 233, 235-240, 242, 244-246, 248, 251, 252, 254, 255, 257, 258, 260, 261, 264, 268, 273, 274, 310, 410.
Wittenberg (Witemberga), 254.
Würzburg-Wien, 264.

X

Xenodochium, Fontenenti (Ontaniente), 347, 349.
Xenodochium, Laureti, 50.
Xenodochium, Valentiae, 334.
Xenodochium antiquum, Ferrariae, 59.
Xenodochium *de la Concepcion Gerónima* dictum, in oppido Tordesillas, 585, 586.
Xenodochium generale, Dominae Nostrae de Gratia dictum, Caesaraugustae, 361, 367.
Xenodochium incurabilium, Genuae, 39, 41.
Xenodochium Matris Dei dictum, in oppido Tordesillas, 585.
Xenodochia pauperum, Laodii, 306.
Xenodochium S. Jacobi de Urbe, pro pauperibus incurabilibus, 155.
Xenodochium S. Leonardi, Ferrariae, 65.
Xenodochium S. Sebastiani, Coriubae, 456.
Xenodochium Spiritus Sancti, Ferrariae, 65, 66.
Xenodochium Spiritus Sancti in Saxia, Romae, 65.
Xenodochium Verae Crucis (de la Veracruz), apud Sanlucar de Barrameda, 466.

Y

Yuste, monasterium de, O. S. H., 589.

Z

Zafra, 587.
Zagabria, Vide Agram.
Zamora, 376.
Zaragoza (Caesaraugusta), 5, 28, 334, 339, 354, 361-366, 369, 370, 372, 373, 486-488, 596.
Zaydia, Valentiae, 487.
Zerbes, Vide Lothoplagiti insula.
Zittau, 265.
Zittavia, 265.
Zurich (Tigurum), 138.

INDEX

RERUM, QUAE IN HOC QUARTO VOLUMINE CONTINENTUR

ANNUS 1554

	Pags.
De Domo et Collegiis Romanis	5
De Collegio Tyburtino	21
De Collegio Genuensi	30
De rebus Corsicae	36
Iterum de Collegio Genuensi	39
De Collegio Lauretano	45
„ „ Eugubiensi	52
„ „ Ferrariae	55
De Argentinensi Collegiolo	83
De Collegio Mutinensi	92
„ „ Bononiensi	108
„ „ Patavino et loco Bassani	116
De loco Bassani	122
De Collegio Veneto	123
De iis, quae Morbenii et aliis locis citra Romam gesta sunt	135
De rebus a Patre Martino de Olave Placentiae gestis	139
De iis, quae Anconae et alibi gessit P. Nicolaus Bobadilla et de Parma et Interamne	141
De Collegio Perusino	145
„ „ Florentino	159
„ „ Neapolitano	171
De Provincia Siciliae, ac primo de Collegio Messanensi	191

Pags.

De Collegio Panormitano 205
De Provinciali Siciliae ac Collegiis Montis Regalis, Bibonae et Syracusae 215
De Collegio Viennensi 232
„ „ Coloniensi 268
„ „ Lovaniensi 280
De P. Bernardo Oliverio et initiis Collegii Tornacensis ... 298
De Collegio Parisiensi 316
De Provincia Aragoniae, ac primo de Collegio Valentiae. 331
De Collegio Gandiae 346
„ „ Barchinonae 353
„ „ Caesaraugustano 361
De Provincia Castellae, ac primo de Collegio Salmanticensi 374
De Collegio Methymnae Campi 382
„ „ Vallisoletano 391
„ „ Burgensi 398
De Conchensi Collegio, et aliis in Provincia Castellae inchoatis 424
De Collegio Ognatensi, ac rebus P. Araoz Provincialis ... 429
De Provincia Baeticae, ac primo de Collegio Cordubensi. 442
De P. Dre. Torres Provinciali, et quorumdam Collegiorum in Baetica initiis 461
De P. Natali Commissario in Hispaniis quaedam 473
Alia de Patre Natali ad Sociorum gubernationem praecipue spectantia 480
De Provincia Portugalliae, ac primo de Collegio Conimbricensi 496
De Sancti Felicis Collegiolo 508
De Eborensi Collegio 509
De Collegio Sancti Antonii Olyssiponae 520
De Domo Professorum Sancti Rochi 533
De Provinciali Portugalliae, et rebus quibusdam communioribus ejus Provinciae 543
De rebus Tituani in Africa 567
De iis, quae ad Missionem Aethiopicam pertinent 572
De rebus P. Francisci Borgiae Commissarii 583
De Missione P. Cornelii [Gomez] in Magnum Congum 601

Pags

De Provincia Brasiliae, ac primo de Ducatu Sancti Vincentii..... 611
De locis Baiae Salvatoris, Portus securi et Spiritus Sancti 632
De provincia Indiae, ac primum de eo, qui praeerat illi, scilicet, P. Melchiore Nuñez..... 642
De Collegio Goënsi..... 657
De reliquis Indiae collegiis..... 665
De rebus Japonicis..... 670

APPENDICES

I. Processus Bastiae institutus de sanctitate Patris Silvestri Landini..... 681
II. Patris Silvestri Landini, Sanctae fidei Inquisitoris et Suae Sanctitatis in Corsica Commissarii, Monitorium.. 705

INDICES

Index onomasticus personarum..... 711
Index geographicus..... 743
Index rerum, quae in hoc quarto volumine continentur... 757



MONUMENTA HISTORICA

SOCIETATIS JESU

CHRONICÓN

IV